h

Repertor.
Inquiſit.

M

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 C
1

13. 2. c. 1 I

REPERTORIVM INQVISITORVM PRAVITATIS HAERETICAE.

IN QVO OMNIA, QVÆ AD hæreſum cognitionem, ac S. Inquiſitionis forum pertinent, continentur.

Correctionibus, & Annotationibus Præſtantiſſimorum Iuriſconſultorum Quintilliani Mandosij, ac Petri Vendrameni decoratum & auctum.

Cum Priuilegijs Summi Pont. Inuictiſs. Cæſaris, Regis Catholici, ac Senatus Veneti.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS.

Apud Damianum Zenarum. M. D. LXXV.

BIBL. SS. IO. & PA. DE URB.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

13 2. C. 1

13. 2. C. 1.

ILLVSTRISS.^mo AC REVER.^mo D. IOANNI BAPTISTÆ CASTANEO, *ARCHIEPISCOPO ROSSANENSI apud Sereniſſimam Venetorum Rempub. Legato Pontificio.*

Siluius Galaſſus I. V. D. Canonicus Meſſanenſis. S. P. D.

MVLTA ſunt, ac penè innumerabilia tua erga Chriſtianam Remp. præclaraq; beneficia, ſed illud quidem cæteris præferendum quòd in maximis tuis cum publicis tum priuatis occupationibus nihil vnquam tibi potius fuerit, atque ſit quàm vt quæ ad hæreſum peſtem propellendam, ac radicitus euellendam pertinent omni cura, ſtudio, diligentiaq; cures, ac re ipſa perficias. Quamobrem à Gregorio xiij. ſummo Pontifice omnium ſapientiſſimo, & pientiſſimo Legatus huc miſſus cum primum Inclytam hanc, celeberrimamq; Venetiarum Vrbem pedibus attigiſti, omnes conatus, cogitationesq; tuas eò intendiſti, atq; direxiſti, vt Sereniſſimum hoc Imperium ab omni hæreſum labe ſartum

tectum, vt aiunt, pro tua pietate, ac religione conſeruaretur; quod Deo optimo Max. auſpice ita efficis vt vndique tibi à veræ fidei cultoribus meritò, ac iure gratiæ & agantur, & habeantur maximæ, ac immortales. Quid enim ſanctius quid inquam immortali Deo iucundius eſſe poteſt, quàm ab ouili grege ſuo Chriſtiano; ab eccleſia ſua ſancta exitioſum hunc morbum depellere? Hinc illud eſt quòd cum ex Hiſpanica illa tua honorificentiſſima legatione rediens opus hoc inſigne, egregiumq; Inquiſitorum Repertorium, quo planè carebamus, in Italiam tecum detuliſſes; animaduertens non modicum cõmodum, & vtilitatem ab Hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, cæteriſq; iudicibus, qui ſancto præfecti ſunt officio, ex eo percipi poſſe, ſi erroribus, mendiſq;, quibus ex omni parte ſcatebat, expurgatum in lucem ederetur; curaſti vt doctiſſimi duo cauſarum patroni Quintillianus ſcilicet Mandoſius ciuis Romanus, ac Petrus Vendramenus librum hunc aureum non ſolùm emendarent, verùm etiam eruditiſſimis additionibus, & declarationibus, quod luculenter vterque præſtitit, augerent, explanarent, atque illuſtrarent. Quo peracto cum omnem laborum, vigiliarumq; ſuarum rationem, pro noſtra non vulgari amicitia mihi patefeciſſent; rogarunt quoque vt quod ipſi elaboraſſent, ac lucubraſſent præclaro nomini tuo à me dicaretur, nulli enim decentius quàm tibi Pater ampliſſime, cuius auſpicijs optatiſſimus Autor hic reuiuiſcit, lucubrationes hæ conſecrari poterant; exiſtimarunt autem non ab re fo-

re vt quemadmodum in reliquis cauſis, negotijsq́ apud te pertractandis cum tua opera ijs opus eſt, me autore ſæpe vtuntur; ita quoque per manus meas eorum opera tibi inſcriberentur. Accipe igitur Præſul Illuſtriſsime hilari animo clariſsimum hoc opus, tuoq́ patrocinio, atque autoritate tuere. Vale, nosq́ omnes Amplitudini tuæ addictiſsimos, qua ſoles humanitate complectere.

Venetijs Calend. Iulij. M. D. LXXV.

PETRVS VENDRAMENVS LECTORI.

PRAEMONITVM te velim, benigne Lector, hoc ex varijs autorum generibus conflatum eſſe Repertorium, quod erat mendoſiſſimum, & Doctorum Neotericorum ſententijs, & nouis iuribus, definitionibus præterea, diſtinctionibusque vocum, quibus in eo autor vtitur, carebat. Correctioni ſanè Clariſſi. Mandoſius operam dedit aliquam, poſteriorum autem Iuriſconſultorum annotandis ſententijs diligentem. Quamobrem prætermiſſa quæ erant, licèt impar ingenio & doctrina meritò ad iungenda exiſtimaui. Hinc itaque ſyluam cum verborum ſingulorum, tum orationis integræ, quæ deprauatè legebantur, ſiue penitus omiſſa erant, ſuæ reſtitui lectioni, & integritati, pauciſſimis adhuc, quæ vitioſa videbantur, neceſſariò relictis, vel quòd citati Codices præ manibus non erant, vel quòd nullum; vel ita generaliter citet, vt totum eſſet opus perlegendum, alio tempore permittente Dei gratia, corrigendis, additæ ſunt alicubi, quæ deerant ſententiæ recentium, Oecumenici Tridentini Concilij decreta quibus in locis res exigebat appoſita, De Catechiſmo etiam Iuſſu Pij V. Pont. maxi. edito. de ſanctorum quoque patrum lucubrationibus, de iure item ac ſcriptoribus alijs Latinis atque Gręcis acceſſere complura. Vnde ſunt etymologiæ, definitiones, ſiue deſcriptiones, adiectæ ſignificationesque verborum, quæ hoc opere continentur,

tinentur, omnium ferè vbi deſiderabătur pingui nihilominus, vt aiunt, Minerua, ad quandam ſtudioſorum iuuenum introductionem. Qualiacunque ſint autem, boni quæſo, conſulas lector humaniſſime, correctionique ſanctæ matris Eccleſiæ catholicæ, & Romanæ ſuppono. Ex his intelliges cur vna & eadem vox diuerſos habeat ſignificatus: eorum deinde vſum apud iuris, cæterosque Latinos autores eundem fuiſſe. alias inde tyro capiet vtilitates, arbitror, quas commemorare ſuperſedeo, ipſo de ſe opere teſtificaturo. Reſtat, vt Typographi exoptem fidem atque diligentiam nè contingat, quod euenire conſueuit, & D. Ieronimo, alijsque ſcriptoribus ac mihi, vt exemplari diligentiſſimè caſtigato, corruptiora, quàmprius edantur exempla. Vale.

IDEM DE AVTO-
re Repertorij.

AVTOR Repertorij eſt nomine incertus Legitur tamen infra in voce deficiẽs. §. Ideo prouiſo ſolerter, eum S. Inquiſitionis fuiſſe primò Notarium. poſtea in dictione pœnitentia §. nam ego vidi, fuiſſe hæreticæ prauitatis inquiſitorem. fuit coniugatus clericus, infra, Coniugatus §. an coniugatus. vixit poſt edita ſcripta Iaſonis Maini,& Ioannis Imoleñ. poſt Corſeti indicem in opera Abbatis Panormitani quos allegat. Natione Hiſpanus, patria Valentinus videtur fuiſſe. Perſecutor acer hæreticorum. plus quidem rebus quàm linguæ vacauit. vtitur aliquando digreſſionibus, quandoque repetitionibus in eiuſdem dictionis capitibus diuerſis. Eandem quoque rem ſub multis vocibus, ad eam tamen pertinentibus replicare conſueuit. voluit enim vndecunque valuit, prodeſſe ſtudioſis. Opus corrigendum miſit Michaeli Albertino iuriſconſulto Valentino, quod & ab excuſi Valentiæ Anno 1484. fine noſcitur eſſe factum. Deprauatiſſimum attamen tunc temporis editum eſt. Totum vi-

detur Ioānis Calderini de hæreticis librum, ac quam plurima de inquiſitorum directorio in hanc ſparſim tabulam contuliſſe. Quas autem appellat inſtructiones, quæ deliteſcere creduntur, ex parte tertia Directorij conijcere poſſumus compoſuiſſe, quoniam ibi multa ad eiuſmodi inſtructionem pertinentia traduntur, quod propediem & ipſum de latebris in vulgus ſperatur exiturum.

INDEX OMNIVM QVÆ IN HOC Libro continentur.

A

ABIVRATIO folio 2
Abonare 6
Aſcribuntur 7
Abſens eod
Abſolutio 9
Acta 14
Accuſatio 15
Addiſcere 29
Adminiſtratio 30
Adorare eod.
Aduocatus 32
Adulterium 36
Affirmatiuus 37
Afflicto eod.
Aggrauare eod.
Allegare eod.
Alienatio 39
Alienigena 42
Alimenta 43
Anathematizati eod.
Anima 44
Annotari 47
Antichriſtus eod.
Appellare 48
Apoſtaſia 52
Arma 56
Arbitrare 58
Archiuus 60
Aſſocians 61
Articulus ibid.
Aſſeſſor ibid.
Aſtronomia 62
Aſſumptio 63
Attendere 64
Attentare ibid.
Attrahit ibid.
Atteſtationes ibid.
Audiens 65
Augere eod.
Augurium eod.
Auxilium 66
Azima eod.

B

BAptiſmus 66
Bannitus 70
Baſtardi eod.
Beatæ tertiæ regulæ 71
Begardæ 72
Beguinæ ibid.
Benignior ibid.
Beneficium ibid.
Bis 73
Blaſphemus 74
Bona 80
Bonus, bona, bonum 85
Brachium 88

C

CAdauer 90
Calumnia 91
Canonizatus 92
Captura 93
Caracteres 96
Carcer ibid.
Carion 104

Caſtitas

INDEX

Caſtitas ibid.
Cautio 105
Cautela 106
Celans ibid.
Cæremoniæ 107
Circumire 110
Circunciſio ibid.
Citatio 111
Ciuitas 117
Claues ibid.
Clericus eod.
Cogendi 121
Cogitatio 124
Cognoſcuntur 125
Cognoſcere eod.
Cohabitatores 127
Collectio eod.
Coluber eod.
Comburi eod.
Commiſſio 131
Comedere 135
Communicare 137
Commutare 141
Concilium eod.
Concluſio 144
Condemnatio eod.
Conditio 145
Confeſſio 146
Confiſcatio 172
Confeſtim 180
Confugiens eod.
Coniectura 181
Coniugatus 182
Comparatio 185
Comparens eod.
Conqueruntur 187
Conuerſatio 188
Conuerſio 189
Conſentiens 190
Conſiliarij 191
Conſilium eod.
Conſpiratores 193
Conſuetudo eod.
Contradictores 196
Contrahens eod.
Continentia 197
Continuo 199
Contritio eod.
Contumatia 200
Conuinci 202
Copia eod.
Conuocare 203
Cor eod.
Corrigere 204
Corpora cæleſtia 206
Credentes 207
Crimen hæreſis 211
Crux 214
Crudelitas 215
Culpa 216
Curia 217

D

Dare & donare 218
Damnatus 219
Debitum 220
Declaratio eod.
Defenſores 221
Deferre 223
Deficiens 224
Defunctus 227
Degradatio 233
Delegatus 236
Delictum 238
Dæmon 240
Denuntiatio 250
Detegitur 253
Deus 256
Dies 258
Diffamatus 260
Dignitas eod.
Dieta 261
Dirrectè eod.
Diſpenſare 262
Diſpoſitio 263

Di-

Diſputare eod.
Diuerſitas opinionum 263
Diuinatores 267
Diuiſio 270
Diuortium 271
Docere eod.
Dolus 272
Dominus eod.
Domicilium 275
Domus 278
Donatio 280
Dotes 282
Dubium 285
Durius 286

E

Ebrius 286
Ebrietas 287
Eccleſia 289
Edictum 295
Electio 297
Eleemoſina eod.
Emancipatio 298
Emendare 299
Emphiteuſis 300
Epiſcopus eod.
Error 304
Erubeſci 306
Etas eod.
Examinatio 307
Excuſari 312
Excedere 315
Exceptiones 316
Executio 317
Excommunicare 322
Expenſæ 325
Exponere 327
Exitus eod.
Exteriora eod.
Extorquere 328
Expectare 331
Extrauagantes eod.

F

Fautores 331
Fama 336
Familiares 337
Factum 339
Falſitas 341
Fœmininum 342
Feudum eod.
Ficte 343
Fides 344
Fides inſtrumentorum 349
Fidelis 350
Fideiuſſor 351
Figura 353
Filij 354
Filius Dei 368
Fiſcalis eod.
Fiſcus 371
Fornicatio 375
Forus 377
Fortunium 379
Frangentes Iconas eod.
Frater eod.
Frequentatio 380
Furioſus eod.
Furtum 382
Futura 383

G

Gabella 383
Gabriel 384
Generatio eod.
Genealogia eod.
Gignens 385
Gratia eod.
Gratis 386
Grauius puniatur eod.
Guido papa 387
Guſtare eod.
Gulla 388

Habere

INDEX.

H

Habere 388
Habitus 389.427
Heli 390
Helias eod.
Hæreſis eod.
Hæreſes Iudęorum 401
Hæreticus 402
Hæreſiarca 419
Hæreſim ſapere 420
Homo 425
Honor 426
Heremita 428
Hæredes eod.
Honeſtas 429
Humilitas eod.
Hypocriſis 460

I

Imburſari 430
Incontinenti 431
Indicia 432
Ieſus 438
Idololatria eod.
Indulgentia 439
Infans 440
Infamia 441
Infidelis 443
Informatio 445
Ieruſalem eod.
Ignorantia eod.
Impediens officium inquiſitionis. folio 446
Ieiunare 448
Inimicus 450
Iniuria 456
Impœnitens 460
Imagines 793
Immonitas 462
Inquiſitio eod.
Inquiſitores 472
Irregularis 478
Interdictum 479
Interrogatorium 480
Ira 481
Iudex 482
Iudicium 483
Iudæus 487
Iuramentum 495
Iuriſditio 504
Ius 506
Iuſtitia 508
Iuſtus eod.

K

Kalendarium 508

L

Latria 509
Laicus eod.
Lex 510
Libri 514
Libellus 516
Ligare 519
Locus eod.

M

Macula 521
Manifeſta 522
Malum eod.
Manna 524
Manichæi eod.
Maraanatha 525
Matrimonium 526
Melioramenta 527
Mendatium eod.
Metus 530
Mitius quando agitur 533
Minor 534
Miſſa eod.

Mi-

Miſeric ordia eod.
Monitiones 542
Mulieres 545
Multitudo 546

N

Natiuitas 547
Negatiua eod.
Neophytus 556
Nepotes 558
Necromantia eod.
Nomina 559
Notarius 562
Notorium 566
Numerus teſtium eod.
Nuntius 570

O

Obedientia 571
Occulta peccata 572
Oblationes 573
Obligatio eod.
Occidere 575
Occupatio 577
Odioſa reſtringenda eod.
Offenſa 578
Officium eod.
Officiales 580
Oratio 582
Ordinarius 585
Ordo iudiciarius 586
Obſtinatio 588

P

Paganus 586
Papa eod.
Par 591
Patria eod.
Paſca 592
Patronus eod.
Peccata 593
Pœna 594
Pœnitentia 605
Per 619
Perſeuerantia eod.
Perpetuum 620
Periti 621
Perfunctoriè eod.
Pertinax eod.
Periurus 623
Petulantia 624
Peſtis eod.
Præbendæ eod.
Prædicare 625
Præſcriptio eod.
Præſumptio 628
Priuilegia 632
Podagra 633
Priuatio eod.
Probationes eod.
Procurator 643
Profesſio 645
Prout eod.
Prouiſo Solerter 646
Publicatio 652
Publicè eod.
Purgatio 655

Q

Quæſtiones 661
Quondam 663
Quadrageſima eod.

R

Receptatores hęreticorum 663
Reconciliatio 665
Recuſans 670
Rediens eod.
Relapſus 674
Reiudaizantes 678
Religioſi 681

Re-

Remiſſio 682
Renuntiatio 683
Reuocare 684
Ritus eod.
Riuales 685
Rogare eod.

S

Sabbatum 686
Sacramentum 687
Sacrificia 691
Sacrilegium eod.
Salarium 682
Salus 694
Salomon eod.
Saluo iure &c. eod.
Sapere eod.
Saracenus 965
Satisfacere 6
Scire 696
Schiſma 697
Secretum 698
Secta 699
Seducens eod.
Sepultura eod.
Sententia 701
Sequeſtratio 713
Seruus 715
Spontè 717
Scriptura eod.
Signum 718
Simonia 720
Simulatio eod.
Singula 721
Spectacula eod.
Sodomia 722
Sortilegia 723
Statutum 723
Superbia 726
Superſtitioſum 727
Supplicium 729
Suſpectus eod.
Suſpendere 732

T

Tabellio 733
Taciturnitas 734
Tempus eod.
Teſtamentum 735
Teſtes 736
Tolerantia 765
Tortura eod.

V

Vacillare 775
Venia 776
Væ 777
Veneratio 778
Verba eod.
Veritas 779
Veſpaſianus 781
Veſtis 782
Via eod.
Vicarius 783
Vitium 785
Viſus eod.
Voluntas 786
Vſura 787
Vulpecula 790

X

Xp̄s 791
Xorguinę eod.

Y

Ymagines 793
Ypotheca 794

Z

Zelus 796
Zizania 997

FINIS

13-2-C-1

REPERTORIVM INQVISITORVM PRAVITATIS HÆRETICÆ.

A DOCTISSIMO QVIDEM, peritiſsimoque viro, olim ordine literario, vndecunque fieri potuit congeſtum.

NVNC RECENS, CASTIGATIONIBVS, & Annotationibus, Quintiliani Mandoſij in Romana, ac Petri Vendrameni in Veneta Pontificia Curijs Aduocatorum illuſtratum & ampliatum.

PROLOGVS.

IN noīe domini noſtri Ieſu Chriſti: omne quodcunque facimus verbo, aut opere, in nomine domini Ieſu Chriſti facere debemus, vt extra de teſti. in c. in nomine domini, & xxiij. diſt. in nomine domini, & xxvj. q. vij. non obſeruetis, & xxvi. q. v. nō liceat. melius C. de off. præfec. præto. Afric. l. j. & l. fi. & in auth. de armis, in prin. Et cum ex ocio multa mala proueniant, de quo Archi. xiij. q. j. & Ioan. And. de renun. niſi cum pridem. §. verum, inhærendo illi dicto Hiero. ad Ruſti. mona. diſcipulum ſuum in quadam ſua epiſtola. ſ. ſemper aliquid boni facito, vt diabolus ſemper te inueniat occupatum. vt de conſe. diſt. v. nunquā, & quia ſm Philo. oēs homines naturaliter ſcire deſiderant, attamen memoria hominis labilis eſt, vt in l. ij. C. de ve. iure enu. quo quidem deſiderio naturali motus, cum operam rei darem aliquali meo fragili, ac labili ſtudio cauſa exercitij, & propter bonū ſcientię dum omnia quæ legeram, traderē obliuioni, nil retinendo ex defectu fragilis memorię, ſentiens me rudē, indoctū, & inutilē, nè totaliter apud omnes inutilis remanerē: neceſſitas me cogit in ſubſidium memoriæ qua nimis indigeo, inuenire remediū ſcribendi aliqua de his quæ legebam, cū

ea non potuiſſem cõmendare memoriæ. & quia multitudo librorũ diſtrahit animũ, & difficultatem trahit ſtudentibus: ideo in vno repertorio aliqua ſcribere volui, vt ea tpe opportuno melius inuenire potuiſſem. Et ſi fortè aliqua ſint reprehẽſione digna propter inſufficiẽtiam ſcribentis, vel aliàs, & aliquis curioſus ſtudens retractare voluerit, non eũ moueat ſcribentis autoritas: ſed eum rogo vt ad originalia maiorum recurrat, a quorũ libris diſperſa collegi. & tunc quicquid dicatur, vel ſcribatur, intendat, & qua veritas pateat, cogitet, quia erubeſcimus cum ſine lege loquimur, vt ff. de ſuppel. lega. l. Labeo, & C. de colla. l. illam, & textus in proœ. ſexti, & extra. ne ſe. va. c. ij. quaten⁹ ſi in aliquibus deuiauero, aut aliqua tanquã ignarus adduxero, nemo mihi moleſtus exiſtat. ideoq́ue vniuerſos exoro veniam mihi tribui ex caritatis amore, & imperfectum meum ſua profundiſſima ſcientia perficere dignentur: cum intentio mei ſcriptoris non tendit ad aliud, quã in ſupplemẽtum memoriæ, quę labilis eſt. & quia calam⁹ ſcriptoris ſæpe ſolet errare, propterea in omnibus quę dixero, vel ſcripſero, omniaq́; & ſingula, meq́ue cũ eis ſubijcio determinationi, & correctioni ſacroſanctę Romanæ Eccleſię, qua proteſtatione præmiſſa ea committo ſuppletioni, correctioni, & emendationi, & interpretationi Reuerendiſſimorum dominorũ ſacri conſilij generalis inquiſitionis, deinde omniũque in ſacra Theologia magiſtrorũ, atq; doctorũ vtriuſq; iuris, & cuiuſlibet melius ſentiẽtis. propter quę humiliter ſupplico dictos Reuerendiſſimos dominos, necnon & alios reuerendos doctores iuuenes ſimul, & ſeniores vt quæuis mea dicta vel nõ bene ſcripta ſi viderint, liment: quod minus fuerit ſuppleãt: quod plus, abradant: quod hirtum, comãt: quod obſcurum, declarent: quod vitioſum, emendent. Sed cum tibi Michaeli Albert. vtriuſq; iuris clariſſimo doctori placuit videre quæ mea inſufficientia reportauit, nimis te exoro vt ea diligenter examines, vt totaliter in defectum meę modicæ facultatis autoritem tui decreti in eis interponere valeas, addendo, minuendo, corrigendo, declarando, & omnia alia quæ iuris ſunt, faciẽdo, cum ad officium tui doctoris ſpectet talia facere. ideoq́ue redemptoris noſtri inuocato ſuffragio ad honorem omnipotentis Dei, & glorioſæ virginis Mariæ, vt extra. de vſu pal. ad honorem. ſequẽs repertorium tibi offero examinandum in fidei fauorem, prout ſequitur in forma ſequenti.

A*Biuratio*. [a] Primò ſciẽdum eſt, ꝙ hæretici qui volunt redire ad fidem catholicam, debent abiurare ante abſolutionem ad arbitriũ epiſcopi, vel inquiſitoris omnes ſuos errores, & ꝙ firmiter tenebunt fidem catholicam, vt. i. q. vij. quotiens, & de conſecr. diſt. ij. ego Berengarius, & j. q. vij. celeberrimum, & extra. de hęre. ad abolendam. vide. infra. iuramentum. §. de ſacramento.

Item qui abiurat hæreſim, debet abiurare tactis corporaliter ſacroſanctis euãgelijs, etiam ſi ſit epiſcopus, vt. j. q. vij. quotiens cordis.

Itẽ iſta abiuratio debet fieri publicè,

cè, quia crimen iſtud eſt publicum: vel etiam poteſt fieri priuatè ſecundũ ꝙ crimen fuerit, vt in d. c. ad abolendam,& eo.ti.in c.officium,lib.vj.& ſecundũ Rai.in ſum.confeſ.ti. v.q.xix. de quo vide infra.comparẽs, & habetur in ſup.hæreticus.j. §. vlt. vide infra.in inſtruc.v.inquiſitionis.& quando quis admittatur ad abiurationem ſecretam,relinquitur arbitrio inquiſitorum,vt in d.v inſtructione.

Item talis abiuratio per ſcripturã [b] debet fieri,vel debet ſubſcribi manu propria ipſius abiurantis,vt tenet gl. in.c conuenientibus. i.q. vij.& in.c. quotiens,ea. q.& c.ſi quis,& de conſe.diſ.ij.ego Berengarius.,&.xxvj. q. vj.is.qui tempore.

Itẽ abiurationis copia debet trãſmitti per inquiſitores ad omnes eccleſias, quę ſcandalizatæ fuerunt de illa hæreſi abiurata,vbi talis conuerſus habitabat, vt quę malè fuerunt edificatæ de peruerſo,gaudeãt & ędificentur de conuerſo, vt in.d.c. conuenientibus, in fi. & de conſe. diſ. ij. ego Berengarius. nam ſicut excommunicationis epiſtola mitti debet, vt.xj.q.curæ, ita & abſolutionis, vt viij.q.vlti.c.vnico.

Item talis abiuratio[c] debet fieri publicè, & in iudicio, vt tenent doct. & Pet.de Anchar. in.c. accuſatus, de hære. lib. vj. ſed abiurationis forma talis eſt. nam ille qui abiurat, debet anathematizare, & maledicere illam hæreſim in quam inciderat, & prędicare contra illam, & firmiter profiteri ſe tenere, quod ſancta mater eccleſia tenet,& ſentit,& nunquã in hæreſim illam incidere, nec in illos act⁹ in quib⁹ fuerat ſuſpectus, & diffamatus,vt patet de conſe.diſ.ij. ego Berengarius,&.i.q.vij.quotiẽs, &. xxvj.q. vj.his qui in tempore,&.i.q.vij.conuenientibus, & c. ſaluberrimum, & c. ſi quis epiſcopus, & de pur.ca. inter. & archi.in.c.accuſatus, de hæreti.li.vj.& de iſta abiuratione,& qualiter hæretici qui recipiuntur per inquiſitores ad reconciliationẽ, debẽt abiurare,habetur in inſtructionibus factis per reuerendũ fratrem Thomã de Turre cremata in. v. inſtructione. de his quæ factæ fuerunt Hiſpalis in congregatione generalis inquiſitionis,& ibi dicitur an debeant abiurare publicè,vel ſecretè.

Itẽ qui abiurare[d] recuſat hęreſim quam commiſit, vel omnem hæreſim. talis enim ſicut iſte non videtur redire,nec videtur correctus. & ideo tanquam hæreticus eſt condemnandus, & brachio ſeculari relinquendus,vt extra de hære.c. ad abolendã. §.laicus,&.c.excommunicamus. §. ſi quis non ex is.

Item an is qui in vna hæreſis ſpecie ſeu ſecta,aut in vno fidei articulo, vel eccleſię ſacramento commiſit, & poſtmodum hæreſim abiurauit ſimpliciter,vel generaliter,ſi poſtea in alia ſpẽ ſeu articulo committat, talis debeat vt relapſus iudicari. & dicendum quòd ſic,vt in. c. accuſatus. §. eum verò,& ibi plenè per Dominicũ, licèt archi.tenet contrarium. ſed opinio Dominici eſt tenenda. vide infra. relapſus. §.ſed nunc quæritur.

Sed abiuratiõis,alia leuis,alia grauis,vel vehemẽs. leuiter abiurat[e] q̃s quando aliqua leuis ſuſpitio laborat contra eũ, & non eſt plenè per teſtes cõuictus, & ſe purgauit de infamia. Grauiter, vel vehementer abiurat quis quando erat vehementer ſuſpe-

ctus, & abiurat generaliter omnem hæreſim, de quibus. vide multa iura. ſ. allegata. in §. abiuratiõis forma, & in. §. itẽ iſta abiuratio, & infra. iuramentũ. §. ſacrũ, & infra relapſus. §. q d ſi inuocator, & §. ſi verò leuis.

Sed an ſi inuocator dæmonum in iudicio coram inquiſitore abiurauit hæreſim, ſi poſtea inuocauit, ſit dicendus relapſus, vide. infra. relapſus. §. an ſi inuocator.

Sed an qui abiurauit ſimpliciter vnum articulum, ſi poſtea labitur in alium, an dicatur relapſus? de quo. infra. relapſus. & proſequendo §. prę cedentem, quæritur an lapſus in vno articulo teneatur abiurare generaliter omnem hæreſim? & reſpondetur ꝙ conſuetudine practicatur, ꝙ ſic obſeruetur. ſ. ꝙ abiuret generaliter omnem hęreſim. ſed Dominicus reſpõdendo iſti §. an dicat relapſus, tenet cõtrariũ propter connexitatẽ quam habẽt hęreſes inter ſe, q a de vanitate conueniũt in idipſum, vt de hære. excõmunicam⁹, el i. & . ij. & ex hoc fũdamento tollit motiua. Io. An. & pro hac. opi. Domi. põt verius induci illud, quod ſanct⁹ Tho. dicit ſecũda ſecũdæ, q. v. ar. iij. vbi tenet ꝙ in hęretico diſcredẽte vnũ articulũ fidei, ſnon manet fides formata nec in forma in alijs articulis. cui⁹ ratio eſt, quia ſpecies habitus remanere non poteſt. formale autem obiectum fidei eſt veritas prima, ſecundùm quod manifeſtatur ĩ ſcripturis ſanctis & doctrina eccleſiæ quæ procedit ex veritate prima. vnde quicũq; illi veritati non inhæret ſicut ĩfallibili regulę doctrinę eccleſiæ quæ procedit ex veritate prima in ſcripturis ſanctis manifeſtata, ille nõ habet habitũ fidei, ſed ea quæ ſunt fidei. Vnde ille qui de his quę eccleſia docet quæ vult tenere tenet, & quæ non vult tenere, non tenet, magis inhæret propriæ voluntati, quã eccleſiæ doctrinę. ex quo ſequitur, ꝙ talis eſt hęreticus ſimpliciter, eo ꝙ diſcredit vnũ articulum fidei, ſi monitus non eſt paratus ſequi doctrinam eccleſiæ, & volendo redire ad eccleſiam tenetur abiurare generaliter omnem hæreſim, vt ſupra. & materiam iſtius. §. inuenies infra. hæreticus, per multos. §§. & vide infra error §. errans, & infra. relapſus. § ſecundus caſus.

Item ſi poſt abiurationem hæreſis deprehẽſus fuerit ille qui abiurauit, reincidiſſe ĩ abiuratã hęreſim: ſta lis enim iudicio ſæculari eſt ſine vlla penit⁹ audiẽtia relinquend⁹, vt in. c. ad abolẽdã. extra. de hære. hoc tñ verum cũ poſt huiuſmodi abiurationem ſeu purgationem deprehẽditur in hęreſi per facti euidentiã, aut per confeſſionem propriam, aut per teſtes, & talis relapſus iudicat de quo vide infra. relapſus. §. ſupradictũ eſt.

Nota quòd abiuratio media aggrauat deprehenſum, vt tenet Pet. de Ancha. in. c. accuſatus, de hæreti. lib. vj.

Item quilibet ſuſpectus de hæreſi abiurare tenetur, ſiue ſit leuis, ſiue ſit vehemens ſuſpitio in eum, vt in. d. c. accuſatus, in. i. & . ij. Reſpon. vide infra. ſuſpectus §. ſed nota.

Sed an compellãtur abiurare blaſphemi verba hęreticalia euomentes, vide infra. blaſphemus.

Sed an impedientes officium inquiſitionis directè, vel indirectè teneãtur abiurare tanquàm fautores, & ſuſpecti de hæreſi? & dicendũ quòd ſic.

vt.

vt.infra.fautores.§.an impedientes,& infra.impediẽs.§.itẽ impediẽtes.of.

Item an illi qui poſt abiuratam hęreſim fauent hæreticis quocunq; modo, an tales dicantur fautores hæreticorum,vel an ſint vehementer ſuſpecti, aut dicantur relapſi? de quo vide. infra. aſſocians, & infra. fautores, & infra. relapſus,&infra. ſuſpectus.

Sed an iſtis qui recipiuntur ad abiurationem & pęnitentiam,reſtituantur bona? & reſpondetur ꝙ ſic, ex ſola miſericordia,vt in c.vergentis, extra de hære.& non aliter.vide. infra. bona.§.an bona reſtituantur.

Sed an apoſtata recipiatur ad abiurationem ſecundũ ꝙ hęreticus non relapſus admittitur, vide infra. apoſtaſia.§.vtrum ea.

Sed de abiuratione quam faciunt iſti apoſtatæ de genere Iudæorũ quãdo baptizantur more Iudæorum,vide infra.baptiſmus Iudæorum.vbi dicitur de abiuratione quam ipſi Iudęi recipiũt ab ipſis apoſtatis.vt ipſos verè teneant pro Iudæis.

Sed an dæmones inuocãtes teneantur abiurare, & ſi abiurauerint, & reincidãt in illud, quod abiurauerunt, qualiter contra tales procedatur, vide infra.dæmon.§ his ſuppoſitis,verſic.ſi autem volunt deſiſtere.

Sed qualiter debeãt abiurare ſchiſmatici redeuntes a ſchiſmate,tex.eſt. vij.q.j.c.quotiens.

Sed ſuperius dictũ eſt, ꝙ deprehenſi manifeſtè in hæreſi, debent publicè abiurare. reſtat videre qualiter iſtud verbum publicè,ſit intelligẽdum,de quo vide.infra publicè.

Nota quòd quando quis reuocauit confeſſionem quàm fecit in tortura, ꝙ iſte debet abiurare publicè, & ita obſeruatur de cõſuetudine inquiſitionis,vt infra.in inſtructionib' inquiſitionis,in xv.inſtructione.

ADDITIONES.

a *Plures tractarunt de hac materia hæreſis,infra ſuis locis citandi. vtinam materia hæc futuris ſæculis infrequens ſit; omneſque cum ſancta catholica, & apoſtolica Romana Eccleſia credant, vt bene valentibus non ſit opus medico. Interim omnia quæ circa hæreſim tractanda veniebant, hic breui metodo dilucidè congeſta perſpici poterunt. Abiuratio fit à ſuſpectis de hæreſi, vel ab hæreticis ad gremiũ eccleſiæ redeuntibus, ante tamen ſententiam in eos promulgatam. De Abiuratione, eiuſque forma, & effectu, tractarunt Calderinus.in tract. hæretic.ca.16. num. 7. & ſequen. Frater Vmbert. locat. in tract. quem Iudiciale Inquiſitorum nuncupauit. R. D. Arnal. Albert. Epiſcopus Pacten.in tract. hæret.quæſt.30.nu. 66. & ſequ. R. D. Iaco. Simanca. Epiſcopus Pacen. in theoria, & praxi hæreſeos. tit. 53. de abiuratione. & plures alij. De Abiuratione aliqua tracto, ſup ſignat. Gratiæ. tit. de abſoluen. ab hæreſi. Pulcra ẽt & vtilis, ac communis cõcluſio elicitur, quòd reuertenti ad fidem veram, & catholicam abiurãti prima vice Epiſcopus ſeu Inquiſitor gratiam impartitur; bona eidem condonat; ac ad honores, & dignitates reſtituit. Ghirlan. de hęret. quæſt. 6. Cardi. Alban. in ſuis lucubrationibus ad Bart. Rub. C. de hæret. et nouiſſimè Franc. Burſat. qui alios ad idem citat, conſ. 14. nu. 31. cum alijs ſequen. vide etiã Ludo. Carer. de hęret. num. 161. vbi quærit, an bona recuperet indiſtinctè. Et quòd abiuratio mitior fieri debeat, & non publicè, nonnullis concurrentibus, pulchrè per D.*

Rolan.à Valle conſ.63. Requiſitus.nu.8. & ſeq.lib.3. Quint. Mand.

b *Scriptura, an & quæ in Abiuratione requiratur, Vmbert. in Iudic.inquiſ.hoc ipſo verb.Abiurare.ver.circa abiuratio nis formam.Siman. Enchirid. Iudi. vio. reli.tit.53.num. 8. Quin. Man.*

c *Abiurandi forma legitur etiã in Cõci. Conſtantien. & quòd à reſipiſcẽtibus fieri ſoleret & publicè, & quibus obſeruatis, à Nicephoro de hiſt.eccleſi.lib.6.c.9 ſcribit. Ab innominato ẽt autore poſt Cald. impreſſo de hæret.par.3.titu.de materia proceſſus inquiſition.num.2.& xi.forma traditur. Abiurare, vt ait ĩ Aeneide Seruius, eſt rem creditam periurio negare. et ita ſumitur a Plau. in Curc. & abiurant ſiquid creditum eſt. item a Virg. viij. Aenei. abiuratæque rapinę. Cic. ad Atticum lib.1. mihi autẽ abiurare certius eſt, quã depẽdere. In iure verò canonico, videtur accipi ꝑ iureiurando, quid execrari, vel deteſtari, videtur enim a ſe quis iureiurando, quid repellere abijcereque, & omnino ſeiũgere. habet hãc vim præpoſitio, Ab. cõpoſita, vt à re ſi paret, vt in alijs ex ea compoſitis verbis approbatur, puta, Abſum, abiuro, ablacto. & id genus cætera, quia verò quod repellimus, vel abijcimus à nobis id execrari, vel deteſtari ꝑ quandam conſequentiam videmur, ideo accipi pro execrari, et deteſtari contingit. Quid etiam, à redeuntibus recipiendum vide Leon. epiſt.40. ad Anato. et 41. ad Iulia. Petr. Vend.*

d *Abiurare recuſans tanquã hæreticus damnandus eſt. Vmber. in d. Iud. inquiſ. circa prin. verſ. quam abiurationẽ ſi reus negat facere. Siman. d. tit. 53. nume 12. Felin. poſt Hoſt in c. excõmunicamus col. pen. de hæret. Lud Carer. trac. de hæret. num.45. verſ. item contrahitur hęreſis recuſando pertinaciter iurare ad purgationem hęreſis. Quintil. Mand.*

e *Rolan. a valle pręalleg. conſ 63. nu.8. & ſeq. li.3. vbi idem quod hic. Alia differentia conſtituitur inter vehementem, & leuem abiurationem; priori enim caſu ſi quis repertus fuerit poſt abiurationem in hæreſim incidiſſe habetur pro conſumato relapſo ſecus in ſecũdo caſo. Siman. Enchir. viol relig. tit.53 nu.5. Franc. Bur. conſ 79. quæſitum. nu 17. Q. M.*

f *Sic legitur in citato loco. Non manet fides neque formata, neque informis; cuius ratio eſt, quia ſpecies cuiuslibet habitus dependet ex formali ratione obiecti; qua ſublata ſpecies habitus remanere non poteſt. Et infra legebatur ineffabili pro infallibili. vide D. Thom. P. Ven.*

g *Io. Nic. Arelat. de hæret not. 42. Anca. & alij, in c. accuſatus de hæret. lib. 6. Amplia etiam ſi reincideritt in aliam ſpeciem hæreſis. Paul. Ghirlan. de hæret. q. 10. ad fin. Vide omnino Locat. in iudi. inquiſ in verb. ſuſpicio. nu 7. & Fran. Burſat. conſ. 79. nu. 7. & ſequ. Q. M.*

Abonare.

a An Inquiſitores poſſint abonare publicè infamatum ſ. in ſermone. & dicendum ꝙ ſic. ſi infamatus ſe purgauit ab infamia, vel inuẽtus eſt immunis ab infamia, poſtquam contra eũ fuit formata inquiſitio, & non fuit conuictus per teſtes, nec per confeſſionem propriam. & tunc talis infamatꝰ debet abonari circa eos qui audierunt de eius infamia, vt de cætero habeatur inter omnes vt ſit boni teſtimonij, vt habetur extra. de pur. ca. in c. ex tuarũ, & xv q. c. j. & ij. & q. iiij. habet hoc, & c. omnibus. ſed hoc pondera quando ille ſuſpectus, vel diffamatus purgationes ſibi iniunctas humiliter impleuit, & tunc ad tollẽdam

omnem

omnem infamiam poterit eum abonare, ſicut dictum eſt. vide. infra. pœnitentia. §. ſi autem purgationes.

Sed quid ſi talis defecerit in purgatione morte præuentus? ad quod dicendũ, vt infra. in c. quæ pęnæ deſcendant in filios, & ibi plene de hoc.

ADDITIONES.

a *Verbum hoc aut barbarum eſt, aut inuſitatum, effectus eſt, vt purgatus legitimè denuntietur vir boni teſtimonij, vt probant iura hic citata, & declarat Vmber. locat. in Iudi. inqui. in verb. purgaui. verſus fin verſ. Nota inſuper quòd ille qui ſe legitimè purgauit. Q. M.*

Aſcribuntur. & annotantur bona hæreticorum. ſed qualiter hoc debeat fieri, vide. infra. bona, & infra. de modo procedendi ſuper iſto crimine.

Abſens. a ſi propter delictum per eum cõmiſſum ſe abſentat, & confugit de loco, in quo deliquit & tranſiuit ad alium alterius inquiſitionis, nunquid ille inquiſitor vbi deliquit poterit procedere contra illum qui eſt extra ſuum territorium, ratione delicti, quod in ſua prouincia commiſit? & dicendum quòd ſic: & erit ſpeciale in hoc crimine, vt extra. de do. & cont. c. veritatis. & de forma procedendi vide. infra. de for. proce. contra. hę. & §. ſe. & proſequẽdo iſtam materiam dicendum quòd ſi ille qui cõmiſit delictum in iſto loco, tempore quo commiſit delictum, elegit alibi ſuam manſionẽ cauſa euadendi a pœna, quis iſtorum cognoſcet ad inquirendum contra eum: & reſpondendum, quia aut ille erat citatus vbi commiſit delictũ; & tunc non dicitur mutare domicilium, nec forũ iſtius inquiſitoris, cũ iam ſit præuentus, vt. ff. de iu. om. iu. l. cum quædam puella, & extra de fo. com. c. propoſui ſti. Si verò non erat pręuentus citatione, tunc non procedetur contra eum per epiſcopum, vel inquiſitorem ratione domicilij, ſed procedetur per illum, vel alium in cuius prouincia, vel diœc. deliquit, & hoc ratione ipſius delicti, in auth. quæ in prouincia. C. vbi de cri. agi op. & l. j. Et ita inquiſitores non ſolùm poſſunt procedere cõtra exiſtentes in ſua diœc. & prouincia. ſed etiam contra alienigenas, & forenſes delinquentes ibi. ſicut dicitur de alijs c[illegible]minib⁹, vt. ff. de of. pręſi. l. iij. & . ij. q. vj. placuit, & extra. de rap. ca. j. & vt clarè patet d. l. & auth. quæ in prouincia. & qualiter contra abſentem procedatur, vide. infra. de mo. pro. & ꝟ. remisſio. & in inſtructionib⁹ iquiſitionis, inſtructione. xviiij.

Et notandum quòd quando quis ſe abſentat, & conſtat de eius contumacia, prouidetur in hoc crimine de remedio vt talis debeat excommunicari & ſi per annum in excommunicatione perſtiterit, velut hæreticus eſt puniendus, vt in. c. cum. cõtumacia, de hæreti. lib. vj. b

Sed nunquid huiuſmodi pœna in talem inflictam a iure propter contumaciã teneat? & dicendũ eſt quòd ſic, quia contumax fuit: & ſecundùm rei veritatẽ talis venire tenebatur ante iudicem, vt in. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & . ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ij. vbi hoc tenet Baldus, & Bar. in. l. abſentẽ. & habetur talis abſens pro confeſſo propter contumaciam. ſed ſi poſtea cõſtaret iudici de innocẽtia con-

tumacis, ſicut in alijs criminibus poſſet accidere, videlicet ſi quis abſẽs eſt accuſatus occidiſſe aliquẽ, & poſtea ipſe iudex videt talem qui dicitur occiſus ab abſente, vel conſtat ei per teſtes, quòd ille talis eſt viuus, & nõ occiſus: nõ poterit enim tali caſu ad punitionẽ criminis procedere propter cõtumaciam, licèt ille accuſatus conficeretur eum interfeciſſe talẽ, de quo erat accuſatus, vt. ff. ad l. Aquil. in l. inde Neratius. § ſi quis, cum l. ſeq. quanto magis, ex ficta confeſsione. hoc tamen in crimine hęreſis non poteſt ita practicari, quia cum ſit crimen quod in mente latet, non enim poſſet apertè liquere iudici de alicuius innocentia erga illud, vt mihi videtur. Ergo PROVISO SOLERTER. põderari tamen poteſt tex. cum glo. in dicto. c. cum cõtumacia, quia loquitur quando citatio fuit directa contra illũ qui ſuſpectus erat in fide. nam tunc ad illam ſuſpitionem additur alia ex contumacia, & ſic illa prima pręſumptio tranſit in violẽtam, vt innuit ille tex. ſecus ergo vbi citatio emanaret contra non ſuſpectum. Item põderari poteſt in alio. nam ille text. loquitur de eo qui animo pertinaci perduraret p annum in excommunicatione, vtpote quia aliquo impedimento prætermiſit contumaciam prædictam purgare. vide infra. contumacia. §. not. ꝙ ex contumacia.

Sed an ſi quando proceditur contra abſentem, & propter eius contumaciam promulgatur ſenteņtia cõtra eum, & eius ſtatua comburitur, an ſi poſtea compareat, audiatur ad hoc, vt poſsit illa ſententia, vel pœna mitigari cum ipſo monſtrando ſuam innocẽtiam? vide. infra. pœna. §. quæ autem ſint conſideranda.

Sed qualiter probetur iuſta cauſa abſentiæ, not. in l. ſeruum quoque. §. publicè, ff. de procu. & in l. pen. §. ad crimen, ff. de publi. iudi. & iij. q. v. quiſquis. vbi glo. dicit ſufficere iuramentum.

Sed quis autem c dicatur abſens, & dicendum ꝙ abſens dicitur qui non continetur & non eſt infra continentia ędificia vrbis, vt ff. de ver. ſigni. l. abſentem, ff. de procura. l. præſens.

Item abſens dicitur qui vocem abſentis audire non poteſt, vt l. j. de ver. obligatio.

Item abſens dicitur qui non eſt in eadem prouincia, vt. C. de præſcript. lon. tem. l. fi. & ibi de hoc, & xvj q. iij. §. præſcriptionum, & c. placuit, ff. de procu. l. præſens, & de electio. vbi periculum §. j. lib. vj. & in Clement. cauſam, eodem titulo.

Itẽ abſens dicitur qui non eſt in iudicio, vt in authen. de teſti. §. pe. ff. de dam. infec. l. iiij. §. abeſſe. adde glo. in ſti. de inuti. ſtip. §. item verborum, & in auth. de fideicommiſ. §. j. & Bar. in l. iij. ff. de duob. reis, Bald. in auth. hoc ita, C. eodem titulo.

Sed quæ ſunt cauſę abſentię neceſſariæ, & fauorabiles, no. Bal. in l. ab eo, C. quo. & quan. iudex. facit. l. fi. ff. de reſtitutio. in integrum.

Sed de forma citationis contra abſentem, vide infra. citatio, & infra. contumax.

Sed qualiter contra abſentem procedatur, vide vbi ſupra. & infra. de ordi. iudi.

Sed an quando quis citatur per edictum extra iuriſditionem citantis, poſsit procedi per iudicẽ delicti quò ad perſonam deliquentis in ſua iuriſditione

ditione, vel tantùm quò ad bona, vide infra. edictum.

Sed an abſens debeat excommunicari, vide infra. contumax.

Sed an abſens contumax habeatur pro confeſſo, vide infra. confesſio, & infra. contumax.

Sed an ſi abſens dedit fideiuſſores, posſit eis indici pœna pecuniaria, vide infra fideiuſſor, & infra. pœna pecuniaria.

ADDITIONES.

a *De reo abſente, & qualiter contra eũ procedatur, & vbi poſſit condemnari in criminalibus, & in hęreſi. Siman. tit. 45. de abſentibus. Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. q. 44 & Io. Cal. in tract hære. c. 9. Q. M.*

Abſentem accipere debemus eum, qui non eſt eò loci, in quo loco petitur. non enim trãsmare abſentem deſideramus, & ſi fortè extra continentia vrbis ſit, abeſt. cæterum vſque ad continentia non abeſſe videbitur niſi latitet. Abeſſe non videtur qui ab hoſtibus captus eſt; ſeu qui a latronibus detinetur, hæc in l abſentẽ. 96. ff de verb. ſign. Et qui in iure non eſt dicitur abeſſe l. 4 ff. de dam. inf. & alijs modis accipitur abſens ex ſubiecta materia vide Alciatum, & alios Doct. in præcit. l. abſentem. & in l. mulieris. 13. ff. eod. hæc autem de abſentia perſonæ dicta ſint, eſt enim & abſentia rei, de qua loquitur lex mulieris. 13. de verb. ſig vbi dicitur abeſſe res quę vel in humanis non eſt, vel eius eſt mutata forma, vel ſi corrupta, ſeu trãſfigurata ſit, Item & alijs modis intelligitur abeſſe, qui a doct. in eam l ſcribẽtibus recẽſentur. Etymologia declarat hoc verbum ſignificare contrarium ſimplici ſuo, propter appoſitionem vimque huiuſmodi præpoſitionis. Pet. Vend.

b *Adde Conc. Trident. ſeſſ. 25. c. 3. de reformat. in fin. P. V.*

c *Abſentis vocabulũ in iure varijs modis accipitur ex materia ſubiecta, idcirco non vna traditur eius definitio; diligenter itaque iuriſconſulti de abſente diſputantis propoſitum ſpectãdum erit, cunctæ quidem deſcriptiones eius in vnam videntur poſſe conferri, vt is abeſſe dicatur qui non eſt eò loci, vbi deſideratur, ſi de eo enim qui ſit initio cauſæ in ius vocandus, quęſtio ſit, abſentem accipere debemus qui intra continentia vrbis non adeſt. l abſentem. 199 ff. de verb. ſignif ſi de ſtipulante tractetur, intelligitur abeſſe, qui eò in loci non eſt, vbi exaudire nequeat verba promittentis, l. 1 §. vl ff. de verb. oblig. interdum & qui tribunali iudicis vocatus non affuit, licèt in foro eſſet abſuiſſe dicitur. l. diuus. 7. ff. de in integ. reſt. Si de re præſcribenda ſit contentio, ſufficit quem in prouintia fuiſſe præſentem. C. de præſcr. long tem l vlt. vide Alciat & l, abſentem, & l. mulieris. 13. ff de verb ſignifi. Doctores. Pet. Vend.*

Abſolutio. [a] non debet dari niſi petenti, [b] Inno. in c. Romana, de ſent. ex. li. vj. in gl. ſua, in verbo, iniuſtam, & Bald. in marga. in ver. abſolutio, verſi. j.

Sed abſolutionem petens videtur fateri conſcientiam ſuam lęſam, non autem ſe eſſe excommunicatũ ſecundùm quoſdam, ſed Inno. contra in c. venerabilem, in gl. ſua, in ver. excommunicatus, de elec. & Bar. in marga. ver. abſolutio, verſi. vij. ſpe. de proba. § iij. ſed nunquid.

Sed an vna abſolutio ſufficiat ad plures excõmunicationes tollendas? & reſpõdetur, ꝙ ſi quis eſt ligatus pluribus ſentẽtijs excommunicationis,

vel

vel vna ex diuerſis cauſis, ꝙ ſi talis vult verè abſolui, dēt exprimere omnem ſententiam,& cauſam;& ſic vna abſolutio ſufficit ad plures excōmunicationes tollendas,aliter non teneret abſolutio, quia per ſurreptionem obtenta eſſet,vt habetur extra.de ſen. excom.c.officij.

Sed an iudex non ſacerdos, vel inquiſitor laicus poſsit abſoluere ab excōmunicatione?& dicendū ꝙ nō. ſm Archi.xxiiij.q.iij notandum. vbi facit diſtinctionem an a culpa,vel a pœna,& an in foro contentioſo,an in foro pęnitentiali, & per ſpe.in iij.parte. ij.partis,ti.de ſententia,in §.vt autē, in ver.item ſcias,vbi dicit ꝙ ſic poteſt abſoluere,& habetur per doct.de ſen. exc.c.a nobis.ij.de ſepul.c.fi.& in glo. in c.canonica, de ſen.exc. & Hoſt.de of. archi.non ſatis,& Ioan.And. in c. Romana. §.j. de ap.lib.vj. ſuper glo. iij.idem de reſcrip. ab excommunicato,de ele.dudum.ij. & licèt iudex laicus,vel inquiſitor non ſacerdos poſſit abſoluere,vt dictum eſt:tamen a ſe abſolutos debet mittere reconciliandos per ſacerdotes, vt ſecundùm Hoſti.extra.de ſen.ex.canonica,& ſecundùm eum in ſum. eo. ti.§.quis poſsit abſoluere,& eo.ti.cū illorum.& idem videtur dicere in no.iiij.extra.de conſue. c. quanto. & hoc ſeruatur, licèt hoc aliqui non ſeruent. vide Ab.in.c. ab excommunicato,de reſcrip.

Item notādum,quòd qui poteſt excommunicare, poteſt abſoluere. ſ. à ſentētia iudiciali vt.xxj.diſ.ipferior, & ibi in glo. debet tamen dicere abſoluto, vt oſtendat ſe ſacerdoti, qui ratione clauis ipſum abſoluat quantum ad ſolennem reconciliationem eccleſię,& hoc eſt quò ad excommunicationem maiorem.nam ſi ſententia minoris excommunicationis requirit ſacerdotē, vt extra. de ſen. ex. nuper, multomagis requirit in maiori.concor.Alb.

Et ad prædicta not. quòd duplex eſt abſolutio: vna pertinens ad forū contentioſum: & iſta abſolutio poteſt committi etiam non ſacerdoti, quia potius eſt iuriſdictionis, quàm ordinis talis abſolutio. alia eſt pertinens ad forum pęnitentialem, & hoc caſu pertinet ad ordinem ſacerdotalem. & talis abſolutio nō poteſt committi niſi ſacerdoti, ſicut nec abſolutio a peccato.hoc Verue.concor. Albericus.

Item nota quòd quando papa cōmittit alicui alicuius cauſæ cognitionem, quòd ſi propter illam cauſam ſibi commiſſam aliquem excommunicat,quòd poteſt eum abſoluere,ar.dicti.c.inferior.xxvj.diſt.

Sed abſolutio nō pręſupponit neceſſariò vinculum,vt extra.de teſti.c. teſtimonium. & ibi vertitur quæſtio, nūquid ſufficit probare aliquem fuiſſe excommunicatum adhoc vt abſolutus a teſtimonio repellatur ? & ibi vide.

Sed cuius vita non officio cōgruit alios ligatus abſoluit.xj.q. iij. plerūque.quod nota.

Item an illi qui[c] incidunt in hæreſim debeant abſolui ab epiſcopo, vel a ſuperiore,ar.xxiij.q.iiij.ipſa pietas. & de hoc vide glo.fin.in. c. maiores. xxiiij.q.i.

Sed nunc proſequendo quæritur, an inquiſitores poſſint abſoluere hæreticum etiam à ſententijs, quas Papa ter in anno & die Iouis ſancta promulgat contra tales?& archi.in. c. vt offi-

officium, in prin. tenet quòd ſic per il lum textum, qui generaliter permittit eis abſolutionem. & idem ſequitur ibi Ioan. An. & Domi. Et notanter Io. An. in. c. excommunicamus. §. i. &. § . ſanè. & etiam poteſt eos abſoluere epiſcopus ordinarius, vel eius ſuperior, vt. xxiiij. quæſ. j. c. ij. in fine.

Sed ſolẽniter pœnitentes abſoluũtur in die cęnę domini, de conſ. diſt. iij. de pœnitentibus.

Sed an hæretici occulti posſint abſolui per ſimplices ſacerdotes, vel per quem debeant abſolui? & reſpondetur ſecundùm vl. olim occultos hæreticos abſolui poſſe per ſimplices ſacerdotes, niſi epiſcopus loci retinuerit ſibi tales abſolutiones, ſed hodie hoc clarum eſt propter proceſſum annualem curiæ, quia nunc caſus iſte reſeruatur papæ, vt not. Rai. q. xiiij.

Ex prædictis cõcluditur, quòd poteſtas abſoluendi hæreticos ſolũ eſt data epiſcopis, & inquiſitoribus, vt dictum eſt. de quo vide. infra. in litera, confeſſio. §. pen. & vide. in. §. ſeq.

Sed an abſolutio proprij ſacerdotis in crimine hæreſis proſit confitenti? & reſpondetur quòd non, cum proprius ſacerdos nõ ſit iudex huius criminis, ſed ſolummodo poteſtas abſoluendi, & puniendi hæreticum eſt conceſſa, & attributa epiſcopis & inquiſitoribus: neque talis abſolutio, vel cõfeſſio facta ab ipſo proprio ſacerdote poteſt impedire proceſſum ſui iudicis compctẽtis, vt extra. de iudi. c. at ſi clerici, &. C. ſi non a competenti iudice, per totum. Nec etiam poteſt dici quòd per ſacerdotem fuerit cum eo diſpenſatum, & quòd ſibi fuerit impoſita pœnitentia, & peracta, quia diſpenſatio criminis ei demum pertinet, & permittitur qui de eo poteſt cognoſcere, vt extra. qui fi. ſunt legit. c. lator. ad quam. l. diſ. domino ſancto, & quod ibi notatur. Et hæc diſpenſatio corrigendi, & redeuntes recipiendi olim fuerat ſolis epiſcopis attributa, vt. l. diſtin. præsbyteros, licèt hodie ſit epiſcopis, & inquiſitoribus pariter conceſſa, vt in. c. ad abolendam. in princi. de hæreti. extra, & in c. excommunicamus. i. &. ij. & in c. vt officium, de hæreticis, li. vj. Et per hoc quod iſtis cõcedit, cœteris omnibus videtur denegata, vt. xxv. diſtin. qualis, & extra. de præſumptio. nonne, & ff. de iudi. l. cum prætor. Meritò exigitur quòd per illum, vel illos diſpenſetur qui velint, & posſint cum illo diſpenſare, vt de filijs presbyterorum. c. ex tua, & de ſchiſmaticis. c. fraternitati. Et hoc iam accidit de facto, & fuit ita determinatum de hoc vide. infra. occulta. §. an contra occultum, & infra. confesſio. §. vtrum ſiti in foro pęnitentiali.

Sed an qui ſemel fuit abſolutus, vel punitus de vno crimine, ſuper illo met posſit amplius inquiri contra eũ de illo crimine de quo fuit abſolutus vel punitus, cum de delicto hominis ſæpius non ſit inquirẽdum, vt. ff. nautę, caup. ſtabularij. l. licèt gratis, in fine, & extra. de accuſa. de his. Et dicit canon, quòd diuina clementia nõ patitur crimina ſemel dimiſſa venire amplius in vltionem, de pœ. diſ. iiij. diuina. Et ad iſta dicendum, quòd non obſtat, quia iſta ſunt intelligenda eo caſu quo crimen eſt per omnia idem. Sed cum quæritur ex crimine, quod reſultat ex pluribus factis, & ex ceſſibus ſeparatis, & diuiſis locis, ac ex interuallo commisſis, benè poteſt ſuper

per illo amplius inquiri, & puniri. de hoc vide. infra. relapſus. & quæ pœnę ſunt iterabiles, & infra. an contra occultum hæreticum.

Sed forma [f] abſolutionis quando inquiſitor recipit hæreticum ad miſericordiam, vel reconciliat eum eccleſiæ, talis eſt, & declarando interlocutoriè ſic dicet in abſolutione videlicet. Quia te inuenimus per tuã confesſionem, vel per probationes legitimas incidiſſe in hæreſim, nũc autem ſaniori vſus conſilio, vis vt aſſeris ad vnitatem eccleſiæ de corde puro, & ſi de non ficta redire, id circo te in primis abiurata omni hæretica prauita te iuxta formam eccleſiæ, ab excommunicationis vinculo quo tenebaris aſtrictus, autoritate qua fungimur in hac parte, te abſoluimus. ſi tamen ad eandem eccleſiam corde puro redis, & iniuncta tibi mandata ſeruaueris &c. De hac forma abſolutionis vide. infra. reconciliatio. Et ſic iſta abſolutio quæ fit hæreticis per inquiſitores, debet fieri per modum conditionis, ſcilicet ſi puro corde redis, & iniuncta mandata ſeruaueris.

Sed de conditione quæ ponitur in abſolutione illorum, qui ſcienter tradiderunt ſepulturam eccleſiaſticam hæreticis, vide. infra. ſepultura.

Sed an ante abſolutionem debet prius imponi pœnitentia. & dicendũ quòd abſolutio eſt nulla ſi impoſitio pęnitentiæ non præcedit abſolutionem, de hoc vide in cle. dudum, de ſepulturis, in. §. ſtatuimus. vbi hoc notat. Verue. & Io. An. & de hoc vide. infra. pœnitentia. §. pœnitentia eſt imponenda.

Sed nõ remanet abſolutus cui pro crimine fuit iniuncta aliqua pęnitentia, & eam non ſeruauit. archid. in c. vt commiſſi, de hæreticis. li. vj. in. §. neque. quem ſequitur Io. An. in nouella. vide. infra. ſententia. §. ſed dicet ſic.

Sed nota, quòd quando quis conſitetur hæreſim, non poteſt inquiſitor eum abſoluere, niſi prius imponat ei reſtitutionem omnium bonorum fiſco, a tempore commiſſi delicti, vt in c. dilecti, de arbitris, & ibi Abbas.

Sed an ſatisfactio debeat præcedere abſolutionem, vel econtra, vide. infra. ſatisfactio.

Sed an abſolutio debeat fieri ante abiurationem, vel poſt, vide. ſupra abiuratio. §. j. in princi.

Sed non poteſt abſolui inquiſitor ab excommunicatione quam incurrit, ſi bona eccleſiæ ſcienter confiſcauit ob delictum alicuius clerici, niſi ſolùm in articulo mortis. de quo. infra. bona eccleſiarum. & infra. confiſcatio.

Sed an poſſit abſolui defunctus ab excommunicatione? & dicẽdũ quòd quãdoque in excommunicatione decedens abſoluitur, vt de ſententia excommuni. c. a nobis, el. ij. ſecus tamẽ in hæretico, cum ipſo iure fuerit excommunicatus, vt. infra. defunctus, & infra. excommunicatio, & infra. hęreticus, & infra. pęna.

Et forma abſolutionis circa defunctum talis eſt: ſi eſt ſepultus in cæmeterio, non exhumabitur: ſi alibi, exhumabitur, & corpus, vel ſepulcrũ verberabitur, vt fit circa viuos, vt in gloſa dicti cap. a nobis. & hæc quando indefinita apparuerunt ſigna contritionis, & pœnitentiæ. vt in ſu. con. li. iij. q. cxxj.

Et ad quid proſit abſolutio defuncti,

ti, vide infra. iſta litera. §. vlti.

Sed an abſolutio facta ab hæretico teneat, & an poſsit abſoluere aliquem, a peccatis, vel ab excommunicatione? & dicendum quòd hęretici non poſſunt abſoluere, nec tenet eorum abſolutio, vt vij. q. i. Nouaciamus. idem in ſumma confeſ. eo. ti. quæſt. iij.

Sed an inquiſitores poſsint ſe adinuicem abſoluere ſi aliquam irregularitatem, vel excommunicationē incurrant a caſu? & dicēdum quòd ſic. & etiā poſſunt abſoluere ſocios ſuos fratres, quos ſecum habuerint, dum reſident in officio inquiſitionis, ſi aliquam irregularitatem, vel excommunicationem incurrerint, vt habetur in quadam extrauaganti Vrbani iij quę incipit, Vrbanus ſeruus ſeruorum dei, de quo vide plenè. infra. inquiſitores. §. item inquiſitores, ſi aliquam irregularitatem.

Sed omnes iſti qui ſequuntur ſunt abſoluti a dominio, & fidelitate dominorum ſuorum, ſi domini ſui hęreſim commiſerunt, & ab omni obligatione qua ipſis dominis hæreticis tenebantur aſtricti, vt in c. abſolutos: extra. de hæreti. & ſunt omnes iſti abſoluti, ſcilicet famuli, & liberti, & vaſalli illorum dominorum, qui etiam ſunt negligentes in perſequendo hęreticos, vt dicto capitulo vltimo, extra. eo. tit. nec obſtat c. quoniam. xi. q. iij. & c. inter, de ſententia excom. quia procedunt in non hæretico. ſecus in hæretico. hoc Abbas in dicto capitulo abſolutos. de hac materia vide infra. obligatio.

Sed attēde, quia melius eſt nocentem abſoluere, quàm innocentē condemnare, vt. ff. de pœnis. l. abſentem, & iij. q. ix. dignum, & ar. extra de ſimonia, licèt Heli. in fi. de probatio. ex literis. niſi vbi reus negat, ſi contra eum probetur per apertiſsimas, & claras probationes: quia tales in criminibus requiruntur, vt. ij. q. vi. ſciant. quæ eſt. C. de proba. l. fi. ij. q. i. nos in quenquam, extra. de maio. & obe. iter quatuor. vi. q. vlti. actor. vi. q. vi. Epiphaniū: & nō per pręſumptiones, niſi ſint violentæ, vt habetur in Spe. de præſumpti. §. ſpecies, ver. violenta. ſed in crimine hæreſis melius eſt hęreticum negatiuum cōuictum condemnare, quàm abſoluere. aliàs inquiſitor incurreret in excommunicationem, & eſſet ſuſpectus, vt infra. inquiſitores. §. nota quæ prohibentur.

Sed nota ꝙ abſolutus ab excommunicatione, iurans ſtare mandatis eccleſiæ, ſi incidit in excommunicationem propter talem contumaciā, non debet abſolui, niſi prius ſatisfaciat, vt dictum eſt.

Sed nota ꝙ abſolutio defuncti valet ad hęc ſecundùm Verue. vt talis ſepeliatur in loco ſacro: vel vt ſepultus non exhumetur, ſed vt oretur, & celebretur pro eo; vide ſupra. iſta litera. in. §. an poſsit abſolui defunctus.

ADDITIONES.

a *Abſolutio generaliter accipitur pro liberatione ab ea controuerſia, quam ab aliquo quis patiebatur. l. ſi in re. 19. ff. de noxal. Cic pro Comędo. Iudici hic denuntianit abſolutus eſt. Item abſoluere iudicio liberare, non vexari moleſtia iudiciali. l. 14. ff iud. ſol. l. fullo. 90 ff. de fur. Itē pro dimittere l. 37. ff. de vſur. Bud. in annotat.*

tat. ad eam. Apud Rethores ſic definitur. Cic. lib. 1. de inuẽtione, Abſolutio eſt, per quam omnia, quæ incidunt in cauſam genera de quibus poſtea dicendum eſt, amplectimur partitione. Item pro perfectione l. inſulam. §. 1. ff. locati. Hinc colligi licet, abſolutionem a re corporali ad incorporalem ex quadam ſimilitudine transferri, nã propriè ſignificat corporale vinculum quo quis obſtringitur, diſſoluere. per metaforam verò, & à iuris vinculo liberari quis dicitur. vnde & illa ſignificatio per conſequentiam deducitur, ideſt dimiſſio, vel perfectio, quia quod abſoluimus, vel perficimus, dimittere ſolemus, Et ita cæteræ deflectuntur ſignificationes, Eſt antitheton obligationis obligatio enim eſt iuris vinculum &c inſt. de oblig. in prin. P. V.

b *Hinc eſt, quòd regulariter abſolutiones non conſueuerunt concedi motu proprio, pro vt oſtendo ſuper ſignatura gratiæ in tit. de abſol. verſ. abſolutiones non conſueuerunt. Q. M.*

c *De hoc Conc. Trident. ſeſſ. 24 ca. 6. de reformat. P. V.*

d *Puto quòd loquatur in promulgatione bullæ in Cœna domini, in qua excommunicantur omnes hæretici, & ſchiſmatici, & omni anno legitur, & publicatur, prout etiam per Vmbert locat. in iud inquiſi. in verb. abſoluere. Videre etiã poteris quæ ſcripſi ſuper ſignat. grat. de abſol. ab excommunic. Q. M.*

e *Abſolutus ex quo crimen non commiſerit iuxta communem opinionem legiſtarum, & canoniſtarum non debet vlterius moleſtari. Boſius. in tit. de ſent. num. 77. Foler. in pract. crim. cano. fol. 302. nu. 3. Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt 57. & ꝙ ſi reus ſemel diffinitiuè abſolutus fuerit, etiam ſuperuenientibus nouis indicijs amplius ſuper eodem delicto inquiri nequeat nec ad vlteriora procedi, concludunt cõiter Doct. in c. de his. de accuſat. Aret. conſ. 58. & Franc. Burſat. conſ. 33. viſo. nu. 1. Aduertendum tamen eſt, quòd duobus, concurrentibus, videlicet nouis inditijs, & quòd princeps mandet cognoſci de delicto, non obſtante ſententia abſolutoria contrarium ex communi materia concludendum eſſet, vt per Siluan. conſ. 75. nu. 17. lib. 2. & per præf. Burſat. conſ. 35. vltra num. 10. Quid autem circa abſolutum, quia probatum non fuerit vel quia acccuſator præuaricatus fuerit, & alijs cauſis, vide ibidẽ latè per eundem Iul. Clar. Et de abſoluto a ſummo pontifice in foro exteriori. Siman. de hæret. quæſt. ſi de abſolut. nu. 3. & quòd abſolutus etiam per viam diſpenſationis vlterius moleſtari nõ poſſit, vt voluit Decius communem affirmans. conſil. 137. col. 2. Quint. Mend.*

Adde Cald. in trac. de hæret. c. 8. num. 6. 7. & 8. & de ſent. inquiſ. num. 8. rub. pen. Sed ſciendum eiſdem verbis hoc caput num. 7. c 8. reperiri. P. V.

f *Adde Calder. in tract. de hæret. c. 41. & de ſent. inquiſi. nume. 2. ad verbum. Pet. Vend.*

Acta. [a] in vno iudicio [b] faciũt talem qualem fidẽ in alio etiam interueniẽte alia perſona. Ab. in. c. teſtimonium, de teſti.

Sed ſuperfluitas reprobatur, in actis, vt. C. de praeci. im. offe. l. vl. imò etiam punitur. C de appel l. amplio rem. §. in refutatorijs. ad hæc facit extra. de iud. cum dilectus, & in proœmio decretalium, reſecatis ſuperfluis.

Sed actus oſtendunt voluntatem, & conſenſum ſecundùm actuũ qualitatem, vt nota. per modernos. ff. de

ad-

admin.tuto.l.Titium & Mçuium. §. alterum,& per Bal.in.l. ſi prçſens,C. communia vtriuſque iudi. Bal. in li. feudorum, ti. de beneficio fratris. c. i.Bar.in.l.i.§.ſi quis interdicto,ff. de iti. actuque priua.

Item nota, ꝙ res inter alios acta alijs non nocet,vt in ſpe.ti de ſenter. & de his quç ipſam ſequuntur. §. vij. verſ. ſed pone. vbi ſic dicit ad literã. Sed pone quòd duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus. vnus eorum probat cõſanguinitatem per teſtes inter ſe,& vxorem, & ſic diuortium eſt celebratum. alter petit per eaſdem atteſtationes inter ſe,& ſuam vxorem ſententiam ferri: dic ꝙ non poteſt. Nam res inter alios acta &c. extra.de præben.dilecto, in fi. vbi de hoc:imò iurabunt iterum, & examinabuntur.ff.de excep.rei iudi.ſi cum vno, & quçſtio dominicalis. xlviij.

Sed an acta iudicialia valeant ſine teſtibus,vide Io.An. de proba. quoniã contra. ſpe. de inſtru. edit. §. reſtat,verſ.ſed cum literis,&.§.ſatis,in fi.vide infra. teſtes.

Sed acta facta in cauſa priuata, proſunt fiſco, vt ex eis poſſit ſe fundare, ſi in aliquo ius eius concernãt, de quo vide infra. fiſcus.

ADDITIONES.

Acta propriè dicuntur, quæ quis geſſerit togatus,in Rep.cum poteſtate,impe[rio]que verſatus. Cic.Philip.1. an in com[m]entariolis,& chirographis,& libellis, [a]cta Cęſaris firma erunt,quæ ille in æs in[cid]it, &c. poſtea factum eſt conſuetudi[ne] ſermonis, vt non ſolùm literæ omnes, quorumlibet iudicum ſententijs, per[ſcri]ptæ,vt l.46.ff.de re iud. ſed quodcunque apud iuſdicentem ad cauſam,ſiue publicam, ſiue priuatam pertinens geſtum eius autoritate,ſcriptum eſſet vt l.2.C. de eden. Inſt. de adopt. §.vlt. & de donat.§.1. actorum nomine cenſerentur. Pet. Vend.

b *Ex communi ſententia acta facta inter eaſdem perſonas faciunt fidem in alia cauſa, licèt ſub diuerſis iudicibus. Alex. conſi.37.nu 32.lib.2. & conſi.156. eod. lib. Felin in c. cauſam quæ in ij.regu nu. 3.& ſeq de teſti. Burſat.conſi.75. Viſa. nu.8.ex communi item ſententia acta facta inter duos litigantes non habent effectum quò ad alios Doct.in l 2.C de eden. Fel.in d.c.cauſam quæ nu.18. An autem inter alios faciãt qualem qualem,fidem, probationem, ſeu præſumptionem diſcutit ibid.Fel.nu 19.in 1.fallen. vbi etiam apoſtill. Et an probationes, & acta in iudicijs ciuilibus deſcendentibus ex crimine faciant fidem,quando poſtea agitur crĩminaliter? pro negatiua concludit Bart. in l.2.§.1 ff vi bon.rap. Abb. & alij, in c at ſi clerici. de iudic.in princ. vt etiam Felin.& D meus,ponunt in fallen. Idem Fel. in c 1.col.4 de except. Aegid. Boſ. in prax crim tit. de pluribus violen. nu. 24.& ſeq. Quint. Mand.*

Accuſatio. Quid ſit, [a]& dicendum quòd accuſatio eſt alterius criminis per libellum ad vindictam ſolennis facta delatio. C.qui accu. non poſ. l. cum rationibus.ff.de accu.l.libellorum. ij. q. vij. plerumque,& in.l.i.C.de priua.delic. Bal.aliter diffinit in.l. i. C. ne de delic.defuncto.

Sed accuſatio dicitur via ordinaria ad crimina puniẽda: & in hoc differt ab inquiſitione, quia inquiſitio dicitur via extraordinaria nõ ad puniendum,

niendum, ſed ad corrigendum. ſpe. de.inquiſi.§.nunc videndum reſtat, ver.vl.quæritur, & ſequenti, vbi diſtinguit.

Item accuſatio, & denũciatio qualiter differant, Bal.in l.edita.xvij.colum.C.de eden. Et an ſit magis fauorabilis inquiſitio, quàm accuſatio, vide infra.de forma procedendi.

Sed accuſationis effectus eſt depoſitio, inquiſitionis ab adminiſtratione remotio: denunciationis pęnitentia, vel correctio: vel īſtitutionis, vel conſecrationis excluſio, de ac.c.ſuper his.

Sed licèt accuſationis illaudabile genus eſſe dicat, vt in.c.ſi quis epiſcopus.ij.q.vij.de quo per glo.ij.q.vj.c.decreto: illud tamen debet intelligi quò ad vulgi opinionē. aliàs enim pręſumitur quis bono zelo accuſare, vt extra, de dolo & contu.c.veritatis. Nam accuſatio ex caritate debet prouenire, vt extra.de accuſa. ſi quis epiſcopus, & non debet prouenire de zelo vindictæ priuatæ, aut odij perſonalis, vt eo.ti.c.accuſaſti.

Sed accuſare aliorum crimina ex caritate melius eſt quã illa celare. [b] v.q.v.non oſculatur.

Sed accuſator debet eſſe bonæ vitæ & liber genere, nõ ſeruus.ij.q.vij. quærendum eſt.

Item in accuſatione requirenda ſunt qua conſcientia, quo merito, qua intentione: vtrum.ſ.pro deo, vel vanagloria accuſet.ij.q.vij.ſi q ſunt, & c.ſi quis epiſcopus.

Sed qui accuſat publicæ ſalutis cuſtodiam gerit, vt.C.de famo.libel.l.vna.pro quo vide bonam glo.in d.c.ſi quis epiſcopus.ij.q.vij.& ſi in omni crimine hoc procedat, à fortiori in huiuſmodi crimine hæreſis [c] quod grauiſſimum eſt, vt in.c.vergentis, de hæreti.cum etiam in opprobrium dei cedat, cuius opprobria diſſimulare non debemus, quia ipſe noſtra deleuit opprobria, vt extra.in c.in non nullis, de Iudæis.

Sed accuſatio facit ceſſare inquiſitionem, ſi opponitur: aliàs non. Bal. in l.j.in fi.C.de furtis.

Sed in iſtis criminibus exceptis q-libet admittitur ad accuſandum, ſcilicet in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, ſimoniæ, fraudati cenſus, fraudatę annonæ, dilapidationis, vt in.l. prohibentur.xv.q.iij.ſanè, &.c.nemini, extra.de ſim.tãta.& in his admittuntur cõtra clericos infamatos, qui ſunt prohibiti in alijs criminibus accuſare, vt.ij.q.i.in primis, circa fi.vel ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequũtur, extra.de teſti.de cętero.vide infra.iſta litera, in §.an laicus.

Sed accuſationem ſubire volens, an poſſit vitare inquiſitionem, in Spe.de inquiſitio.§.i.ver.porrò, & ſequenti.

Sed an accuſatus de crimine poſſit poſtea denũciari ad pęnitentiam agendam, vide de purga.cano.cum dilectus.

Sed accuſationem debet pręcedere ſecreta monitio, ſecundùm Tho. ij.ij.q.xxxiij.ar.vij.& ī.iiij.di.xix.ar. vi.vide infra.monitio.

Sed an quando eſt certum tempus ſtatutũ ad accuſandum, poſſit poſt illud tempus inquiri, ſi non apparet accuſator in tempore ſtatuto? & dicendum, ꝙ in alijs criminibus, tranſacto illo tempore nõ poteſt inquiri vt no.Bar.in.l.quęrela, C.de fal. licèt glo.ibi videatur ſentire contrarium, ſecundùm

ſecundùm eum. & hoc ſecundùm ius ciuile.ſecus autem de iure canonico, eò ꝙ quis poteſt accuſari de crimine vſque ad centum annos,ſecundũ Io. An.de proba.licèt,ſuper glo.ij. arch. xj.q.iij.preſbyteri.adde ꝙ ſm ius ciuile videtur terminus.xx. annorum, vt dic.l.quærelã.C.de fal.fallit tamen in caſibus ibi notatis.

Sed an accuſatio incæpta viuente reo, poſſit poſt ei⁹ mortẽ cõtinuare, Bar.in l.ſenat⁹ §.ſi propter.ff. ad ſen. con.Turp.adde inſti.de perpe.& tem. act.§.non omnes,& in §.pœnales.

Sed an requirantur ſolennia accuſationis in inquiſitione, vide Ange. conſilio ſuo,quod incipit,viſis actis, numero.clxxx.

Sed an accuſatio habeat locũ poſt mortem in credẽtes,fautores, defenſores,& receptatores, qui nõ ſunt hæretici,ſicut hẽt locũ in hæreticis poſt mortem? Et reſpondetur ꝙ nõ,eo q̃a non ſunt hæretici, & morte eorũ crimina extinguuntur,vt probat tex.in c.accuſatus §.porrò, de hæreti.li.vj. & huiuſmodi ratione eorũ bona non ſunt ipſo iure confiſcata . hãc concluſionẽ tenet Io.Mona.archi.& Io. An. in dicto c.accuſatus §.ſi verò.quò ad carentiam tamen ſupulturæ eo iure, quo hæretici cenſentur . vt in c.quicunque,in prin.

Sed qua de cauſa admittitur accuſatio contra defunctum,vide infra defunctus.

Sed an iura loquẽtia in accuſatione,habeant locum in denuntiatione, Io.An.in additionibus ſpe.tit. de denunci.§.j.ꝙ nota pro ſtatutis.

Item an iura loquentia in accuſatione, habeant locum ĩ inquiſitione. Io.An.in c.frequens, de reſti. ſpo.lib. vj.& quid econtra,vide glo.in c.in fidei fauorem,de hęreticis,li.vj.

Sed ĩ accuſatione ſuſpecti tut. quatuor principaliter requiruntur ratione pupilli inuenta, primò quia non probans in hac accuſatione, & deſiſtens non incidit in Turpilianum, ſecundò quia vbi aliàs pro cauſa priuata non debet fieri inquiſitio vt l.reſcripto §. accuſatorẽ ff. de mune. & ho. Bar.in l.ij. §. ſi publico.ff.de adul. tñ ſecus in cauſa ſuſpecti tut.tertiò quia hæc cauſa poteſt delegari.de hoc.per Di.in d.§.ſuſpecti.no.inſti de ſuſpec. tut. quartò quia ad hanc accuſationem admittitur mulier,Inſti.de ſuſp. tut. §. conſequens. Adde ergo quòd poteſt interuenire procurator in tali crimine,vt l.non ſolùm.§.ſi.ff.de procu.quod non eſt in alijs,vt l.penul.§. ad crimen,ff.de publi.iudi.

Sed accuſatio poteſt eſſe vitioſa tripliciter.ſ. calumnia,præuaritione, & tergiuerſatione,S.Thom.ij. ij. quæſ. lxviij.ar.iij.

Sed an in accuſatione requiratur ſubſcriptio,ideſt ꝙ accuſator debeat ſe ad pœnam talionis obligare?& dicendum quòd in alijs criminibus ſic ſe debet ſubſcribere,[d] vt j.q.iij.calũniator,& c.qui nõ probauerit. Et ab hac regula excipiuntur quinque caſus,vt in leui crimine. Item in crimine apoſtaſiæ. Item cum maritus accuſat vxorẽ de adulterio, & ĩ ſimilibus. Sed ſciẽdum ꝙ ſi accuſator non ſe inſcribat, ex natura tamen accuſationis huiuſmodi pœna calumnię venit. C.de accuſa.l. vl. Item accuſatio debet exprimi viua voce & præſente accuſato.ij.q. vltima.præſcripta . concor.prędictis Albericus.& idem no.in ſum.confeſſ.li.ij.ti.v.q. clxxxix.

Sed an in caſibus in quibus mortu' poſſit accuſari requiratur īſcriptio vide glo.xxiiij.q.ij ſanè profertur.

Item licèt in alijs criminibus accuſator debeat ſe prodere in publicū & ſubſcribi ad pœnam talionis, vt ſupra dictum eſt, & vt habetur & in l. libellorum.ff.de accuſa.& l.qui crimē. C.qui accu.non poſ.& l. pe. C. de accu.& c.ſuper his, eo.ti.c.licèt Heli, de ſimo. Et ſimilem carceris cuſtodiam ſubire, vt C.e.ti.l.fi. Fallit tamē, & eſt ſpeciale in hoc crimine, & in alijs caſibus exceptis, de quo no.gl.ij.q. viij. in ſum.de procura.tuæ, de accuſa. ſuper his.iiij.q iiij.§.aliquando, in tex. & in glo.xv.q.iij. de crimine, in glo. plenè per Hoſtien.in ſum.tit.de accu. §.qualiter.

Sed peccat iudex qui per viam accuſationis alicui adminiſtrat iuſtitiā, cum competat directum iudiciū, vel actio.Innocē.in c.ad noſtram, de iureiurand.

Sed accuſans occulta peccata aliorum nō placet deo, vt vi.q j.ſi omnia, tex.& qđ ibi no.de of.or. ſi ſacerdos.

Sed an iudex ex officio ſuo poſſit requirere defenſiones pro accuſato, vide infra iudex.

Sed accuſans debet ponere diem commiſſi criminis in libello ad petitionem accuſati, vt poſſit ſe defendere probādo ꝙ ea die fuit alibi. [e] Bar. no.in l.his qui reus, in viij.colū..ver. ſed quæro cum in accuſatione.ff. de pub.iudi. & eſt caſus notabilis in l.ij. §.ſi quis.ff.de eo qđ certo loco, & Lu. Pon.in ſing.verſi.Bar. in l. is qui reus &c. & Bar.in d. §. ſi quis, in fi. & in l. Pantonius §.j.ver.nota ex hac l. glo. ff.de acqui.hęre.quod verum eſt ante confeſſionem, vel negationem accuſati. non poſt ſecundùm. Alexand. de Imola in additionibus ad Bar. in dicto §.ſi quis. quo caſu ſufficit dicere, non recordor ſecundùm Ange. in l.libellorum, de accuſa. vbi dicit ſic practicari.

Sed an ſi accuſator poſuerit diem criminis in libello, licèt non arctetur, ſi tamen non probat delictum eo die commiſſum, non poteſt ſequi condēnatio. Bart. in l.is qui reus § j ff.de publi.iudi. Et ſi accuſator poſuit diē, & non probauit, ſuccumbere debet, vt in dicta l.Pantonius § j.in ver.nota ex hac l.& ibi Pau.de Caſ.in ij. col. & in l.denunciaſſe §.quid tamē, paulò poſt prin.ff.de adul.& in dicta l.is. qui reus, in viij.colum. ver.ſed quæro. Bald. in l.j. in xviij. col. magna, ver.ſuper ſeptimo puncto. C. qui accu.non poſ.Sali.in l.penult. C. de accu.Raph.Cuma.tenet id quod Bar.in d.l.is.qui reus, & in d. §.ſi quis. ſed ibi Imo.in pe.char.dicit contrarium. ſed fulgo. in.d. §. ſi quis ita. ſed vide do. Iaſon.May. ibidem q tenet cum Bar. Et nota regulariter ꝙ non debet poni dies in criminali libello, vt in l. libellorum, & ibi Bar ff. de accuſa. niſi vna die delictum eſſet, & alia nō, per notata per Bar.in l.non ſolū.§. ſed & reprobari.ff.de ope.no. nūci. Itē niſi certa die pro delicto eſſet maior pœna, Bar.in d.l.libellorum. Item niſi petatur, vt ſupra dictum eſt.

Sed an in eodem libello poſſunt accuſari falſi teſtes, & is qui eos produxit? Bar. inquit ꝙ ſic in l.nihil, ff.de adul.adde quod no.glo.ij. q. j. prohibentur.lxxxj.diſ.Maximianus. in quibus tractat an plures poſſint ſimul in eodem libello. accuſari.

Sed accuſator debet cuſtodiri [f] ſicut

cut accuſatus.no.Cy.& glo.in l.fi.C. de accuſa.in prin.

Sed accuſatus de crimine debet de trudi in carcerem, idem ſi veniat torquendus. idem, ſi non poteſt dare fideiuſſores, fallit in muliere, vt. C. de cuſt.reo.l.j.& in auth.ibi poſita, & ibi Bal.& hoc in alijs criminibus: ſecus tamen in crimine hæreſis, in quo mulier etiam incarceratur, ſi accuſatur de hæreſi.de quo infra, carcer.

Sed quicunque repellitur a teſtificando, repellitur ab accuſando, vt l. accuſare, & l.is qui iudicio, ff.de appel.& in l.ij.§.j.ff.de accuſa.per Bar.

Sed an ante inſtitutam accuſationem in iudicio contra prælatum poſſit recedi ab obedientia prælati? Et dicendum, quòd licèt regulariter in alijs criminibus non poſſit vt viij.q. iiij. nonne: eſt tamen in hoc crimine ſpeciale, & fallit regula illa. nam etiā ante inſtitutam accuſationem recedi poteſt a prælato hęretico, vt in c.cum non liceat, de præſcrip. & xix. diſ. Anaſtaſius, & ibi glo.j.& xxiiij.q.j.Acacius, & xvj.q.vj. ſanè Theſalonicenſes, & Hoſti.in c.per tuas, de ſimo.Innoc.in c. veſtra, de coha. clerico. & mulie.

Sed de forma libelli in accuſatione contra hæreticos, vide infra libellus §.forma libelli.

Sed accuſatio continens multa capitula ſic obligat accuſatorē ad probationem omniū, quòd ſi deficit in vno, non admittetur in alio, vt iij.q. x. placuit vide infra libellus §. libellus accuſationis.

Sed an plures poſſint accuſari in vno, & eodem libello, vide infra libellus §.libellus contra plures.

Item an pendente accuſatione poſſit quis adminiſtrare, vide iij. q. iiij. nonne, & quod no. gl.de ſuſpe.tu. §. ſi quis autem, & vide infra alienatio.

Sed an poſſit replicari accuſatio cōtra accuſatum de crimine, de quo fuit abſolutus, vide infra.inquiſitio. Et an poſt purgationem poſſit quis iteratò accuſari, vide infra. purgatio.

Sed an iſto crimine hæreticus poſſit accuſare hæreticum? & dicendum ꝙ hæreticus, vel apoſtata poteſt accuſare hęreticum, vel apoſtatam, vt ij. q.vij.ſi hæreticus, & §. orthodoxis, & per glo.xxiij.q.iiij.ipſa pietas. eo ꝙ in hoc crimine eſt ſpeciale, cum aliàs regulariter crimino ſus 8 criminosū accuſare non poſſit, vt iij.q. vij.in c. qui ſine, & de accuſa. c.j. Tamen non poterit accuſare fidelem, vt ij.q. vij. non poteſt, & c.pagani, & extra de iudi. intelleximus vide infra iſta litera in §.accuſare autem.

Sed an ſi inſtituta accuſatione cōtra viuentem, & antequam contra ipſum feratur ſententia, mortuus eſt, an fiat aliqua executio in eius corpus, vel cadauer. vide infra executio §.an poſſit fieri.

Sed accuſans mortuum ſi ſuccumbat in accuſatione, qua pœna puniatur. vide infra defunctus.

Sed an eo ipſo quòd accuſator, vel denunciator non probat, conuincatur de calum. vide infra calumnia, & infra denunciator.

Nota ꝙ accuſator repellitur etiā ꝓpter inimicitias[h] ortas in cauſa ciuili no.de reſt.ſpo.item cum quis.

Sed quæ differentia ſit inter accuſatorem, & teſtem, & quæ eſt ratio, quòd indiſtinctè omnino admittitur quis ad accuſandum, & nulla

exceptione repellitur qđ ſecus eſt in teſte. ad quod ratio eſt in prõptu, q̃a ad dictum teſtis proceditur ad ſentẽtiam condemnatoriam, vt. ff. de pœnis l. qui ſententiam, & de of. præſi. l. illicitas §. veritas & quia crimina ꝓbantur teſtibus, non accuſatoribus notat glo. in c. cum Reſpon. de of. delega. & notat Inno. in c. cum venerabilis de excep. & facit text. in c. licèt, de ſimo. Abb. in c. j in iij. col. de accu. ſed ad dictum accuſatoris non proceditur ad ſententiam condemnatoriã ſed ad inueniendum veritatem, quia nõ eſt ſtatim cẽſendus reus q̃ potuit accuſari, vt. C. de accu. l. fi. & ibi no. & extra qui matri. acc. po. c. a nobis. & xv. q. vj. c. fi. in fi. & extra vt li. pen. c. laudabilem.

Nota ꝙ maius periculum eſt in accuſatore quàm in teſte. ideo cum ipſo cautius eſt agendum, vt ff. de ędili. edi. aliàs de ædilibus curulibus. l. j. §. ſed & ſi quis C. de appel. l. addictos, cum ſimilibus.

Sed vtrum idem qui eſt accuſator, poſſit in cauſa criminali eſſe teſtis. & videtur quòd non, quia videtur eſſe teſtis in re propria, qđ iura reprobãt, vt ff. de teſtibus l. nullus, & extra, de accuſ. cum P. Sed dicendum, quòd in crimine hæreſis, & apoſtaſiæ, & in crimine læſæ maieſtatis idem accuſator poteſt eſſe teſtis, dummodo non ſit inimicus capitalis. & ita conſuetudo inquiſitionis generaliter obſeruat. Et iura quæ contrarium loquuntur, debent intelligi vbi in cauſa, in qua quis accuſaret, pertineret talis accuſatio ad commodum ipſius accuſatoris, vel eſſet res propria ipſius, adeo quòd ad ipſum ſpectaret commodum, vel incommodum ipſius cauſæ, & ad hoc vt ſua intereſſet. quod quidem non eſt in caſu hęreſis, & apoſtaſiæ, cum crimen ſit publicum, & cõpetat coerceri tale crimen omnibus quod committitur in contumeliam creatoris, cum ipſi ſit iniuria, vt. C. de hæret. l. Manichæos. Nec in iſto crimine intereſt accuſatoris, vel teſtis quò ad commodum, vel incommodum ipſius: ſed vt iuſtè accuſatus retrahatur à peccato, & corrigatur cognoſcendo eum, & deteſtando. & ob hoc qui accuſat poteſt eſſe teſtis, & poteſt fungi perſona duorum, vt extra de teſtibus, ſuper eo, & de ſpon. cum in tua, & extra. qui matrim. accuſa. poſ. in c. videtur. Et de hac materia an qui eſt accuſator, poſſit eſſe teſtis, vide de conſa n. & affi. c. j. Inno. extra qui matri. accuſa. poſ. ſuper rubrica glo. iiij. q. iiij. in ſumma.

Nota quòd in iſto crimine hæreſis, & apoſtaſiæ quilibet de populo poteſt accuſare: & etiam in omni crimine, vel delicto quod non reſpicit tertiam perſonam, ſicut eſt portare arma, blaſpemare deum, & alia delicta ſimilia. de quo Bart. in l. ſenatus, ff. de iniurijs, & in l. j. ff. de public. iudi. & in l. j. ff de iure fiſci.

Sed accuſare autem non poſſunt alios qui non ſunt rectæ fidei: vel qui aliàs ſunt viles perſonæ. ij. q. vij. cap. quærendum, & cap. alieni erroris, & c. non poteſt. cap. pagani. tamen hæreticus, & paganus iſto crimine accuſare poſſunt hæreticum, & paganum. de quo vide ſupra. iſta litera in §. an iſto crimine hæreticus.

Sed qui depoſuit falſum, repellitur ab accuſando, licèt non ſit infamis.

mis.ij.quæſt.j.prohibentur, in glo.

Sed qui ad magos, vel ſortilegos accedunt, non poſſunt alios accuſare, vt ij.q.viij.quiſquis ille.

Sed an laicus clericũ accuſare poſſit criminaliter, ſi talis accuſator non habeat ſuos ordines clerici, vel eos non poteſt habere? & videtur ꝙ non, vt ij q. vij. ipſi apoſtoli. Vbi ſic dicitur, ipſi apoſtoli, & eorum ſucceſſores ſtatuerunt, vt ſacerdotes domini non accuſentur, nec in eos teſtificentur qui ſui ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt: & ſuper iſto verbo, eſſe pñt, dicit glo. ꝙ ex his duobus colligitur ꝙ hæc tria, ſcilicet accuſatio, teſtimonium, & ordo, pari paſſu ambulãt: vt quicunque nõ admittitur ad vnum, non admittatur, nec ad reliquũ. Sed hæc regula habet locum cũ criminaliter agitur, ꝙ exiſtens in peccato mortali non admittitur ad teſtificãdum, vel accuſandũ, vt vj. quæſt.j. qui crimen, & extra de teſtibus, teſtimoniũ. Et an laicus poſsit accuſare clericum no. in ca. de cætero, & in ca. ex parte, de teſtibus, & de accuſa. cum P. Manconela, & c. cum oporteat, & c. qualiter, el ij. & ij. quæſt. vij. in ſumma per totum. & vide in §. ſequen. etiam an laici poſſint excipere cõtra clericos, per Ioan. de Ana. in dicto c. cum P. Manconela. & ibi an admittatur ad probandum clerici innocentiam. & concludendo dicendum, quòd ſi clericus eſt diffamatus, vel ſuſpectus de hæreſi, quòd non ſolùm poteſt accuſari a laico catholico, cum quilibet hęreticus ſit minor catholico tam in foro intrinſeco, quàm extrinſeco, vt infra hæreſis. §. hæreſis redit: ſed etiã poteſt accuſari ab infideli, & ab excommunicato, & a participe criminis, & omnes admittuntur, vt ij. q. j. in primis, in glo. ſuper §. ſi de crimine, & extra de ſimo. tanta. & de teſti. quoniam. niſi odio venerit ad accuſationem, vt extra de ſimo. licèt Heli, & c. per tuas.

Sed patroni, ſiue parochiani bene poſſunt accuſare ſacerdotẽ, xj. q. vlti. filijs, & extra de teſti. ex parte Adę.

Item an laicus poſsit accuſare epiſcopum? & videtur quòd non, vt in c. laici, ea q. ij. q. vij. vbi ſic dicitur Laici in accuſationem epiſcoporum ſuorum audiendi non ſunt, quia oppidò eis quidem ſunt infeſti, & indignum eſt vt ab eis accuſentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari. Item ea. q. laicos non accuſaſſe epiſcopos hactenus obſeruatum eſt, & conſtitutum, quia non ſunt eiuſdem conuerſationis, & oppidò quidem infeſtò exiſtunt. quippe enim eorum vita, & conuerſatio debet eſſe ſecreta & a laicorum actibus remota nec ab eis impeti debent, qui eorum caſtitatem, & grauitatem nolunt imitari, maximè cum eos in ſuis nolunt recipere accuſationibus, & etiam ea. q. nullus laicus audeat clerico crimen inferre. & ea. q. laico non liceat quemlibet clericum accuſare, & vt no. in c. memini mus, extra de accuſa. Et quòd non poſsit laicus accuſare clericum criminaliter, eſt fundamentum in c. cum P. ſupra allegatum. Sed glo. iſtius, c. facit exceptionem, quando laicus poteſt accuſare clericum criminaliter, ſcilicet in criminibus exceptis, de quibus ponit glo. ſpecificè tria, ſcilicet in crimine hæreſis, & ſimoniæ, & læſæ maieſtatis, & de ſimo. quidẽ habetur in c. tanta. & ij. q. vij. ſacerdotes. Et de hæreſi habe-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tur.xv.q.iij.ſanè,& C.de epiſco.& cleri.in l.ſi quenquam. Et in his caſibus admittuntur ſi bono zelo, & non ex odio procedant,quia tunc non ad accuſandum, vel teſtificandum admittuntur, vt extra de ſimo. licèt Heli. & c.ſeq.& infra eo.meminimus,& d. c.cum oporteat. In nullo ergo caſu laici admittuntur criminaliter contra clericum,niſi in his exceptis criminibus; ſed ſi ſint laici malę famæ,& viles perſonæ,tunc diſtinguitur an clericus ſuper illo ſit infamatus,& malę opinionis, quia tunc admittuntur etiam laici,& viles, ſi verò ſunt bonæ famæ, & opinionis,tunc non admittuntur laici viles,& malæ opinionis, vt hoc benè colligitur ij. q. i. in primis, ad fi. & infra de ſimo. tanta.& c. perſuaſi. Et hinc exceptis conſpiratoribus,& inimicis, & excipitur particeps criminis,vt extra de teſt.veniēs. Sed concluſio eſt, quòd laicus poteſt accuſare clericum, & etiam epiſcopū de hęreſi.vt ij.q.vij.ī ſumma,& in c. prę ſumunt, ea.q.

Item teſtibus vilibus ſine corporali tormento non creditur,vt v.q.v. illi qui,& ij.q.i.in primis, ad finem, & iiij.q.iij.§.ſi.Sed in accuſatore non requiritur, vt in c. cum P.Manconela, ibi, quia laicus erat, non admittitur contra clericum,quia repellitur,cum accuſaret eum de ſimonia, quod eſt crimen exceptum,& quia etiā erat in famat⁹,vt patet ex ipſa litera. Sed Abbas in iſto c.tenet ꝙ in criminibus exceptis.ſ.hęreſis &c.admittitur laicus contra clericum ad accuſandum, vel quando ſui,vel ſuorum iniuriam proſequitur ipſe laicus, & etiā hoc tenet Abbas in c.de cętero, de teſtibus, in ſummario,ꝙ laicus contra clericū non poteſt criminaliter teſtificare,nec clericus contra laicum,vt eſt tex.iunctâ glo.xi.q.i.in c.teſtimonium.Sed accuſare benè poteſt ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt dicto c. de cętero.Et no.quòd ad accuſationem hæreticorum etiam infames vtriuſque ſexus admittūtur,vt ij.q.vij.prę ſumunt.§.ſequenti. Et eſt concluſio circa prædicta,quòd licèt regulariter laicus clericum accuſare non posſit, vt in prædictis iuribus, & i. q. i. & ij. quaſi per totum,& ij.q.vij. & in dicto c.cum. P. Manconela. hoc eſt verum in alijs criminibus. Fallit tamen in crimine hæreſis, & voluit glo. ij. q. vij.in ſum.& etiam non ſolùm poteſt accuſare ſimplicem clericum ſed epiſcopum, & etiam laici quantumcūq; infames propter ſimoniam, & hæreſim accuſare poſſunt,vt vi.q.i. nos ſequentes,& c.ſe.vt ſupra dictum eſt in præcedētibus §§. & habetur.vi.q. i. §.ſed licèt infames.vbi ſic dicit ad literam,ſed licèt infames ab accuſatione epiſcoporum prohibeantur: non tamen iſti ab huiuſmodi accuſatione prohibendi ſunt. hæreticos namque accuſare infamibus non prohibetur, cum hæreticus catholico minor ſit, vt ea q.i.c.cum maiores.

Sed accuſans epiſcopū calumnioſè infamis efficitur iij. q. iiij. clericus verò qui,& c.hi qui epiſcopos ij.q iij. ſi quis epiſcopum.

Sed an posſit accuſari de hæreſi coram epiſcopo, vel inquiſitore, qui iā confesſus eſt ſuum errorem, & deteſtatus eſt eum proprio ſacerdoti, & abſolutus eſt ab eo in foro pœnitentiali? vide infra confesſio.§.vtrum in foro pœnitentiali.

Sed & an qui ſemel egit pœnitentiam

tiam poſſit accuſari de illo crimine, de quo pęnituit? & poteſt dici ꝙ quis non potuit accuſari de crimine de quo pœnituit, ſi verè pœnituit, vt extra de accu. de his criminibus, & ij. q. j. prohibetur, & de pœ. diſ. iiij. diuina clementia, & ij. q. iij §. notandum. ar. cõtra extra de teſti. ſuper eo. & eſt ar. vj. q. j. in c. qui crimen, in gloſ. ſuper parte, ſi ipſe ante, vbi dicitur ꝙ poſt pœnitentiam accuſatur quis de crimine, & habet. xxxij. q. ij. admonere j. q. vij. ſi quis omnem, & l. diſt. peruenit. xlviij. diſ. quoniam multa, & viij. q. j. in ſcripturis. vide xxxiij. q. ij. admonere, & xxiij q. iiij. ſi illic. de tempo. or. c. fi. ij. q. iiij Mennam, & c. habet. vbi diſtinguitur inter crimen publicum, & priuatum, adde. ff. de fur. l. qui ea mente. vj. q. j qui crimen, de di uor. gaudemus, de accu. c. accuſaſti, & c. ſuper his. Et dicendum quòd accuſari poteſt, ſi crimen eſt commiſſum poſt baptiſmum. ſecus, ſi eſt commiſſum ante baptiſmum, vt xxv. diſ. primum, & de hoc vide infra occulta. §. an contra occultum hæreticum qui fuit abſolutus a proprio ſacerdote. Et eſt ar. quòd poſt pę nitentiam accuſatur quis de crimine xxxiij. q. ij. dicto c. admonere. i. q. vij. ſi quis omnẽ. l. diſtin. peruenit xlviij. diſtin. quoniam multa.

Sed an īfames [l] poſſint accuſare hæreticos? & dicendum ꝙ ſic, vt in c. alieni erroris. ij. q. vij. vt ſupra dictũ eſt.

Sed vtrum inimicus capitalis poſſit accuſare ſuper iſto crimine hæreſis? & dicendum, ꝙ licèt inimicus capitalis de iure canonico non poſſit accuſare in criminibꝰ exceptis, vt iij. q. v. accuſatores, el. ij. cum ſe. Fallit tamen in hæreſi ſtricto modo ſumpta. Nam tunc dicitur proſequi ſuam, vel ſuorum iniuriam, eo quia quod committitur in religionem diuinam, in omnium infertur iniuriam, vt. C. de hæreticis l. Manichæos, & ibi nota per Andream de Iſer. in ħ. vbi ſupra.

Item nota quòd habitans cum inimicis regulariter non dicitur legittimus accuſator, vt extra de accu. in c. repellantur, & ij. q. vij. accuſatores, el ij. fallit in crimine hæreſis, vt in §. ſupra proximo.

Sed an quis poſſit pro alio criminaliter accuſare, no. doc. in l. Polla, C. de his quib. vt indignis.

Sed an quilibet [m] admittatur ad accuſandũ in iſto crimine? & videtur ꝙ quilibet indiſtinctè admittatur ad accuſandum, & defendendum alium de hæreſi, nam idem eſt in crimine læſæ maie. vt ff. ad l. Iul. ma. l. famoſi, & C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. & idẽ in crimine ſimoniæ, vt extra de ſimo. tãta. ergo in hoc maximo crimine maieſ. cũ lõgè, ſit grauius diuinã quã temporalẽ offendere maieſtatẽ, vt extra de hæreti. c. vergẽtis. & cũ hoc crimẽ ſit publicũ, & eius accuſatio cõpetat cuilibet, q̃a in oĩm infertur iniuriã q́d in diuinã religionẽ cõmittitur, vt. C. de hære. l. Manichæos, & habet̃ expreſſe ĩ quadã cõſtitutione Frederici imperatoris, q́ incipit, Incõſutilẽ tunicã dei noſtri, circa fi. Imò inq̃ſitor poteſt cõpellere oẽs publicè, & generaliter ſup fidei cultum, vt qui ſciuerint aliquos errare, debeãt ſibi deferre, vt extra de hære. c. excommunicamus §. adijcimus. cõtor. extra. de ſpõ. cũ in tua, & qui matri. ac. poſ. c. fi. & ff. de of. præ. l. cõgruit. & quòd magis eſt, quòd ſi aliquis ſcit aliquem errare in fide, & nõ defert, incidit in excõmunicationem, &

& ſuſpitionem hęreſis, vt habetur infra de fautoribus hæreticorum.

Itē licet regulariter mulieres [n] non admittantur ad accuſandum in criminalibus, tamen eis licet accuſare in crimine ſimoniæ, & læſę maieſtatis, & hęreſis, & in quolibet crimine publico, vt xv.q.iij.ſanè.

Nota ꝙ accuſans zelo iuſtitiæ præmiatur, vt vj.q.j.c. ſunt plurimi §.verum, & accuſans ex malitia punitur xlvj.diſ. accuſatores ij.q. iij. ſi quem pęnituerit.

Sed falſò accuſantes, vel in probatione deficientes vlterius accuſare alios prohibentur iij.q.x.placuit, & c. ſi accuſatorum iiij. q. vj. c. j. & vlt. Item a communione vſque ad exitum vitę ſuſpendũtur iij.q.x.eos qui. v.q. vj. Epiphanium ij. q. iij. ſi quis epiſcopum.

Sed ab accuſatione precio, vel pro miſſione deſiſtens punitur, vt ij. q. iij.ſi quem.

Sed ponamus ꝙ nullus comparet accuſator in iſto crimine, ſed tãtùm fama publica laborat contra aliquē ꝙ eſt hæreticus vel ꝙ notoriè conuerſatur cum hæreticis, vel ꝙ euitet communionem, vel conſortium fidelium, vel ꝙ nunquam vadit ad audiēdum officia diuina: & contra tales tunc quid faciendum? & dicendum ꝙ inquiſitor, vel epiſcopus poterũt procedere, & inquirere contra talem ex officio, qa fama [o] ſua cedit loco accuſatoris, vt extra de accu. qualiter & quando & c. inquiſitionis ideo PROVISO SOLERTER. Vnde merìtò poteſt procedi contra talē, vt d.c.& §.adijcimus, de quo plenè notatur per archi. in c.accuſatus, in prin.de hæret.li. vj. ſuper verbo orta. Et ſi epiſcopus, vel inquiſitor hoc ſciēter neglexerint cõtra tales procedere, & eos punire, incident in ſuſpitionē hæreſis pro ſe, vt extra.de hęreti.qui alios de quo.vide infra fautores, in §.& ſic cõcluditur.

Sed quod loco accuſatoris ſuccedat fama vide infra fama §.fama ſuccedit.

Sed vtrum quilibet homo teneatur accuſare de crimine? & dicendum ſecundùm Thom. ſecunda ſecundæ.q. lxviij.ar.i.vbi dicitur, ꝙ ſi crimen ſit tale, quod vergat in detrimentum rei publicæ, tenetur quilibet homo ad accuſandum, dummodo poſſit ſufficiēter probare, puta cum peccatum alicuius vergit in multitudinis corruptelam corporalē, ſiue ſpiritualem. Si autem non ſit tale crimen, quòd in multitudinem redundet, vel etiam probationem habere non poſſit, non tenetur ad accuſandum, quia nullus tenetur ad id, quod debito modo perficere non poteſt: nec obſtat prædictis ſi reueletur ſecretum, quia hoc fit propter commune bonũ, quod ſemper præferendum eſt priuato. Et ideo contra bonum commune nullum ſecretum recipere debemus. Et nota quòd non eſt omnino ſecretũ, quod per ſufficientes teſtes poſſit probari, ſecundùm Thom. vbi ſupra & in ſumma confeſ.li.ij.& ti.v.q. xc. Et de hac materia an quis poſſit conpelli ad accuſandum, adde gl.ij.q.vij. qua propter.xxij. q.j. ſi qs per capitulum, gl. xcvj.diſ.in ſcripturis, gl.iiij.q.v.c.j.& gl.& archi.v.q.v.Epiphaniũ. Adde ꝙ ĩ crimine homicidij poteſt cogi quis ad accuſandum, Bar.in l.in eum, ff.de accuſa. Ange. ibi contra.

Sed an qui poſt accuſationem ſeipſum occidit, videatur cõuictus de eo

de

de quo accuſatur, vide infra conuincitur mortuus.

Sed nota ꝙ accuſatus qui accuſatorem corrumpit, habetur pro conuictο, vt ij.q.iij.§.in omnibus.

Sed an liceat accuſato, & ad mortē condemnato ſe defendere vel fugere? & reſpondetur ſecundùm Thom. ſecunda ſecundæ q. lxix. quòd ſi damnatus fuerit iuſtè, nō licet ei ſe defendere, ſed potius competit iudici reſiſt. ntem repugnare. ſi verò iniuſtè, tale iudicium ſimile eſt violentiæ latronum, & ideo in tali caſu licet reſiſtere principibus malis: niſi fortè propter ſcandalum vitandum, cum ex hoc grauis turbatio timeretur. Accuſato autem cuicumque fugere licet: p & quia ſi nō liceat reſiſtere, non tamen tenetur facere id nè mors ſequatur. ſ. manere in loco, vnde ducatur ad mortem. ſicut etiam ſi aliquis ſit damnatus ꝙ fame moriatur, non peccat, ſi ſibi cibum occultè miniſtratum ſumat, quia non ſumere eſſet ſeipſum occidere, ſecundū Tho. ibidem vt in ſum. confeſ. li. ij. ti. v. q. cxcvj.

Sed ſi accuſat⁹ q de hæreſi negat ſe talia hæreticalia dixiſſe, vel cōmiſiſſe, & aſſerit ſe credere, vel credidiſſe id quod credit eccleſia, & conuincitur per teſtes, vel aliter dixiſſe, vel prædicaſſe talia hæreticalia, & ſe illis credere aſſeruiſſe, an talis vt hæreticus tradatur brachio ſęculari, vide infra negatiuus §. ſi tamen accuſatus.

Sed accuſatus enim tenetur iudici veritatem exponere, quam ab eo ſecundū formam iuris exigit: & ideo ſi confiteri noluerit, vel mendaciter negauerit: mortaliter peccat. IDEO PROVISO SOLERTER. Si verò iudex exquirat aliquid non ſecundùm ordinem iuris, tunc non tenetur ei accuſatus reſpondere, ſed poteſt per appellationem, vel aliter licitè ſubterfugere: mendacium tamen dicere non licet. idem in ſum. confeſ. li. ij. ti. v. q. cxxxxiij. asſignando ſecundùm Thom. pro prædictis rationē quòd quicunq; facit contra debitum iuſtitiæ, mortaliter peccat: & quòd nullo modo liceat dicere mendacium, vide infra mentiri.

Sed an habeat locum accuſatio in iſto crimine cōtra defunctos. r Et reſpondetur, ꝙ in deteſtationem criminis defunctus poteſt accuſari, vt infra defunctus. nec obſtant iura in cōtrarium, quia ſpeciale eſt in hoc crimine, vt patet xxiiij. q. iij. ſanè, & quaſi per totum. C. de hæreticis l. Manichæos, & extra eo. ſi quis epiſcopus, & eo. ti. c. filij, li. vi. de quo bona glo. xxiij. q. ij. in ſum. hoc tamen limitat glo. xxiij. q. iiij. c. ipſa pietas, ſcilicet niſi illi dum viuerent, eſſent bonæ famæ, per. c. in primis ij. q. j. ſed intelligi debet in caſu in quo loquitur, ſcilicet quando ille qui accuſat eſſet hæreticus, aliàs inhabilis. & ſic etiam loquitur textus in d. c. in primis. aliàs crederem quòd huiuſmodi accuſatio contra nō infamatum eſſet poſt mortem admittenda: & hoc iudicio meo probatur ſatis apertè in dicto ca. filij. Nec eſt mirū quia idem eſt in crimine læſæ maieſtatis, vt d. l. quiſquis. C. ad l. Iuli. maieſ. & l. fi. vnde multo fortius in iſto crimine, vt in c. vergentis. extra eo. Quod tamen intellige eſſe verum, vbi dicitur defunctum fuiſſe verum hæreticum, ita quòd bona eius veniant confiſcanda. Nam ſi ſolùm dicitur ſuſpectus de hæreſi, tunc eius crimen eſt extinctū morte,

vt extra.eo.c. accuſatus. §.porrò, de hæreticis,li.vj.

Sed accuſator in ſcriptis debet accuſationem offerre iudici, & propria voce literas ſuæ accuſationis legere. ij.q.viij.prę ſcripta,& iij.q.ix.abſēte.

Sed an accuſatorum nomina ſint publicanda in iſto crimine hęreſis, vide infra nomina: ſed hic reſponderi poteſt,ꝙ vbi propter potentiam perſonarum,contra quos proceditur,ſi epiſcopus, vel inquiſitor viderit graue periculum eminere in publicatione nominum accuſatorum, ꝙ tunc poterunt procedere tacendo nomina illorum,vt in c. fi. §.iubemus, de hæret. lib.vj. ſeruata forma illius capituli.

Sed quomodo autem fieri debeat accuſatio,& de forma eius vide infra libellus. §.forma. & dicendum ꝙ primò debet fieri in ſcriptis, vt. ij. q. vI. qui crimen. ſed hoc ſemper non eſt neceſſarium: puta in leui crimine, vt ff.de acc. l.leuis. ſimiliter etiā in notorijs, quia in huiuſmodi nec accuſator requiritur,vt extra.de accu. c. euidentia. ſecus autem in non notorijs etiam ſi manifeſta ſint.xj. q. iij. eorū. Et notorium dicitur ꝙ liquet per ſententiam, vel per cōfeſsionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poteſt,extra de coha.clerico.& mulie. c. fi. Manifeſta autem dici poſſunt, quæ aliter liquerint. De notorijs vide infra.notorium.

Sed nunc autem proſequendo materiam accuſationis licèt non ſit noſtræ materiæ iſtud quod nunc ſequitur,quæritur an vxor poſſit accuſare maritum, ſicut econtra maritus poteſt accuſare vxorē de adulterio? & concluditur per doc.quòd tripliciter poteſt agi de adulterio. primò ad pœnitentiam: & ad hanc accuſationem admittitur quilibet,vt. ij. q. j. ſi peccauerit,&.c.nouit, de iudi. & ibi no. Et ad pœnitentiam imponēdam non currit aliqua præſcriptio.vnde ſi eſſent lapſi etiā centum anni, poteſt agi contra criminoſum ad pœnitentiam.& de hoc vide tex. cum glo. notabili in c. admonere. xxxiij. q.ij. ſecundò poteſt agi criminaliter, & ad hanc accuſationem admittitur extraneus quilibet; vnde maſculus punitur pęna capitali. vt in.l.quamuis,C. de adul. ſed reſpectu vxoris maritus præfertur alijs volentibus eam accuſare vt.l.ſi maritus,ff.eo. ſed dubium noſtrum eſt reſpectu vxoris, nūquid ipſa vxor poſſit accuſare maritū criminaliter de adulterio? & quidam dixerunt quòd hodie ſic poteſt,ad hoc vt imponatur pœna detruſionis in monaſterium. Sed communiter tenetur oppoſitum, vt in l. publico.C. de adult. quæ eſt canonizata xxxij. q.j. Nā lex indiſtinctè prohibet quòd vxor poſſit accuſare maritum,vt in dicta l.publico.Et diuerſitatis ratio eſt inter maritum,& vxorem, quia maritus eſt caput vxoris, & non econtra, vt in c.cōtinebatur. de deſpon.impube. Item quia maius præiudicium generatur marito ex adulterio vxoris propter dubium prolis, quàm vxori propter adulterium mariti,& de hoc vide glo.in dicta l.publico, ſuper verbo detur. tertiò poteſt agi de adulterio ciuiliter vt ſeparetur matrimonium quò ad torum: vt maritus lucretur dotem:& ad hanc accuſationē admittuntur ſolùm coniuges, vt in c. quemadmodum,de iureiuran.& in c.quan-

c.quanto, & c. gaudemus, de diuortijs. Et quemadmodum maritus accuſat vxorem, vt ipſe lucretur dotem & ſeparetur matrimoniũ, quò ad torum, ita & econuerſo vxor poteſt accuſare maritum, vt lucretur donationem propter nuptias ſibi factam a marito, vt in c.accedens, vt lite non conteſ.& legitur & notatur c.plerumque, de dona.inter virum & vxo. hoc Abbas in c.tuæ, de procura. in fine.

Sed ſi qua fuerit fornicata antequã ſit ſponſa, nõ poteſt accuſari de adulterio: ſi verò poſtquam fuerit ſponſa, poteſt. ff. de adul.c. ſi vxor. §. ſi quis verò.

Sed nunquid vxor poſſit accuſari de adulterio poſt pœnitentiam factã de ipſo, vide ỹ.cõfeſsio §. vtrum qui cõfitetur hęreſim proprio ſacerdoti.

Sed an ſi ad petitionem promotoris fuit indicta purgatio alicui, & eſt cõdemnatus, poſsit iterum accuſari a promotore ipſo, vt illi tali imponatur pœna pecuniaria, vel corporalis. vide infra. purgatio §. an poſt purgationem.

Nota ꝙ ſi aliquis accuſat aliquem de crimine capitali, & poſtea conuerſantur familiariter, quòd videtur facta aliqua colluſio inter eos. Barto. in l.j. §. pręuaricationes, ff. ad Turpilianum.

Sed ad accuſandum criminaliter poteſt terminus dari per iudicẽ: quo elapſo non debet audiri, Barto. in l. ij.colum.j.in verſi. ſed circa hoc quęro.C.de eden. & a tali pronuntiatione poteſt appellari, in l.Titia, ff. de accuſ. & ibi Bartolus, in princip. in vltima colum. in verſic. quæro vtrum iudex, in fine.

ADDITIONES.

a *Delatio nominis, et accuſatio differũt: nomen enim deferre dicitur, qui legibus interrogat, apud prætorem, vt ſi interrogatus neget eius nomen referatur in reos. Accuſare verò, eſt agere cauſam, & ſuũ reum in iudicium adducere, & ita diffinitur. Accuſatio eſt criminis, cuius quis reus legitimè factus eſt apud iudicem, cuius de ea re notio eſt, expoſitio. Cum reum facere & deferre nomẽ ſit idem. Deferendi verò nominis eſt formula in l. libellorũ & inſcriptionis, non autem definitio accuſationis, vide Hotom. de verb. Iuris. in hac ead. voce, & in voce Delatio. qui leges ad hoc allegat, & ab Aſconio in ij. cõtra, ver. videtur accepiſſe. exinde multarum legum ſenſus aperitur. Valla ſic definit Accuſare eſt apud iudicem, vel aliũ, & aliquando apud illum. quem accuſes oſtendere aliquem peccaſſe.* T. Vend.

b *Malefactorem indicare, vel delicto obuiare nemo tenetur iuxta communiorem ſentẽtiam, de qua per Hieron. Grat. Reſp. 1. num. 47. par. 1: declara vt ibi per eum.* Quint. Mand.

c *Hæreticum omnes prodere, & accuſare poſſunt, & debent. l. Manichæos. C. de hæret. c. oues, & c. præſumunt ad fin. 2. q. 7. c. excommunicamus. 1. § adijcimus. de hæret. Ioan. Cald. eod. tit. cap. xi. Simanc. in Enchiri. tit. 33. de accuſat.* Q. M.

d *Quid de iure ciuili, quid de iure canonico, quid de obſeruantia. Specul. in tit. de accuſ. §. 1. nu. 4. Mil. in reper. in verſi. Accuſator. Gand. de maleſ. tit. qui accuſ. poſ. nu 38. Duen. reg. 27 in princ. & latè Iul. Clar. ſenten. lib 5. q. 12. verſ. dixi quoque, quòd de iure tenetur accuſator ſe inſcribere. Ioan. Ant. Rub. de pote. procu. & defen. col. 2. nu 5. ac nu. 8. & 9.* Fran. Caſſan.

Caſſon.in tract.maleſ.præmedit.c.tit.qui accuſ.poſſ.nu.17.& ſeq. Q. Mand.

e *Et ſic probaret negatiuam coarctatã loco, & tempore, quæ affirmatiuæ æquipolleret.l.3.& ibi glo.& Bald.ff.de probat.Fran.Caſſon.in tract.maleſ.præmed. c.6.nu.2.& ſequenti. Quint. Mand.*

f *Non ſeruatur.Bar.in l fin.C.de accuſ. Ioan.Ant.Rub. de pot.procur.& defen. nu.6.& ſequ.col.2.poſt Guid.de Suzar. Quint. Mand.*

g *Gloſſa in c.ſi Hæreticus.2.q.6.in c.ſuper eo.& in c.teſtimonium.de teſt.Vmbert in Iud.inquiſi.in ver. accuſ nu.12. Quint. Mand.*

h *Inimicus an repellatur ab accuſando, glo magna in l.qui accuſare in ſi ff. de accuſ.Iul.Clar.ſent.lib.5. §.fin queſt.14. verſi.vlterius dixi, quòd nonnulli repelluntur, ab accuſando.Vmbert. vbi ſupra in verb.accuſatio nu.14. Quint. M.*

i *Laicus prelatum ſeu clericum non poteſt criminalitèr denuntiare, ſeu accuſare, niſi proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam.& in quibuſdam caſibus exceptis Butr.Abbas.& Felin.nu 9 & ſequ.in c. de cetero de teſtib.glo.vnica in ſum.2.q.7.& hæc eſt cõmunior opinio, vt per Iul. Clar.ſent lib.5.prat cri queſt.14.verſi. propter reuerentiam dixi etiam. Fallit etiam vt hic in patrono, ſeu parochiano, quod etiam voluit Lap.alleg.xi.Tract. hic.& hæc eſt communis opin.vt per Aret.in c.illa nu.7. de accuſ. & Iul.Clar. vbi ſup.q.7.ver quæro etiam, nũquid laicus admittatur ad denuntiandum. Et ratio huius fallen. eſt quia laicus proſequitur ſuum intereſſe; & intereſt etiam laicorũ, habere bonos prælatos. vt per Lap. & Iul.Clar.d.q.7. Quint. Mand.*

k *Quilibet indiſtinctè admittitur ad accuſandum de hæreſi, & de crim.læſæ maieſtatis l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt. Io. Cal.de hæret.c.xi.in princ. Q. Mand.*

l *Infames hæreticos accuſare poſſunt; Ang. de maleſ. in ver. Che hai tradito. pract.crimin.Pet.Foller.2.part.ſecundæ part in §.item quòd commiſit crimen læſæ maieſtatis.nu.105. Regulariter autem infamis infamia iuris, tam de iure ciuili, quàm canonico ab accuſando repellitur iuxta communem opin. infamis verò infamia facti de iure canonico repellitur, ab accuſãdo, de iure verò ciuili admittitur, & hanc communem affirmant Ang.Baro.in c.1.nu.44. de accuſ. Viuius in lib. commu opin.in verb.accuſare non poteſt. & Iul.Clar.ſent.lib.5.§.fin.q.14.verſi. ſecundus eſt caſus. Quint. Mand.*

m *Apud Cald.hec eadem.part.1.c.xj. vbi & caput. Sed ponamus infra ead.voce continetur. Pet. Vend.*

n *Mulieres regulariter accuſare non poſſunt.l.de crimine.C.qui accuſ.non poſſ. niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequantur l.1.ff.de accuſat.l.2.l.vxor.C.qui accuſ.non poſſ. Item accuſant vt hic in crimine ſimoniæ, læſæ maieſtatis, & hæreſis.l.in queſtionib.ff.ad l. Iul. maieſt. vbi de Iulia, que detexit coniurationem Catilinæ. In tract.de crim.læſæ maieſt. in corp.anth.q.6.nu.6.& Foller.in pract. crim.in 2.part.2.part.§.audiantur exceptiones.nu.15. Quintil. Mand.*

o *Fama ſeu vehemens ſuſpitio, ſuccedit loco accuſatoris, & ſufficit ad inquirendum contra aliquem, ſuper hoc crimine. c.qualiter & quando. vbi Felin.de accu. c.literas.& ibi Abb.de præſump.c.excommunicamus.§.adijcimus. & ibi omnes.de hæret.Boſius tit.de hæret.num.6. verſi. Dic ex leui & modica præſumptione poſſe procedi contra hæreticũ. Siman. Enchir.tit.22.num.6.& ſi quen.& Iul. Clar.ſent lib.5.§.fi.q.6, verſi.Itẽ ſcias, quòd prædicta concluſio. Q. M.*

Videtur

p *Videtur hic locus mendoſus, ideo vide citatos autores. T. V.*

q *Adde Albert de cath. aſſert. q. 8. nu. 7. 8. 9. & 10 & q. 34. nu. 51. T. V.*

r *Crimina, & pœnæ per mortem extinguuntur l. defuncto. ff. de pub iud. l. is qui in reatu ff. ad leg. Iul maieſt l. 1. & ſeq. C. ſi reus. vel accu. & hãc affirmat cõem Cagnolus. in l. pupillum qui §. in hæredes poſt nu 4 ff. de reg iur. Plac. lib. 1. delicto. c. 36. nu. 2. Fallit in nonnullis criminibus exceptis in quibus propter atrocitatem, etiam poſt mortem delinquentis procedi poteſt, vt in crim. hoc hæreſis, læſæ maieſt repetundarum, peculatus, homicidij ſui ipſius, ob ſceleris conſcientiã patrati. plenè Ant. Gomez c. 1. delict. tom. 3. nu. 80. ver. aduertendũ tamen, quòd ſuperior Epiſco. Siman. Enchirid. tit. 62. de mortuis Iul Clar. ſent. lib. 5. §. fin. q. 51. verſic. quæro nunc, quod ſi allegetur & probetur delinquentem eſſe mortuum, & vbi ſupra, atteſtantur de communi, præſertim Ant. Gomez. & Clar. verſic. ſunt tamen aliqua crimina excepta. vide infra in verſic. confiſcatio. verſic nunquid poſt mortem hæretici. Q. M.*

Addiſcere

Non licèt, nec aliquis audeat de peruerſis dogmatib⁹ addiſcere dogmata q̃ ſunt reprobata p eccl:ſiã: ſicut ſunt diuinationes, incantationes, necromantia, & ars magica, & aliæ ſcientię reprobatæ. de hoc vide ĩ. dæmones inuocantes, & quandam extrauagantẽ. Io. xxij. quæ incipit. Super illius ſpecula, & infra.

Nota ꝙ quinq; ſunt fines propter quos homo addiſcit: quos ponit archi. xxxvij. diſt. nonne.

Item nota ꝙ pater tenetur alimentare in ſcholis filium volentem addiſcere. archi. xxx. diſt. ſi qs reliquerit. [a]

Sed nulla ætas ſera ad addiſcẽdum, vt in c. ſi habes, & in glo. ſuper parte ſenex. xxiij. q. iij. & vſque ad lxxxviij. annum non debet quis erubeſcere bonam doctrinam addiſcere, vt in d. gl. & ff. de fideicom. li. apud Iulia.

Item antiquitas nõ erubeſcit ſi nouitas aliquid adinuenit, in ſpe. de probatio verſi. hinc.

Sed addiſcere debet quilibet etiam prælatus quicunque, & non debet erubeſcere, & non ſolùm debet addiſcere a maiori, ſed etiam a minori, dũ tamen ſit eruditus, ad quod xxxviij. diſtin. nullus epiſcopus propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitatis generis a paruulis eruditis, & minimis, ſi quid fortè eſt vtilitatis, ac ſalutis, inquirere negligat. qui enim rebelliter viuit, & diſcere, atque agere bona recuſat, magis diaboli membrum, quã Chriſti eſſe oſtendit, & potius infidelis, quàm fidelis eſſe monſtratur. vnde Auguſtinus ait. Ego ſenex a iuuene, & epiſcopus tot annorum a collega nõdum anniculo paratus ſum doceri, vt xxiiij. q iij. ſi habes.

Item maiores non debent dedignari ſequi bonam viam, bona dicta, bonos mores, & exempla minorum. C. de offi. recto. pro. l. potiores, & xxij. diſtin. de Conſtantinopolitana, & j. q. j. ſi iuſtus fuerit, & c. neque in homine, & xix. diſt. ſecundùm.

ADDITIONES.

a *Pro hoc adducitur tex. in l. de bonis §. non ſolùm alimenta præſtari debent pupillo, ſed etiam in ſtudia, & cæteras neceſſarias impenſas debent impendi pro modo facultatum ff. de carb. ædict. Et licèt tex. hic,*

hic, non loquatur de patre illa tantò magis procedũt in patre, & de patre eſt tex. & ibi expreſſius Doct. in l. Macedoniani. C. ad Macedon. Et nõ ſ lùm intelligo, quò ad grammaticam, ſed etiam quò ad leges & alios diſciplinas, ſeu ſcientias iuxta qualitatem ingenij, & facultates ipſius patris arbitrio iudicis, ſi pater renuerit. Barth. & Iaſ. in l. quidam cum filium ff. de verb oblig. Riminal in l. ſi donatione col. pen C de collat. & ad hæc etiam tenetur pater iure diuino: videmus enim, ꝙ Heli ſacerdos ſanctus, quia in omni ſcientia, & diſciplina non erudierat, & inſtruxerat filios ſuos, ſupinus cecidit, & mortuus eſt. Et ſcribitur. 1. Reg. 3. In die illa ſuſcitabo aduerſus Heli, omnia quæ locutus ſum, ſuper domum eius incipiam, & complebo: prędixi enim ei, quòd iudicatur⁹ eſſem domum eius in æternũ propter iniquitatem, eò quòd nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. &c. ac c 4 cecidit de ſcella retrorſum iuxta hoſtium, et fractis ceruicibus mortuus eſt. pro quibus. D. Ieronimus. in epiſtola ad Epheſ. vnde ſumptum eſt. c. legant epiſcopi. 37. diſtin. pro præmiſſis videre etiam poteris Pet. Rebuff priuil. ſcola.) 3. Quintil. Mand.

Adminiſtratio bonorum hæreticorum an ſit eis interdicta, & a quo tempore, vide infra, alienatio.

Sed adminiſtratio eſt honor: & dedecus eſt ab adminiſtratione remoueri, vt ff. de manu. teſta. l. teſtamẽto centurio, & ibi notatur glo. fi. [a]

Item an pendente accuſatione poſſit qs adminiſtrare, vide s̃. accuſatio.

Sed an adminiſtrator fiſci poſſit remittere debitum non liquidũ? & glo. ꝙ ſic in l. aduerſus, C. de vſuris.

ADDITIONES.

a Adduci ad hoc poteſt text in l. nullus ex his. quos clarauerit. C. de diuer. off. lib. xij. l. 2. cum glo. & ibi Bald. C. de manum. vind. c. poſt traslationem, & ibi Abb. in vlt. notab. de renunt. Q. M.

Adorare nõ licet niſi ſolũ deũ,[a] in quem eſt credendũ, vt patet in ſimbolo fidei, Credo ĩ deũ, & probat. xxvj q. v. non liceat, & xxij. q. 1. conſidera. & ſic non licet colere, vel adorare idola, vel dęmones, ſeu aliqua elementa, ſeu ſolem, vel lunam, vel ſtellas, ſiue planetas: nec etiam arbores, animalia, vel corpora aliqua animata, vel inanimata. & de hoc vide infra. an inquiſitores poſſint cognoſcere inter diuinatores, & incantatores.

Sed an adorans diabolum credens adorare deum, peccet? & vide xxix. q. j. §. his ita, & c. quod autem, vbi text. cum glo. & in §. ad hæc. & vide xxvj. q. v. nè mirum.

Sed an liceat[b] adorare aliquod corpus hominis viuentis, vel defuncti dicẽdo ipſum eſſe ſanctum, & facere miracula, quod corpus nondum erat canonizatum ab eccleſia, ſeu maximè per eccleſiam catalogo. & nũquid tales licitè adorẽt. & ſi non bene agũt, per quem vel quos poterunt prohiberi, vt tale corpus non adoretur. Et reſpondetur, quòd ſi ipſi adorant, & venerant̃ tale corpus credẽtes illud corpus eſſe pręter deum, vel nutum dei, ꝙ talia ſapiunt hæreſim, & per inquiſitorem poterunt coerceri. Sed ſi ipſi id faciunt credentes ipſum corpus habere ex ſuis meritis gloriã apud deũ, & cre-

& credẽtes, ꝙ poſſit ſuis precib⁹ grãs à deo impetrare, ꝙ iſti tales non ſunt hęretici: nec inquiſitor cognoſcet de iſtis. de quo vide infra. de ſapientibus hæreſim, & quia non deprehenduntur tales errare in fide, licèt poſſint deprehendi in facto. de quo vide ꝟ. canonizatus.

Sed picturæ[c] ſanctorum adorãtur ad memoriam præteritorũ, vt de conſe. diſt. iij. venerabilis, & c. perlatum. de quo vide ꝟ. imagines.

Item adorando imagines non picturam adoramus, ſed id quod per picturam nobis repreſentatur, vt d. c. perlatum, & c venerabilis.

Sed nota ꝙ adoratio eſt actus latrię ſecũdùm Tho. ij. ij. q. lxxxviij. ar. j. vbi vide.

Item adoratio requirit locum determinatum. vide Tho. ar. iij. vbi ſ.

Item adoratio includit actum interiorem, & exteriorem, ſecundùm Th. in iij. par. q. xxv. ar. j. quæ tamen debetur carni Chriſti, & eius imagini, ſecundùm eundem in iij. diſt. xj. ar. iij. & q. xxv. ar. ij. & iij. & in iij. diſtin. ix. ar. iij.

Itẽ adoratio an debetur reliquijs ſanctorum? idem iij. parte q. xxv. ar. vj. & in iij. diſt. ix ar. iij.

Item adoratio non debetur creaturę, & exhibita non eſt vniuocè adoratio. vide S. Th. in iij. par. q. ead.

Sed adoratio an debeatur carni Chriſti, & eius imagini, vide Tho. in iij. par. q. xxv. ar. ij. & iij. & in iij. diſt. ix. ar. iij. vbi dicit quòd ſic.

ADDITIONES.

a *Deuter. c. 6 & 10. Matthæi. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies Exod c. 23. Non adorabis Deos eorum. nec coles eos non facies opera eorũ, ſed deſtrues eos, & confringes ſtatuas eorum. ſeruietisque domino Deo veſtro. Quintil. Mand.*

An, & quibus, ac quæ adoratio debeatur, vide ſent. lib. 3. diſt. 9. Catechiſ. in prę cepto. Non habebis Deos &c. Adorare dictum putat Nonius, ab Adore frumenti genere, quod epulis & immolationibus ſacris pium putabatur. hinc Adoratio. Mos Ethnicus adorandi quis fuerit, vide Plin lib. 28. c 2. Adorare videtur generaliter ſumi pro venerari, colere, & honorem adhibere, ſicut ex catechiſmi loco citato colligitur, ſed is cultus, & honor non idem tribuendus creaturis, qui Deo debetur, nec eodem ſpecialiter nomine appellantur. Debitus enim Deo Latria, vel θεοσέβεια, propriè nuncupatur. Aug. de Ciuit. Dei. lib x c. 1. Dulia verò, qui creaturæ cultus exhibetur. lib. ſent. 3. diſt. 9. Et ſi verò Duliæ perinde atque Latriæ nominibus idem Grecè ſignificetur, ſeruitus enim & cultus vtrunque Latinè transfertur. quemadmodum tamen re ipſa differunt hi cultus, ita & appellationes, dubietatis tollendæ gratia, diſtinguere voluerunt. hæc vt alia nomina Latini mutuo ſumpſerunt, a Grecis, cum proprijs careamus Latinis, D. Aug. eod. loco. De Latriæ cultu Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento in adoratione exhibendo, vide in Sin. Triden. Seſſ. 13. c. nullus itaque. 5. de cultu & vener. Sanct. & can. 6. cultus autem Dei, & in eius laudibus celebrandis, & in vita, ex eius lege & pręceptis agenda conſiſtit. Catechiſ. in præcepto. Non aſſumes c. Quamuis. vbi quibus modis nomẽ Dei laudare debeamus, nos inſtruit. & in oratione Dominica in petitione illa. Fiat volũtas tua. circa fin. Lact. firmian. lib inſt diuin. c 9 Seruire Deo nihil aliud

eſt,

eſt, quàm bonis operibus tueri, & conſeruare iuſtitiam idem lib. 7. c. xj. Nam cultum dei, qui conſtat abſtinentia cupiditatum, ac libidinum, patientia doloris, contemptu, mortis, etiam contra corpus anima concupiſcit. Itẽ lib 6. c. vlt. ſummus igitur colendi Dei ritus eſt, ex ore iuſti hominis ad Deum directa laudatio. & ſequitur qua ratione fiat. T. V.

b *Vide ſanctũ conc. Trid ſeſſ. 25. c. xi. de Innoc &c. ſub fin.* T. V.

c *Adde quæ annotaui infra ad vocem Blasfemus.* T. Vend.

Aduocatus. Dicĩ ille [a] qui in iudicio apud eum qui iuriſditioni præeſt, deſiderium ſuum, vel amici exponit: vel alterius deſiderio contradicit l. ſciendum §. j. & ibi per doc. & l. Paulus, la prima, & ibi Bart. ff de legatis. Et ideo conſulens in camera non propriè dicitur aduocatus. Ita quòd prohibitus aduocare, non cenſetur prohibitus in camera conſulere, vel allegationes in ſcriptis facere ſecundùm Paul. in rubrica de poſtu. & tenet Bar. in l. j. ff. de vari. & extraordi. cogni.

Item aduocatus debet eſſe iuriſperitus, & ſtuduiſſe per quinquennium ſaltem, & iuramento doctorum probatus l. nemini C. de aduo. di. iudi. & no. Bart. in di. l. j. vide infra iſta litera §. non dicitur aduocatus.

Nota quòd aduocati non minus prouident humano generi, quàm ſi patriam armis defenderent, vt C. de aduo. di. iu. l. aduocati, & de elec. cum ex eo, li. vj. facit quod no. de ſepultu. licèt, li. vj.

Sed reſponſurus in iudicio an poſſit aduocatum informare? & ſpe. t. de aduoc §. vtriuſque, in ij. colum. ver. ſed nunquid clientulus, tenet ꝙ non.

Nota quòd licèt aduocatus ſit hæreticus vel excommunicatus, non retractabitur ſententia: & idem ſi fuerit procurator: ſecus tamen, ſi fuit iudex vel teſtis, vt in c. vergentis, de hæreticis, ſecũdùm Inno. qui hoc no. de ſenten. excommunic. c. ſi aliquando, & ſpe. ti. de aduoca. §. j. circa prin.

Sed aduocatus plus intendens lucro, quàm iuſtitiæ eſt infamis. vide in l. quiſquis C. de poſtulan. [b]

Sed de forma iuramenti quam aduocatus hæretici, debet facere, vide infra iuramentum, & habetur in xv. inſtructione inquiſitionis. & ibi vide de quorum bonis debet ei ſolni ſalarium pro ſuo patrocinio.

Sed vtrum hæreticus poſſit eſſe aduocatus, & reſpondetur quòd non, vt habetur in quadam conſtitutione Friderici: quę incipit, contra Patarenos, in fi. vbi dicitur quòd ſi fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur extra de hære. c. excõmunicamus, el j. & de pœni. diſtint. j. nemo, & ij. q. vj. catholicus.

Item damnatus crimine capitali, vel calumnia publici iudicij, non poteſt eſſe aduocatus, vt vij. q. §. tria.

Sed an debeat dari aduocatus [c] in cauſa hæreſis non habenti, ad hoc vt poſſit defendi, Laud. in clemen. de exceſſi. prælato. ſuper ver. in cauſis ſeu negocijs. Et dicendum quòd non habenti aduocatum iudex debet ei dare, vt ff. de poſtu. l. j. §. ait prætor, & lite non conteſta. c. j. & C. de poſtu. l. prouidendum, & ff. ex quibus cau. maio. l. ab hoſtibus. §. ſed quòd ſimpliciter. de hoc habetur in inſtructione inquiſitionis, inſtructi. xv. Quod inquiſitores debent dare aduocatum

ipſi delato petenti. Sed an aduocatus accuſati debeat admitti in diſputatione, an mereāt ſubijci torturæ: [d] & reſponderi poteſt quia debet admitti ad hoc, vt pro eo alleget, an ſit torquendus vel ne, vt in l. ſi poſtulauerit §. quęſtioni. ff. de adul. & per gl. legis. legis virtus. ff. de legibus. Sed ipſi quæſtioni, ſeu examinationi non debet intereſſe aduocatus ipſius rei. ita tenet glo. in aut. de teſti §. illud tamen, in glo. non habebunt, col. vij. & in eadem aut. de teſti. §. quia vero, in glo. ſuper ver. aduocatorum, & cū gl. videtur idem velle Bar. in l. cuſtodias ff. de pub. iudi. & in dic. l. legis virtus. Et ob hoc propter grauitatem delicti eſt inductum, quòd in hæreſi nec inquiſitor ſine ordinario nec ordinari⁹ ſine inquiſitore procedant ad torturam, de quo infra tortura.

Sed aduocatus [e] qui habet bonā cauſam in veritate, an pōt mentiri, & falſa allegare. vide glo. in c. cupientes, in verbo malignantium, de elec. l. vi. & bonus tex. eſt iuncta glo. in c. dominus noſter xxiij. q. ij. faciat l. cum patrem §. Titio fratri, in ver. nec videbitur dolo feciſſe, cùm fraudem excluſerit ff. de lega. ij & per Inn. in c. olim, el j. de reſti. ſpo. & ibi do. Ab. in viij. colum. verſi. nunquid autem poſſit quis licitè per fraudem.

Nota ꝙ ſine aduocato non poteſt eſſe fiſcus in iudicio: vnde nō teneret ſentētia cōtra eū lata ꝓtextu aduocati nō habiti, vt ff de iure fiſ. ſi fiſcus, & C. de aduoca. fiſca. l. vl. de hoc Hoſti. in ſū ti. de dila. §. & quare vt homo.

Sed an aduocati debeant proponere quæ conſiſtunt in facto, vel partes: & dicendum quòd partes. ita no. ab. in c. paſtoralis, i i prin. de iudicijs. fallit niſi pars ſit indiſcreta. vide Anto. Curſe. in ſuo repertorio Abbatis, in dictione, aduocatus §. xxij.

Sed mali aduocati omnia mala nouerunt, vt dicit glo. in l. ab Anaſtaſio. C. man. & ſæpenumero moriuntur ſine lingua, vt dicit glo. iuncto tex. inſti. quibus nō eſt permiſſum facere teſtamentum. ibi, ſæpe enim & literati, & eruditi omnes varijs caſibus, & audiendi, & loquendi facultatem amittunt. gl. ibi in verbo amittūt, dicit, & maximè impij aduocati, quod nota.

Sed an aduocati poſſint defendere ſuſpectos de hæreſi, dum nō cōſtat illos eſſe hæreticos, vel inter eos repu tandos? & dicendum vt notatur de hære. in c. ſi aduerſus, & ibi per An. de Bu. poſt Ioan. An. & eo. tit. c. fi. lib. vj. vbi patet quòd in cauſa hæreſis poteſt procedi ſine ſtrepitu aduocatorum in ver. ſed eorum ſtrepitus, & quod legitur in c. ſtatutum, el ij. & quę ibi notāt doc. de hære. li. vj. in ij. Reſpon. Nam ius quod aliquid præſupponit, illud debet eſſe tanquam in ſuo eſſe perfecto, & vero, vt no. de electio. Cumana. & per In. de libel. obla. c. fin. cum ergo ius prohibet aduocato præſtare auxilium hæretico, intelligendum eſt de hæreticis, qui verè dicuntur hęretici: vel inter eos habeant manifeſtè. Et cautum eſt aduocato ꝓteſtari, ſicut abbas Ioachim in prin. Et iudices, aduocati, & notarij nulli eorum ſuum officium impendāt: alioquin eorum officio perpetuò ſint priuati, vt habetur in extrauagante Alexādri, quę incipit, Nouerit vniuerſitas.

Item an aduocati exercendo ſuum officium patrocinando pro hæreticis dicātur fautores, ad hoc faciunt notata per Hoſti. in c. propoſuit, de cle.

excom. mini.& text.in c. ſi aduerſus, extra de hęreticis.vide infra fautores in §.an aduocati.

Sed an aduocatus poſſit vendere conſilium, vide xj. quęſt.iij. in c. non licet iudici: vbi ſic dicit ad literam, Non licet iudici vendere iuſtum iudicium, [f] & ſi liceat aduocato [g] vendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium. vide ibi glo. quæ diſtinguit an ſit iuſtum, vel iniuſtum patrocinium, vel conſilium, & ibi in fin.glo.not. quotam partem poteſt habere.

Sed aduocatus in principio anni debet habere ſalarium, vt ff. locati.l. qui operaş.arg.contra.C. de ſuffrag. l.vna. ſalarium autem aduocati non debet excedere ſummam centum aureorum,ff.de varijs, & extraordi. cogni.l.j.§.ſi cui cautum eſt.glo.j.quæſtio.iiij.in templo. & de quibus bonis debeat ſolui ſalarium aduocato hęretici, vide inſtru. inquiſitionis. inſtruc.xv.

Sed non dicitur aduocatus doctor dans cõſilium in camera ſua, dictum eſt. Barto. in l.j. §. aduocatos, ff. de varijs, & extraor. cogni. adde quod idem dicit in l.j.§.poſtulare. ff. de poſtulan.vide ſupra. iſta litera.§.j.

Nota quòd aliud eſt aduocare: aliud iudicare, aliud conſulere, vt in c. nõ licet xj.q.iij.& xiiij.q.v.nõ ſanè,& xxiiij.q.j.quiſquis, & melius in c. excommunicamus, el ij.in §.credentes pro quo ſolus pontifex prohibet aduocare clericis in cauſa criminali.

Sed doctor prohibitus aduocare, poteſt impunè conſulere domi. Angelus. in l.j. §. poſtulare. R. ff. de poſtulan.

ADDITIONES.

a *Licèt eo in loco non aduocatus definiatur, ſed poſtulator; aduocati tamen conuenit officio. ſcribit enim Vlpian. in l 1. §. aduocatos. ff. de extraordin.actionib. Aduocatos accipiendos omnes omnino, qui agendis cauſis quoquomodo operantur, inde aduocationibus interdicere. l.8. ff. de poſtul. l. 9. ff. de pœn. Item aduocationes poſtulare l. 23. §. 4. ff. ex quib. cauſ. aduocationem quoque ſuſcipere. l. 9. de offi præſid. Aſcon. in diuinationem non ita latè definit. Qui nanque defendit, inquit, alterum in iudicio, aut patronus dicitur, ſi eſt orator: aut aduocatus. ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico. Moris enim erat in iudicijs non modò priuatis, verùm & publicis amicos omnes aduocare, quorum autoritate moueri poſſe iudices, exiſtimabantur. quod Budæus in adnotationibus poſterioribus ad Pandectas, & Hotomanus de verb. iur. ex oratoribus, & poetis affirmant. De eorum quoque ſcribit differentia Valla lib.4.c.12. elegan. eum vide, quia Latinas verborum, rerumq; ſignificationes à Latinæ linguæ peritis, non aliunde ſunt petendæ. Id etiam ſcias, Aduocandi verbum ſignificare homines, vel patrociny, vel conſily, vt dictum eſt, vel teſtimony cauſa conuocare. l. 1. & 20. ff. ad leg. Cornel. de fal. teſte etiam Cice. pro Cæci. & Plauto in Pœnulo. Petrus Vendramenus.*

b *Contra improbos aduocatos inſurgit Ierem. c. 5. ad finem. Quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes, quaſi aucupes, laqueos ponentes, & pedibus ad capiendos viros, ſicut decipula plena auibus, & ſic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati ſunt, & ditati: craſſati*

ſati ſunt, & impinguati; & præterierunt ſermones meos peſſimè. &c. Nonnulli impij aduocati, vt in eo puniretur in quo deliquerunt, audiendi, & loquendi facultatem amiſerunt iux. text. in §. item ſurdus. pulcra Glo. in verb. amittūt. Inſti. quib. non eſt perm. fac. teſt. videre poteris quæ ſcripſi de ingrat. aduocati erga clientem. c. 8. Q. M.

c *Aduocatus dandus eſt imputato de hæreſi, niſi conſtet illum eſſe hæreticum, & in hæreſi perſiſtere, & aduocatus non patrocinabitur abſque venia, vel niſi ad defendendum deputatus ſit ab Inquiſitoribus, & ſi compererit eſſe locum hæreſi à defenſione vlteriori abſtinebit, & pedem retrahet. hæ ſunt veræ, & communes concluſiones, & in viridi quotidiana obſeruantia, pro quibus facit tex. in l. ſi non defendantur. ff. de pæn. in cap. fin. de hæret. lib. 6. Matt. in conſt. regn. Neap. tit. 1. nu. 43. Carer. de hæreti. num. 114. Iacob. Siman. Enchir. tit. 42. de Aduoc. Iul Clar. ſent. lib. 5. §. hæreſis verſ. vlterius pro hæreticis non poteſt aduocatus. Vmber. iudicial. inquiſ. hoc eod. verb. Aduocatus. Quint. Mand.*

d *Tortura datur abſentibus aduocatis, excepto aduocato fiſci vt aiunt, ex abuſu, Ante autem quàm quis torqueatur. ſunt audiendi aduocati ſuper hoc an quis torqueri debeat Imol in l cuſtodias in fin. prin. ff. de publ. iudi. ſubdit quòd ita ſeruat generalis conſuetudo. Idem dicunt Anto. de Carer. de queſt. in 2. membro. numero. 54. & Marcus Dec. 908. quæritur an patroni. numer. 7. Foller. in fragmen. pract. crim. titu de quæſt. & tormen. numero 216. & ſequ. Iul. Clar. ſent. libro. 5. quæſt. 64. verſicu. Quæro nunc an examini, vbi ſubdit contrariam obſeruantiam Mediolani. Q. M.*

e *Quæ ſequenda, quæ vitanda ſint Aduocato, patronoque cauſarum, eorum item quod ſit officium ſuccintè tradit Catechiſ. Pij. V. ponti. Max. iuſſu æditus in Decalogi præcep. Non loqueris &c. Per vtile videtur aduocato futurum ſi quæ tradita ſunt a Cicerone. ij. de orato. folio mihi. 59. & 60. Quæ præterea a Fabio Quintiliano libro 12. cap. 7. & 8. videlicet in ſuſcipiendis atque diſcendis optimè cauſis, & cognouerit & obſeruauerit. P. V.*

f *Exod. 23. Nec accipies munera, quæ etiam excecant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Deuter. 16. Quia munera excecant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Eccleſiaſtic. 20. in fin. Xenia, & dona excecant oculos iudicum. Prouerb. 17. Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. Et diuus Auguſt. ad Macedon. inquit. Non debet iudex vendere iuſtum iudicium. M. Tullius in Verrem, Actio. 6. Abducuntur nonnunquam, iudices ab inſtitutis ſuis, magnitudine pecuniæ. Iniuſtiſſimum eſſe inquit idem Tull. lib. 1. de leg. iuſtitiæ mercedem quærere. pro ijs eſt text. in l. properandum. §. ita autem vtraque. ibi, vel turpiſſimi lucri gratia. C. de iudi. in cap. qui teſte. cap. pauper. cap. quatuor dicta. xi. quæſt. cap. non ſanè. verſiculo. ſed non ideo debet iudex xiiij. quæſt. 3. cap. vbi, & ibi Archidiacon. dicens iuſtitiam cito violari auro & nummis. 24. quæſt. 1. extra. 1. de ſentent. excomm. inter commu. Latè Boer. deciſ. 153. num. 26. Q. M.*

g *Pro quo adduco illud prouerb. capit. 12. De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, & c. 18. De fructu oris viri replebitur venter eius. Diuus item Thom. 2. 2. quæſt. 71. art. 4. ad prim. ij. & iij. vult quòd licitè aduocatus ven-*

dat patrocinium, Iuriſque peritus verum conſilium: quin & iſti, & ipſe iudex moderatum ſtipendium accipere poſſint, pro quibus etiam videri poterit Bud. qui ad idem citat Ciceron. & Demoſt. in annot. in Pandect. in l. 1. ff. de mun. & hon. Quint. Mand.

Adulterium An propter adulterium vxoris vir poſſit intrare, religionē ipſa manente in ſęculo? & licèt hoc non ſit ad propoſitum noſtræ compilationis, poteſt reſponderi quòd cum propter adulterium vxoris maritus ſit ſolutus a ſeruitute vxoris, poteſt ipſe marit⁹ ingredi religionem ipſa manente in ſęculo: & ipſa non poteſt contrahere niſi per mortem naturalem mariti. hoc abbas de conuerſio. coniuga. c. cōiugatus, & glo. in c. nullus, de tem. or. & xxxij. q. vij. licitè.

Sed an valeat conſuetudo, vt mulieri adulteræ incidantur capilli, & veſtes ad ignominiam? & glo. dicit ꝙ ſic xxxij. q. j. de benedicto.

Sed an propter adulterium vxoris, ipſa vxor perdat bona parafrenalia? & glo. tenet quòd ſic in c. plerumque, de dona. inter vi. & vx. quę eſt bene notanda.

Sed ſi qua fuerit fornicata antequam ſit ſponſa, an poſſit accuſari de adulterio, vide ſupra accuſatio. §. ſi qua.

Nota quòd adulterium committens committit ſacrilegium. de quo vide infra ſacrilegium. & etiam ibi vide qualiter adulteriū [a] poteſt puniri ciuiliter, & criminaliter, & qualiter eſt mixti fori, ſcilicet eccleſiaſtici, & ciuilis: ibi vide.

Sed an committens adulterium pluribus vicibus cum vxore alterius puniatur ſemel pro omnibus, vel an puniatur pluries, de hoc vide infra pœna, & infra puniri.

Sed an vxor poſſit accuſare maritum de adulterio, vide ſupra accuſatio, & habetur xxij. q. v. Chriſtiana.

Sed in quibus differunt adulteriū carnale, & ſpirituale, no. doc. de conuerſio. coniuga. c. fi. vij. q. j. ſicut vir.

Sed adulteram vxorem non licet viro īterficere. xxxiij. q. ij. admonere, & c. inter hæc.

Sed an vir committat adulterium cum vxore ſua? & dicendum ꝙ ſi ardenter, & inhoneſtè eam tractet, & amet, ꝙ peccat etiam cum vxore ſua, vt xxxij. q. iiij. in c. origo, vbi ſic dicitur, Origo quidē amoris honeſta eſt: ſed magnitudo deformis, nihil autē intereſt quàm ex honeſta cauſa quis inſaniat. vnde & Xiſtus in ſententijs, adulter eſt, inquit, in ſuam vxorem amator ardētior: in aliena quippe vxore omnis amor turpis eſt. in ſua nimius. ſapiens iudicio debet amare cōiugem, nō affectu. non regnet impet⁹ voluptatis: nec præceps ferat ad coitum: nihil eſt fœdius quā amare vxorem quaſi adulteram. Et certè qui dicunt ſe cauſa rei publicæ, & generis humani vxoribus iūgi, & liberos tollere, imitātur ſaltem pecudes, & poſtquam vxorum venter intumuerit, nō perdant filios, nec amatores vxoribus ſeſe exhibeant, ſed maritos. hæc Hiero. contra Iouinianum in epiſtola. ſi. pri. li. in fi. & glo. ſuper verbo pecudes, ſic dicit, Pecudes enim poſt cōceptum non coeunt, vt. q. vij non ſolùm. nec mulier faciat copiam ſui corporis a conceptione vſque ad purgationem, vt diſ. v. ad eius, & xxxiij. q. iiij.

q.iiij.ſi cauſa. & de hoc habetur. iiij. ſen.diſ.xxxj.& gl.xxxij.q.ij.quicquid & no.quid dicit glo.in d.c.origo, ſuper parte, Perdant. dicit ibi. perit enim partus ex frequenti cōcusſione.

Nota, ꝙ quatuor de cauſis coniugatus commiſcetur vxori ſuæ. prima cauſa prolis. Item cauſa reddendi debitum,& his duobus caſibus nō peccat,imò meretur,vt xiij. diſ.nerui, & xxxiij.q.v.ſi dicat.Item cauſa incontinentiæ. ſ. cum eſt præuentus a voluptate, tunc eſt veniale peccatum, vt in c.quicquid.xxxij.q. ij. & xxxiij. q. iiij. vir cum propria. quidam tamen dicunt hoc caſu nullum eſſe peccatum propter autoritatem apoſtoli, vnuſquiſque habeat ſuam &c. & de hac materia vide in d. c. quicquid. xxxij.q.ij.

Sed an mulier poſſit accuſari poſt pœnitentiam factam de adulterio, vi de ſupra accuſatio.

Sed & nunc ad noſtrum propoſitum notandum eſt, ꝙ qui commiſit hæreſim,vel apoſtaſiam, dicitur adulter. & eſt adulteratio ſpiritualis. de. quo vide infra zelus. Et in quibus differant,vide docto.in c fi.de conuerſi. coniu. & vij. q. j. ſicut vir. vbi ſupra iſta litera dictum eſt idem.

Sed non ſunt adulteria facienda cauſa generationis filiorum xxxij.q. iiij.ſicut ſanctius.

ADDITIONES.

a *Adulterij pœna quæ, lege ſuper Sin. Trid.23.ſeſ.c 8.de reform. Adulterium eſt legitimi thori iniuria, ſiue alienus, ſiue proprius.ſit; etenim ſi maritus cum muliere ſoluta rem habeat,ſuum ipſe thorum violat,ſi verò ſolutus vir alienam cognoſcat vxorem adulterij labe thorus alienus inquinatur. Catechiſ. & 36: q.cap.2. Adulterorū item ſupplicium. & damnum maximum, eo omnia libidinis genere in ſacris literis interdicuntur, eiuſque deteſtatio quanta ſit, & turpitudo, adde legendum Catechiſ. in præceptum decalogi. Non mœcaberis. Pet. Vend.*

Affirmatiuus Hæretic⁹ quis dicatur, vide infra hæreticus. §. hæreticus affirmatiuus.

Afflicto Non eſt dāda afflictio, vt in ſpe. de feudis §. quoniam.Verue.vij.& l. tam dementis & ibi Bar.C.de epiſ.audi.& l. congruit,per Bar.in ij.notabili ff.de offi. præſi.Bald. in l. præcibus iiij. colum. C.de nup. & alias ſub. per l. tam & ſi parentibus,de inoffi.teſta.

Aggrauare An aggrauetur magis delictum in perſonam honeſtam,quàm in inhoneſtā & magis,vel minus in clericum, quā in laicum,vide infra delictum, & infra clericus,& infra grauius.

Allegare a Nō ſufficit aliquid ī iudicio allegare, ſi nō probetur,tex.in c.ſuper,de cōceſ.prę ben.de re iudi.cū ſuper,& c. ſuborta. Archi.in c.ſolet,de ſen.excom.l. vj.

Sed contraria allegans non eſt audiendus,vt lxxiiij.diſ.geſta.

Sed allegari poſſunt in deciſionib⁹ cauſarum autoritates iuris diuini,vt de teſti.qm̄,& c.licet,primo.

Item in deciſionibus cauſarū allegari poſſunt ſcriptura ſacra, b & etiā poteſt allegari in modo puniendi, vt de of.delega.c.j.

Item allegari poſſunt in deciſioni-

bus cauſarũ dicta apoſtolorũ,& ſunt præferẽda legib⁹ ciuilib⁹ etiam in diffinitionibus cauſarũ, vt in c.ſuper illa,& c.cum ſ'm,de ſecun.nup.

Itẽ allegari pñt in deciſionib⁹ cauſarũ autoritates noui, & veteris teſtamenti.Nã lex dei pręfertur legi poſitiuę.Et papa condẽs contra ſtatuta diuina potius dicitur errare quã legem cõdere.xxv. q.j.ſunt quidã, [c] & hoc habetur in c.qualiter & quãdo,de ac.

Sed non debet allegari gl. quando inuenitur tex. [d] vt ff.de of.pręſi.l.j.§.licet,& archi.xj.q.j.nolite timere. nã dictum gl.eſt probabile & non neceſſarium,vt no.glo.C. de legibus l.j. Et an gl.faciant ius,& dicendum ꝙ nõ, niſi aſſignent rationẽ,Archi.lxxj. diſ. hortamur, etiã ſi ſint gl.papæ, Inno. in c.p tuas,de ſim.archi.xj q.iij. nolite,Lap.ple.allegatiõe.xlxiij. [e] ſed no. ꝙ opi. gloſſæ cęteris eſt præferenda, vt no.Ia.Butri.& alij in l.j.C. qui pro ſua iuriſditione. & ſic adhærendum eſt dicto glo. vt no. Cy.in l.j. C.de actio.& obliga.

Sed an debeant allegari.ll. vbi canones inueniuntur? & videtur quòd non ſunt ll. allegandæ niſi in defectũ can.vt no.glo.xj.diſ.In c.ſi in adiutorium,ſed contrarium apparet ex iſtis iuribus,ſcilicet in c.j. de iura.calum. & in c.j. de noui ope. nun. cum ſi. & no.Nico.ab. in c.inter alia,de immunitate eccleſiarum.

Nota ꝙ in deciſionibus cauſarum ſtatur dicto papæ eo q̃ a Petro,& ſuis ſucceſſoribus fuit data poteſtas leges condendi & interpretandi, vt patet p c.per venerabilẽ,qui fi.ſunt le.niſi dictũ ſctõrũ iuuaretur autoritate noui, vel veteris teſt.ſeu alicuius cõcilij papalis hæc Abbas in di.c.inter alia.

In expoſitionem verò ſacrarum ſcripturarum ſtatur potius dicto ſanctorum, & allegat Abbas glo.in ſumma,in c.de libellis,xx.diſ. niſi tractaretur de expoſitione neceſſaria ſuper ſacramentis,vel articulis fidei, ſecundùm Abbatem ibidem,vbi ſupra. vnde dicit Franciſcus Zabba.in Cle. vna de ſũ.trinitate.ver. nos igitur no. quòd ad Romanam eccleſiam pertinet determinare ea quæ concernunt articulos fidei, quia quæſtiones fidei determinat ſolus papa, vel ſi fieri poteſt,redducuntur ad concordiã. nec dicitur illis opinionib⁹ derogari, vel præiudicari, quando reducuntur ad concordiã,vt dicunt moderni in c.literas,de reſtit.ſpo.vide j quaſtiones.

Sed allegationes generales licitum eſt quandoque facere, ſicut facit papa, qui generaliter allegat non allegando principia titulorum, nec in quo loco ponantur. ſed generaliter iure cauetur. ita dicit Abbas in c.veſtra,de coha.cleri. & mulie.in primo notabili.

Sed nunquid ſufficit allegare librum,vel titulum? & dicẽdum quòd ſufficit allegare librum, vt in aut. de non alie.in §.cœterum.

Sed deficiente lege,vel canone,allegari poteſt rõ. [f] xix. diſt. ſi Romanorum,& diſ.viij.fruſtra, & gl. j.di.in c. conſuetudo.

ADDITIONES.

a *Pro legato ad aliquem mittere ſignificat, vſurpatur hic aũt pro citare & adducere, quandoque capitur pro in ingenuitatem a ſerere.l.28.§.1 ff de li. cau. Petr. Vend.*

b *Vt etiam voluerunt gl.in §.1.in ver. elo-*

eloquiorum. in auth. vt Iudi. ſi. quoquo ſuffrag. quæ per illum textum notat, quòd diuinę autoritates in cauſis pro legibus allegari poſſunt. Bald. in aut. ad hæc colum. 2. C. de vſur. Fel. in cap. ex parte in verſ. de diuerſorum librorum autoritate poſt num. 56. verſ. autoritates diuinæ ſcripturæ. & ibidem per moderniores. de reſcrip. Q. V.

c *Quicquid ſentiat autor hic, non eſt recedendum a verbis huius cap. ſunt quidam hic citati. & cap. ſequ vbi declaratur in quibus Rom. pontifici liceat nouas condere leges, quæ non debent eò tendere, vt dicta profetarum, & apoſtolorum deſtruere cenſeri poſſint. contra aliter, & ſic minus rectè loquentes inuehit Io. Ierſon, de poteſta. eccleſ. conſider. x. Quint. M.*

d *Glo. non indigemus, quando habemus tex. vt etiam dixit Bald. conſi. 343. examinanda. num. 4. lib. 1. verſ. & de iſto. & conſi. 174. Caſus. colum. 2. vbi. contra aduocatos cauillantes verba clara ſtatuti. Et cum habemus text clarum, non eſt locus alicui declarationi, ad l. non aliter. ff. de leg. 3. l. labeo. verſ. non enim ex opinionibus. ff. de ſupell. leg. Quint. M.*

e *Alleg 48.] dic tu 47. quæ incipit, magiſter hoſpitalis. numc. 2. & quando glo. ſtandum ſit, & quid ſi non reperiatur reprobata, declaro ibid. in addit. ad Lap. in verſi. Gloſſis. & in verſic. reprobatæ. Quint. Mand.*

f *Ratio etiam naturalis ad deciſionem cauſarum pro lege allegari poteſt, ad tex. in l cum ratio naturalis. ff de bon. damnat. in clem. cum rationi, & ibi Card. in princ. de electio n. Iſern. in præludio feud. in 6. q. nu 48 ver. nã rõnabile dictum. Demens Phil. Dec. poſt Abb. in c. ſecundò requirit. in 3. not. de appella. Q. M.*

Alienatio [a] facta ab hęretico ante damnationem nõ tenet, licèt omnia bona hæreticorũ non pertineant ad fiſcum, ſiue ad eccleſiam niſi damnatione ſubſecuta ſuper crimine, vt infra confiſcatio. tamen cum eſt ſecuta condemnatio effectus huius damnationis trahitur retro ad diem commiſsi criminis, & ex illa die iudicatur ei interdicta alienatio, vt in princ. c. emancipatio. ad hæc quòd notatur in c. tanta, de ſimo. in glo. non precibus, ver. & intus ortus &c. ff. de accuſa. l. ex iudicio. cum determinatione eius quod habetur. ff. de præſcripti l. ſi quis §. j. Et vbi hæreticus alienauit, inquiſitores non tenentur precium reſtituere emptori. & eſt ratio, quia effectus damnationis trahitur retro ad diem commiſsi criminis, Quia eo quòd incepit quis perpetrare tale crimen, ſtatim ipſo iure eſt ſibi interdicta adminiſtratio bonorum ſuorum, vt ſupra accuſatio. vnde cognito delicto omnia alienata ab eo etiam ex cauſa onerosa retractantur tamquam geſta ab eo, qui non habebat poteſtatem adminiſtrãdi, & alienandi, vt l. j. C. ad l. Iul. maie. & ibi docto. & no. Cy. Bald. & Sali. in l. ſi quis poſt hanc C. de bonis dam. & no. Bart. in l. poſt contractum. ff. de dona. & Ange. de Are. de publi. iudi. ſuper inſti. §. publicani in iij. notabili de quo vide eũdem Ange. etiam in tractatu de maleficijs, in di glo. in ver. che hai tradito la tua patria, in verb. & bene ſcias quòd quàmprimũ, dic vt ibi. Et ſic facta damnatione nõ potuiſſet bona alienare, & eodem modo nec ante damnationem ar. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. donationes, & ff de dona. l. poſt contractum, & ff. de

accuſa.l.ex iudicio,& in prin.dicti.c. emancipatio. Nam ſi hoc habet locũ in crimine læſæ maieſ. multò fortius in crimine hæreſis,cum maius ſit crimen quod in deũ committitur principaliter,quàm quod committitur in hominem,vt xvij.q.iiij.ſicut qui,in fi. ad idem in c. vergentis. de hæreticis, ver.cum enim. Et ideo fiſcus, vel inquiſitores talia bona vt ſua videntur vendicare, arg. prædictarum legum. quo caſu certum eſt vendicare precium,& ideo reſtitui non debet, vt C. de fur. l.inciuile. Et hoc verum intelligo,niſi preciuni, vel aliud loco precij inueniatur in bonis hæretici,ar.ff. ſo.matrimo.l.ſi cum dotem §.vl. & l. ſe.ff.de le.j.l.imperator,& l.ſe.Et intelligendum quòd non ſolùm vendicabit rem non reſtituto precio emptori qui emit ab hæretico, ſed nec etiam ei qui ab emptore emit, quantumcunque bonam fidem habuerit, & qualitercunque per plures manus ambulauerit. Et eſt ratio. quia hæreticus non habuit ius vendendi, vt ff. de minoribus l. in cauſę. §. vl. de contra. em. & ven.l.ſi quis ſub hoc pacto. Et eſt ratio, quia effectus damnationis trahitur retro;vt ſupra dictum eſt:& ſic bona vendi non potuerunt, vt patet ex præmiſſis, ſicut etiam tenebat Di. ex prędictis iuribus,ſcilicet à tẽpore cõmiſſi criminis,vt C.ad l.Iul.ma.l.quiſquis,ad idem C.e.ti.l. iiij. Et aduertẽdum quòd hæc litera loquitur indifferenter confiſcatione promulgata, ꝙ tunc demum eſt ſententia executioni mandanda,vt ff.de re iudi.l. a diuo Pio. Et ſecundùm hoc intelligitur qđ habetur.xxiij.q.v.ſi vos,& c.de liguribus,in ſi.& xxiiij.q.j.c. qui contra. & etiam hæc notantur ſuper c.cum ſecũdúm,de hæreti.li.vj. & de hoc vide infra de reuocan. alienatione facta per hæreticum.

Sed ꝙ reconciliati tempore gratię poſſunt recuperare pro ſe omnia debita ſibi ante reconciliationem ſine contradictione fiſci.

Item quòd donationes,& venditiones per eos factæ de bonis proprijs ante reconciliationem,& omnes eorum contractus manẽt firma.ſed poſt reconciliationem non poſſunt vendere immobilia ſine licentia principis, vel inquiſitorum.ita habetur in inſtructionibus inquiſitionis. xxx. inſtructione,& xxxj.

Item quando in re vendita per hæreticos inuenitur preciũ,vel res æquiualens precio,tunc illud precium vel res æquiualens ibi inuentum non aufertur ab illis,qui à talibus emerunt, vt in dicta inſtructione xxxj.

Item quòd fiſcus non poſſit petere bona alienata per hæreticos condemnatores niſi ex anno.lxxix.in quo inchoata eſt inquiſitio, ita habetur dicta inſtructione.xxxj.

Sed de pœna illorum qui fecerunt emptiones, & vẽditiones in fraudem fiſci,vide dicta inſtructione.xxxj.

Nota ꝙ nemo plus iuris in alium transfert quàm ipſe habet, vt ff.de regu.iuris l.nemo plus.

Item nota ꝙ non licet alienare illi, contra quẽ inquiritur.ſed ſtatim incępta inquiſitione interdicitur ei alienatio.dictum eſt Inno.in c. veritatis, in fi.de do.& con.& Bald.in marga. alienatio.ver.ij.

Item alienatio bonorum hæreticorum non valet, & poteſt reuocari per inquiſitorem refuſo precio emptoribus conuerſo in vtilitatem venditoris,

ris,non aliter,ſecundùm Bart. in l.iij. §.de his qui in frau.cre. quem etiam vide omnino in l.chirographis.§.fin. ff.de adminiſtra.tuto.& Cy. in l.fi. C. ad l.Iul.maieſ.Bald.in l.fin.§.ſi circa medium, ver. no. quòd qui reuocat, C.communia de leg.

Item alienatio facta ab hæretico, vel ab illo cui eſt prohibita, etiam cũ licentia ſuperioris facta non expreſſa ei cauſa,quare fiat, nõ valet de re pro hibita alienari ſine decreto.glo. eſt ſin gula.in l.ij. C. quan.decre. opus non eſt, ſecundùm Ludo.Pont. in ſin. ver. alienatio,ver.prohibitus.

Sed melioramenta in re empta ab hæretico retinentur per emptorem, quãdo alienatio reuocatur per inqui ſitorem hæreſis Bald. in l.ij. §.fin. C. communia de leg.

Sed an inquiſitor hæreticæ prauita tis,qui reuocat alienata per hæreticũ, teneatur ſoluere retro precium emptoribus,Bar.in l.ſi debitor.ff. quæ in frau.cre. Archi. de hære. in c. cum ſecũdùm li.vj. Et quòd alienatio medij temporis non tenuerit, probat tex.in l.quiſquis,C.ad l.Iul.maieſ.iuncto.d. c.cum ſecundùm.

Sed alienatio poſt delictum præſumitur ſimulata, vt l. res vxoris. C. de dona. inter vi. & vx. vide plenè in l. poſt cõtractum,ff.de dona. & ibi Bar.

Sed alienatio cum decreto iudicis facta non præſumitur doloſa. Bal.in l.iubemus.j.colum.verſ.ego tamẽ do conſilium.C.ad Trebel.

Item alienatio præſumitur in frau dem quãdo alienans poſtea poſſidet pro ſuo. i. fructus percipit, & nemini reſpondet.Bald.in addi.ſpe.de alle. & diſpu.ver.præſumitur fraus,& no.per Bart.in l.ſicut §. ſuperuacuum, in ij. colum. in fi. ver. venio ad tertium dictum,iuncto.ver. quæro quid ſi in inſtrumento ff.quibus mo. pign.vel hipot.ſol.vbi dicit præſumi fictam venditionem, ſi venditor poſtea poſſidet rem etiam precario, niſi emptor reſpondeat de fructibus:vel niſi reſerua uerit ſibi venditor vſumfructum. Et per Din.in l.oẽs. §.Lucius,de his quę in frau.cre.& Bar.in l.poſt contractũ, in iij.colum.in prin. in ver.tertiò præſumitur ff.de donati.

Sed alienatio omnium bonorũ inducit ſuſpitionem fraudis,vt ff de his quę in frau.cre.l.omnes §.Lucius, & econtra inſti.qui.alie.licet, vel non §. j.& ij.

Sed res prohibitæ alienari nõ poſſunt ad fiſcum peruenire propter publicationem.no.Bart.ff. de fideicom. liber.l. Imperator.ff.de dam.infe. l. ſi finita §.ſi de vectigalibus, & ibi Bart.

Sed quando lex prohibet alienationem, vel reædificationem, ſemper, & omnino prohibet, vt ff. de præſcrip. ver.l.quos prohibet.

Sed alienari nõ dicitur id quod trãſfertur de fratre in ſororem,no. de his quæ fiunt à præla. in c. cum apoſtolica.

Sed de materia alienationis vide infra fiſcus, & inquiſitio & infra melioramenta & vide plenè in inſtru. inqui ſiti.inſtru.xxix.& xxx.

Nota quòd homo alienatę mentis dicitur tripliciter. ſ. per ſtuporem. ſicut quãdo Loth voluit filias ſuas pro ſtituere, vt hoſpites liberaret, vt di. xiiij.q. ait.ſecũdo modo per furorẽ. xv.q.j. aliquos, & cap. illa cauenda. iij. q. ix. iudicas, tertiò per ebrietatem,vt xv.q.j.inebriauerunt.

AD-

ADDITIONES.

a *Alienatio facta à delinquēte ante crimen commiſſum valet niſi ſubſit ſuſpitio fraudis: ſi verò apparet fraus verè, vel præſumptiuè, valet quidem alienatio, ſed a fiſco poſtea reuocatur, iuxta communem opinionem de qua, per Picum, in l poſt contractum nu 2 ff. de dona. ſequitur Egidius Boſius. in titu. de bono publi. ante nu 43 verſi. nos vero loquimur ante delictum & Iul. Clar. ſent. lib 5. q. 78. verſi ſolet etiam ſæpe dubitari, vbi ſubdit, quòd tenetur fiſcus emptori precium reſtituere, iuxta communem opinionem prout etiam per Picum vbi ſupra poſt nu. 12 verſic ſecunda conclu. & vbi ſupra ponunt coniecturas fraudum, poſt delictum verò commiſſum regulariter etiam valet alienatio facta titulo onèroſo ante ſententiam, neque reuocantur alienata niſi appareat contrahentem fuiſſe participem fraudis iuxta communem ſententiā de qua per Ang. in l ſiquis. nume 4 C. de bon. proſcri. & per Clar. vbi ſup. verſi cæterum poſt commiſſum. vbi limitat procedere tantùm, quando delictum ſit tale, in quo bona non confiſcantur, ipſo iure; nec interdicta eſt delinquenti bonorum ſuorum adminiſtratio, nec de fraude apparet iuxt. communem, de qua idem Picus, vbi ſup. nu. 38 In crimine autem hæreſis, & læſæ maieſtatis, confiſcatio trahitur retro ad diem commiſſi delicti vt hic. & alienatio eſt ipſo iure nulla, & retractatur etiam poſt obitum hęretici. l. quiſquis. §. emancipationes. & l fin C. ad l. iul maieſt. Ioan Cald. in tract. hæreſ. c. 27 de reno. aliena. & hęc eſt communis. Picus vbi ſupra, poſt nu 37. verſi. circa ſecundū tempus, & Clar. etiam vbi ſup. verſi. vbi verò bona. Lud. Carer in ſua prax. crim. tit. de hæret. num. 136. & ſeq. Vmber. in iud. inquiſi. in verb. alienationes. Q. M.*

Adde. Alienatio eſt in alium iuris ſui translatio. l. 67. ff de verb ſign cum iure ſtricto capitur, cum verò largo, continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphiteuticum perpetuum contractum c. non liceat. de reb. eccleſ. non alien. C. de reb. alien. non alien. l ſancimus. eadem ratione transfertur & ad mentis alienationem. l diuus. 14 ff. de off. præſid. Pet. Vend.

Alienigena. [a] An contra alienigenas poſſint inquiſitores procedere? & dicendum ꝙ nō ſolùm poſſunt procedere ſuper hoc crimine contra quaſcunque perſonas exiſtētes in ſua diœceſi, vel prouincia: ſed etiam conrra alienigenas, & forenſes delinquētes ibidem, ſicut dicitur in alijs criminibus, vt ff. de offic. præſi. l. iij & xj. q. j. placuit a & ex. de rap. c j. vt clarè patet. C. vbi de cri. agi opor. l. j. & in authen. qua in prouincia, quantumcunque eſſent exempti, vt ſunt fratres, & religioſi. Cum iſte reatus omnem exceptionem, & dignitatem excludat, vt C. vbi ſena. vel cla. l. j. in fi. ita probatur extra de hęre. vt officium. §. denique, & c. vt cōmiſſi, verſi. contra. lib. vj. ar. cōtra iiij. q. vj. vltra prouinciam, & c. nemine.

ADDITIONES.

a *Eadem quæ hic, & per eadem ferè verba habemus apud Io. Cald. in tract. de hæret. c. 8. nu 4 verſi. liquet igitur. Q. M.*

Alienigena eſt homo alieni generis, capitur hic pro extraneo, & homine alienæ prouintiæ, ſiue iuriſditionis, vt & allegata iura demonſtrant. P. V.

Ali-

Alimenta [a] nõ debent negari filio minori expoſito a patre: nec ſeruo expoſito a domino:& ſi denegentur, filius fit ſui iuris: & ſeruus fit liber, vt extra. de infantibus & languidis expoſitis. [b]

ADDITIONES.

a *Alimentorum nomine ea omnia continentur ſine quibus ali corpus non poteſt. Iauolenus itaque l.6 ff de alim. & cib. leg ait, alimentorum legato, & cibaria, & veſtitum, & habitationem contineri, cibariorum verò minimè. Alere, & educare hoc diſtant, inquit Nonius, Alere eſt victu temporali vitam ſuſtentare, educare autem ad ſatietatẽ perpetuam educere. Plaut. Menæch. nam illic homo homines, non aues educat Acc. And. Alui, educaui, id facite gratum vt ſit ſeni. Vlpianus autem in l.ſed ſi quid. 15. §. ſufficienter. ff de vſufru. Sufficienter, inquit, alere & veſtire debet ſecundùm ordinem & dignitatem mancipiorum. Pro modo verò facultatum decernuntur alimenta n dis. l. ſi inſtituta. §. penul ff. de inoff. teſt. & l.5. § ſi quis & § ſolent ff de agnoſ. ſcias tamen aliquando alimentorum numen anguſtius accipi l. 8. § qui tranſigit ff de tranſact. ad quem vide gloſſ & Doc. & id nõ negligas, quæ nos alunt ſunt cibus & potio. quæ nõ oĩum tantũ morborũ, ſed ẽt ſecũdę valetudinis cõia præſidia ſunt. Quæ cuiq; hoĩum naturæ cibi, & potiones cõmodi proprijq; ſint, lege Corneliũ Cel. de re medica lib. 2. c. 18.* P. V.

b *Videlicet c vnico, & C. eod l. 1. & 2. & c fi. vbi etiam glo. 77 diſtin. Amplia ad ægrotum eiectum de domo & non cuſtoditum, ad ea quę adduco de ingratitudine dom. ad ſer. c. 65. verſi. Item qui ſeruum ægrotum.* Quint. Mand.

Alteratio [a] pœnæ an poſſit fieri poſt ſententiam, vide infra pœna. & no. ꝙ inquiſitor poteſt alterare pœnam ſecundùm qualitatem perſonarum, & qualitatem delicti.

ADDITIONES.

a *Alteratio mutationem ſignificat, quã philoſophi deffiniũt eſſe progreſſionem ab vna qualitate ad alteram. A verbi Altero, ſupino formatur, vide Ouid in faſt. Ille ſuam faciem transformat, & alterat alter. Generaliter autem iudex, qui ſemel, vel pluris, vel minoris cõdemnauit, amplius corrigere ſententiam ſuam non poteſt l. iudex. 55. de re iud. ff. & ita nec pœnam mutare. l. diui fratres. 27. ff. de pœn. ſed excipitur in Inquiſitore, & in alijs caſibus gloſſ. ad l. præcitatam.* Pet. Vend.

Anathematizati [a] ſunt per papam oẽs hæretici, cuiuſcunq; nominis ſint, vt in quadam extrauagãte Alexandri quæ incipit, Alexander ſeruus ſeruorum dei, vbi ſic dicit. Execram⁹, & anathematizamus vniuerſos hæreticos, Gazaros, Patarenos, pauperes, de Lugduno, Paſaginos, Ioſephinos, Arnaldiſtas, Scofoniſtas, & alios, quibuſcunque nominibus cenſeãtur, facies quidem habẽtes diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipſum &c.

ADDITIONES.

a *Anathematizantur & hoc tempore in die cœnæ domini Romæ, & in aliarum ciui-*

ciuitatum eccleſijs cathedralibus. Ioan. viiij. papa ſcribit excommunicationem à fraterna ſocietate ſeparare;anathema verò ab ipſo Chriſti corpore,quod eſt eccleſia recidere.vid.3.q.4. c.vlti.excommunicationis, & anathematis forma deſcribitur xi q.3.debent. Anathematizare Græcũ eſt,Latinè, deteſtari, & execrari Anathema verò deteſtatio, & execratio. diris enim proſcriptionibus eijciũtur a communione fidelium.eſt autem pœna horribilis,& pertimeſcenda,c.abſit.11.q.3.c. ſicut. & c.excommunicamus de hære. Satanæ traduntur c. audi. & c.omnis Chriſtianus ead.q.Leo pap.epiſt 89. Anima, inquit, irrogatione tam ſæui ſupplicij ſauciata,& inermis quodammodo,exutaque omni munimine diabolicis incurſibus,vt facilè capiatur,obijcitur, excommunicatio etiam illegitima à Theodoſio noucontempta.Niceph. Eccleſiaſt. hiſt. lib.13.c.3.Hiſt.tripar lib.12.c.6.ſcribitur anathema a chriſtianis appellari ſolere decretum cõtra blaſphemos prolatum, quando id, veluti in marmore ſcriptum, manifeſtum cunctis oſtenditur. De efficat a excõicationis alia vide in Ench Simã. c.55. de anathemate Bud.in Pand.& in comment.ling. Græcæ. T. Ven.

Anima [a] An dicens animam ſimul cum corpore mori ſit hæreticus,vide infra hæreticus.

Sed vtrum animæ iuſtorum quæ de hoc ſæculo deceſſerunt,immediatè videant diuinam eſſentiam ante reſurrectionem ſuorum corporum, & ante iudicium generale. ut dicẽdum quòd anima ſtatim quòd exit a corpore,non vadit ad paradiſum,nec ad infernum: ſed in quibuſdam abditis receptaculis commoratur vſque ad diem iudicij generalis,vt xiij.q.ij.tẽpus,& ibi glo.in ver.animas, & quod ibi notatur in c.cum Marthæ, de celemiſ.§.fi.& ibi glo.& doc.& adde ponit ſanctus Tho.in iiij.diſ.xlv.ar.i. & ij.& in ij.contra genti. q. cj. quod tamen intellige de anima purganda. Nam anima beata ſtatim vadit ad cælum, damnata verò ad infernum, vt ibi no.& vt habetur in quadam extrauaganti domini Benedicti. xi. de viſione beatorũ,quæ incipit,Ad perpetuam rei memoriam.vbi quaſi in medio dictæ extrauangantis reſpondendo ad prædictam quæſtionẽ dicitur. Hac in perpetuum valitura conſtitutione [b] autoritate apoſtolica diffinimus, quòd ſecundùm communẽ dei ordinationem animæ ſanctorum omnium, qui de hoc mundo ante domini noſtri Ieſu Chriſti paſsionẽ deceſſerunt, necnon ſanctorum apoſtolorum,martyrum,confeſſorum, virginum & aliorum fidelium defunctorum poſt ſacramentum ab eis ſuſceptum,in quibus nihil purgabile fuit, quando deceſſerunt, nec erit quando decedent etiam in futurum: vel ſi tũc aliud erit aliquid purgabile in eiſdẽ, tamen poſt mortem ſuam purgant: atque animæ puerorum eodem Chriſti baptiſmate renouatorum & baptizandorum tunc, cum fuerunt baptizati, & ante vſum liberi arbitrij deceſſerunt,mox poſt mortem ſuã,& purgationem præfatam in illis qui purgatione huiuſmodi indigebãt: eſſe ante reaſſumptionẽ ſuorum corporũ, & iudicium generale poſt aſcenſionẽ domini noſtri Ieſu Chriſti in cœlum, fuerunt, ſunt,& erunt in cælo cœlorũ regno, & paradiſo,cœleſti cum Chriſto ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ. Ac poſt domini Ieſu paſſionem,

ſionem, & mortem viderunt & videbunt diuinam eſſentiam immediatè ſe benè, clarè, & apertè eis oſtendentem. quodque ſic videntes eadem diuina eſſentia perfruuntur. necnon ꝙ tali viſione, & fruitione eorũ animæ, quæ iam deceſſerunt, ſunt verè beatę, & habebunt vitam, & requiem ęternam. Et eorum illorum qui poſtea decedunt tum eandem diuinam videbunt eſſentiam, ipſaque perfruentur ante iudicium generale, atque viſio huius, eiuſque fructus, atque fidei, & ſpei in eis euacuāt, prout fides, & ſpes theologę ſunt virtutes: quodq́; poſtquam inchoata fuerit talis intuentia & facialis viſio, & fruitio in eiſdem eiuſdem viſio, & fruitio ſine aliqua intercesſione, ſeu euacuatione prædictæ viſionis, & fruitionis continuata exiſtent, & continuabitur vſque ad finale iudicium ex tunc vſque in ſempiternum. de hoc etiam xiij. q. vl. §. de mortuis, & ibi glo.

Sed de loco vbi eſt paradiſus, vide glo. notabilem. xxiij. q. iiij. hæc autem vita.

Sed an animę decedentium in peccato mortali mox poſt ſeparationem corporis ad infernum deſcendant? & reſpondetur per dictam extrauagantem ſubſequenter in §. præcedenti, vbi dicit. Diffinimus inſuper quòd ſecundùm dei ordinationem communem animæ decedentium in actuali peccato mortali mox poſt mortẽ ſuā ad infernum deſcendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur, & quòd nihilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Chriſti cũ ſuis corporibus comparebunt redditurí de ſuis factis propriam rationem, vt referat vnuſquiſque proprij corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. decernentes [c] proprias diffinitiones, ſeu determinationes, & ipſarum ſingulas eſſe tenendas. quicunque autẽ prędictarũ noſtrarum diffinitionũ, ſiue determinationum, ac ſingularũ ipſarum contrarium ſcienter, & pertinaciter tenere, conferre, prædicare, docere, & defendere verbo, vel ſcripto pręſumpſerit, contra eum ſicut contra hæreticum modo debito procedatur. Nulli ergo omnino hominũ &c. Datum Auinioni. iij. Kalendas Februarij, Anno ſecundo. Et adde ſecũdùm ſanctũ Tho. in primo, diſ. vi. ar. iij. quòd animę damnatorum ſtatim deſcendunt ad infernum poſt ſeparationem à corpore.

[c] Et de loco vbi eſt infernus, vide dictam glo. in dicto c. hęc autem vita, in d. xxiij. q. iiij.

Sed de pœnis quæ patiuntur animæ in purgatorio, & in inferno, & an patiatur tantam pœnam corpus, ſicut anima, vide Abb. in c paſtoralis, de offi. ordi. in glo. vbi dicit ꝙ quãdo aliquis moritur, & vadit ad infernũ, vel purgatorium quòd tantam pœnam patitur corpus ſicut anima. Et quando aliquis venit ad iſtum mundum, ſcilicet quando anima ambulat in pœnis quòd non venit anima ſola, ſed ſimul venit corpus cum ea, eò quia ipſa de ſe non venit, ſed deus mittit eam ad hoc vt nos alij, qui ſumus in hoc mundo, corrigamur de peccatis, quia ipſa anima ex voluntate ſua nunquam veniret, eo quòd nõ corrigeremur, quia omnes animæ quæ ſunt in inferno, deſiderant, & vellent quòd omnes aliæ irent ad infernum, eò quòd gaudium eſt miſeris ſocios habere pęnarum. & propter hãc

ra-

rationem animæ non venirent ex ſui voluntate, niſi deus faceret eas venire ad pœnandum in hunc mundum.

Item quomodo anima ſeparata patiatur ab igne corporeo, vide Tho. in j. parte q. lxiiij. ar. iij. & in iiij. diſ. xliij. ar. iij.

Sed vbi fuerunt animæ illorum, qui reſurrexerunt cum Chriſto vſque ad aſcenſionem? vide ſanctum Tho. ĩ iiij. diſ. xxij. q. iij. ar. ij. & q. iij. ar. xiij.

Sed an omnes animę fuerint ĩ principio mundi creatæ, prout quidã hæretici dixerunt, vide xxxij. q. ij. quòd verò non. vide etiam ſanctum Thomam in j. parte. q. cxviij ar. iij.

Sed an animæ exiſtentes in purgatorio cenſeantur eſſe de foro eccleſiæ militantis, Hoſtien. tenet ꝙ ſic, quod quo ad quędam no. in ſum. de pœni. & remiſſi. §. vlti. ver. ad hoc poteſt dici.

Sed corruptio animæ corrũpit corpus, & non econuerſo. xxxij. q. v. propoſito.

Sed an ſit poſſibile animam defuncti ſcire quę hic fiunt in mundo, vide tex. xiij. q. vj. §. de mortuis, & ibi glo. & in c. ſe.

Item an animæ defunctorum loquantur, not. l. diſ. ſi quis diaconus, in gl. in ver. dicturi.

Sed quomodo poſſunt interrogari animæ exiſtentes in paradiſo, vel in inferno, ſanctus Thom. in iiij. di. xlv. arg. iij.

Sed quid ſit pro anima iudicare, & quid importent illa verba, vide Fredericum de Senis. conſi. ccxxx.

Sed quanto enim corpus eſt melius diſpoſitum, tantò meliorem ſortitur animam, de quo vide infra diſpoſitio.

Quod quidam hæretici qui nominati ſunt Gnoſtici, dixerunt animam naturam eſſe dei; quod hęreticum eſt, vt infra hæreſis.

ADDITIONES.

a *Anima triplex eſſe traditur, vegetatrix in herbis, & arboribus, ſentiẽs in animalibus ratione carentibus; ratiocinatrix, vel rationis particeps in homine. De hac vltima loquitur autor, quæ ſic a D. Auguſt. li. de anima, & ſpiritu definitur. Anima eſt ſpiritus intellectualis, rationalis, ſemper viuens, ſemper in motu, bonæ malæque voluntatis capax, ſecundùm benignitatem ſui creatoris, atque ſecũdùm ſui operis officium varijs nuncupatur nominibus. anima dum vegetat; ſpiritus dũ contemplatur; ſenſus dum ſentit; animus dum ſapit; dum intelligit, mens; dum diſcernit, ratio; dum recordatur, memoria: dum vult, voluntas, Item pro varietate actuum & affectionum eius accipitur ab autoribus diuersè; vide Nonium. Alia de ea petenda ſunt ex eod. D. Auguſt. libello, quem lege. T. V.*

b *Conſtitutio Pontificis, quæ deſcripta legitur in Directorio inquiſitorum Nicolai Eimerici manu ſcripto, cuius copiam fecit R. Pater Frater Marcus hæreticæ prauitatis Venetijs ĩquiſitor; ita legitur.*

Benedictus xi. Ad perpetuam rei memoriam, & infra. Hac in perpetuum valitura conſtitutione autoritate apoſtolica diffinimus, quòd ſecundùm communem Dei ordinationem animę ſanctorum omnium, qui de hoc mundo ante D. N. Ieſu Chriſti paſſionem deceſſerunt, necnon ſanctorum apoſtolorum, martirum, confeſſorum, virginum, & aliorum fidelium defunctorum, poſt ſacrum ab eis baptiſma ſuceptum in quibus nihil purgabile fuit,

quando

quando deceſſerunt, nec erit quando decedent etiam in ſuturum, vel ſi tunc erit aliquid purgabile in eiſdem, cum poſt mortem ſuam purgant: atque animę puerorũ eodem Chriſti baptiſmate renatorum, & baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante vſum liberi arbitrij decedentium; mox poſt mortem ſuam, & purgationem præfatã in illis qui purgatione huiuſmodi indigebant etiam ante reaſumptionem ſuorum corporum, & iudicium generale poſt aſcenſionem ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in cœlum fuerint, ſunt, & erunt in cœlo cœlorum regno & paradiſo Chriſti cœleſti cum Chriſto ſanctorum angelorum cõſortio aggregatæ. Ac poſt dñi Chriſti Ieſu paſſionem, & mortẽ viderũt vident, & videbunt diuinam eſſentiam immediatè ſe benè, clarè, & apertè eis oſtendentem. Quodque ſicut videntes eadem diuina eſſentia perfruuntur. Necnõ quòd tali viſione, & fruitione eorum animæ, qui iam deceſſerunt, ſunt verè beatæ, & habebunt vitam, & requiem æternã. Et illorum qui poſtea decedent cum eandem diuinam videbunt eſſentiam, ipſaq; perfruentur ante iudicium generale, Ac quòd viſio huiuſmodi, eiuſque fructus, atque fidei, & ſpei in eis euacuant prout fides, & ſpes propriæ theologicæ ſunt virtutes, Quæque poſtquam incboata fuerit talis intuitiua, & facilis in eiſdem viſio, & fruitio ſine aliqua intermiſſione, ſeu euacuatione prædictæ viſionis & fruitionis continua exiſtit, & continuabitur vſque ad finale iudicium. Et ex tunc vſque in ſempiternum. &c. T. V.

c *Decernentes proprias] in manu ſcripto legitur. Declarantes prædictas. T. V.*

Annotari [a] an debeãt bona q̃ veniunt publicanda vide infra bona. [b]

Sed de forma annotationis vide in ſpe. de cri. §. ſequitur, ver. ſed qualiter, & extra de religi. domi. c. cum venerabilis, in glo.

Sed annotatio accipitur pro ſcriptura, vt habetur. xxiij. diſ. quamquã.

ADDITIONES.

a *Adnotari dicitur, qui inter reos abſens refertur, & eius bona cõfiſcantur qa intra annum, per edictum vocatus adeſſe non curauit. l. 1. & 2 ff. de requi. re. inde annotatio in reos relatio l. 4. eod tit. Adnotare etiam eſt cum præſes notat qua quemque damnatum pęna dignum putet, idque Imperator reſcribit. l. 6. §. præſides. ff. de interd. & rel. l. 1. §. 1. ff. nil nouand. præterea adnotare pro aliquid adhere, vnde adnotationes. Item cum quis memoriæ cauſa quid refert in commentarium ſuum col. lib. 12. c. 3. meminiſſet atque adnotaret, quid, & quando, & cui dediſſet, hinc reliquæ deſumptæ videntur ſignificationes, a genere ad ſpecies deriuatæ. T. V.*

b *Verſi. Item notandum, quòd ſtatim, quòd epiſcopus. De annotatione quæ fit reo citato non comparente, & an illa nõ obſtante, intra annum comparens reus ſi abſoluatur bona recuperet, & qd poſt annum, & an ita ſeruetur hodie. Gan. de malefic. rub. quid ſit agend. reo abſen. nu. 3 Siman. Enchir q. 45. ad fin. Iul. Clar. ſent. lib. 5. § fin q. 44. verſ ſed hodie. De bonis aſcribendis, & annotandis, quando eſt plenè probatum contra abſentem, loquitur Calder. in tract. hære. c. 9. num. 2. verſ. & in ſuper faciet aſcribi, & annotari. Q. M.*

Antichriſtus [a] prædicabit per tot ſpacium temporis quot Chriſtus prædicauit, ſcilicet

cet per tres annos, & dimidium, vt eſt gloſ. & Bald.in l.vſuræ.C.de vſur. vbi dicitur, quòd tempus & tempora & dimidium temporis. vbi etiam dicit quòd tanto tempore regnabit & non plus. de quo vide Thom.in iiij. diſ.xliij.ar.viij. •

Item Antichriſtus ideo faciet ſabbatum, & diem dominicum obſeruari, vt propter obſeruationem ſabbati Iudæos, & propter obſeruationē dominicæ Chriſtianos ſibi attrahat, de conſe.diſ.iiij.peruenit.

Item an miracula facienda per Antichriſtum erunt vera. & quādo erūt vera, & quando non, vide Tho. ſecunda ſecundæ.q.clxxviij.ar.ij.

Sed de Antichriſto vide Danielem vij.c.§.conſiderabam cor.& eo.c.ver. porrò cornua decem, & viij.§.poſt regnum eorum. quoniam Antiochus fuit figura Antichriſti. ideo litera iſta quæ exponitur de Antiocho: iterum & melius exponitur de Antichriſto ab illo loco vbi ſcriptura magis loquitur de Antiocho, cum dicitur poſt regnum eorum, ſcilicet Græcorum. quia regnū Antichriſti pertinet quodammodo ad regnū Romanum, de quo orietur.& xi.§. & faciet tex. hic ponuntur ea quæ dicuntur de Antiocho prout fuit figura Antichriſti tantùm, quæ non verificatur de ipſo ad literam. ſed tantùm de Antichriſto & etiam de Antichriſto vide partim per eundem in xij.& vl.c.

ADDITIONES.

a *De Antichriſti nomine, aduentu, & reuelatione, de eius item in Chriſtianos perſecutione, & fine, vide D. Auguſt. libro. 20. de Ciuit. Dei. cap* 8. & 19. *interpretantem ca.2. epiſt.2. D. Pauli ad Theſſalon.* P. V.

Appellare [a] an ī crimine hęreſis poſsit appellari, & per appellationem iudicium inquiſitorum declinare. Et dicendum quòd licèt ſit regulare in alijs criminibus, quòd quilibet grauatus poſsit appellare, vt habetur per multa iura. extra de ap.in c.debitus, & ī c.cordi. li.vj. cum nulli ſit neganda legitima defenſio, vt de exceptio. cum inter, & nè innocens grauetur, permiſſum eſt omnibus oppreſsis appellare, vt ij.q. vj.c.ij. nec obſtat ille tex.c. vt inquiſitionis, ſecundùm eum. imò facit pro. quia loquitur de illis, de quibus iam conſtabat eſſe hæreticos per ſententiam latam, & ſic per appellationem declinatur iudicium. Et olim à ſententia inquiſitoris poterat appellari, ſicut a qualibet ſententia cuiuslibet iudicis. nam ſicut ſtatutum fuerat regulariter, ꝙ quilibet grauatus poſſet appellare, vt extra de ap.d.c. vt debitus, & c.cordi, li.v.

Sed poſtea ſuperuenit ius nouisſimum, per quod iſte articulus declaratur. nam a ſententia diffinitiua non poteſt damnatus appellare, quia iam conſtat eum eſſe hæreticum, & vt hęretico eſt ei omne beneficium appellationis ademptum, & interdictum, vt in c. vt inquiſitionis officium, de hære.li.vj.& vt habetur in conſtitutione Frederici imperatoris quæ incipit, Cōmiſsi §.omne, & in quadā extrauagante inno.iiij quæ incipit, Nouerit vniuerſitas §.item proclamationis.

Item idem quod dictum eſt de hæreticis, quòd nō poſſunt appellare, ēt in-

intelligendum eſt de receptatoribus, fautoribus, & credentibus, & defenſoribus eorum, vt in d. iuribus ſupra allegatis. & hoc propter criminis enormitatẽ, vt in d. conſtitutione Friderici, vt commiſſi. §. omne. vbi ſic dicit, omne inſuper proclamationis, & appellationis beneficiũ ab hæreticis, receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus eorũ penitus amouemus, volẽtes, vt de finibus imperij in quibus ſemper debet exiſtere fida fides, hæretica labe[b] geminata modis omnibus deleantur, & extra eo. vt inquiſitionis officium, li. vj. & etiam habetur in d. extraua. Inno. iiij. vbi ſupra.

Sed an, & quando poſſit appellari in cauſa hæreſis: & ſciendũ ꝙ ſi ſententia diffinitiua eſt lata ſup hæreſi, ꝙ nõ põt appellari ab ea, vt in d. c. vt inquiſitionis. vñ talis ſententia executioni põt mandari ſm Pe. & alios ibi. quod dicunt verũ eſſe in diffinitiua: ſecꝰ autẽ in interlocutoria, vt ſ. ſi in proceſſu inquiſitionis inquiſitus ſentiat ſe grauari in aliquo per inquiſitorẽ, ꝙ a tali grauamine poteſt appellare ſm eos eo ꝙ in ſentẽtia diffinitiua declaratoria iam cõſtat eſſe hæreticum, & quia hæretico eſt ſibi ademptum omne beneficium appellandi. & ita debet intelligi dicta conſtitutio Friderici in dicto. §. omne, & dicta extrauagans In. iiij. & dictum. c. vt inquiſitionis, & idem ſequitur Io. An. ibi.

Sed dicendum ꝙ ante ſententiam diffinitiuam pendente proceſſu ſuper iſto crimine, ſi quid indebitè opprimatur ꝙ benè poterit appellari, eo ꝙ ante ſententiam nondum conſtat talem accuſatum eſſe hæreticum[c] & ſic communi iure, vt in alijs criminibus poterit appellari, vt in prædictis iuribus habetur, & ita no. Archi. in d. c. vt inquiſitionis, e. ti. li. vj. circa finem. & idem ſentit Domi. qui ex prædictis infert, ꝙ vbi lex, vel ſtatutum tollit remedium appellandi a diffinitiua, non videtur tollere ab interlocutoria, qđ eſt notandum. Et pro hoc induco doctrinam Inno. in c. ſignificauerunt, de teſti. & in c. pe. de no. operis nun. vbi tenet quòd & ſi in iudicio poſſeſſorio non admittatur appellatio, vt in l. vnica. C. ſi de momen. poſſe. illud tamen verum eſt in diffinitiua, quo caſu iura loquuntur. ſecus autem in interlocutoria, de qua non diſponunt tollendo remedium appellandi ab ea. quòd etiam iuſtificari poſſet, quia eo magis admittenda eſſet in hoc caſu appellatio ab interlocutoria: eo quòd grauamen non eſt reparabile per appellationem a diffinitiua, per ea quæ notantur in l. ante ſentẽtiam. C. quo. ap. non reci. & per glo. in cle. i. de hære. ver. ipſo iure, quę optimè facit ad hoc. Aduertendum tamen iuxta prædicta, ꝙ quantumcunque lex, vel ſtatutum tollat appellationem, non tamen tollitur facultas apellãdi. vbi propter dolum iudicis, vel aduerſarij eſſet ſententiatum: Et præſumitur dolus in iudice ſi erat capitalis inimicus eius, contra quem pronunciat vt ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cũ quidã probatur autẽ, pdicta concluſio ex tex. l. diẽ proferre. §. ſtari, iũcta l. ita demũ. ff. de arbi. l. iij. C. eod.

Dolus autem aduerſarij colligitur ex his quę dicit tex. in d. l. ita demum. videlicet ſi corrumpit iudicem pecunia, vel ambitione, vel aduocatum, vel procuratorem partis aduerſæ. & generaliter ſi doloſè in lite verſatus eſt. & hanc concluſionem firmat

D Bal.

Bal.in c.paſtoralis §.fin. de offi.dele. Sed viſo an, & quando in crimine hęreſis poſsit appellari, nunc quærit an in iſto crīe debeat expectari decendium ad appellandum? & reſpondendum ꝙ cum in crimine hęreſis ſit omnino interdicta appellatio, vt in iuribus ſupra allegatis; ergo vbi appellatio nō excluderetur ſm ꝙ eſt regulare in omnibus criminibus in tm̄, ꝙ in eis nedū condēnato, ſed ēt tertio permittitur appellare, vt ff. de ap. nō tm̄. & quia hæc nō eſt pn̄tis ſpeculationis cū non ſeruatur, remitto ad not. per Bar. in d.l. nō tm̄, latius per eū in l. qui vltimo. ff. de pę. & p Bal. in l. addictos C. de epiſ. au. & in l. vnica. C. ne ex del. defunct. Conſuetudo tamē habeat, ꝙ in quocūq; crimine nō expectato decendio ad appellādū, mādatur ſtatim ſententia executioni quò ad pœnam corporalē. qđ intellige vbi non eſſet appellatū. de quo remitto ad notata per doc. in prædictis locis, & per canoniſtas in c.ij. de re iudicata.

Item licitum eſt appellare quando quis timet iniuſtè torqueri, & ſi appellatū fuerit ſuper illud, iudex ad quē an debeat inhibere iudicem à quo, vide infra tortura.

Item appellatione pendente ſi aliqua confeſsio emanauerit, talis confeſsio eſt nulla ipſo iure. de quo vide infra tortura.

Sed ex prædictis cōcluditur quòd accuſatus confeſſus, & conuictus in iſto crimine non poteſt appellare, nec ī alijs cauſis, & criminibus, vt habetur in ſpe. ti. de accuſa. §. i. ver. poſt hęc, & ſeq.

Sed an in cauſa criminali pro conuicto defuncto poſsit appellari, vel poſsit defendi ab illis, quorum intereſt, vide infra defunctus §. ſed iuxta prædicta.

Nota ꝙ non valet talis appellatio, ſcilicet appello ne recipiantur iſti teſtes, quos volo probare criminoſos, niſi ſtatim ſe offerat probaturū, vt extra de teſti. ex parte A. vbi de hoc ſecundùm papam.

Sed nūc reſtat videre qn̄ habet locū appellatio ab inquiſitore, ad quem tunc debeat appellari. & reſpōdetur, ꝙ debet appellari ad papā, vt dicitur in alijs appellationibus, quæ fiunt a iudicibus delegatis, vt ff. de ap. l. imperatores, in prin. & quis, & a quo appel. l. i. C. de ap. l. præcipimus §. huic, extra de of. del. ſuper quæſtionem. §. porrò, extra de ap. dilecti filij prior. Nec dicat aliqs ꝙ inquiſitor iudiciarius datus vel delegatus eſt a ſuo miniſtro generali, vel prouinciali, vt per hoc videatur ad ipſum miniſtrum tā quam ad delegantē appellare, quia ille miniſter nec delegat inquiſitori iuriſditionem, cum ipſe illā in ſe nō habeat, ſed ſolùm habeat à papa miniſterium eligendi, ſeu nominandi inqſitores, & per hoc videtur datus a Papa, & non a miniſtro generali, niſi ille miniſter generalis haberet expreſsè in ſua commiſsione a papa, ſicut dicitur habere reuerendū Fratrem Tho. de Turre Cremata priorē ſanctę crucis de Segouia. & ſi ita non haberet, tales īquiſitores a ſolo papa videtur dati, & non ab eo prouinciali, vt ff. quòd cu. vni. nomi. l. item eorum. §. ſi decurionem. adde. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. & ſi prætor. cum ſi. & probatur extra de hæreti. per hoc, li. vj. & hoc eſt intelligendum, quando appellatur ab inquiſitore.

Sed ſi verò appelletur a proceſſu

episcopi

epiſcopi ſuper inquiſitione, vel alijs, ad quē debeat appellari?& dicendum ꝙ aut ille contra quem procedit epiſcopus, erat exēptus, & ſic cognoſcebat cōtra eum ex iuriſditione extraordinaria, vt infra dicetur, per quos poſſit procedi. Aut procedit contra non exēptum, vt quia eſt ſuæ iuriſditionis. & primo caſu appellatur ad papā, ſicut dictū eſt de inquiſitore & per illa iura. ſecundo quando cognoſcit ordinaria iuriſditione, tunc pōt appellari ad proximum ſuperiorem, videlicet ad Metropoli. vel ēt omiſſis medijs ad ipſum papam, ſicut in alijs caſibus vt extra de ap. c. ſi duob[9] & c. dilecti filij, & ij. q. vi. quotiens, & c. ad Romanam. licèt de iure ciuili ſecus eſſet, vt C. de ap. l. præcipimus, & ff. eod. l. imperatores.

Sed poſt appellationem ſententia excommunicationis lata non valet: & ſi appellans non proſequatur, non propter hoc ſententia conualeſcit. tñ excommunicatus nominatim ſi intra tempus ſtatutum appellationem non proſequitur, vt debet, lapſo tpe debet denūciari, vt extra de ſen. ex. c. licèt, l. vj. ibi dicitur, excommunicat[9] nominatim, vel ſpecialiter, & expreſsè qui poſt appellationem legitimā excommunicationis ſententiam aſſerit in ſe latam, ſi appellationem eandem intra tēpus ad ipſam proſequendā ab homine, vel a iure ſtatutum nō fuerit proſecutus, vt debuit, publicè denunciari debet.

Sed appellare poteſt qui citatur ad locum non tutū, ſi comparuit, & excepit, & exceptio loci non tuti non fuit admiſſa, vt in c. ex parte, el j. de appe. Et ſi notoriè citatur ad locum notoriè non tutum, non ſolū poterit ſine exceptione appellare. Imò ēt ꝙ plus eſt ꝙ nec tenetur excipere, nec appellare. imò nec ipſa citatio arctat nec tenet, vt eſt tex. in c. paſtoralis, in cle. de re iudi. in §. notoriū, & ibi glo. ſingularis ſuper verbo, notorio.

Sed an ſi impedientes, vel contradicentes inquiſitioni, vt non exequatur, excommunicentur, propter illud poſſint appellare, vide infra impedientes.

Sed an appellatione filiorum, & nepotum intelligatur de naturalibus & legitimis vel de baſtardis, & illegitimis, vide infra filius.

ADDITIONES.

a *Appellare in cauſa hæreſis, an, & quo modo & cui liceat, & ad quem appellandum ſit, declarant Io. Cald. in tract. hæret. c. 29. Petr. Foller. pra. crim. in verb. Item quòd commiſit, num. 107. Vmber. in Iud. inqui. in ver. Appellare. Simanc. Enchir. tit. 65. de appell. & Iul. Clar. ſen. lib. 5. §. fin. quæſt. 94. Quintillianus Mandoſius.*

Appellare dicitur, inferior ſuperiorem, cum ad eū, vt alloquatur accedit l. 1. ff. ex quib. cau. ma. Aſcon. in Verr. 3. Appellare quoque, cum, is, qui a magiſtratu aliquo iniuriam paſſus eſt, ad parem, vel ſuperiorem prouocat magiſtratum, & vt illud reſcindat decretum, petit. l. 1. ff. de appella. vt autor accipit. Item pro interpellare, ideſt repoſcère. l. 16 ff. de fid. inſtru. in fin. Colum. libro 1. capit. 7. Bud. in annot. prior ad pandect. in l. Herennius. ff. de euict. & aliter accipitur ab Vlpiano l. 15. §. 17 ff. de iniur. Sumitur appellatio ſæpe pro nominatione a iuriſconſ. vt cum dicitur appellatione liberorum, nepotes, pronepotes,

potes,&c.continentur.l.220.de verbo. ſignif. vt & infra accipitur ab autore. Petr. Vend.

b *Pro geminata videtur legendum Venenata, vel contaminata. P. Vend.*

c *Deeſt hic Clauſula, quam ſuppleas ex Calder.de hæret.part.1.c.29 num. 2. ex quo paulò ſuperius reſtitui opprimatur, cum legeretur, apponatur, abſque ſenſu. Petr. Vendr.*

Apoſtaſia a Quid ſit in generali & dicendum ſecundùm Rai.Goff. & Hoſti.quod apoſtaſia eſt temerarius a ſtatu fidei,obedientiæ,vel religionis receſſus. Et dicitur quaſi poſtatio, ideſt retrograda ſtatio. idem in ſum. confeſ.li.i.ti.vij. q.i. Vnde apoſtata dicitur quaſi retro ſtans,vt.xxvi.q. vlti. non obſeruetis. is non eſt aptus regno dei cum ad aratrum manum poſuerit, & reſpiciat retro,vt xij.q.j. ſanctimus, & de voto,magnæ.§.j.& Hoſti.in ſum. tit. de apoſta.§.i.

Sed apoſtaſia triplex eſt, ſcilicet perfidiæ, qua videlicet quis recedit a fide, vt Iulianus apoſtata.de hac habetur.ij.q.vij. non poteſt. Item alia eſt apoſtaſia inobedientiæ, qua ſcilicet tranſgreditur ſpontanea voluntate,præceptum, vt Adã & Eua, Gene. iij. Similiter & qui ſacris canonibus obedire contemnit, de hac habetur iij.q.iiij. alieni, & extra de maiori. & obe.ſi quis.

Item irregularitatis.& hæc eſt duplex. Vna eſt qua quis recedit a ſtatu religionis aſſumptæ.xlvij. diſ. quantumlibet. xvi. q. i. legi. idem in ſum. confeſſo.eo.ti.q.ij.

Sed apoſtaſia a fide pertinet ad infidelitatem. Vide ſanctum Thom. ſecunda ſecundæ.q.xij.ar.ij. Et nota q ſi quis Iudæus ad fidem noſtram ſpõtaneè conuertatur, cogitur dimittere ritus ſuos, vt de conſti. tranſlato, quia maledictus homo qui terrã domini duabus vijs ingreditur: nec debet quis veſte indui lana,linoque contexta,vt de elec.cum cauſam quia melius eſt etiam,id eſt minus malum eſt viam domini nõ agnoſcere, quã poſt cognitam retroire,vt infra eo.q.dam.

Sed magis peccat ſeu delinquit fidelis apoſtata,quàm infidelis in perfidia remanẽdo,de diuortijs. quãto.

Sed eorũ qui apoſtatãtur de Chriſtiana fide ad Iudaicam, bona fiſco applicantur,vt no.in l.apoſtatarum. C.de apoſtatis. & vide infra confiſcatio.

Sed vnde dicatur apoſtata? & dicẽdum quòd apoſtata dicitur quaſi retro ſtans,de apoſtatis,quidam.xxvj. q.vij.nõ obſeruetis. iij.q.iiij.beatus, de pœni.diſ.j.c.pennata.glo.in c.magnę de voto.gl.in l.fi.C.de ſum.tri. & fi.catholica.

Sed an dicatur apoſtata a fide,qui interius eſt fidelis, facit tamen exterius aliqua ſigna infidelitatis,puta reuerẽtiam idolorum,vide xxxij.q. iiij. ſicut ſanctius, & ſanctus Tho. ſecunda ſecundæ.q. xxiiij. & vide infra iſta litera, in §. ſupra dictum eſt.

Sed apoſtata a fide an perdat ſacramentũ baptiſmi, vide ĩ. baptiſmus.

Sed apoſtata eſt tranſgreſſor legis ſuæ, eiuſq; violator.iij.q.iiij.beatus.

Sed obſeruans diuinationes,& ſortilegia,facit ſe a fide Chriſti apoſtatã ideſt retro abeuntem.xxvi.q. vlti. nõ obſeruetis.

Sed fideles ſub Iuliano apoſtata conſtituti obediebant ſibi in his quæ

erant

erant pro republica, ſed non contra fidem.xj.q.iij.Iulianus.

Sed enormitas criminis huius apoſtaſię innuitur ex pœna Ananię xvij. q.j.Ananias.xxxij.q.vij. quid in omnibus.

Sed apoſtata a fide non admittitur in teſtimonium contra aliquē. ij. q.vij. nō pōt.iij.q.iiij.alieni,& ij.c.ſe.

Sed apoſtata omnibus infamibus, & infamia eorum, præponitur.vj.q. j. infames.iij.q.iiij.alieni, & c.ſi quis.

Sed apoſtatæ alieni ſunt a teſtamētis,& teſtimonijs:nec in ſtatum priſtinum reuertuntur etiam acta pęnitentia. quod intelligas quò ad indignationem principis, non quò ad ſaluationem, quia eccleſia nunquam claudit gremium, vt tenet Hoſti.ti.de hæreticis.§.quando & qualiter.

Sed apoſtata perdit dominium ſuper ſeruos, ſecundùm Tho. ſecunda ſecundæ.q.xij.ar.ij.

Sed qua pœna puniatur apoſtata, vide notata in c.fi.de regula.hodie tamen eſt prouiſum per extrauagātem Benedicti,quæ incipit.Paſtor bonus. de hac materia vide infra, pœna.

Sed ꝙ princeps puniat apoſtatas perfidiæ,tenet Archi.in c.cōtra Chriſtianos,de hæreti.li.vj.& ibi Dominicus,& Phi.& idem Archi. in cap. j. de tempo.ordi.

Sed ſupra dictum eſt,an dicatur apoſtata qui interius eſt fidelis, tamen propter timorem facit exterius aliquem actum infidelitatis:& reſpōdetur ſecundùm Ray.ꝙ talis, licèt non ſit apoſtata,nec hæreticus,peccat tamen mortaliter, quantūcunq; fuerit metus,quia & ſecundùm Auguſti.ſatius eſt mori, quā veſci idolothytis. xxxij.q.iiij.ſicut ſanctius.cōc.Tho. ſecunda ſecundæ.q.xxiiij.idem in ſum. confeſſi.eo.ti.q.v.

Sed notandū ꝙ cum apoſtata a fide ſit hæreticus,& infidelis, ipſo iure eſt excōmunicatus,vt extra. de hære. ad abolendā.& ita bona ipſorū confiſcantur, vt infra confiſcatio, & infra bona. & ſunt inhabiles ad teſtādum, nec etiā peracta pęnitētia in ſtatū priſtinum redeunt,vt C.eo.l.i. & iij.melius hoc probat eo.ti. Gazaros, quæ eſt conſtitutio Frederici. & hodie fit ipſa confiſcatio ipſo iure,vt infra confiſcatio,& de hær.cum ſin,li.vj.Et sūt infames ſicut ipſi hęretici, & repelluntur a dignitatibus,& alijs multis,extra de iureiuran.quærelam,vj.q.j. infames, de conſecra. diſ. iij. celebritatem,aliàs incipit,de dominica.& ibidem dicitur,in ſum.confeſſi. eo. ti.q. iij.& q.iiij.ſecundùm Rai.

Sed vtrum ea quæ dicuntur de hæreticis quò ad pœnam,vel miſericordiam,intelligantur de apoſtatis?& dicendum ꝙ in omnibus pari paſſu ambulant,cum apoſtaſia non conſtituat diuerſam ſpeciem ab hæreſi.ſed tantū addat quādā circunſtantiā aggrauantē,vt dicit Tho.ſecunda ſecūdæ.q.xx. ar.i.in ſolutione ad tertium.Iuxta illud, ſcda Petri,ſecūdo, Meli⁹ erat vobis viā domini non agnoſcere,quàm poſt agnitā retroire. cum aūt omnia iura hæreticos non relapſos ſi confiteantur ſuos errores,& eos deteſtentur,permittāt eos recōciliari,& ſi cōuincant de hæreſi,eos relaxādos, vel incarcerandos,non ideo minus eſt intelligendū de apoſtatis, cum omnis apoſtata ſit hæretic⁹. Nec obſtat tex. in l.hi.qui.C.de apoſ.vbi textus in ſimili dicit eos reuertentes non eſſe admittendos. Imò potius illa lex

non eſſet admittenda, cum diſponat de materia merè ſpirituali,ſcilicet hæreſis, quæ eſt merè eccleſiaſtica, nec ſub laicorum iudicio pōt cadere, vt in c.vt inquiſitionis.§.prohibemus, de hæreti.li.vi. Non ergo imperator condere potuit legem illam,ad quod facit c.bene quidem.xcvj.diſ. & c.eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitu.cum multis ſi.præſertim in hoc caſu, quo ius canonicū ſpecificè contrariū diſponit pro quo induco tex.ī c.quidā', de apoſ. vbi compelli iubētur apoſtatæ per prælatos ſuos, vt fidem quam promiſerunt:teneant, ac ritus Iudaicos dimittant. Si ergo cōpellendi ſūt per eccleſiā ad id,ergo a fortiori volūtariè,& ſpontaneè veniētes debēt admitti, quod cautè eſt conſiderandū. Ideo PROVISO SOLERTER.Sed de iſtis apoſtatis de genere populi Iſraelitici multa ponit Montaluus Fo.li.tit. de los deuueſtos, & de las deſonras.l.ij. ibi vide.

Sed an iſti conuerſi iſtius temporis qui ſub agni ſpecie lupū gerūt,ſe mōſtrādo Chriſtianos exterius in publicū,& ſic ſe nominādo, & interius redeūt, ſiue trāſeunt ad ritus Iudaicos obſeruādo legē Moiſi,faciendo ſua pcepta,& cæremonias Iudaicas,dicant hæretici, vel apoſtatæ? & dicendū potius ſunt apoſtatæ quā ſimplices hæretici iudicandi, cum non in parte tā tùm de fide catholica malè ſentiant: ſed in totum eam abijciant, & ad legem Moiſi iamdiu ſepultā, peiores quàm alij hæretici ſunt iudicandi, quia in pluribus,imò in totum aberrant. vnde ſuper illud apoſtoli ad Galatas, Quomodo conuertimini iterum ad egena, & infirma elemēta? dicit glo. Hieronimi. legis obſeruantia cui tunc dedita erat peccatum pœnæ par ſeruituti idolorum,cui ante conuerſionem vacauerat: & ſic apparet quòd erat crimen pœnæ par idololatriæ. Et nedum propter atrocitatem delicti, quinetiam propter periculū proditionis debent in tali errore inuenti corripi,& caſtigari atrociter,& puniri.& ſi noluerint reſilire ab erroribus ſuis, mittere eos in caminum ignis. Et iſti tales,qui ſic inueniuntur iudaizare, cum non ſint deo fideles, non poterunt hominibus eſſe fideles: ideo eorum conſortia ſunt euitanda, nè participes eorum errorum videamur, & nihil in eis eſt diffidendum,vt apertè dicit concilium Toletanum. de quo habetur. ij.q.vij. non poteſt. Cuius verba ſunt, non poteſt erga homines eſſe fidelis,qui deo exiſtit infidelis. Vnde ſubiungit de quibuſdam Iudæis,qui dudum Chriſtiani facti fuerant, & demum in Chriſti fide ſunt præuaricati, ſicut inuenti ſunt in ciuitate Toletana tantummodo, nunc verò propter ſcelera noſtra diſperſi ſunt per iſta regna Hiſpaniæ & maximè ſub regnis, & dominijs iſtorum catholicorum,& Chriſtianiſſimorum regum regis Ferdinandi, & reginæ Elizabeth. qui licèt cognoſcunt tantos erraſſe,ſicut experientia demonſtrat,non dedignātur ipſos in ſuo cōſortio haberē, & eos participes cōſilij regalis, & ſtatus regij efficere. & licèt ipſi ſubuertunt ſuas regales domus,& cum non ſit talibus credendum, qui fidei veritatem à ſe abiecerunt & iſtud ſtat in aperto, quòd qui fidem Chriſti ſuſceptam,ad quā ſtrictisſimè tenetur,fefellit, quomodo ſi dē quā principi terreno debet firmā tenere poterit?ſed ij decipiuntur turpis

pis lucri gratia, cũ omnem tollat pun ctũ qui miſcuit vtile dulci, vt ait Horatius in poetica ſua. ad quod etiã facit quod ſcribitur prouerbiorum. vi. Homo apoſtata vir inutilis graditur ore peruerſo, annuit oculis: terit pede: digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & in omni tpe iurgia ſeminat. Habet etiam aliud malũ huiuſmodi apoſtaſia, ꝙ qui eã incurrit, vix põt ad bonũ reparari, vt dicit apoſtolus ad Hebr. vj Impoſsibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, & poſt pauca prolapſi ſunt, ſcilicet per apoſtaſiã, rurſus renouari ad pœnitentiã. & accipitur ibi impoſsibile pro difficilẽ. Hic eſt enim vnus mod⁹ impoſsibilitatis, vt habetur. v. meta. ꝙ potiſsimum in iſtis, de qbus paulò ante præmiſimus, locũ habet; eo ꝙ a parẽtib⁹ Iudæis perfidiã legis veteris cum ſanguine trahant: & cũ per maiorẽ partẽ filius ſequatur conditionem parentũ vt infra dicetur in litera filij, ideo cũ iſtis PROVISO SOLERTER. Tam in cõuerſatione, quàm in admittendo eos ad recõciliationem, vt infra dicetur.

Sed homo duplex maledictus eſt & fugiendus: vnum enim gerit in corde & aliud in ore. Abbas in c. quidã, de apoſtatis. facit glo. in l. obſeruandũ. ff. de off. præſi. & illud Virgilij Tirioſque bilingues not. Anto. Cur. in ſuo reper. Abb. indictione, verbum, in §. homo duplex.

Sed an ſit apoſtaſia a fide inquirere futura a dæmonibus, aut ab ariolis, vel dæmonibus ſacrificare. & ſanctus Thom. in apoſtilla ſuper verbo. Ecce dominator dominus exercituũ auferet ab Hieruſalem, & Iuda validum, & fortem virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum. Iſa. iij. c. ſuper iſto verbo, ariolum, mouet hanc quæſtionem, an inquirere futũra ab ariolis ſit illicitum: & in fine loquens de ſcientia dæmoniorum, & quæ ſcire poſſunt, & quę non, dicit, ita tamen ſemper peccatum eſt inquirere ab eis, aut apoſtaſia a fide, vt dicit Auguſt. hæc beatus Tho. & credo ꝙ intelligit dicere de hoc verbo Auguſtini, quod recitatur. xxvj. q. vij. non obſeruetis, quod ponitur infra. vbi expreſſe hoc dicit Auguſ. hæc beatus Tho. Ex quibus apparet, ꝙ a dæmonibus futura ſcire, vel inquirere ſit apoſtaſia a fide: ergo longè fortius ſacrificare. apoſtaſia autẽ à fide Chriſtiana hæreſis eſt, ergo apoſtata a fide hæreticus eſt, igitur dęmonibus ſacrificans apoſtata a fide Chriſti, & hæreticus habendus eſt & de hoc vide infra dæmon. §. vltimo.

Sed an ſit apoſtaſia a fide intendere magicis, & mathematicis, vide infra dæmon. §. dominus ẽt Albertus.

Sed apoſtaſia quædam eſt verbi: & quædam operis, vt ſupra dictum eſt, & infra dicetur in litera dæmon. & infra hæreticus.

Sed apoſtata quibus caſibus non perdat bona, vide infra bona.

Nota quòd initium ſuperbię hominis eſt apoſtatare a deo, vt habetur eccleſiaſt. ca. x.

Sed Belial, apoſtata interpretatur, vt de pœ. diſ. j. in §. ſi antequam quiſque, in c. porro.

ADDITIONES.

a *Apoſtato ἀποστατέω, deficio, transfugo, rebello, oppugno quod antea defendebam. Ciprian. ad Cornel. Eos, qui velut apoſtatauerunt, & ad ſæculum cui*

renuntiauerãt reuerſi,gentiliter viuunt. De apoſtatis & triplici apoſtaſia Locat. in Iudic.inquiſ.in verb. Apoſtaſia. Foller.in fragmen.prat.crim.tit.de apoſtatis nume. 16. vbi etiam qualiter puniatur. Simanc.Enchir.tit.4.de apoſtat. Arnal. Albertin.de hæret.q.2.num.3. & ſequ. Quint. Mand.

Arma [a] Qualiter ſolẽniter pœnitens nõ poteſt vti armis, not. xiij.q.j.ſi fur, & xxiij.q.ij.c. noli exiſtimare c.fi.& xxiij.q.ij.admonere. & c.lator.vide infra,pœnitentia.& habetur.xxij.q. v. ſi quis laicus,& de pœnit. diſ.v.c falſas.

Sed an ſtante ſtatuto,quòd nullus deferat arma ſine licentia poteſtatis, an excipiatur familia inquiſitoris hæreticæ prauitatis? & dicendum quòd ſic per glo.in c.ſtatutum,ctj de hæreticis,li.vj.

Nota ꝙ ex delatione armorũ præſumitur quis habere animum maliuolum,in vſibus feu. de pace tenẽda. §.mercator,coll.x. [b]

Sed arma de iure portare debent officiales communis. ff. de offi. præfe. vr.l.iij.& ibi Bart.dicit idem de offic. epi.quia habet Imperium in ſua diœc.

Sed nullus arma debet ſumere contra alium ſine licentia officialis poteſtatis.xxiij.q.iiij.ille gladium.

Sed vtrũ inquiſitores poſſint procedere cũ hominibus armatis ad ſuũ officium exequendum? & reſpondendum quòd ſic,vt in cle.ij.in §.fin. de hæret. ad tuitionem ſuæ perſonæ, & familiæ, & ad capiendum hæreticos,credentes, fautores, receptatores. ſed debet cauere nè huiuſmodi abutatur,iuxta cap.nolentes, in cle. § porrò. vbi ſit dicit, Porrò inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus: vt nec abutantur,quomodolibet cõceſſione armorum, nec officiales niſi ſibi neceſſarios habeant,taleſque qui ſe conferant ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia exequenda. de hoc Io.An.in glo.ſuper c.ſtatutum, de hæreticis, li.vi.& tenet Nic. Almei in directorio inquiſitio. & vide Bald.in l. nam ſalutem §.fi.ff.de offi. præfec.& hoc obſeruat communis vſus.Et pro huiuſmodi fundamento facit text.in d.cle.ex quo innuitur,quòd penes papam eſt poteſtas habendi armatos,& mouendi arma in huiuſmodi criminibus ad eccleſiaſticum forum ſpectantibus,aliàs non potuiſſet eam inquiſitoribus concedere.

Sed nũc quæritur,an facultas portandi arma conceſſa inquiſitoribus, extendatur ad epiſcopos,qui iuriſditionem ordinariam habent,ad hoc, vt poſſint habere officiales armatos pro executione ſuæ iuriſditionis? & Panor. mouet hanc quæſtionem in c. ſignificaſti,de offi.dele. & dicit ſe fuiſſe interrogatum de hoc a quodam epiſcopo,cui refert ſe rñdiſſe ꝙ non, niſi haberet temporalem iuriſditionẽ in loco, ad quod primò inducit iura, quæ dicunt epiſcopum in executione iuſtitiæ ſuæ debere implorare auxiliũ brachij ſæcularis.vt c. adminiſtratores,& c.princeps.xxiij.q.v.Item alibi cauetur,ꝙ ſicut pro ſpiritualibus debent principes recurrere ad eccleſiã, ita in temporalibus debent prælati recurrere ad principes ſæculares,vt c.cum ad verum vẽtum.xcvi. diſ. nec promiſcuis actibus ſunt eorũ officia turbanda l.conſulta diualia.C.de teſta. Item eccleſiæ fuit interdicta executio gladij tẽporalis dicẽte domino Petro.

Petro. Conuerte gladium tuũ in locũ
ſuũ. vt legitur, & notatur in c. nouit.
de iudi. Et not. in prædicta cle. nolen
tes. ꝙ papa ex ſpeciali priuilegio de-
dit inquiſitoribus hãc facultatẽ habẽ
di homines armatos in executione of
ficij. nõ autẽ epiſcopis, qui cũ eis con
currunt in inquiſitione, quia de eis
nõ fit mentio in dicta cle. vide de hoc
infra iſta litera. in §. ſupradictum eſt.

Sed doctor poteſt arma portare
impunè, & ab officialib⁹ ſcrutari nõ
poteſt, Bar. in l. medicos. C. de profeſ.
& medi. libro x.

Sed an forenſis deferens arma, te-
neatur ad pœnã ſtatuti, vide de pa. te
nẽda. §. ſi qs ruſtic⁹, & §. ad palaciũ.

Sed an clericus poſſit arma porta-
re, vide infr. v. clericus. ſed dicendũ ꝙ
ad ſui defen ſionẽ poſſunt mouere ar-
ma, vt xxiij. q. viij. in prin. circa hoc
Io. An. dicit poſt Hoſtiẽ. in c. dilecto,
de ſent. ex. ꝙ clerici habẽtes tẽporalẽ
iuriſditionẽ indiſtinctè pro defenſio-
ne ſua, & ſuorũ pñt ſumere arma, cũ
omnia iura permittãt, & xxiij. q. j. no
li, cũ c. ſeq. ꝙ ſi temporalẽ iuriſditio-
nem non habent, non licet eis arma
ſumere in propria perſona, niſi ad de
fenſionem, vel hortando, vt xxij. q. vl.
§. ecce. hæc Pe. de Ancha. in c. dilecto,
de ſen. ex. li. vj. in ix. notabili, vide in-
fra in §. ſubſequenti.

Sed ideo hæretici, & apoſtatæ non
poſſunt cõqueri de priuatione armo-
rum ſibi facta ratione tam deteſtabi-
lis criminis, cum ſint publici pœnitẽ
tes. Et cum clericis aufertur poteſtas
ea portandi, niſi ex iuſta cauſa, ſcili-
cet ſi tranſeant per loca periculoſa,
ad terrorem latronum, licèt cum eis
non debent percutere, ar. xxiij. q. iij.
Maximianus, & no. extra de vi. & ho-
neſ. clerico. c. j. in glo. & ſubdit quòd
aliàs portare non debent. Et ſi tertiò
admoniti non deſtiterint, perdũt pri-
uilegium illius canonis, xvij. q. iiij. ſi
quis ſuadente, & extra de ſen. ex. in au
dientiam, & c. contingit. ij. niſi fortè
vim vi repellendo. ideo cum hæreti-
cis, & apoſtatis qui volunt reincor-
porari cum ſancta matre eccleſia, nul
la fit iniuria. eò ꝙ ſibi aufertur pote-
ſtas arma portandi, cum clericis ſit ſi
mul prohibitum, & qui fuerunt hære
tici cum ſint pœnitentes, tales ſe de-
bẽt monſtrare interius, & exterius in
habitu, & humilitate, vt eorũ inflata
ſuperbia euaneſcat, & appareat, an
ambulent in tenebris, vel in luce. ideo
PROVISO SOLERTER, quia arma ipſo
rum verę lachrimæ ſunt, vt eorum ve
ra pœnitentia monſtretur vide infra
in §. ſub ſequenti.

Sed arma clericorũ lachrimæ ſunt,
& orationes, vt in c. conuenientior.
xxiij. q. viij. Et talia arma conuerſi ad
eccleſiam debent portare. ſ. plangen-
do errores præteritos, & de eis veram
pœnitentiam faciendo.

Nota ꝙ Chriſtus in Ægiptum ab
Herode fugiens, & lapidibus Iudęo-
rum cedens, docuit non arma armis,
ſed fugam perſequentibus opponi.
xxiij. q. iij. c. i. §. i. per totum.

Sed ideo dictum eſt Petro, Conuer
te gladium tuum in vaginam, vt cleri
ci, & prælati armis bellorum nõ vtan
tur. xxiij. q. viij. cũ a Iudęis, & tribus.
c. ſequentibus.

Sed ſupra dictũ eſt, ꝙ poteſtas ha-
bendi homines armatos non fuit at-
tributa ipſis epiſcopis per iuriſditio-
nem ordinariam, ſicut ipſis inquiſi-
toribus: & proſequendo materiam di
cendũ, quòd epiſcopus propter ſuam
iu-

iuriſditionem ordinariam poteſt lai cos in cæteris criminibus capere, & corporaliter coercere, vt eſt tex. cum gloſ. xxvj. q. v. contra idolorum, & xvij. q. iiij. attendendum, & de adulte. c. ij. quod nemo dubitat egere miniſtris armatis. nec obſtant fundamenta in contrarium inducta, videlicet quòd eccleſia non habeat exercitium gladij materialis. Nam illud eſt ad inferendum alicui mortem, vel mẽbri mutilationem. & hoc caſu intelligun tur iura pro contraria parte inducta: ſecus autem ad exequendum iuſtitiã ſibi competentem, vt probatur per prædicta. Ad quod poſſet dici quòd ad quid ergo implorat auxilium bra chij ſæcularis? & reſponderi poteſt, ꝙ exinde non concluditur intentum opinionis contrariæ. nam inter ipſos met ſæculares iudices idem obſeruatur, ſcilicet quòd vnus implorat auxilium alterius, vbi vires ipſius nõ ſuf ficiunt ad exequendum, quod ſibi in cumbit, vt eſt tex. in l. ſiquis in hoc ge nus, C. de epiſ. & cle. Et etiam iudices ſæculares inuocant in ſubſidiũ auxilium eccleſiæ. vbi per ſe non poſſunt ſuos ſubditos domare, vt no. ſingula riter Innocen. in c. licèt ex ſuſcepto, de fo. compe.

Sed an filij baſtardi hæreticorum portantes arma alicuius agnationis, de qua eſſe putantur, ſubiaceant pœnis filiorum legitimorum, vide infra filij.

ADDITIONES.

a *Armorum nuncupatione quid cõtinea tur vide l. armorum. 41. ff. de verb. ſig. & l. 3. § armis. ff. de vi, & vi arm. inquit Vlpianus ibi, ſunt omnia tela, hoc eſt & fuſtes, & lapides non ſolùm gladij, haſtæ, frameæ idest, rhomphææ. qua ſignificatio ne videntur hic accipi, non ſolùm tamen hoc nomine bellica, ſed etiam omnium fere artium inſtrumenta capiuntur. vnde Ruſticorum arma vocamus raſtra, ligones & huiuſmodi. Virg. 1. Georg. Arma coquinaria, ſunt lebes, patella, tripos, olla, Plaut. quàm eleganter inſtructum coquinarijs armis. De armorum generibus, eorumque varia acceptione, Alciat. in Alleg. l. 41. de verb. ſign.* P. V.

b *Et ibi Iſern. Præpoſ. & Aluarot. Alex. in addit. ad Bartolum. in l. 1. in verſi. non licet. Item portans arma præſumitur habere malum animũ. ff. ad l. Iul. de vi pub. & hæc eſt communis opinio, vt etiam per Marc. Ant. Blanc. de inditijs nu. 79. verſi. nam deferens arma. qui & Alex. vbi ſup. limitat, niſi portet arma ligata, vel ex cauſa.* Q. M.

Arbitrare, & arbitrium.

An iudex poſſit pęnam arbitrare, vide infra iudex, & infra pœna.

Nota quòd multa relinquuntur a arbitrio inquiſitoris, de quibus non poteſt dari certa regula, de quibus eſt vnum, an & quando nomina teſtium debeant publicari. de quo vide infra nomina.

Item arbitrio iudicis relinquitur quanta fides ſit danda teſtibus: de quo vide ĩ. teſtis. §. oppoſitiones.

Item arbitrio inquiſitoris relinqui tur pœna illorũ qui fideiuſſerunt pro aliquo incarcerato, ſi talis aufugit. de quo vide infra. carcer.

Item arbitrio inquiſitoris relinqui tur recipere volentes redire ante ſententiam. ideo PROVISO SOLERTER. de quo vide ĩ. inquiſitor, & ĩ. rediens.

item

Item pœnę pœnitentiales quæ redeuntibus infliguntur, relinquũtur arbitrio inquiſitoris, vt j̃. pœnitẽtia.

Item nota ꝙ tunc pœna relinquitur arbitrio inquiſitoris, quando nõ inuenitur determinata a iure. poteſt indicere purgationem, vel aliam pœnam, vt in c. ad abolendam. §. præſenti. extra de hæreticis, & de pur. ca. inter. de hoc vide j̃. pœna pecuniaria.

Sed nota limitationem qualiter debet intelligi iſtud verbum, quod relinquitur arbitrio inquiſitoris ad pœnæ impoſitionem. vt d. c. ad abolendam. §. poſſunt, & c. excommunicamus. §. adijcimus, de hæreti. & c. inter ſolicitudines. de pur. ca. ver. in pœnã, & c. quę dicunt, ꝙ pœnę huiuſmodi reducantur ad arbitrium epiſcopi, vel inquiſitoris, prout in eis patet, vt extra de pœnis. dilectus, & c. ea quæ. & de immu. ec. c. fi. ad qđ extra de iur. pat. c. paſtoralis, & de præbẽ. c. pro illorum. Ad qđ eſt notandum, ꝙ licèt inquiſitoribus, vel epiſcopo relinquatur arbitrio ipſorum ꝙ imponant pęnitentialiter pęnam, & dicatur ꝙ illa ſit potius imponenda, quæ magis timetur, vt xxiij. q. iiij. ea vindicta xxiij. q. v. prodeſt. ad qđ extra, vt li. nõ conteſt. quoniam frequenter. tamen ipſi debẽt conſiderare perſonam, & ſecundùm conditionem perſonæ imponãt pœnam, ſeu pecunias, & talem quam credũt veriſimiliter fore adimplendã ab illo vt l. diſt. pœnitentes. & attendant qđ not. extra de co. cle. & mu. c. clericos. & de hac materia vide infra pœna. & infra rediens. ideo PROVISO SOLERTER.

Sed an quãdo dom⁹ venit deſtruẽda propter crimen ibi commiſſum, relinquatur arbitrio inquiſitoris, vide infrá domus.

Sed an arbitrio inquiſitoris veniat puniendus proferens verba hęreticalia, vide infra pœna.

Sed an relinquatur arbitrio inquiſitoris, quando ſit danda tortura, vide infra, quæ indicia ſufficiant ad torturam, & infra tortura. & quãdo confeſsio in tortura debet ratificari.

Sed an relinquatur arbitrio iudicis, ꝙ teſtes ſufficiant in condemnatione criminis, vide infra teſtis.

Item no. ꝙ ſicut homo libero arbitrio perit, ita eſt neceſſe vt libero arbitrio cõuertatur, ad hoc vt minuatur ſibi pœna per inquiſitores, vt xlv. diſ. c. de Iudæis, & c. licèt, & extra de Iudæis. c. ſicut. ideo PROVISO SOLERTER.

Sed nota ꝙ omnis forma procedẽdi in officio inquiſitionis, in qua iura non dant certam formam, relinquitur arbitrio inquiſitoris, vt in inſtructionibus inquiſitionis. xxviij. inſtructione.

A D D I T I O N E S.

a *Arbitrarium dicitur, quod alicuius arbitrio relictum eſt, ita dictum ab Arbitrorum more, qui totius controuerſiæ, arbitrio ſuo finiendę, poteſtatem habent. Plaut in Amphi. Hoc certum eſt non arbitrarium. & pro voluntate Plaut. in Pœn. Perij certè, non arbitrariè. Item arbitrarium cum adhuc res apud arbitrũ geritur. Feſt. Arbitrium dicitur ſententia, quæ ab Arbitro ſtatuitur. Bald. in l. 1. C. de vindic. lib. ſcribit eſſe volũtatem abſolutam & abſque ratione. l. fideicom. §. quanquam. de leg. 3. Inter Iudicium, & Arbitrium differentiæ quæ, Cic pro Roſ. Come. fo. 87. 88. Spec. de Arbit. §. differt.*

differt. Genera duo ſunt Arbitrorum, vnum eiuſmodi, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum, parere debemus; alterum eiuſmodi, vt ad boni viri arbitrium redigi debeat, & ſi nominatim perſona ſit comprehenſa cuius arbitratu fiat, veluti cum lege locationis comprehenſum eſt, vt opus arbitrio locatoris fiat. l. 76 & 77 ff. pro ſoc. Huius ſecundi generis arbitrium iudicis eſſe mihi videtur. Cum quid enim committitur arbitrio cuiuſpiam, intelligitur arbitrium boni viri. ſicut ex l. citata, & l fideicommi. §. quanquam de leg. 3. l. fideicommiſ. de fideicom. lib. & l. ſed ſi vnius. §. ait prætor. ff. de iniur & l. vtrũ. ff. de reb. dub. probatur. & ſentit Imola in l. ſi filiusfa. ff. de donat. niſi, inquit, dirigantur verba ei, qui aliàs haberet iudicare, vt bonus vir, quia tunc intelliguntur de libero arbitrio, vt verba aliquid operentur, arbitrium hoc debet eſſe iuſtũ, alioqui ſuperior emendare poteſt Et quid per hæc verba intelligatur cõprehenſum vel conceſſum vide Felin. in ca. canonum ſtatuta. de conſtit. Bart. in extrauag. ad reprim. in verb. videbitur. Illud tamen ſcias, quamuis mandata putaretur libera voluntas, vt verba annuere vidẽtur, nihilominus, a recta ratione diſcedendum non eſſet, cum debeat intelligi, libera a ſtricti iuris ciuilis ordine, & ratione, non autem à iuris gentium regulis, & naturalis æquitatis, vt ait Bart. ibid. Bald. in l. 1. ff. de euict. col. 1. & l. 1. et l. diuus. ff. de milit. teſta. l. prohibitũ. C. de iure fiſci. clem. paſtoralis. de re iud. Præterea voluntas, inquit. Cic. 4. Tuſ. eſt quæ quid cum ratione deſiderat, quę autem aduerſus rationẽ incitata eſt vehementius, ea libido eſt, & cupiditas effrenata quæ in omnibus ſtultis inuenitur. Refert autem ex his, vtrum quid committatur arbitrio iudicis abſolutè, quia tunc nec à ciuilibus legibus eſt immunis. An verò committatur, arbitrio libero, ſeu liberæ voluntati. Bonus eſt autem vir, inquit. Tullius in Lælio, qui ita ſe gerit, ita viuit, vt eius probetur fides, integritas, liberalitas, nec ſit in eo vlla cupiditas, vel libido. Idem li. 3. offic. Non cadit inquit, in virum bonũ mentiri emolumenti ſui cauſa, criminari, præripere, fallere, ſuum nomen amittere, ſi fidem ei iuſtitiamque detraxeris. Alio loco Tuſcul. 5. definit Talem & ſupra citatæ leges virum bonum, ſi cum hiſce definitionibus conferantur exigere videntur. Quia verò lex in vniuerſum plerunque loquitur, & omnes articulos comprehendere non poteſt. l. 10. & l. non poſſunt. ff. de legi. factum eſt vt arbitrio iudicis aliqua neceſſariò relinquantur. ſuadet autem Ariſto. Rhet. 1. quàm pauciſſima relinquenda, cum lex careat affectione nõ iudex, tũc autem de ſimilibus ad ſimilia, procedendum vel interpretatione, vel iuriſditione ſupplendum l. non poſſunt, & l. nam vt. ff. eod. Idem eſt vir bonus, qui & iudex l. continuus. §. 1. ff. de verb. oblig. & l. ſed ſi vnius §. ait præter. ff. de iniur. huc pertinet, & quid de officio boni viri ſcripſit Pomponius. l. ſi ſocietatem. 6. ff. pro ſoc. & Paulus in l. cum emancipati. 2. §. de illis. ff. de coll. bon. l. 4. ff. fa. erciſ. Petr. Vend.

Archiuus [a] Eſt locus publicus vbi ponũtur ſcripturæ publicæ, ad quod facit extra de probationibus c. j.

ADDITIONES.

a *De archiuo, ſeu archiuio videre poteris, quæ ſcripſi ſuper Glo. facul. §. Habita. in verb. Archiuij. Q. M.*

Archium, ἀρχεῖον, propriè domus ma-

magiſtratuum, palatium. Hinc contingit, vt cella, in qua inſtrumenta publica reconduntur, archium appelletur, quod et grammatophilacion appellatur l.9.§. 1.ff. de pœn. Tablinum Latinè. Plin. lib. 35.c.2.Bud.in cit.leg. T. V.

Aſſocians Hæreticum fugientẽ, an puniatur grauius quàm qui latitantem occultat, vide infra.receptatores.

Sed an liceat aſſociare hæreticos poſtquàm relinquuntur brachio ſœculari, dum portantur ad executionem iuſtitię faciẽdam, vide infra brachio ſœculari.

Sed quod damnum poteſt ſequi de ſocietate hæreticorum, vide ȷ̃.detegitur,& ȷ̃.præſumptio.

Articulus [a] Fidei eſt Credo in ſanctam eccleſiam. de quo vide tex.de conſecratione,diſtin.iiij.c.prima igitur.

Sed an papa poſſit nouos articulos fidei facere,vide ȷ̃. papa.

Sed de articulis fidei non eſt licitũ diſputare,an ſint veri, vel non. xcvj. diſtin. ſatis. vbi Vgu. de quo vide ȷ̃. diſputare.

Sed mundum incępiſſe eſt articulus fidei. S. Thom.in ij.part. q.lxiiij. ar.iij.& in ſecundo,diſtin.xxiij.& affirmans contrarium pertinaciter eſt hæreticus.

Sed de articulis fidei habetur plenè in Symbolis, Credo in deum. & in ſymbolo Athanaſij, Quicunque vult ſaluus eſſe.de quibus vide plenè infra reconciliatio.

Item no.ꝙ in inquiſitione dantur articuli,ſeu capitulorũ copia ipſi accuſato de his, de quibus contra eum inquiritur,vt infra copia, & infra de forma procedendi.

Sed articulari debet tempus delicti, & probari cum demõſtratione loci,vt ꝙ fuit in via, vel platea tempore delicti in ea commiſſi.Bar.in l.j.§. ſumma,de his qui deiece.vel effu.

ADDITIONES.

a *Articulus, ab artus, & ponitur pro iunctura, ſiue nodo vel parte membri corporis. Hic autem ſimilitudine quadam, a ſanctis patribus frequenter vſurpata, articuli fidei appellantur, vt enim corporis membra articulis diſtinguuntur, ita et iã in hac fidei confeſſione, quicquid diſtinctè, & ſeparatim ab alio nobis credendũ eſt, rectè & appoſitè dicimus articulum. Catechiſ. in primo Symbo.articu. T.V.*

Aſſeſſor [a] An merè laicus poſſit eſſe aſſeſſor epiſcopi ĩ cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis? & dicendum quòd ſic, vt in c. decernimus,de iudicijs, & ibi Abb. Innoc. & Franciſcus de Aret. & Ant.de But. & omnes docto. & in c.vnico,de offi. vica.lib.vj.& ibi glo.ordinaria, & ibi Dominicus.& ita tenet etiam conſuetudo, etiam in inquiſitione hæreticæ prauitatis. ꝙ eſt contra illos qui dicunt qđ laicus nõ poteſt eſſe accuſator hęreticorũ, nec procurator fiſcalis, qđ nullo modo poterunt aliquo iure fundare, cum hæreſis ſit crimen publicum, & quilibet de populo põt accuſare.[b] vt ff.de iudicijs.l.ij.& ȿ.accuſatio,& infra fiſcalis.

ADDITIONES.

a *Aſſeſſor debet eſſe iuriſperitus. Eius officium in quibus conſtet, habes ex l. 1.ff. de Aſſeſſo. conſiliarium etiam appellat Paulus.*

Paulus.l.pen.eod. de Aſſeſſori. Lampridius in Alexand.& Dio.hiſt.lib.53. Pet. Vend.

b *L.manicheos.C.de hæreti.l.apoſtatarum.C.de apoſta.Bald.in Rub.C.qui acc. poſſ.col.2.& in l.reos.col.2.C. de accuſ. Carrer. de Hære.nu.106.verſi.circa quã accuſationem.& nu.ſeq. Q. M.*

Aſtronomia, [a] A quibus primò habuit ortũ iſta ſcientia,nota.xxxvij.diſt. §.hinc etiã.glo.xxvj. q.ij.qui ſine ſaluatore.

Sed an [b] iſta ſciẽtia ſit reprobata, vel permiſſa, & in quibus ſit permiſſa,& in quibus non?& poteſt reſponderi ſecundùm Anto. de Butr. in c.ij. de ſortile.dicentem,ꝙ ſcientia aſtrologiæ eſt a iure generaliter reprobata ſicut,& aliæ diuinationes, vt patet xxvj.q ij.§.his ita,& xxvj.q.iiij. ca.j. Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana,& in lib.de ciuitate Dei,& tex. & glo.xxvj.q.v. non liceat. Et reprobatur in quantum homo exercens illam iudicando euentus particulares, & futuros,& futuras,vel pteritas hominum operationes, dat in talibus fidem, quaſi neceſſariò ponat veritatẽ ad id qđ intẽdit, quia in talibus immiſceri, eſt occulta operatio dęmonum:ſecus ſi neceſſariò non ponat fidem in talibus,ſed quaſi præſumptionem,& coniecturam, inducant maximè circa conſiderationem temporis ſeminandi,vel potionum medelę,vel minutionum ſanguinis,& j.q.j.c.nũquam . de quo per beatum Thom. ij. ij.q.xcv.ar.j.ad finem, & ar.v.dicentem quòd quædam ſunt artes ad præ cognoſcendum futuros euentus,qui ex neceſſitate, vel frequenter proueniunt,qui ad diuinationem non pertinent in aſtrologia, puta circa ſiccitates,& pluuias,& ſimilia. non erit illicita diuinatio,nec ſuperſtitioſa. ſed ad alios futuros euentus cognoſcendos non ſunt aliquæ veræ artes, ſeu diſciplinę ſed fallaces, & vanæ ex deceptione dæmonum introductæ, vt ait Auguſtinus xxj. c.lib. de ciuitate dei. & in his operatio dęmonũ ſe immiſcet.vnde erit diuinatio ſuperſtitioſa, ſecundùm ſanctum Tho. in alleg. ar.j.in fi.& in ar.viij.& ibi ponit triplicem denominationem ſortium, vide licèt diuiſoriam, & conſultoriam, & diuinatoriam .

Sed aſtronomia cum ſit vna de ſeptem artibus liberalibus,non prohibetur a iure,vt ff.de iuſti.& iure.l.itẽ apud.§.ſi quis aſtrologus . quod patet ibi, quia ſeparatur ab illicitis diuinationibus. ſed tamen inter canones abijt in deſuetudinem, nè propter nimiam aſsiduitatẽ traheretur ad idololatriam,vt xxvj.q.ij.ſors,in fine.de hoc vide ĩ. ſortes.

Item nota ꝙ non licet nobis in noſtris agendis curſum ſtellarum attendere, nec inanem fallaciam planetarum inſpicere,quia debemus omnia, quæ agimus verbo,aut opere, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facere,vt ſupra in prologo, in prin. Et nõ licet ſperare noſtram ſalutem ab alio quàm a deo,qui eſt omnium vera ſalus, & vera ſapiẽtia. & qui ab alio ſuã ſalutem expectat, non eſt fidelis, ſed infidelis:non eſt ſanus,ſed æger: non ſapiens,ſed demens,& decipitur a dæmone qui eum inducit,& allicit,vt faciat eum participem ſuæ perditionis, vt xxvj.q.ij.q. fine,ad quod xxvij. diſ. §. hinc etiam.

Sed ſubſequenter eſt notãdum circa

ca iudicia aſtrologorum, cum ipſi ali qua pronunciant de futuris ex diſpo ſitionẽ corporum. vnde nihil eſt diffi cile, vt ex impresſione corporum cęleſtium aliqui homines ſint habiles ad iraſcendum, vel concupiſcendum vel ad aliquã huiuſmodi pasſionẽ, ſi cut & ex complexione naturali plures hominum ſequuntur pasſiones, quibus ſoli ſapientes reſiſtunt; & ideo in pluribus verificantur, qui pronunciãt de actibus hominum ſecundùm conſiderationem cęleſtium corporũ. ſed tamen dicitur in centilogio. Homo ſapiens dñabitur aſtris, quia reſiſtens pasſionibus impedit per volũtatem liberam & nequaquam motui cęleſti ſubiectam, huiuſmodi cęleſtiũ corporum effectus, vel vt ait Auguſ. ij. ſuper Geneſi ad literam, fatendum eſt quando ab aſtrologis vera dicuntur, inſtinctu quodam occultisſimo dici, quem neſcientes humanæ mentes patiuntur, quod tamen ad decipiendum homines ſpirituũ immundorum & ſeductorum eſt operatio. hæc Thom. j. ij. q. ix. ar. v. in fi. & etiam xxvj. q. ij. c. illud quod de hac materia. vide infra dæmon. §. item dæmones.

ADDITIONES.

a *Aſtronomia, quæ & Aſtrologia dicitur, eſt ſcientia, quæ de cœli conuerſione, ortu, obitu, motuq; ſyderum verba facit, a qua Aſtronomi, & Aſtrologi, qui & alijs nominibus appellantur a rebus, quibus incumbunt, hinc varia eorum genera perhibentur, vt horoſcopi, genethliaci, magi. Hi ſanè, reprobantur 26. q. 2. c. ij. ibi ſingulorum ſtudia & diſciplinæ declarant. Mathematici quoque ijdem vulgò ſunt appellati, ab eccleſia, Imperatoribusq; dãnati l. 3. & 5. C. de maleſ. & mathema. 26. q. 2. c. 2. hos gentilicio vocabulo Chaldæos inquit Gel. lib. 1. c. 9. dicere oportet. mathematici nanque dicuntur, non ij ſolùm, qui aſtrologiæ dant operam, ſicut hic ſumũtur, ſed et qui ĩ Geometrię. muſicæ, arithmeticæque diſciplina verſantur. hic nomine generis intelliguntur aſtrologi. Sciendum quoque eſt, antiquitus ordine Pythagorico mathematicos dici ſolere diſcipulos ab artibus ijs, quas iã diſcere, atque meditari inceptauerant, cum antea nomen aliud eis imponeretur, ab eo, quod obſeruare debebãt. Gell. ibid. Quemadmodum & ſtudioſi iuris aliquãdo Lytæ, quandoque Prolitæ appellãtur, vt in epiſt. Iuſtinia. ad doct. miſſa. Pet. Vend.*

b *Arnal. Albertin. de agnoſ. aſſertio. catho. q. 16. Indicis. lib. probib. reg. 9. vbi quatenus permiſſa. Eius autores Aegiptios fuiſſe ſcribit in ſtroma li. 1. Clemẽ. Alexãdri. Inuentam fallacia dæmonum ad decipiendos homines, vt auerterent à dei veri cultu mentes eorum ait Lact. Firmia. inſt. diui. lib. ij. c. 17. quo in loco, qui bus aſtutijs homines fallebant copioſè docet. De huiuſmodi ſcientiæ nocumẽto, & vanitate ſcribit D. Ambro. ad c. ij. epiſt. ad Coloſſen. tranſumptiuè verò 27. diſt. c. legimus §. Hinc etiam. & offic. pri. c. 26. Ea in hominũ pernitiem abutebatur Imperat. Tiberius. Dio. hiſt. lib. 57. licèt edicto prohibuiſſet diuinationes & eos, qui eas exercerent, exteros, necauiſſet, ciues exteres egiſſet. ibi. Dio. Aſtrologos ante eum Roma, Cæſar eiecit. idẽ lib. 49. Petr. Vend.*

Aſſumptio beatæ Mariæ in cœlum. de hoc dicunt. Hoſti. & Io. An. & Inno. in c. ne innitaris, de conſtitutionibus. & quòd hodie

hodie eſt communis opinio meritò per eccleſiam approbata, ꝙ corpus beatæ virginis Mariæ dominę noſtrę ſit aſſumptùm in cœlis, vt ibi recitat Franc. Zabba. & ibi Bal. quòd hodie tenendum eſt, quòd eſt aſſumpta, & collocata ĩ paradiſo, & ſancta mater eccleſia ita tenet, docet, & prædicat. nam facit ſolennisſimum feſtum de aſsũptione beatæ virginis Mariæ xv. die menſis Auguſti. & Dauid in pſalmo, Eructauit cor meum, in ver. aſtitit regina a dexteris tuis in veſtitu de aurato circundata varietate, & in decre. xxxij. q. v. in c. ſi Paulus. & idem Dauid in pſalmo. xvij. dicit de aſſumptione beatę virginis talia verba, Miſit de ſummo & accepit me, & aſſumpſit me. Item Iob. xxxix. Eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidũ ſuũ. Item cãticorum. iij. Quæ eſt iſta, quę aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ, & thuris. Et canticorum octauo, Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens enixa ſuper dilectum ſuum. Item canticorum, ſeptimo, Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulcra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Item Apocalipſis. xij. Signum magnum apparuit in cœlo: mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius. & omnibus his autoritatibus approbatur aſſumptio beatæ, & glorioſæ virginis in cœlum: & dicere contrarium eſſet non tenere, nec credere ꝙ ſancta mater eccleſia, tenet, & docet, & prædicat, & eſſet hæreticum. de quo vide infra diuerſitas, & infra hæretic⁹ de hac materia vide plenè in repert. Ab. ædito per Ant. Corſe. Siculũ doc. vtriuſq; iuris. ſup parte, aſſump.

Attendere An debeamus verba, vel mentem proferentis aliqua hęreticalia, vide infra ebrius, & infra verba.

Attentare [a] An posſint inquiſitores de ſibi non cõmisſis, vide infra an inquiſitores poſſint procedere contra exiſtẽtes in peccato mortali, & infra an iudex posſit excedere fines mandati.

Sed attentans fugere a carcere, an habeatur pro conuicto, vide infra fugiens.

ADDITIONES.

a *Attentare, vel tentare pudicitiam quis alicuius dicitur, qui eam labefactare, vel corrumpere conatur l. 10. ff. de iniur. vnde & attentare annonam pro ſubuertere conari fraudibus, ac diminuere, & vexare. l. annonam. ff. de extraord. crimi. hic autem aggredi, vel audere, quod mandato non comprehendatur. Hinc tit. nil nouandum, vel attentandum appellatione vel lite pendente, tit. nihil innouari. ff. & c. ſignificauit, de iudic. & c. ex parte M. de appell. & tit. vt lit. pen. item l. & ſi fortè 6. §. 1. ff. ſi ſer. vend. idẽ quod de ſimplici dicere poſſumus. tentare enim aliquãdo pro exerceri, interdum pro experiri, pro aggredi quandoque ſumitur. Interdum dare, petere ſignificat. exempla de Nonio pètas. Hocque ſit interdum propriè quãdoque translatè, per conſequentiam nonnunquam.* P. V.

Attrahit magis dignum ad ſe minus dignum, vt infra maſculinum

Atteſtationes [a] factæ in iudicio criminali, an faciãt fidem inter alias perſonas?

&.

& dicendum quòd ſic, ſecundùm ꝙ te net Ab. in c. teſtimoniũ, extra de teſti.

ADDITIONES.

a *Atteſtationes hic accipiuntur, vt notum eſt, pro teſtium depoſitionibus ac dictis. Pet. Vend.*

Audiens ſcienter prædicationem, vel dogmata hæreticorum, an dicatur credens hæreticorum? & reſponderi poteſt, ꝙ ſi iuerit vltra ſemel ad audiendum talia, ꝙ iudicabitur credens, cum par crimẽ ſit credere, & docere, vt in l. par culpa, & C. de male. & mathe l. culpa. & ex binario actu videtur crimen trahi ad conſuetudinem, vt C. de epiſ. au. l. nemo, ver. ſed ab his. & vide īfra Bis. ad qđ de vi. & ho. cle. vt cle. ſed ſi talis iuerat tantùm ſemel ad audiendum ſermonem reprobatum, & vlterius noluit redire ad audiendum, vel ad diſcendum, non iudicabitur credens, quia non videtur approbaſſe qđ poſtea euitauit, vt de præſumpt. c. ex ſtudijs. ff. de ritu nup. l. plenã, & l. diuortium. & de hoc not. Arch. eo. ti. & not. ꝙ delicta iterata a plus puniuntur, vt ff. de iure pa. l. j. & de pœ. authẽ. dam. §. quiſquis, & ad l. Iul. de vi. l. ſeruos. §. fi. & de ſeruis fugi. l. quicunque. ar. infra ad Velſ. ſimiliter, & de bonis q̃ libe. l. fi. §. vbi autem. de lega. iij l. fideicommiſſum. §. quiſquis, & in aut. de defen. ciui. §. fi. & de vacati. & execu. mune. l. j. §. j.

Sed an nõ audiẽs diuina officia inſurgat ꝯ illũ vehemens ſuſpitio, & an quiſitor ꝯ talem poſſit ꝓcedere, vide ĩ. ſuſpitio vehemẽs, & ĩ. detegit, & ĩ. an quilbet admittatur ad accuſandũ.

Sed de pœnis illorum qui non ſolebant audire diuina officia, vide ĩ. de pœnitentialibus pœnis.

Sed an audire detractiones ſit peccatum, Th. ij. ij. q. lxxij. ar. iiij. vbi etiã vide an ſit grauius, quàm detrahere.

ADDITIONES.

a *l. deſertorẽ ibi. Qui ſi iteratò hoc admiſerunt pœna cõpetenti afficiuntur. & l. nõ oẽs. ibi. Iterum deſerendo capite puniendus. ff. de re mili. & ad alia quæ adduco ſu per ſignat. grati. de abſol. ab homici. ver. not. eſt. & adhoc abſolutiones. & ver ſe. Quint. Man.*

Augere, an poſſit iudex pẽnã, vide ĩ pœna. & quando pœnæ augeri poſſunt.

Item quæ conſiderãda in pœnis augendis, vide infra pœna.

Augurium a an reſpiciẽs in augurijs dicatur hęreticus, vide infra hęreticus.

ADDITIONES.

a *Auguriũ ſpecies eſt diuinationis artificioſę, quo augures auium, reliquorũve ſignorũ obſeruatione futura dicebãt, autore Cic. de Diuina. li. ij. Ex auibus diuinatio triplex erat, nã aliæ volatu, aliæ cantu, futura prædicebant, ſeu verius prædicere credebantur, erat & tertium genus cum pullis gallinaceis è cauea depromptis eſca porrigebatur. ſi auidè edebant, vt cibus excidens ex ore terram pauiret, fœliciter ceſſurũ, quicquid ille animo cõcepiſſet; contra, omnia infauſta protendebãtur ſi eſcam nõ captarent. ſumitur & latius augurij nomen vt deſcriptio Cic. oſtendit, Is etiã c. 9. li. 8. Etymol. augures, inquit, ſunt, qui volatus auium, & voces intendunt, aliaq; ſigna rerũ, vel obſeruationes impro-*

improuiſas hominibus occurrentes ferūt ijdem ſunt, et auſpices: nam auſpicia ſunt, quæ iter facientes obſeruant, & cætera quæ ſequuntur, legas in eo loco. vel 26. q. 3. & 4. c. ij. nēſim multus. Cuiuſmodi eſſent hę obſeruationes, lege D. Aug de do. Chriſt. li. 2. c. 23. & 26. q. 2. c. illud. vide quoque. Pli. de hiſt. natu. li. 9. c. 16. de augu. lib. 10. de nat. auiū. capit. multis. lib. 28. c. 2. Hæc recēſenda duxi, nè te laterēt auguria, quæ obſeruare. D. Ieron. inquit, Idololatria eſt. 26. q. 2. c. ſedet illud. Adde Cal. c. 22. de hær. n. 4. 12. & 13. P. V.

Auxilium [a] cōſiliū, & fauorē pñt petere inquiſitores a ptāte ſęculari pro exequendo officio inquiſitionis, de quo vide infra qualiter inquiſitores petunt auxiliū &c. & infra executio, & infra qualiter iudex ſœcularis petit auxiliū ab altero potētiore. vide ỹ. brachiū ſęculare.

No. ꝙ per nouum caſum nouum datur auxilium, vt de offi. dele. inſinuante, & ff. de int. ac. de ætate.

Sed de iure an poſſit præſtari auxiliū hæreticis, vide ſupra aduocatus & ỹ. fautores. Quando iudices ſęculares pñt inuocare auxiliū, & ſubſidiū ab eccleſia, vide ỹ. iudex ſœcularis.

Sed an inter ſœculares iudices poſſit vnus inuocare auxilium ab alio, vide infra iudex ſœcularis.

Sed fruſtra auxiliū legis vocat qui committit in legem, vt ff. de mino. l. auxilium: de vſuris, quia fruſtra: de adulterijs, intelleximus, & de regu. iu. in regula fruſtra, li. vj.

ADDITIONES.

[a] *Auxiliū eſt adiumentum notæ ſignificationis, dictum putatur auxilium ab augendo, quòd vires eius augeat, cui accedit, vnde cohors auxiliaria, Cic. de prouī. cōſ. vnde auxilium appellationis l. i. §. ſi quis. ff. a quib. appell. auxiliū legis & reſtitutionis in integrū l. minor. 37. & l. auxilium 38. ff. de mino. 25. ann. c. bonæ memoriæ. i. de elect. item hominis l. 1. §. quid ſi quis ff. de ſena. Sil. P. V.*

Azima Iudæorum an ſit licitū Chriſtianis comedere panē azimū Iudæorū? & reſpōdendū ꝙ in neceſſitate pñt emi tales panes, & comedi, ſm verue. idē in ſum. confeſ. li. iij. ti. xxxiij q. cxxv. ſine neceſſitate autem hoc prohibetur ſub pęna depoſitionis quantum ad clericos, & excommunicationis quātum ad laicos, vt xxviij. q. j. nullus.

B*Aptiſmus* [a] no. ꝙ Chriſto baptizato ceſſauit baptiſm⁹ Ioā. Th. ī 3. par. q. xxviij. ar. v. & in iiij. diſt. ij. ar. xiiij.

Sed Chriſto baptizato, cœli debuerunt aperiri, & ſuper eū ſpirituſſanct⁹ deſcēdere idē Tho. ī iij. par. q. xxxix. ar. v. & vj. & conuenienter vox patris auditur. e. q. ar. vij. & viij. & ipſe mundus a peccato, baptizari voluit exemplum baptizandi nobis in peccato natis dedit, de conſe. diſ. iiij. ſi baptizata eſt, & c. non regenerabantur.

Nota ꝙ loco circuncifionis ſucceſſit baptiſmus, vide ỹ. circunciſio.

Nota quatuor effectus quos hēt baptiſmus, & vide infra circunciſio.

No. ſi paruuli infidelium baptizantur, non nocet eis perfidia parentum vt de conſe. diſ. iiij quæris.

Sed qui ī baptiſmo paruulos ſuſcipiūt, ꝓ eis apud deū fideiuſſores exiſtūt, vt de conſe. di. iiij. vos ante oīa.

Baptiſmū habuerūt innocētes mortui

tui pro Chŕo.Th.in iiij.d.iiij.ar.xxxj.

Non pt aliquis ſaluari ſi contemnit baptizari xv.q.i.§ firmisſimè.

Sed an apoſtata in fide perdit baptiſmū, ſeu ſacramentū baptiſmi? & dicendum ꝙ nō, imo illud hēt ad ſuæ damnationis augmentū.xxxij.q.vij. vſque adeo.

An ſacramentū baptiſmi posſit [b] cōferri ab hęretico; Cipri.dixit ꝙ nō?cuius opinio dānat, de cōſ.diſ.iiij.qūo. vbi eſt cōcluſio, ꝙ hæreticus confert ſacramentū,ſed non & effectū ſacri q eſt remisſio peccatorum,& gratia ſpiritus ſancti.ꝙ probat.c.cū tñ valeat, de cōſ.d.iiij.ad idē bon⁹ tex.xxiiij.q.i.§.his autoritatibus,& c. ſubdiaconus,& vide de cō.d.iiij.vt oſtenderet. vide ī.in §.itē no.de errore. & tales ab hęreticis baptizati debent eccleſię recōciliari i.q.i.ꝙ quidā dicūt.de cōſ. d.iiij quāuis. Itē quare ab hære.ſumi posſit baptiſm⁹,& nō eucharistia gl. eſt xxiiij.q.i.§.ſed illud in c. ſubdiac.

No.ꝙ circa baptiſmi ſacramētum fuit quædam hæreſis dicentium, ꝙ natus ex baptizato non erat neceſſariò baptizandus, de quo de conſe.di. iiij.ſi baptizata,& ibi Archi.

Sed qualiter recōcilientꝰ q ab hære. sūt baptizati,vide infra recōciliatio.

Nota ꝙ antiquitus baptizandus dabat votū ſuū ī ſcriptis. ij.q.i. legū.

Baptizatus nō perdit ſucceſsionē patris Iudæi, gl.xxviij.q.i.Iudæorū, ꝑ c. Iudæi, de Iud. An [c] apoſtoli fuerint baptizati?& credendū eſt ꝙ ſic,licèt hoc nō expreſsè legitur.gl.de pœ. di.ij.ſi enim.alia gl.eſt de conſe.d.iiij. aliud,in ver.mundi. text.ea.diſt.iiij. quando ab Ieroſolymis,& c.ſeq.

Qui nouiter baptizātur debēt vti veſtib⁹ albis.[d] de conſ.di.iiij.poſt baptiſmū.c.accepiſtis. Quī nat⁹ ē inter fideles & ex parentibus fidelibus, pręſumitur baptizatus,no. In. de baptiſ. c. ij. verſi. adde ꝙ ſi eſt rebaptizādus, tex.eſt de præsby.nō bapti.c.veniens.

Sed quare dominus Ieſus Chriſtus voluit baptizari,no. de conſe. diſ. ij. nec Moiſes.

Itē no.de errore Cipriani qui errauit cum.lxxx.epiſcopis,qui dicebant baptiſmi ſacramentum collatum ab hæreticis illud eſſe lauacrum diaboli cuius error damnatur xxxij.diſ.§.verum,& de conſ.diſ.iiij. quando exaudiuit,& c.ſi non ſanctificatur.

Sed ad quid ergo valet baptiſmus collatus ab hęreticis, vel ſchiſmaticis in forma eccleſiæ,vel an ſit baptizatus,vel debeat iterū baptizari, no. de conſe.diſ.iiij.quamuis,& i.q.i. firmisſimè c.in eccleſia,& c.extra catholicam eccleſiam. Et eſt concluſio ꝙ licèt baptizatus non habeat effectum ſuum, ꝙ non ſunt tamen rebaptizandi,quod no.vt ſupra dictum eſt in §. an ſacramentum baptiſmi.

Sed iteratio baptiſmi eſt quædam ſpēs hęreſis,& ſi dolo quis fecit,punitur vltimo ſupplicio.Hoſ.in sū. in ti. de apoſtatis §.quæ ſit pœna iterātiū.

Sed baptiſmus plus valet q̄ pęnitētia,quia per pœnitentiā cum contritione ſi deletur peccatum, remanet tamen ſatisfactio temporalis: per baptiſmum verò vtrunque tollitur. gl. eſt no.de conſe.diſ.iiij.ſine pęnitētia.

Sed an Iudæo proſit dari pœnitentia licitè vt baptizetur, no. de ſimo. cum dilectus,ſuper glo.pen.

Sed quanto tempore debeant probari Iudęi antequam baptizentur,vide de conſe.diſ.iiij.Iudæi,vbi dicitur ꝙ octo menſes inter catechumenos

limen eccleſię introeant: & ſi pura fi-
de venire noſcuntur baptizentur.& ſi
caſu aliquo periculũ infirmitatis,in-
currerint,& deſperati fuerint, bapti-
zentur ante dictũ tempus . Et debent
ad minus per xl.dies inſtrui,vt fiãt ca
techumini,& inſtruantur in fide.vt in
c.ne quod abſit . de conſecra. diſ. iiij.
Ab.in c.debitum, de baptiſmo .

Sed vtrũ qui fuit baptizatus, licèt
metu mortis,ſi poſt baptiſmum acce
ptum apoſtatauit, poſſit contra eum
procedi tanquã contra hæreticum?&
reſpõdetur, ꝙ ſi talis fuerit de hoc cõ
feſſus,vel per teſtes conuictus, pote-
rit tanquàm hęreticus puniri, vt in c.
contra Chriſtianos,de hæreticis,l. vj.

Sed & an illi qui fuerũt coacti reci
pere baptiſmũ,cõpellantur eum tene
re?& reſpondet ꝙ ex quo talis fuit ba
ptizatus,& fidei catholicæ alligatus,
compellendus eſt illã ſeruare,& cole-
re,vt de baptiſ.c.maiores.§.nunc au
tem,ver.ſi opponitur.Et ad exẽplum
phrenetici qui ligatur per mediũ, &
lethargici,quẽ medicꝰ excitat torquẽ
do,vt v.q.v.non oĩs. Et etiã ad exẽm
plũ filij deuij, qui reducitur ꝑ patrẽ .
Et ad exẽplũ diſcipuli qui corrigitur
per magiſtrũ.ad qđ tenentur ex debi
to ſui officij eṗs,& inquiſitor ad exẽ-
plũ paſtoris qui ſuas oues cuſtodit,&
deuias recolligit,& reducit, vt xxiij.
q.vj.c.j. Quod quidem facient carce
rando,ligãdo, torquendo, & corpus
affligendo.xxvj.q.vj.c.j.& ſic ipſe in-
uitus timendo id quod non vult pa-
ti,relinquat animoſitatem,& compel
latur recognoſcere veritatem, vt ti-
mens reſpuat falſum,de quo conten-
debat,& ſequatur verum quod primi
tus neſciebat, vt probatur etiã.xxiij.
q.vj.c. quòd errauerat, cum ſequen.
vſque in finem. Et ſic quos dei timor
non reuocat, ſaltim compeſcat ſe-
ueritas diſciplinę.C. de cura. dat. pu.
l.i. & extra de cle. coniu. cum conti-
nentes.§. clerici. ita no. plenè Archi.
extra de hær.c.ij.poſt prin.li. vj. & ibi
vide . Et ſic concluditur quòd qui ſe-
mel ſacramentum baptiſmi adepti
ſunt, etiam ſi aliquo metu ad Chri-
ſtianitatem accipiendam coacti fuiſ
ſent a principio,ſicut factum fuit tem
poribus religioſiſſimi regis, & princi
pis Zizebuti,quia iam conſtat eos ſa-
cramentis diuinis aſſociatos , & ba-
ptiſmi ſacramentũ ſuſcepiſſe,& Chriſ
mate vnctos,& corporis domini exti
tiſſe participes, oportet vt fidem quã
etiam vi,vel neceſſitate ſuſceperunt,
tenere cogantur : nè nomen domini
per eos blaſphemetur,& fides quam
ſuſceperunt, vilis, & contemptibilis
habeatur ab ipſis,vt in c qui ſincera,
& c.de Iudæis.xlv.diſt.ſed quod dici-
tur de conuerſis per vim,debet diſtin
gui iuxta tex.in c.maiores.§.itẽ quæ
ro,de baptiſmo.

Sed viſo ſupra de ſacramento ba-
ptiſmi Chriſtianorũ, nunc vidẽdum
eſt de baptiſmo Iudæorum qualiter
fit inter eos. Et qualiter iſti apoſtatæ
baptizãtur inter Iudæos vt inter eos
ipſi apoſtatæ habeãtur de gremio ip-
ſorum Iudæorum, & ipſi Iudæi confi
dant de ipſis . Et aduertendum ꝙ iſte
talis baptiſmꝰ taliter fit inter eos. nã
ille qui prius fuit Iudæus, & poſt fa-
ctus eſt Chriſtianus,cum vult iterum
redire ad iudaiſmũ,ſeu ad Iudæorũ ri
tus,primò interrogat a Iudæis p̃ſenti
bus alijs Iudæis ſi vult facere tabilã ,
qđ ẽ verbũ Hebræũ,& ſonat ĩ Latino
ſi vult facere balneationẽ,ſeu lotionẽ
vel balneũ in aqua currẽte, vt efficia

tur

tur Iudæus, & ille talis apoſtata reſpondet ꝙ ſic. Et tunc Iudęus qui pręeſt, dicit eidem in Hebræo, ergo baltuſinia qđ ſonat in Latino, reuertaris a ſtatu peccati, & poſt hæc ille apoſtata expoliatur ex toto.ſ.ex veſtimẽtis, & tunc balneatur in aqua calida, & Iudæi ibi ſtantes fricant eum fortiter cum arena per totum corpus, ſed maximè in fronte, pectore, & manibus, & in illis videlicet locis in quibus baptiſmi ſacramento poſitum fuit ſanctum Chriſma: poſt modũ verò abraduntur ſibi omnes vngues tam manuum, quàm pedum vſque ad ſanguinem. Item raditur ſibi caput: & poſtmodum ponitur in aqua fluuij currentis, & facit immerſionẽ capitis ſub aqua tribus vicibus: & poſt illam immerſionem dicunt ei Iudæi ibi aſtantes talem orationem, ſcilicet Benedictus deus, deus rex ſęculorũ, qui præcepiſti nobis ſanctificari ſuper iſtam aquam, ſeu balneũ quod vocatur in Hæbreo tabila. Quo facto ille egreditur de aqua & induit noua camiſia, & brachis recẽtibus, & omnes Iudęi præſentes oſculantur eum, & tunc imponitur ſibi nomen communiter qđ prius habuerat in baptiſmo.

Item ille qui ſic iudaizatus eſt requiritur, & monet ab ipſis Iudæis vt abiuret, & cõfiteatur legem Moiſi, & promittat eã tenere, & ſeruare, & de cętero ſua pręcepta, ritus, & cęremonias ſeruare, & vitã ſuã in ea finire, & faciunt eum abnegare, & deteſtari baptiſmũ Chriſtianorũ, & fidẽ Chriſti. His omnibus ſic facti, datur tali apoſtatæ quædã charta, ſeu inſtrumentũ teſtimoniale ad omnes alios Iudęos, vt per tale inſtrumentum cognoſcatur inter omnes Iudęos & in ſuis ſinagogis confidant de eodem, & vt ei benefaciant. Et ex tunc talis apoſtata viuit, & conuerſatur vt Iudęus: & ingreditur ſcholam, ſeu ſinagogam Iudæorum. de hac materia vide plenè. per Thom.iiij.ſententiarum, diſtin.i. de circunciſione, ar. v. Item per Scotum.iiij.ſententiarum, diſ.iij.ar. x.

Item quæ differentia ſit in baptiſmo prædicto Iudæorum quando ille qui non fuit Iudæus vult tranſire ad iudaiſmum? & dicendum ꝙ illa eadẽ forma, ſicut prædictum eſt, ſeruatur in dicto baptiſmo. niſi quòd primi ſcilicet qui prius fuerunt Iudæi, & volunt redire ad baptiſmum, non circuncidantur, eo quòd iam ſunt circũciſi. alij verò qui non fuerunt prius Iudæi, circuncidantur. & hæc, eſt differentia, & non alia. de quo vide in directorio Nic. Almey. & per Thom. & Scotum, vbi ſupra.

Item de modo baptizandi Iudæos vide de conſe.diſtin. iiij. Iudæi, & in c.ne quod abſit, eadem diſt, idem. Io. An.in c.debitum, de baptiſmo.

Sed an Iudæi ſint baptizandi, ſi nõ reſtituãt vſuras? vide infra Iudęus. & dicendum quòd indiſtinctè non debent aſſumi ad baptiſmum, niſi prius reſtituant vſuras. vt in c. Iudæi, & ibi glo.de conſecrati.diſtinctione. iiij.

Sed quid ſi quis baptizatus promoueatur in ſacerdotem, & epiſcopum, an talis conficiat ſacramẽta eccleſiæ? vide infra ſacramenta.

Sed de materia baptiſmi vide plenè de conſecra.diſtint.iiij. per totum & in tit. de baptiſmo, per totum. & C. ne ſanctum baptiſ. reiteretur, per totum.

ADDITIONES.

a *Baptiſmus Græcum nomen eſſe nullus ignorat, vt accipiatur in ſacris literis, vide Catechiſ. de Bapt. ſacram. c. 1. pro ſacramento ſumptu definitur eod. tit. c. 3. eſſe ſacramẽtum regenerationis per aquã in verbo. lege illum diuinum Catechiſ. de huius ſacram. neceſſitate, materia, forma, miniſtris, & vtilitatibus, eo. tit. ſan. Sinod. Trid. Seſſ. 5. c. 1. Seſſ. 6. c. 4. & 7. de baptiſ. P. Vend.*

b *Vide Conc. Trid. Seſſ. 7. de bapt. can. 4. Catechiſ. de bapt. Sacram. c. iam verò, a quibus miniſtris. Pet. Vend.*

c *Tu vide Catechiſ. de baptiſ. ſacra. c. vlt. vbi explicantur ritus, et cæremoniæ, quæ fiunt in baptiſmo. de his etiã aliqua Cirillus Archiepiſcopus Ieroſolimita. de Catech. illuminato. Cateche. pri. Myſtago. De diebus verò baptiſmi, Catech. ibi. cap. ſed eum. Pet. Vend.*

d *Quare vtebantur veſtibus albis, & de Sabbato, & Dominica in albis, & de aliis huc ſpectantibus, tracto in Glo. facul. §. volentes in ver. mutatur. verſ. & nè igno tis terminis. Q. M.*

Bannitus. [a] Et infamis eſt ille qui fuerit ſola ſuſpitione notabilis. de hæreſi, & non abiurauerit arbitrio inquiſitoris, vel epiſcopi, vt habetur in quadam conſtitutione Friderici Imperatoris, quæ incipit, Gazaros. vbi dicitur ꝙ tales tanquàm infames, & banniti ab omnibus habeantur.

ADDITIONES.

b *Bannitus eſt nomen barbarum non latinum, capitur autem pro in exilium miſſo, vel exulare iuſſo. A quibuſdam ita definitur. vt ſit patriæ priuatio. & natalis ſoli mutatio. legibus, principiſve imperio indicta. Triplex autem eſt exilium. ait Martianus. l. 5. ff. de interdi. & releg. aut certorum locorum interdictio. aut lata fuga, vt omnium præter certum locũ, aut relegatio in inſulam. Eſt genus exilij quod voluntarium l. aut facta. §. euẽtus, ff. de pœn. eſt & qđ liberũ appellatur, quid vnumquodque ſit horum, & quid lata fuga, & quid alia quæ diximus, vide Bud. in Pand. in l. aut facta. præcitata. Hotoma. præterea de ver. iur. Banniti noſtri temporis, quibus comparentur, condemnationis verba ſunt attendenda. vide Barto. in q. ſtatuto Ciuit. Luca. P. V.*

Baſtardi. [a] An pœnæ quæ deſcendũt in filios, veniant in baſtardos, vide ỹ. filij.

ADDITIONES.

a *Baſtardi appellatio barbara eſt, & vt ita dicam, ex non oratione latina, ſed vulgò concepta vox eſt. eſt nomen generis, cũ quidam latinè dicantur Spurij, quidam Nothi. Spurij dicuntur ex matre quidem certa, patre autem incerto nati. Caius. inſt. c. 4. & l. 5. ff. de in ius vocan. qui & vulgò quæſiti appellantur. l. 19. ff. de ſtat. hom. item vulgo concepti, & qui patrẽ demonſtrare non poſſunt, vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere nõ licèt, ait Vlpia. l. 23. ff. eo. qui & ἀπάτορες. Græcè dicuntur, ideſt abſque patre filij, Inſtit. de nup. §. itaque. Spurij autem eò dicti, autore Plutarco, in problem. quòd ij. S. P. literis deſignabãtur, & exinde ſpurij appellati. Vnde Diogenes, quendã lapides iacientem in turbã in caue, inquit nè patrem ferias, eum notans eſſe*

eſſe vulgo conceptum. Hinc ſpurij verſus, qui incerto feruntur autore. Nothus autem dicitur, qui ex matrimonio quidem ſed falſo, & iniuſto. Nothus enim falſum ſignificat, vide Bud in l. vulgo concepti. 23. ff. de ſta. homi. Hotoma. de verb. iur. Pet. Vend.

Beatæ tertiæ regulæ. An ſint religionis approbatæ, & an ſit permiſſum, quòd ſub ordine, & regula beati Frãciſci pallient talem ſtatum, & ritum ſub velamine beati Franciſci. ad qđ ſic reſpondetur per iſtam conſtitutionem, ſeu extrauagantẽ Io. papæ. xxij. quæ ſic dicit ad literam.

Ioannes Papa XXII.

Sancta [a] Romana, atq; vniuerſalis eccleſia. Cui autore domino licèt immeriti præſidem[9], ſicut religioſa, & pia vota benigno fauore proſequitur: ſic ſuperſtitioſos conatus inſolentium hominum deteſtatur, videlicet nè ſub ouina pelle gregẽ Dominicũ truculẽtia lupi rapaces inuadãt: ſub pietatis imagine virus hæreticæ prauitatis obrepat, & ſub prætextu conuerſationis angelicæ incautis mentibus ſpiritus malignus illudat. Cuius rei gratia ſacris eſt canonibus interdictum, nè aliqui nouũ ordinem, ac religionẽ inueniant, vel habitum nouæ religionis aſſumãt. ſed quicunq; ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis. nonnulli tñ profanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fraticelli, ſeu fratres de paupere vita, ac Bizochi, ſeu Beguini, vel alijs nominibus nuncupantur, in partibus Italiæ, nec nõ in inſula Sicilien. comitatus prouinciæ Narbonẽſis, & Toloſanæ ciuitatibus, & diœceſis, prouincijsque diuerſis tranſmarinis, & vltramarinis partibus contra dictos Canones, habitum nouæ religionis aſſumere, congregationes, & conuenticulas facere, & ſuperiores ſibijpſis eligere, quos miniſtros, ſeu cuſtodes, & guardianos, aut nominibus alijs appellant: Plurimos ad eorum ſectam recipere. loca etiam de nouo cõſtruere, ſeu conſtructa recipere, in quibus habitant in communi: publicè mendicare: quaſi eorum ſecta foret vna de religionibus per ſedem apoſtolicam approbatis, temeritate dãnabili præſumpſerunt, & præſumunt etiam inceſſanter. etiam vt ipſorum error veritas, & impietas religio reputetur, plurimi eorum regulã ordinis fratrum Minorum, quàm ſanctus Franciſcus inſtituit, ſe profiteri, ad literam obſeruare confingunt, quãquam ſub obedientia generalis, vel prouincialiũ miniſtrorum ipſius ordinis non morentur, prætendentes ſe a ſanctæ memoriæ Celeſtino papa quinto prędeceſſore noſtro huiuſmodi ſtatus, ſeu vitæ priuilegium habuiſſe, qđ tamen etiã ſi oſtenderent, non valeret; cum bonę memoriæ Bonifatius papa octau[9] p̃deceſſor noſter ex certis cauſis rationabilibus omnia priuilegia ab ipſo Celeſtino prædeceſſore noſtro conceſſa, quæ per ipſum Bonifatium non cõtingeret approbari, viribus penit[9] deſtituerit: dictumque vitę priuilegiũ non inueniatur per ipſum Bonifatiũ approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, & viuendi ritum a quibuſdam epiſcopis, ſeu eorum ſuperioribus ſe recepiſſe prætendunt, quos nec eis recipere, nec prædictis epiſcopis, vel eorum ſuperioribus,

vel alijs eccleſiarum prælatis concedere licuit contra formam cõcilij generalis. Nonnulli ergo ex ipſis aſſerẽtes ſe eſſe de tertio ordine beati Franciſci pœnitentium vocato, prædictũ ſtatum, & ritum eorum ſub velamine talis nominis audent ſeu ſatagãt palliare. Tamen cum in regula ipſius tertij ordinis talis viuendi ritus nullatenus ſit conceſſus, & quia in errorum baratrum faciliter ruunt qui conceptus proprios patrum diffinitionibus anteponunt, ipſorum quamplurimi, ſicut fide digna relatione percipimus, a veritate catholicę fidei deuiantes, catholica ſacramenta deſpiciunt, & errores alios ſtudent multipliciter ſeminare. Cum itaque talium damnanda temeritas in eiuſdem fidei detrimentum, fideliũ ſcandalum, præfati Minorũ, & aliorum ordinum opprobrium, & etiam ſuarum, & aliarum multarum animarũ perniciem redundare noſcatur. Nos ſectam, & ſtatum huiuſmodi, non obſtantibus pręmiſſis eorum excuſationibus, quas friuolas reputamus, & quicquid per eos communiter, vel diuiſim ſub religionis, conuentus, collegij, ſeu congregationis nomine, vel colore attentatum extitit, vel exiſtit, de fratrum noſtrorum conſilio, autoritate apoſtolica nullius fuiſſe, & eẽ decernimus firmitatis. & quatenus de facto proceſſerunt, de conſilio, & autoritate præmiſſis reuocamus omnino, & perpetuæ prohibitioni ſubijcimus, & ab eccleſia dei penitus abolemus. Eiſdẽ perſonis, & quibuſcunque ſub pœna excommunicationis quam eas, ſi ſecus fecerint, penitus incurrere volumus ipſo facto. Ingiungentes expreſſẽ, nẽ ſtatum, ſiue ſectam, & ritum huiuſmodi ab ipſis aſſumptum ſectentur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere quoquomodo pręſumant. Epiſcopos quoque, & eorum ſuperiores, & etiam alios prælatos quoſcunque, qui prædictis perſonis, vel alijs ritum viuendi, & habitum ſupradictum præter ſpecialem apoſtolicæ ſedis autoritatem deinceps cõceſſerint, prędictę excommunicationis pœnę ipſo iure decernim⁹ ſubiacere. Dignum enim eſt, vt adulterinas plantationes, quas non pater cęleſtis, ſed humanæ temeritatis audacia plantauit, apoſtolici culminis autoritas diuellat, nẽ patiatur in agro dominico pueſſæ congregationis vepres excreſcere, cui propriũ eſt, diuina opitulante gratia, virtutes ſerere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli ergo &c. Datum Auinioni. iij Kalẽ. Ianuarij, Anno ſecundo.

ADDITIONES.

a *Hæc extrauagans eſt ſub tit. de religioſ. domi. quam gloſſauit Zenzellinus de Caſſan. optimus interpres. Quintil. Mandoſius.*

Begardæ, An iſtarũ habitus, & vita ſit approbata, dicendum ſicut de beatis tertiæ regulæ. per dictã extrauagãtẽ Io. papæ. xxij.

Beguinæ, An habitus iſtarũ per mittatur per eccleſiã, & an ſit habitus, & vita approbata? & reſpondetur ꝙ non, per dictam extrauagantem Io papæ. xxij.

Benignior Interpretatio eſt facienda in pœnis. de quo vide infra pœna.

Beneficium. a An hæretici priuetur omnibus bene

fi. j,

ficijs, vide infra priuatio. & infra de pœnis fautorum, & de pœnis hæreticorum.

Sed an propter crimen, vel infamiam præcedentem poſſit quis a beneficio remoueri? Frideri. de Senis tenet ꝙ ſic, conſilio. xxiij.

Sed an iura q̃ loquuntur de iſta priuatione, intelligantur de obtentis beneficijs, vel de obtinendis, vide infra de pœnis filiorum hæreticorum.

Sed an filij hæreticorum propter delictum parentum ipſo facto perdant beneficium eccleſiaſticum, vide infra de pœnis filiorum.

Item an ipſi filij ipſo iure ſint priuati beneficijs, vide infra de pœnis filiorum.

Sed an illi qui aliqua beneficia vel dignitates obtinuerunt ad preces, [b] vel propter preces hæreticorum, poſſint ea retinere, vel an debeant eis priuari? & dicendum per quandam extrauagantem Alexandri papæ, quę incipit, Nouerit vniuerſitas, quòd qui ad præces hæreticorũ aliqua beneficia, vel dignitates obtinuerunt, priuantur eis, vt ibi dicitur, ſuper. §. ſeu verb. nos enim prædictos, quoſdamque viros eccleſiaſticos, qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum dignitates, perſonatus, & quæcũque alia eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquiſitis: volẽtes vt tales, & habitis careant perpetuò: & ad talia vel ſimilia nequaquam impoſterum admittantur. & etiam probatur per c. vt commiſſi, de hæreticis in vi. & extra eo. c. vergentis, & eo. ti. cum ſm, lib. v.

Sed bñficium iuris nemini eſt auferendum, vt xxviij. diſ. de his, & ibi in glo. fi.

ADDITIONES.

a *Beneficium, cùm eccleſiaſticum, tum ſæculare, hic accipere arbitror auctorem. vtrunque partitur in ſuas ſpecies, non eſt hic de his differendi locus, vel commoditas. vide Rebuff. in praxi. beneficiaria in prin. vide doc. in l. beneficium ff. de leg. & conſtitu.* P. V.

b *Prout in c. quicũque. § ad hæc. de hæret. lib. 6. & per Vmber. in Iudi. inquiſi. hoc ipſo verbo.* Q. M.

c *Geminatio actuum, clauſularum, ſeu verborum multùm operatur, ac maiorẽ efficatiam, & mentem magis deliberatã oſtendit vulgata l. baliſta ff ad Trebell. Bal. in l fructus. col. 2. verſi. item illa verba geminata. C. de actio. emp. & ad alia quæ adduco in 16. q. Reg. de infir nu. 9. & in xi. q. 33. reg. nu. 2. & ſeq. & de peccato iterato videre poteris, quæ ſcripſi ſuper ſigna. gratiæ, de abſolu. ab homo. ver. notandum eſt.* Q. M.

Bis, An magis aggrauetur peccatum, quando fit bis, vel pluries, quàm quando fit ſemel. vide ſupra audiens, & infra credentes, & infra blaſphemia. ſed reſponderi põt ꝙ magis punitur delictum pluries factum, quã ſemel; cum binus actus [a] inducat deliberatam volũtatẽ, & trahitur in cõſuetudinem, vt in l. nemo. C. de epiſ. au. & eo quòd qui bis aliquid facit, pręſumitur deliberatè hoc facere, vt dictum eſt, & vt no. Domi. de ſancto Gemi. extra de pigno. in c. illo vos. & ſm eũ de reg. vidua. Idẽ dicit Io. de Imo. de iureiuran. cap. & ſi Chriſtus. dicens quòd ſermo duplicatus dicitur fieri cum maiori deliberatione. Item qui bis furatur, di-

dicitur conſuetus furari. ſecundùm Bal.C. de epiſ. au. l. nemo. quinimo bis delinquens, dicitur incorrigibilis vt no. Domi. de vi. & ho. cle. c. vt clericorum. Et iteratio actus inducit mentis perditionem ſecundùm Io. An. in ad. ſpe. de fi. inſtru. §. porrò, ver. donatio autem. Item confesſio iudicialis bis emanata, præiudicat. vide infra confesſio. quæ, ſcilicet confesſio non præiudicaret, ſi ſemel eſſet emanata, vt no. Bar. de agri. & cenſi. l. cū ſcimus. inde dicit Dominicus de cape. mona. c. i. in vj. quòd geminata culpa in leuibus inducit depoſitionem. pro hoc facit quod legitur. c. accuſatus, de hæreticis in vi. & c. ſuper eo. Et frequentia delicti inducit contemptum, ſecundùm Matthę. & Imo. de ſepul. in cle. j. in ver. ſcienter alſat ad hoc bæatum Auguſt. de doctrina Chriſtia. vide infra hæreticus. ideo PROVISO SOLERTER.

Blaſphemus [a] An ſit hæretic⁹? & dicēdum ꝙ de blaſphemis duo ſunt conſideranda. nam blaſphemi ſunt in duplici genere, quia quidam ſunt qui articulis fidei non obuiant quoquomodo, vt potè malū deo, vel beatæ virgini Mariæ imprecantes eiſdem male dicentes: ſed ingratitudine agitati oppoſitum gratiarum faciunt: & iſti dicuntur blaſphemi: & de iſtis loquitur tit. de blaſphemis, & eſt diſtinctus tit. à tit. de hæreticis. Et iſti non dicuntur hæretici: nec inquiſitores de his ſe debent intromittere: ſed tales debent relinquere iudicibus ordinarijs puniēdos. Quidam alij ſunt, qui contra fidei articulos verba ſua proferunt, & eos agitant de directo, vtpote qui in deum omnipotentē [b] infringunt dētes, dicentes deum tempus clarum, vel huiuſmodi factibilia non poſſe facere, quod eſt contra primum articulum fidei, qui dicit credere in deum omnipotentem. vel qui dicit beatam virginem Mariam matrem domini noſtri Ieſu Chriſti non eſſe pudicam, & caſtam dicendo eam meretricem, vel verba æquipollentia in effectu. ꝙ eſt contra articulum fidei, qui eſt credere filium dei conceptum de ſpiritu ſancto, natum fore de Maria virgine, & tales ſic directè articulos fidei agitantes, non ſolùm dicuntur meri blaſphemi, ſed hęreticales blaſphemi, & tales reducuntur a[d] titulum de hæreticis: & inquiſitores poſſunt cōtra tales procedere, vt infra dicetur.

Item videtur ꝙ blaſphemus in deū ſit hæreticus, quia dicitur infidelis. nam ſecundùm Tho. ſecunda ſecundæ. q. xiij. ar. i. ante medium, vbi dicitur, quòd blaſphemia pertinet ad infidelitatem, & opponitur confesſioni dei, & derogat diuinæ bonitati & honori. & ideo dicit Thom. ibi in ar. ij. circa finem, Blaſphemia prohibetur per illud, Non aſſumes nomen domini tui in vanum. nam magis aſſumit nomen dei in vanum qui aliquid falſum de deo aſſerit, quàm qui per nomen dei aliquid falſum affirmat ſecundùm eum, in ar. iij. ibidem, qui periurat, non ſentit, vt dicit, aliquod falſum de deo, ſed deum adhibet teſtem falſitati. vnde cum periurium ſit maximum peccatum ſecundùm genus ſuum, conueniens eſt quòd blaſphemia ſit peccatum maximum ad idem genus pertinens, & ipſum aggrauans ſecundùm eum ibi. Præterea ſecundùm leges anima & corpus blaſphemi perditur. Et propter blaſphemiam

miam deus prouocatur ad iram, vt mittat terræmotus, peſtilentias, & fames, vt in authen. vt non luxu. cō. na. collat. vi. Pręterea ſecundùm legem antiquam blaſphemi opprimebantur lapidibus, vt patet Numeri. [c] c. xxiiij. hinc eſt quòd tunc homines audientes blaſphemiam in deum, obturabant aures ſuas, & veſtimenta ſcindebant in ſignum doloris, vt patet actuum. c. vi. & Matthęi. ca. xxvi. Præterea Iudæi dicuntur blaſphemi, vt in c. i. & ij. & ita & Iudęi, & hęretici ſunt blaſphemi, vt dicit Thom. in iiij. diſ. xiij. ar. xvij. Vnde quia blaſphemus dicitur propriè infidelis, ſequitur ꝙ non ſtrictè, ſed largè blaſphemus dicatur hæreticus, ſicut quilibet infidelis dicitur largo modo hæreticus, vt xxiiij. q. iij. §. quia verò, in c. illi qui. Vnde blaſphemus non videtur in deum credere. & ſi hoc non ſapiat hæreſim manifeſtè, de talibus nō poterit inquiſitor ſe intromittere, cum manifeſtè non dicatur peccare contra articulos fidei niſi expreſsè, vel ꝑ ſimlitudinem actus ſic operetur, vt ſi exſtimaret deum non eſſe omnipotē tem, honorandum, & laudādū. Nam verbis, & factis deus negari dicitur, vt xſ. q. iij. exiſtimant, & c. ſe. vbi dicitur, ꝙ quotieſcunq; vincimur a vitijs aut peccatis, totiēs deum negamus.

Sed quid ſi quis eraderet imaginē dei, & beatæ virginis, & alicuius ſancti, vel deſtrueret, vel proijceret ī terram, ſeu aliquem locum vbi talis imago eſſet picta in contemptum dei, ſiue diuini nominis? dic quòd contra talem cuiuſcunque conditionis, vel præeminētiæ, vel gradus exiſteret, debet eſſe vltio dura, & ſeuera pœna, ita dicit Ange. in ſua quæſt. quæ incipit, Refulgenti deliciarum palatio, in ix. col. allegat notata. in ca. ſi canonici, de offi ordi. li. vj. & ibi gloſſ. refert Io. de Ana. in c. ſi. de maledi. in x. colum. & ibi dixit per tex. nemini licere. C. nemini liceat ſignum. vbi habetur ꝙ ſignum ſanctæ crucis non debet ſculpi vel pingi in loco, vbi poſſit pedibus conculcari: & contra faciens grauiter punitur, quia pœna mortis, vt dicit ibi glo. & per illum tex. clamat ibi Sali. contra iſtos religioſos mendicā tes, qui permittunt ſuper lapidibus ſepulcrorum ſculpi ſignum crucis. vide infra hæreticus. §. an frangens iconas, & infra Iudæus. §. an inquiſitor poſſit procedere contra Iudæos.

Sed blaſphemans facto, vt puta ſi iacitur lapis, vel immunditia in figuram domini noſtri Ieſu Chriſti, vel crucis, vel beatæ virginis, vel alicuius ſancti, qua pœna veni & puniendus? & Franciſ. Tigri. in l. non contrahit, ſuper verbo lapide iactato. ff. ad l. Iul. ma. vbi dicitur quòd ſi quis iactat lapidem in incertum, & fortuito caſu ſtatuam Cęſaris attigerit non committit crimen læſæ maieſ. quaſi a cō trariò ibi probatur ſecus eſſe ſi ſtudiosè, & non fortuitò iactat lapidem & attingit. Et ideo per illum tex. dicit quòd talis talia faciens debet grauiter puniri, quaſi ſecundùm crimen læſæ maie. & debet capite puniri. ar. l. ij. C. ad l. Iul. ma. & ad hoc allegat. c. ſi canonici, de offi. ordi. in vi. vbi in §. cœterum, habetur quòd imagines [d] ſanctorum non debent ad terrā proſterni, quia talia facere eſt actus indeuotus, imò eſt graue delictum irreuerenter tractare imagines ſanctorum, quia, vt dicit ibi glo. in ver. indeuotionis, imaginibus ſanctorum debet fie

ri

ri reuerentia duliæ, non latriæ, habẽdo reſpectũ ad illos, quorum imago habetur pro lectura idiotis, vt probant iura allegata, & refert ibi Dominicus Lapum dicere ſecundùm theologos, quòd imaginibus ſanctorum eadem debetur adoratio, quæ debetur illis quorum ſunt imagines. adde etiam text. dictæ l. non contrahit. i. Reſpon. in quantum ibi dicitur, ꝙ nõ contrahit crimen læſæ ma. quia ſtatuas Cęſaris vetuſtate corruptas reficit: nam & eodem modo poteſt dicere, quòd ille qui reficit calicem conſecratum, non peccat, licèt vẽdere non poſſit. adde etiam quòd Ange. in d. l. non contrahit, in dicto verbo, iactare lapidem, dicit ibi eſſe caſum quotidianum de illo qui proijcit lapidem in aliquem locum prohibitum, & caſu fortuito percutit tranſeuntem, ꝗa punitur ſolùm de culpa, & non de dolo, pro quo etiam allegat quod habetur in l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. vbi habetur quòd ſi volens percutere ſeruum pugno, percuſſit ſtantem prope ſeruum, non tenetur actione iniuriarum, quia nõ habuit aĩum iniuriãdi; ſi autem actus proijciendi non eſſet prohibitus, tunc non eſt in culpa, nec in dolo, de quo remittit ad notata in l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. q̃ lex declaratur ſecundùm doc. per glo. & doc. in c. vt noſtrũ, vt eccleſiaſtica beneficia. facit etiã quod no. in c. & ſi quæſtiones, de ſimonia. adde etiam quod Bar. in d. l. cum ſeruo, dicit quòd ratio illius legis eſt, quia percutiens dabat operam rei licitæ, quia licitũ eſt domino ſeruũm percutere. Sed pone quòd aliquis volebat percutere vnũ quem non licebat percutere, & percutit alium, dicit ipſe cogitabis. Ange. verò in d. l. ſi cum ſeruo. dicit nota. iſtam l. quæ vult quòd quando vnus alium percutit, non competit percuſſo actio iniuriarum, quia facit quod offendentibus mediatores rixę, quos non credebat offendere: & ſubdit Ange dubium quod Bar. indeciſum reliquit ipſemet decidit in l. reſpiciendũ §. delinquunt. ff. de pœ. vbi in fi. dicit: quòd ſi volebam Seium percutere, & Titium percuſſi: ſi dabam operam rei licitæ, non debeo puniri: ſi autem rei illicitæ, ſecus. Sed Angel. dicit quòd iſta deciſio non eſt bona per nota. in l. ſcientiam §. ſed ſi defendendi. ff. ad l. Aquil. nam ibi dabat operam rei licitæ, ſcilicet defenſioni; & tamen percutiẽs punitur. Vnde dixit ipſe quòd percutiens mediatorem rixæ non punitur iniuriarum, vel l. Cornelia. ſed pro motu iudicis ſi culpam commiſit: ſecus, ſi nullum. & ita intelligit d. l. ſi cum ſeruo. Tu conſidera quòd gl. in d. l. ſi cum ſeruo, vult quòd in caſu illius l. licèt non teneatur actione iniuriarũ, tamen tenetur l. Aquil. Et ita etiam poteſt intelligi dictum Bart. ꝙ non puniatur ratione iniuriarũ quæ requirit dolum, ex quo dabat operã rei licitæ: non tamen negat Bar. quòd non teneatur l. Aquil. in qua ſufficit qualiſcunque culpa. adde etiam prædictis contra intellectum Franciſci: Tit. in l. ſi ſenatus conſul. ff. ad l. Cornel. de ſic. Et per illã dixit ibi Ange. quòd offendens diuinam maieſtatẽ punitur. l. Cornel. Ex quo infert ad illum qui percutit imaginem dei, vel ſanctorum: vel ſcindentem imaginẽ dei ligneam, prout dicit ſe vidiſſe de facto Peruſij. Nã per illam. l. talis taliter delinquens tenetur. l. Cornel. de ſic. infert tamẽ quòd illi tali ſcindenti

ti fuit amputata manus, & meritò, quia potuiſſet etiam grauius puniri pœna mortis:quia ſi lex ibi poſita dixit imponendam pœnam capitis illis, qui illa ſacrificia offendebant; quantò magis contra offendentem maieſtatem diuinam? & per hoc allegat quandam extrauagantem Friderici imperatoris: cuius verba dicit ſe retuliſſe in l.quiſquis.C.ad l.Iul. maieſta.vbi refert quòd ipſe imperator edidit quandam conſtitutionem contra reos lęſæ maieſta.diuinæ,& imperij. quam approbauit eccleſia. & eſt apud inquiſitores hæreticorum ſub bulla papali.allegat etiam quod dicitur in c.ij.de offi.ordi. in vj. vbi in fine habetur de illis, qui in contemptū dei proſternebant in terram imagines,ſiue ſtatuas ſanctæ crucis, beatæ virginis,& aliorum ſanctorum, & vrticis,& ſpinis illas ſupponebant. Aduerte tamen quia illi non faciebant talia propriè in contemptum dei:ſed ex aggrauatione ceſſationis a diuinis,vt ibi tex.qui dicit quòd ille abuſus reprobatur. addit etiam quòd ſi quis abraderet imaginem dei,& beatæ Marię virginis, vel alicuius ſancti: vel deſtrueret, vel proijceret ī terram vel aliquem locum vbi talis imago eſſet picta in contemptum dei,ſiue diuini nominis.Nam contra talem cuiuſcūque prçeminentiæ,vel gradus exiſteret,deberet eſſe vltio dura, & ſeuera pœna. ita dicit Ange. in ix.colum. in ſua quęſtione quę incipit,Refulgēti deliciarum palatio.allegat nota.in dicto c.ſi canonici. adde etiam textū. in l.ſacrilegij pœna,in princi.ff. ad l. Iul.pecu. vbi habetur quòd ille qui frāgit,vel ſpoliat publica ſacra,ideſt eccleſias conſecratas ad vſum fidelium,debet capite puniri,quia illi tales dicuntur facto deum blaſphemare. adde etiam textum in l. nemini licere,C.nemini li.vbi habetur quòd ſignum ſanctæ crucis non debet ſculpi vel pingi in loco vbi poſſit pedibus conculcari: & contra faciens grauiter punitur quia pœna mortis, vt dicit ibi glo.& per illum tex.clamat ibi Sali.contra iſtos religioſos mendicātes, qui permittunt ſuper lapidibus ſepulchrorum ſculpi ſignum ſanctæ crucis. omnia hæc notantur per Io. de Anania in c.ſtatuimus, de male.in x.&.xj.columna.

Sed blaſphemator de iure communi punitur pœna capitis,in aut.vt nō luxurientur contra naturam.& Ang. Are.in tractatu de maled. ver. verba iniurioſa.

Sed blaſphemia directè pertinet ad contemptum dei, ſecūdùm ſanctum Thomam ſecunda ſecundę.quęſt.vij. ar.ij.& ſi enim violator canonum, & dogmatū dicitur blaſphemus,& hæreticus vt infra hęreticus,multò magis qui falſum aſſerit de deo, cuius donatione editi ſunt,& ſic dicetur hęreticus manifeſtus.

Item nota quòd idem eſt blaſphemare ſanctos,ſicut blaſphemare deū. Thomas vbi ſupra ar.i.dicens quòd ſicut deus in ſanctis ſuis laudatur, in quātū laudantur opera, quę deus in ſanctis ſuis fecit: ita etiam blaſphemia quę fuit in ſanctos, ex conſequētia in deum redundauit ſecūdùm eū. Nā ſicut qui cōmittit in conſiliarios principis,in ipsū principē videt̄ committere,q̄a pars corporis ipſius ſunt, vt in l.quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta. ſic a ſimili ſancti, cum in ipſis manifeſtentur opera dei, vt dictum eſt.

Sed

Sed nunc dicendum eſt, quando inquiſitores poſſint procedere contra blaſphemos, & quando non. Et ſupra dictum eſt, quòd inquiſitores nõ poſſunt ſe intromittere de blaſphemia, niſi talis blaſphemia ſapiat hęreſim manifeſtè, quòd hoc eſt verũ niſi contra talem blaſphemum eſſet orta ſuſpicio hæreſis, vt probat extra de hęreticis c. accuſatus. §. de quibus, li. vj. ideo PROVISO SOLERTER. Et eſt ratio, quia inquiſitoribus ſolummodo ſunt commiſſa ea, quæ tangũt hęreſim, ſeu fidem. Vnde ad alia non poſſunt extendere manus ſuas. Cum iura dicant, quòd non commiſſa nõ attententur, vt xxv. q. ij. amputato. & ſecundùm ea quę notantur in d. c. accuſatus §. de quęſtionibus, & §. ſanè. nec talia poſſent ad hęreſim trahi, vt infra dicetur de diuinatorib⁹. Et qualiter intelligatur, ꝙ in ſuſpectis de hæreſi inquiſitores poſſint cognoſcere de blaſphemia, tale ponitur exemplũ, videlicet, cum aliquis publicus blaſphemator dicit illud non eſſe peccatum, vel nihil dicit: ſed talis euitat cõſortia fidelium: nunquam audit diuina officia: nunquam eccleſiaſtica recipit ſacramenta: nec mandata eccleſię ſeruat: non ieiunat: non abſtinet ſe ab eſu carnium, prout eccleſia præcipit, vel his ſimilibus, vel ea negligit: ſeu facit contra præceptum eccleſiæ. Et certè ex his & ſimilibus oritur ſuſpitio contra talem, vt infra detegitur. Et ex hoc poterit inquiſitor procedere contra talem, vt extra de hæreticis c. excommunicamus. §. addijcimus de purga. cano. c. inter. vide de hoc infra ex quibus indicijs quis efficitur ſuſpectus, ſeu detegitur, & infra credentes, & infra an inquiſitor poſſit cognoſcere contra exiſtẽtes in peccato mortali.

Sed vlterius procedendo conſiderandum, eſt ꝙ ſi blaſphemi verba hæreticalia vomẽtes poſtquam fuerint per iudices in huiuſmodi deprenhenſi, ſi in talibus verbis hæreticalibus velint ſtare, & pertinaciter defenſare, vt hæretici ſunt habendi, & vt tales tradendi curiæ ſæculari, iuxta c. ad abolendam. §. præſenti, extra de hæreticis. ſi autem nolunt permanere, & ſtare in talibus blaſphemijs, & verbis, ſed volunt ad arbitrium inquiſitoris cum effectu tales hæreſes reuocare, & ſatisfactionem congruam exhibere, tales non ſunt vt hęretici iudicandi, iuxta dictum ca. ad abolendam. ſed ſunt ad miſericordiam admittendi.

Sed an tales blaſphemi debeãt arctari ad abiurandum hæreſes ante dictas, & ſi abiurent an abiurent tanquam pœnitentes hæretici vel tanquam ſuſpecti de hæreſi, an tanquàm vehementer, vel leuiter ſuſpecti? Et ad prædicta conſiderandum, eſt quòd ſi proceſſus meritis diligenter attentis inueniantur habuiſſe in mente eorũ quæ ſunt fidei, errorem ita, quòd aliquando crediderunt hæreſes mente quas protulerunt ore, tenentur illos errores abiurare tanquam deprahenſi in eis iuxta dic. c. ab abolendam: taliter quòd ſi relabantur, pœna relapſorum debita punientur iuxta c. accuſatus, eo. ti. li. vj. Si autem non inueniantur in hæreſi deprehenſi, ſed inueniantur pluries, & frequenter in ludo, & extra iudicium, & ad leuem turbationis motum in tales hæreſes prorupiſſe: & non conſtat clarè de mala credentia in mente, tales debent arctari ad abiurandum vt vehementer

ſuſpecti,

ſuſpecti, propter frequentiam habituatam, quæ ſuſpectos de hęreſi vehementer illos reddunt.iuxta c. accuſatus,in princi.ergo PROVISO SOLERTER. Si autem non frequenter,ſed rarò,nec longo tempore, ſed pauco, & non extra ludum, ſed in ludo tantũ: tunc eo caſu videretur, quòd tales deberẽt abiurare vt leuiter ſuſpecti, iuxta c.accuſatus. nec prodeſt quicquã quòd ad excuſandũ excuſationes in peccatis,ponitur a nõnullis, qui verba huiuſmodi hæreticalia vomentes mouentur ad proferendum ſola turbatione,& furia,& non aſſertione firma, & credentia. & ideo quòd taliter profertur, & aliter creditur tacitẽ. Nam furia, & turbatio hominis totaliter non excuſat: patet primò quia maior in mente ſequitur commotio, & turbatio ex metu mortis,& turbatione corporis proprij,quàm ex perditione vnius oboli, ſeu danarij argẽti,vel auri. Nam adorantes Mahometum idolum, ſeu dæmonẽ metu mortis,& cruciatione corporis proprij, vel famis,non excuſantur in foro interiori a peccato.vide Auguſt.de bono coniugali.& recitatur xxxij.q.iiij. ſicut ſatius eſt mori fame, quàm veſci idolothitis. nec excusãtur in foro exteriori ab idololatria,&apoſtaſia a fide,& per conſequens hæreſi, ſecundùm Ral. tit. de apoſ. ca. vij. IDEO PROVISO SOLERTER. Et an metus mortis excuſet pro fidei defenſione,& confeſsione,vide infra metus.

Sed an blaſphemus ſit infidelis, vide infra infidelis.

Sed blaſphemia eſt filia irę & filia ſuperbię.de quo vide Tho.ij.ij.q.clviij. ar.vij.

Sed tunc blaſphematur verbũ domini cum contẽnitur. xxxiij. q. v. cũ apud.vel cum Chriſti infamatur euãgelium,vt dicta q.& c.apud.

Sed blaſphemantes,exemplo apoſtoli, per excommunicationem ſatanæ debent tradi. xxiij. quæſt. iiij. qui peccat.

Sed blaſphemantes deum debent pœnis debitis ſubiacere,vt in ti.de adoratione. §.i.

Sed blaſphemantes Chriſti baptiſmum per poteſtates terrenas ſunt puniendi xxiij.q.iiij.quando.

Nota quòd blaſphemant ſpiritum ſanctum ſimoniaci, ſicut Iudæi Chriſtum.dicentes in Beelzebub &c. in ti. de ſpiritu ſancto. §.xxxij.

Nota quòd ſi quis blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, ꝙ non remittitur ei nec in hoc ſæculo,nec in futuro.Matthæi xij.& xx.v.diſt. qualis, & de pœniten.diſ.i. §. poteſt ergo, in c. importuna.

Sed blaſphematur ſpiritus ſanctus ſi aliquid proteruè agitur, aut loqui præſumitur contra canones,aut facere volentibus ſponte conſentitur: tunc dicitur blaſphemari ſpiritus ſanctus,vt xxiiij.q. iij. qui in eccleſia, & xxv.q.i.violatores.

Sed de pœnitentia imponenda, blaſphemantibus,nota.in c.ſi.de maledic.

Sed quę pœna ſit ſecundùm ius ciuile contra blaſphemantes deum, habetur in authẽ.vt non lux.contra.na. §.& qm̃.coll.ij.& de iur.canonico habetur xxij.q.i.ſi quis per capillum.de maledic.c.i.& ij.xxiij.q. v. quid ergo. de hoc etiam de pœni.diſ.iij.§. autoritas,in tex.& in glo.

Item no. ꝙ blaſphemus poteſt puniri per iudicem ſæcularem, & eccleſiaſticum,

ſiaſticum,& eſt ſingulare dictum Ab. in c. ſtatuimus, de maled. vbi dicitur blaſphemans punitur per iudicem eccleſiaſticum, & ſæcularem, & ꝙ vna pœna poſita per vnum iudicem non impedit aliam imponẽdam per aliũ, eo quòd iſtud delictum eſt mixti fori. Et an hoc ſit trahendum in alijs delictis mixti fori, vide quòd no. in c felicis, de pœnis, li. vj. in nouella. & facit quod no. Bar. in l. j. ff. vi bono. rap. Et no. quòd de iure cano. imponitur pœna perſonalis, & pecuniaria in foro iudiciali, & pœnitentiali, vt in d. c. ſtatuimus, de maled. extra. & de iure ciuili vltimum ſupplicium, in auth. vt non lux. contra natu. col. vj. & omnes pœnę poſſunt imponi, vt dicit dominus Anto. de Bu. in d. c. ſtatuimus. & hic fuit ſenſus Rai. vt patet in ſum. confeſ. eo. ti. q. xj. & habetur in ſuppl. pœna. i. §. viij. & pęna de iure canonico habetur etiam xxij. q. i. ſi quis per capillum, & xxiij. q. v. quid ergo, & de pœni. diſ. iij. §. autoritas, in textu, & glo.

ADDITIONES.

a *Quod blaſphemus dicatur hæreticus, indiſtinctè tenuiſſe videtur Matth. de afflict. in conſtitu. regni Siciliæ incipiente. Inconſutilem. ſub titu. de hæret. in glo. in verb. diuinæ maieſtatis. idem tenet cum eod. Affli. ſimpliciter trãſeundo Lud. Carer. de hæret nu. 26. verſ. Item contrahitur hæreſis per blaſphemiam. Albert in. verò de agnoſcen. aſſert catho. quæſt. 22. verſus fin. dixit, quòd inquiſitores de blaſphemia cognoſcere poſſunt, dummodo habeat in ſe hæreſim implicitam, vel explicitam, Hic melius diſtinguit, & idem in effectu concludit Vmber. locat. in iud. inquiſit. in verb. blaſphemi. Exempla etiã de quibus hic, in quibus blaſphemus hæreticus cenſendus eſt, recenſet Siman. de hæret. tit. 9. de blaſphemis. Q. M.*

Blaſphemia, Siman. in Enchiri. c. 9. inquit, eſt conuitium, & ſacrilegium contra honorẽ debitum Deo, & ſanctis eius. Alberti. de aſſertio. catho. q. 27. alias definitiones tradit. & ibi. & q. 6. ſcribit abundè de ea. Angel. in ſumma ſcribit ex Dion. de diui. nomi. & ex Ambroſio. blaſphemiam incurrere, quicunque negat aliquid de eo, quod ei non conuenit. Narratur ex Iuſtino Martyre a Nicephoro hiſ. eccleſ. lib. 4. c. 6. quòd ante domini aduentum, non auſus fuit ſatanas blaſphemare Deum, quippe quòd nondum ſuam ſciret condemnationem. Pet. V.

b *Huius loci mihi ſuſpecta lectio eſt, quia aliter hæc leguntur apud Vmbert. in hac ipſa dictione, c. 2. in Iud. inquiſito. Petr. Vendr.*

c *Dic tu Leuiti. 24. in fin. Videre etiam poteris, quæ ſcripſi in ingratitudine maledicentis Deo c. 102. iuxt. ſecundam impreſſionem. Q. M.*

d *De cultu ſacrarum imaginũ adde Concilium Triden. ſeſſ. 25. c. 2. tit. de inuoca. & cultu ſacra. imag Catech. abundè in præcepto decalogi, Non habebis Deos alien. & in orat. Dominica. c. de his quæ pet. ſunt ad fin. P. V.*

e *Deſunt hic verba Tig. P. V.*

Bona [a] hæreticorum.[b] Non ſunt ſua, ſed eccleſiæ xxiii. q. vii. quæcunq; vos, & c quemadmodum, & c. ſi de rebus. Ideo non poſſunt conqueri ꝙ ſibi auferuntur bona, cum a tempore commiſſi delicti perdiderunt in eis dominium, vt infra confiſcatio. & quòd ſecuta condemnatione perdant quòd ſuum non erat, ſi-

cut multi dicuntur amittere, quod nunquam habuerunt, vt v.q.vj. quia xxiij. q. iiij. Guiliſarius, & xxiij. diſt. quorundam, & xx.q.i. pæne xvij. diſ. concilia. xxvij q.ij. §. ex his.

Nota quòd iure fori rex non poteſt dare hæretico ſua bona quæ fuerunt confiſcata propter ſuam hæreſim, ſed tantummodo ex miſericordia poterit donare ipſi hæretico viuẽti iam declarato vigeſimam partem valoris illorum bonorũ, quæ ille hæreticus amiſit ex delicto, & illa vigeſima debet eſſe de alijs bonis, & non debet eſſe, nec extrahi de illis bonis quæ ſemel amiſit, cum hoc habet locum in crimine læſæ maie. vt fo. legũ. ti. de la guarda del rey. l. i. ergo a fortiori ĩ crimine hæreſis, cũ magi⁹ ſit diuinã, quã humanã lædere maieſtatem. vide infra pœna in margine de hoc vide infra in quadam conſtitutione Friderici, quæ incipit. Gazaros, in princ. vide infra ſalariũ §. nota ꝙ vltra, & habetur in c. vergẽtis, de hæreticis, ꝙ bona hæreticorũ publicantur nec ad eos vlterius reuertantur, niſi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hęreticorum conſortium miſereri aliquis voluerit, vt tẽporalis ſaltem pęna corripiat, quem ſpiritualis non corrigit diſciplina.

Nota quòd bona quæ deferunt in fiſcum, nemo poteſt impetrare, & cõceſſio facta ad petitionẽ alterius nõ valet: ſec⁹ ſi fieret motu proprio principis, vt l. j. C. de peti. bono. ſubla. lib. x. idem ſi princeps dicat, Non obſtã. tali. l. vt ibi Bar. impetrans autem punitur, vt in l. omnes, eo. ti. Montalu⁹, in ordi. regali, ſuper parte reſcriptũ, ſuper §. item reſcripta.

Item nota quando bona alicuius ſunt publicata propter delictum. & ſi poſt ea ille cuius bona fuerunt publicata fuerit reſtitutus quo ad famam, nunc quęritur an illa bona quæ fuerunt publicata, debeãt ſibi reſtitui co ꝙ eſt reſtitutus in famam? & dicendũ ꝙ ſi bona iſta retinet fiſcus, vel alius nomine ſuo, iſto caſu talis reſtitutus in famã debet habere bona. Sed ſi fiſcus iam fecit de his bonis mercedẽ, iſto caſu licèt ſit reſtitutus quo ad famam, nõ tamẽ quo ad bona, dictum eſt Bar. in l. i. ff. de bonis dãnatorum, & Ange. in l. ſed ſi hac lege in §. liberos ff. de in ius vo. & gl. quæ vult ſentire hoc, in l. Gallus, in §. ẽt quid ſi tãtum. ff. de libe. & poſthu. d ſimili illi⁹ gl. & ibi Bar. nam reſtitutio non tollit ius alteri quæſitum, vt ibi.

Item vtrũ habentes de bonis alicuius damnati propter crimen eius, & poſtea reſtituti per principem ad bona ſua, teneantur reſtituere, R. Ge. in c. quãuis, de reſcripi tur li. vj. ꝙ aut reſtitutio facta pręiudicat iuri quæſito tertio qui ea legitimè habuerat, & ſic non tenetur reſtituere qui ea habuit, quia non ſit integratio in tali caſu: & iſte eſt caſus dicti c. quamuis, & in iuribus allegatis in glo. ibidem. & faciunt no. per Bar. & Bal. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. aut per reſtitutionẽ principis tali factam non pręiudicatur, niſi ipſi concedenti: & ſic reintegratur ad omnia quæ amiſerat, & ſic omnia sũt ſibi reſtituenda. & ſic procedunt iura allegata pro alia parte in dicta gloſſ. ar. c. dilecti. de dona. cum ibi notatis. hoc tenet Io. de Imo. Et nota quòd iſta faciunt pro legitimato poſt mortem teſtatoris, vt non præiudicet venientibus ab inteſtato etiam ſi non

adierunt hæreditatem, quia talis legitimatio eſt quædam reſtitutio natalis l. fi. C. de nata. ſecus ſi ante mortē teſtatoris, quia præiudicat, quia nullum ius adhuc habebant. l. poſt emancipationem. ff. de liber. lega.

Nota ꝙ quando filij, vel hæredes, vel alij impetrant mercedem a principe de omnibus bonis alicuius hæretici cōdemnati, ꝙ propter illam mercedem non recuperabuntur niſi tantummodo bona extantia, & non illa quæ iam conſumpta ſunt, & gratia facta per principem non intelligitur niſi ſolummodo de bonis extātibus, & non de iam conſumptis. ita tenet Abb. in c. quia diligentia, de electione, in fin.

Sed vtrū oīs hæreticus perdat bona? & reſpondendū ꝙ aut eſt hæreticus ſtricto modo, aut largo modo. ſi ſtricto modo, perdit bona: & ſi largo modo, non perdit bona, quia ex hoc ſequeretur ꝙ multi clerici perderent bona poſt ſententiam ratione ſimoniæ, quæ prima, & præcipua hæreſis eſt. & omnia crimina in comparatione illius quaſi pro nihilo reputantur vt i. q. vltima ca. fin. verius videtur de hæreticis ſtricto modo intelligendum.

Item quibus caſibus apoſtata non perdat bona ſua, nota in c. conſtitutus, & ibi glo. & archi. & docto. de regu. iur. in vj. Bald. in l. fi. ad fi. in ver. vlti. & in ver. huius vero. C. de epiſcopis, & clericis.

Sed an ſint [e] aliqui caſus in quibus bona non auferantur a filijs propter hæreſim parentum? Et dicendum ꝙ ſunt duo caſus. Primus quando ipſi filij reuelaſſent ſponte delictū patris, vt C. ad l. Iul. maieſta. quiſquis. Idem habetur in quadam conſtitutione Friderici Imperat. quæ incipit, Commiſſi. §. cæterum, & §. neque quid. Secundus caſus eſt, quando ipſi filij eſſent catholici, ſi tanto tempore poſſediſſent quòd, ea præſcripſiſſent his concurrentibus quę habentur extra de præſcrip. c. fi. li. vj. de quo vide infra confiſcatio, & infra filij.

Sed an bona reſtituantur hæreticis reuertentibus ad fidem, vel eorū filijs? & reſpondetur quòd de iure nouo non reſtituitur eis aliquid, niſi ex miſericordia relinquatur, vt in c. vergentis, de hęreticis, & in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta. Et puto quòd iſta miſericordia poſſit haberi ab illo ad quem deuoluuntur bona per confiſcationem, vt extra de hęreticis. ca. excommunicamus, el primo, & diſtin. viij. quo iure, ſecundùm Ray. & in ſum. confeſ q. iiij.

Et quando fit gratia, & datur gratia bonorū per fiſcum illiſqui tempore gratię venerunt ad ſe reconciliandum, de quibus bonis intelligatur illa gratia, vide ĩ. gr̄a § nota ꝙ gratia.

Item notandum [f] ꝙ ſtatim ꝙ epiſcopus vel inquiſitor viderit, ꝙ veriſimiliter bona venient publicanda: faciet ipſa annotari & deſcribi, & demum ſcientes ad ea cogit indicanda, vt C. de bonis proſcripto. l. ſi qs inter. C. de iure de liberandi. l. ſcimus. §. licentiam, & C. de his qui ad eccl. confugiunt l. fi. §. ſicubi, cum ſi. adde ff. de ſeruis fugi. l. iiij.

Sed vtrum inquiſitor poſſit facere gratiam ſuper bonis hęreticorum? Et reſpondetur ꝙ ſi damnauit hæreticum eo ꝙ non redit tempore gratiæ, ꝙ tunc non poterit ſibi facere gratiam, quia iſta pœna condemnationis

nis bonorum infligitur, a iure damnatis de hęreſi,& ideo non poteſt per iudicem remitti: quia pœna deſtinata a iure non relinquitur arbitrio iudicantis, vt infra pœna, & de pœnis hæreticorum.Sed ſi ipſe qui redit tẽpore gratiæ, recipitur ad miſericordiam, poteſt iudex facere gratiam ſuper bonis, vt in c.vergentis, de hæreticis.imò hodie de neceſsitate licet epiſcopo, vel inquiſitori redeuntibus facere gratiam, & dimittere eis bona, quia ex quo ſponte redeunt tempore gratiæ,bona non ſunt eis auferenda, vt extra de hæreticis c.accuſatus,lib. vj.§.porrò,& nota.ibi per Archi.qui allegat authen.vt .um de appellatio. cogno.§.generalem, & §. ſi verò. cũ ſequẽ. Sed pone eo caſu ꝙ inquiſitor non poteſt,vel non vult facere gratiã ſuper bonis, ſed ille de cuius bonis agitur habet filios, an poterunt ipſi filij impedire ademptionem ipſorũ bonorũ? vide infra filij. §. an filij poſſint impedire confiſcationẽ bonorũ.

Sed ſi hæretici conuertantur,nunquid reſtituentur eis, vel eorum filijs bona? dicendum ꝙ non, ſed ipſo iure omnia confiſcata ſunt,vt extra, eod. vergentis,& c.cum ſm,in vj.eo.tit.niſi eis ad cor reuertentibus, & abnegãtibus hæreticorum conſortium miſereri aliquis voluerit,d.c.vergentis.vide in ſumma Baptiſtiniana. in dictione hæreticus.§.penul. vide infra confiſcatio.§.Gazaros.

Item an omnia bona hæreticorum veniant confiſcãda ratione ipſius criminis,vide ĩ.confiſcatio.

Sed an ſint ipſo iure bona hæreticorum confiſcata a tpe cõmiſsi delicti, vide ĩ.confiſcatio.§.1.& ĩ.in inſtructionib⁹ inquiſitionis,inſtructione x.

Item an bona fautorũ, credentiũ, receptatorum,defenſorum hęreticorum ſint confiſcata,ſicut bona hæreticorum,vide ĩ.confiſcatio.

Item cui veniant confiſcanda bona clericorum hęreticorum, vide infra confiſcatio.

Item an propter delicta clericorũ bona eccleſiarum vbi illi, qui deprehenduntur in hæreſi, commorantur, veniant confiſcanda, vide infra confiſcatio.

Item cui applicentur bona laicorũ eccleſiæ temporali iuriſditioni ſubiectæ, vide ĩ.confiſcatio.

Item an bona eorum qui per annũ ſteterunt in excommunicatione per contumaciam,applicentur fiſco, vide ĩ.confiſcatio.

Item an bona hæreticorum poſsint præſcribi ab eis,vel a filijs, & hæredibus ſuis, vide ĩ.confiſcatio, & infra præſcriptio, & infra filij.

Item cui applicabuntur bona laicorum hæreticorũ,vide ĩ.cõfiſcatio.

Sed bona hæreticorũ licèt ſint confiſcata a tempore commiſsi delicti, vt ſupra,non tamen occupantur per fiſcum ante declarationẽ, & ſine mandato inquiſitorum, vt infra confiſcatio,& habetur xxxiij.inſtructione inquiſitionis.

Item quãdo receptor fiſci vult vendere aliqua bona pertinentia fiſco, non poteſt vendere, nec accipere pecuniam de dictis bonis, niſi in pręſentia duorum notariorum, vt habetur xxxv. inſtructione inquiſitionis.

Nota quando bona alicuius ſunt publicata propter delictum commiſſum, an intelligantur bona quæ poſtea habuerit, vide infra confiſcatio, in §. nota.in l.ſi mandauero. Et no-

ta ꝙ bona futura, licèt non veniant in publicatione, vt infra confiſcatio; tamen auferuntur condemnato per fiſcum, tanquam ab indigno, Barto. in l. 1. in fine. C. de hæreticis, & in q. ſtatuto Ciuitatis Lucanæ, ſecundùm quoſdam, & Lau. Fauo. in l. quorum, in vj. coll. de pigno. & glo. in authen. de armis, in prin. in ver. armamento, ſed eſt gl. contraria in authen. vt cum de ap. cog. §. aliud quoque, in ver. ſi quis de prędictis, in ver. ſcriptis. vide Bart. in l. ſi quam. de his qui ſunt ſui. Item verum niſi de pręſenti non ſint bona, quia tunc etiam futura veniũt, Angel. in l. iij. §. ſi procurator. ff. ꝙ quiſq; iur. adde etiã in materia Paul. de Caſt. in conſi. xxx.

Sed bonorũ publicatio non extenditur ad bona futura, niſi dicat̃. Ab. in c. clericus, de iureiu. & in publicatione bonorũ ſolũ veniunt pñtia. Ab. in c. cum aliquibus, de re iudi.

Sed bona damnatorum deuoluuntur ad hæredes, niſi ĩ crimine læſæ maieſ. & in crimine hęreſis, no. gl. & doc. in c. in quibuſdam, de pœ. Idem in crimine ingratitudinis, & ibi tex. & ĩ falſante literas principis. vt in c. ad falſariorum, de crimine falſi. vide Bart. in l. 1. ff. de bonis damnatorum.

Item bona hęreticorum ſita in alia diœc. extra diœc. in qua deliquerunt cui veniant applicãda, vide infra confiſcatio.

Item qui mutauit domiciliũ poſt commiſſum delictum, bona taliũ cui veniãt applicanda, vide ĩ. cõfiſcatio.

Item nunquid bona hęreticorũ defunctorum qui poſt mortẽ inueniuntur cõmiſiſſe hęreſim, an poſt mortẽ eorum veniant confiſcanda, vide infra confiſcatio.

An bona caritatiua, & eleemoſinæ, quas ipſi hæretici faciunt, profint illis quò ad deum, vel quò ad pœnã releuandam, vide infra eleemoſina.

Item intra quod tempus poteſt agi cõtra hæreticos defunctos ad hoc, vt bona eorum confiſcentur, & occupentur, vide infra defunctus, & infra confiſcatio.

Item an ipſo iure a tempore commiſſi delicti perdiderunt adminiſtrationem bonorum ipſi hæretici, vide ſupra adminiſtratio.

Item an ipſo iure hęretici nõ poſſint alienare bona tpe commiſſi delicti, vide ſupra alienatio.

Item qualiter bona hæreticorum debeant diuidi, vide infra diuiſio, & infra ſalarium.

Item an bona hæreticorũ confiſcata in foro cõſcientię licitè, & ſine peccato poſſint emi, vide Io. An. de immu. ec. c. ſi. li. vj. & do. in c. q͞a plerìq;, eo. ti. vbi per Inn. vide infra fiſcus. §. an in foro conſcientiæ.

Sed bona clericorum pauperũ ſunt, vt infra clericus.

Sed bona ſequi ſolent conditionẽ perſonę damnatę, vt C. de bonis proſcri. l. aut bona.

ADDITIONES.

a *Genera bonorum dici tripartitò, nemo quidem (puto) neſcit. Rerum ſcilicet externarum, & corporis, & animi. Cic. in Rhet. ad Heren. & in li de Philoſophi. Primũ genus hic intelligit, cuius quidẽ generis bona in iure ciuili g͞naliter appellantur ea o͞ia, quorũ inter ho͞ies commertiũ eſt, ſiue ea corporalia ſiue incorporalia, ſiue mobilia, ſiue immobilia ſint. l. vxori 37 ff. de vſu. & vſufr. leg. Diuidũtur aũt in*

in naturalia, & ciuilia, & quæ ſint vtra que, & quæ bonorum appellatione contineantur, vide l. bonorum 49. & l. ſubſignatum 39. ff. de verb. ſig. & ad eas Alciatum. Naturaliter bona dicuntur, ex eo, quòd beant id eſt proſunt. ea. l. bonorū. Hæc terrena bona cur optanda, & petenda, & quis eorum finis, & vſus eſſe debeat Catechiſ. inſtruit abundè in Orat. domi. in petiti. illam. Panem noſtrum. Diu. item Aug. lib. 15. c. 4. de ciuit. Dei. de eis etiam Lactan. Inſtitu. l. 5. c. 16. Bonorum quoque quadripartita diſtinctio fit, in li. Senten. 1. diſt. 36. vt quoddam in ſe bonū ſit & cui ſit, ſed non facienti. quoddam in ſe, & facienti, ſed n n ei cui ſit, aliquod, quod in ſe & facienti, & cui ſit, eſt bonum. Eſt & aliud, quod nec in ſe bonū eſt, & facienti nocet, & damnat niſi pœniteat vt malum: valet tamē ad aliquid. Exemplis & tria priora declarantur. li. 2. præterea diſt. 26. alia tripartita diuiſio bonorum fit, ait enim ibi magiſter. ex Aug. tria eſſe genera bonorum, alia magna, vt virtutes quib⁹ rectè viuitur, alia minima, vt ſpecies quorumlibet corporum, ſine quibus rectè viui poteſt, alia media, vt animi potentiæ, ſine quibus re ctè viui non poteſt, &c. hæc magiſter. Sed vt ad ius redeamus. Bona numero multitudinis eſt nomen iuris, eſtque ſucceſſio quædam, qua ſucceditur in vniuerſum ius mortui. & huiſmodi appellatione continentur omnia iura defuncti vtilia dumtaxat, non autem rerum corpora; & qui horum bonorum poſſeſſionem accipit, iurium dumtaxat poſſeſſionem accipit, non autem corporum. l. bona §. 1. ff. de bon. poſſeſſ. Interdum hæc appellatio, Bona, ſignificat ipſa corpora, & qui hęc bona poſſidet, dicitur ipſorum bonorum poſſeſſionem habere, quæ poſſeſſio eſt facti vel iuris, de hac loquitur tit. ff. de acquiren. bon. poſſeſſ. hac Vaconi. de nou. declara. iur. ciu. li. 3. c. 107. quo libro de bonorum poſſeſſione nouis expoſitionibus loquitur vberrimè, eum præcipuè videas, & hæc ſufficiant. P. V.

b *Idem quod hic Vmbert. loc. iud. inquiſito. hoc ipſo verbo. Ioan. Calder. de hæret. c. 25. vbi tractat de confiſcatione bonorum hæretici. Ioan. Fran. Ponz. de Lamijs. nume. 76. verſic. Decimatertia, quòd bona hæreticorum. Simanc. Enchir. titu. 56. de bon. hæretic. Aegidius Boſſius, de hæret. nume. 26. verſic. dic hodie, bona hæretici, & infra in verſic. confiſcatio. in principio. Quintillianus Mandoſius.*

c *Auten. Gazaros. c. de hæret. & Manich. & c. cum ſecundùm. de hæret. lib. 6. Quint. Mand.*

d *Et ibi Bar. nu. 13. Bald. & Iaſ. nu. 25. Alex. con. 190. num. 4. verſi. quarto pro hoc. Bellame. Deciſ. 744. & ſeq. D. meus Phili. Dec. con. 515. viſis. nu. 8. Q. M.*

e *Hæc ead. Calde. de hæret. part. 1. c. 25. nu. 4. P. V.*

f *Eadem ferè verba inuenies in tract. hæ re. Cald. c. 25. poſt nu. 4. verſi. Et ſcias, quod ſtatim cum epiſcopus. vide ſupr. in ver. annotari. & quę ibi addo. Q. M.*

Adde non ſolùm caput, Item notandū. vt ait annotator reperiri apud Cald. loco præcitato, verùm etiam cap. ſed vtrum. ibi. nu. 2. & 3. ſed non totum ſcias hic referri. Exinde pro voce, Deſtinata, legas, Determinata, licèt idem videatur ſenſus. Pet. Vend.

Bonus, bona, bonum. [a] Nota, quod boni ſemp patiunt perſecutionē a malis, vt iij. q. j. nulli dub.

Sed bonum ſcienti & non facienti malum eſt, de pœ. diſt. iiij. §. finis, & diſt. ij. ſi enim.

Sed alia eſt perſecutio bonorum, & alia malorum, vt xxiij. q. iij. pro membris.xxiij.q. iiij. qui peccat, & c.nimium ſunt.

Sed an boni debeant tolerare malos, vide infra mali.

Sed an bonus zelus excuſet malũ factum in delictis? & dicendum ꝙ bonus zelus, necnon ignorantia in delictis non excuſant a peccato, quantò magis in his quæ ſunt ꝓhibita, vt patet in c. ij. de ſortil. & xxvj. q. v. ſortes, & de ſimonia: c. per tuas, el iij. & an talia excuſent, habetur in c. j. de præſumpti. & C. de iniurijs, ſi non conuitij, & C. de ſica. l. j. & l. plagi. C. de plag. per doc. ſecus autem ſi aliquid fiat quod non ſit a iure prohibitum, ſiue illicitum, vt in ſupradictis iuribus, & de accuſa. cum dilecti, & de re iudi. c. ij. vnde iſto vltimo caſu præſumitur quis in dubio habere animum faciendi id, quod non cadit in delictum, vt not. Bart. ff. de no. operis nuncia. l. non ſolùm. §. ſed vt probari, & Bald. C. de probati. l. matrem, & per Pet. de Ancha. in c. fi. in fi. de accuſatio. lib. vj. & per Anto. de But. in Clemen. fi. de reſcrip. Nam vt volunt doctores, & concludit idem An. in allegato. c. ij. de ſortilegijs, vide infra excuſari. Ideo proviso solerter.

Item bona intentio malum opus non excuſat. nam qui hac intentione mala accipit, vt benè diſpenſet, potius grauatur, quàm iuuatur, vt j. q. j. non eſt, & xiiij. q. v. forte, & xxij. q. iiij. ſi ad peccatum. ſic enim intentio mala facit bonum opus non valere. nam homicida eſt, qui ſponte occidit, quem iudex iubet occidi. xxiij. quæſt. v. cum miniſter. Ideo proviso solerter.

Sed nullus ſe dẽt iactare de bonis quæ facit ne cadat, vt vj. q. j. imitare.

Sed boni quandoque perſequuntur malos nõ cauſa nocendi, ſed proficiẽdi xxiij. q. iiij. ſi eccleſia, & c. quid crudele.

ADDITIONES.

a *Bonus, ſi referatur ad hominem, quis ſit Cicer. & in iure, ſupr. ad vocem Arbitrium adſcripſi. Bonus aliquando pro forti, & pio. Lucill. lib. 30. Caluus palatino quidam vir nobilis bonus bello. Virg. 2. Geor. Et bona bello Cornus. Bona ætas adoleſcentiam, vel iuuentutem aliquando ſignificat, Cic. de Sene. Quòd ſi ipſis voluptatibus bona ætas fruitur. Hæc Noni. Item pro non vili. Teren. in Phormi. Act. 1. Scen. 2. illã ciuem eſſe atticam bonam bonis prognatam, ideſt non vilem, ait Donatus, quia boni non viles ſunt. Vnde ſuperlatiuus gradus optimates facit, quia bonus. melior, optimus dicitur. Interdum pro apto, pro vtili, quandoq; pro ocio, & quiete, pro miti, quarum ſignificationum quædam propriè, quædam metaphoricè ſumi videntur, & nonnullæ ad res inanimatas quoque transferri, cuncta verò ferè vnica Ciceroniana definitione complecti. Bonus etiam in iure dicitur probis moribus homo, vt in l. 3. ff. de publica. accipiuntur boni ſerui publicanorum. & in l. ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilic. edict. boni ſerui præſumuntur, qui nationis ſunt non infamatæ, idem pro fideli, quod in idem recidit. l. ſcire oportet. §. vlt. ff. de tutor. & curat. vnde contra bonos mores quis facere intelligitur, qui turpe quid cõmiſerit, vel quod leges facere prohibeant. l. ſi quis inquilinos. 115. §. penult. ff. de leg. 1. & l. ſi ſtipu-*

ſi ſtipuler. 35. §. 1. ff. de verborum obligationem. Adde in l. 1. ff. de iuſt. & iur. bonos appellari virtute præditos, qui ſcilicet æqua, & licita ſequũtur, tales enim ciues efficere lex cupit, vt ibid. ait Vlpianus. Non prætermittam bonum virum ſic a Cicer. libr. 1. offi. definitum, vt ſit qui proſit quibus poſſit, noceat nemini, niſi laceſſitus iniuria. Hanc caudam, vel exceptionem, Firmian. inſtitu. lib. 6. c. 18. copioſè reprehendit, quòd his duobus verbis duas virtutes maximas, bono & ſapienti viro innocentiam, patientiamque detraxerit. Inde bonæ fidei dicitur, qui promiſſa ſeruat. l. ex empto. ff. de actio. empti. l. cum venderem. ff. locati. l. 2. in fin ff. de admin. rer. ad Ciui. pert. & bona fide plerũque fieri dicitur, quod ſine fraude, dolo, ſed ſimpliciter, & ſincerè fit, ſicut ibidem ſcribit Cicer. & l. 68. ff. de contrahenda emptione. item in l. 3. in fine. ff. pro ſoc. Bona fide poſſidere dicitur, qui rem alienam ignorat. l. 3. ff. ad l. Fla. de plagia. l. 22. §. petitum ff de pe. hæ. Itẽ bonæ fidei emptor l. 109. ff. de verb. ſig. item bonæ fidei actiones, in quibus dandis addebatur ex bona fide, Cic. in Topi. & off. 1°. vide inſt. de act. §. in bonæ Bud. in annot. ad Pandect. Auguſtino bonus eſt ille, qui & quando poteſt mala facere non facit, in titu. pſal. 93. Bonum præterea dicitur, quod omnia appetant etiam cognitione carentia, qꝫ vt intelligatur, & quomodo ius eſt quoddam bonum, vt ait Paulus in l. ius. ff. de inſt. & iu. vide Vacon. lib. 1. c. 1. de nou. decl. iur ciu. item c. 42. 43. cum ſeque. ſic largiſſimè ſumit. Appetibilia verò tria, honeſtum, vtile, iucundum vnumquodque eorum dicitur bonum, quod bipartitur, quoddam enim per ſe expetendum, quoddam ꝑꝑ aliud, ſiue ſecũdariò, quo ſecũdo modo, & pro vtili capitur. in l. 1. ff. ſol. ma. & l. 1. ff. de vſuc. vide in Vacon. affluenter. Scias demum bonum in iure, dici, quod vitioſam non habeat naturã ſiue ſubſtantiam pro re ſubiecta, alioqui non eſſet bonum, veluti frumẽtum bonũ, vinum bonum, & cæt. huiuſmodi. l. vbi. §. 1. ff. de verb. ob. l. cum quid. ff. ſi cer. pe. Quomodo accipiendum bonum & æquũ in definitione iuris l. 1. ff. de iuſt. & iu. & q̃uo vtrumque per ſe, vide Bud. ad Pandect. Bonum item pro idoneo, & facili l. 26. ff. mand. Bonum, inquit. D. Ieronimus lib. 1. aduerſ. Iouini. ſol. 482. eſt illud naturaliter, quod comparationem non habet mali, quod prælatione alterius non obumbratur, eius prætextu diabolus nos decipit, idem in vita Malchi ſol. 400. De ſummo bonorum & malorum fine, teſte Cic. de fin. lib. 5. ſex fuere ſententiæ, quibuſdam enim fuit ſummum bonum vacuitas doloris, quibuſdam voluptas, alijs honeſtas, at non ſola, alijs ſcientia, alijs animi tranquilitas, alijs prima naturæ de quibus ẽt Lactan. inſt. li. 3. & D. Amb. in of. 2. c. 1. 2. 3. diſſerit. vbi c. 2. ſcriptura autem, inquit diuina vitã beatam in cognitione poſuit diuinitatis, & fructu bonę operationis, item c. 1. ſcribit, vitã beatã in honeſtate poſitam minimè dubitamus, quam ſcriptura appellat vitã æternã. idem probat D. Auguſt. lib. 19. c. 4. de ciui. dei. quam quidem in remunerationẽ bene operantium vſq; in finem, & in Deo ſperantiũ, & tanquã gratiam filijs Dei ꝑ Chriſtũ Ieſum miſericorditer promiſſam proponendam eſſe ſtatuit ſanct. Sino. Tri. ſeſſ. 6. c. xi & xvi. can. 25. & 26. vitam verò æternam non magis perpetuitatem, vitę, cui ẽt dæmones ſceleratiq; homines addicti ſunt, q̃ in perpetuitate beatitudinemq; beatorũ deſiderium expleat, ſignificari credas, de qua vide latè Catechiſ. in Symb. art. Vitam æternam. P. V.

Brachium ſęculare.[a] Poteſt inuocari per inquiſitores pro expeditione negocij hæreſis fauore fidei. & poſſunt inquiſitores compeſcere contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, vt in c. vt officium. §. penulti. li. vj. & ibi per doct. Et iſta poteſtas fuit conceſſa inquiſitoribus per quaſdam literas apoſtolicas: & ita poſſunt compellere contradictores, vt dictum eſt, appellatione remota, non obſtantibus priuilegijs conceſsis quibuſcũque perſonis, vel religioſis, vel ordinibus, vel ſpecialiter, vel generaliter ſub quacũque forma verborum conceſsis, vel in poſterum concedendis. & poſſunt ſic compellere, vt veniãt teſtes vltra duas dietas: licèt in alijs criminibus non poſſit iudex cõpellere vltra duas dietas venire, vt extra de reſcrip. nõnulli. vbi cauetur nè q̃s per literas apoſtolicas poſsit trahi vltra duas dietas extra ſuã diœ. vt extra c. vt officium, de hæreticis, lib. vj.

Sed an delegatus poſsit pro defenſione iuriſditionis ſuæ ſicut ordinarius implorare, ſeu inuocare brachiũ ſœculare in auxilium? Archi. tenuit ꝙ non, xxiij. q. v. adminiſtratores, de hæreticis, vt officium, li. vj. not. in c. de cauſis, de offi. dele. faciunt no. in c. i. de offi. ordi. & in l. epiſcopale. C. de epiſco. audi. Inno. & docto. de offi. dele. ſignificaſti. tenẽt quòd ſic, adde ad materiam quod no. glo. & ibi docto. in c. fi. de deci. vbi videtur quòd hoc non poſsit, niſi ſpecialiter committatur: vel niſi eſſet tanta rebellio quòd per cenſurã eccleſiæ non poſsit prouideri, de quo eſt quædã extraua. Bonifacij Octaui. Item adde quod no. laude. in cle. i. de of. dele. & ibi domi. Cardi. Florenti. in iiij. q. & quod no. Inno. in c. cum ſatis, de offi. archi.

Qui ſint tradendi brachio ſœculari, vide infra hæreticus, & infra relapſus. & habetur in quadam extrauagante Alexandri papæ, quæ incipit. Nouerit vniuerſitas.

Sed an qui ſunt tradendi brachio ſęculari, debeant moneri, vt cõfiteantur errores ſuos, vide infra monitio.

Sed qua de cauſa brachium ſęculare poſsit inuocari per eccleſiam? & dicendum ꝙ ſicut inter iudices ſœculares obſeruatur, ꝙ vbi vires vnius non ſufficiunt, ꝙ ille poſsit implorare auxiliũ alterius, vt poſsit exequi iuſtitiã ſuæ iuriſditionis, de hoc habetur tex. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cle. & q̃a iudices ſęculares inuocãt in ſubſidium auxilium eccleſiæ vbi ꝑ ſe nõ poſſunt ſuos ſubditos domare, vt no. Inno. in c. licèt ex ſuſcepto, de foro compe. Et ex hoc poterit ſumi limitatio ad omnia iura, quæ dicũt quòd iudex eccleſiaſticus debet recurrere ad auxilium iudicis ſœcularis, quando opus eſt, vt xcvj. diſ. cum ad verum. xxiij. q. v. principes, & de offi. ordi. c. i. & econtra iudex, vel poteſtas ſœcularis recurrit ad eccleſiaſticum iudicem. nã vna pars per aliam iuuatur x. diſ. c. q̃m. ad quod etiam faciũt nota. per Inn. in d. c. licèt epiſcopus, de foro compe. & in d. c. i. de offi. ordi. & per illa iura intelliges notata ꝑ Bar. in l. vnica in prin. ff. ſi quis iuſdi. non obtempe. vbi dicit quod etiam inter ſœculares iudices poteſt vnus implorare auxilium alterius potentioris. C. de his qui latro. occul. l. ij. omnia iſta debẽt intelligi modo prædicto. & per eundem modum limitabis etiam notata per Vincentium,

&

& Ioan. Andr. in c. per venerabilem. § rationibus, qui fi. ſunt legit. de hoc vide infra quando committitur aliqua cauſa vni epiſcopo, & ſunt duo electi.

Sed an diuinatores & ſortilegi ſint tradendi brachio ſæculari, vide infra diuinatores, & infra de ſortilegijs, & infra miſericordia.

Item an & quando dæmones inuocantes tradantur brachio ſæculari, vide infra dæmon. §. his ſuppoſitis, ver. ſi autem.

Sed an brachium ſæculare poſſit inuocari tam per delegatum, quàm per ordinarium, no. Inno. de of. dele. ſignificaſti. Inno. & Io. An. de offi. ordi. c. i. vbi plenè, de ſtatu regula c. i. li. vj. de hæreticis, eo. li. c. vt officium, & ibi vide.

Sed an clerici qui ſunt tradẽdi brachio ſæculari, ſint prius degradandi ſuis ordinibus, vide infra clericus, & infra degradari, & in extrauagante Alexandri papæ, quę incipit, Vniuerſitas, & in c. ad abolendam, extra de hæreticis. §. i.

Item an omnis degradatus tradatur brachio ſæculari, vide in dicto c. ad abolendam, & infra quando clericus veniat degradandus, & tradendus brachio ſęculari.

A D D I T I O N E S.

a *Per Guindiſal. in tract. hæret. q. xi. num. 17. & per me ſuper 2. forma. commiſ. in verb. Auxiliumque brachij ſæcularis.* Q. M.

Adde Calder. de hæret. c. 37. nu. 1. Panormit. in c. 1. de off. ordin. & poſt eum Albertin. de aſſer. cath. q. 25. nume. 43. vſque ad 50. plenè

Brachium quid ſit notiſſimum eſt, cum ſit membrum corporis, acceptum propriè aliquando totum membrum cum manu. Virg. lib. 5. Aeneid. euinctis attollit brachia palmis, aliquando ſine manibus. Lactan. de opifi. dei c. x. in eis fortitudinem, & robur ingens ineſſe ſcribit. item Cæl. de re medica, libro. 8. cap. 1. Translatè verò ſumitur quandoque brachium pro maris, & montium flexibus ſinuoſis. Ouid. 1. metamor. Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat amphitrite. Transfertur & hic ad auxilium, & poteſtatem ſæculi, quibus nominibus vtitur expreſsè canonica ſæpe ſcriptura. c. 1 de off. ord. c. excommunicamus. §. moneantur. de hæret. c. principes. 23. q. 5. & alibi. quemadmodum enim brachio corpus tuetur a noxis, ita & ſæculi poteſtas, quæ defenſioni eccleſiæ debet aſſiſtere c. principes. 23. q. 5. arceat ab eccleſiæ corpore, & conterat qui intra eccleſiam poſiti contra fidem, & diſciplinam agunt, vel dicas vt corpus duobus conſtat brachijs, ſic mundus duabus quibus velut brachijs regitur, poteſtatibus conſtare, ſacerdotali videlicet, & Regali c. duo ſunt. 96. diſt. an, & inde brachium hoc auxilium appellatum quòd ſoleat manus militaris inuocari ſæpe, & manum pro brachio ſumitur totum ſcilicet pro parte. vt expreſſis verbis hẽtur, in l. qui reſtituere 68. ff. de rei vendi. & l. penul. ff. ne vis fiat ei. Sæculare adiectum eſt ad eccleſiaſticæ, & ſacerdotalis poteſtatis differentiam, ſæculare verò dictum, à ſæcularibus, ideſt temporalibus, quibus ſæculi poteſtas denominatur, bonis. Sæculum enim accipitur pro tempore. quandoque indefinitè. Virgil. Aeneid. 6. Auguſtus Cæſar Diuum genus, aurea condet ſæcula idem. 1. Aſpera tum poſitis miteſcent ſæcula bellis.

bellis. Cicer. in Parad. Etiam ipſe fortaſſis huius ſeculi errore verſor. deffinitè non nunquàm pro vnius hominis ætate. Feſtus interpretatur ſpacium centum annorum, vnde carmen Horatij ſæculare dicitur, quo deſcribūtur ſacrificia, quæ centeſimo quoque anno fiebant, quidam ampliori, quidam breuiori ſpacio concludunt ait Seruius Æneid. 8. in carmen illud. Sed mihi tarda gelu ſeclisque effœta ſenectus. vnde ſæcularia negocia prohibentur clericis, extra ne cler. vel mona. 21. q. 3. diuinis enim rebus, & ſpiritualibus occupari debent c. mollitijs, & c. ſequ ead. q. & 88. diſtin per totum. P. V.

Cadaueri [a] An debeat fieri iniuria. & circa hoc eſt notādum, quòd ſi contra viuentem eſſet accuſatio inſtituta, & anteaquam ſententia feratur, mortuus extitiſſet, quòd tunc non eſſet in eius corpus aliqua iuſtitiæ executio facienda, per textum notabilē, in l. defuncto. ff. de publi. iudi. ex quo manifeſtè conuincuntur errare aſſeſſores, ſeu iudices maleficiorum qui in defunctos faciunt executionem pœnæ capitalis: & hoc tenet Ange. in dicta l. defuncto. & facit ad idem per Cy. in l. ii. C. qui teſta. face. poſ. Caueant igitur ab hoc iudices: aliàs tēpore ſindicatus conueniri poſſent, tāquàm inferentes iniuriam cadaueri, vt in l. i. §. quotiens. ff. de iniurijs. dicit tamen Ioã. Imo. in d. l. defuncto, quòd quandoque de facto præſertim in grauibus delictis, & vbi eſſet talis conſuetudo, tolerāda eſſet in odium, & deteſtationem criminis, & propter facti memoriam. ar. eius, quod habetur xv. q. i. mulier. vbi etiam animal irrationale punitur propter facti memoriam. & ar. eius quod habetur in c. cum ad monaſterium, de ſta. regu. vbi monachus qui in morte non reſignauit pecuniam, quam tenebat tanquàm propriam ſine conſenſu abbatis, iubetur ſepeliri extra cœmeterium cum ipſa pecunia in ſterquilinio, in ſignum perditionis, vide infra defunctus, in §. ſupra dictum eſt, & infra executio, in §. qualiter autem.

ADDITIONES.

a *Quid fieri poſſit in Cadauer hæretici Vmbert. in iudic. inquiſit. in verb cadauera hæreticorum. & Siman. de hæ. tit. 62. de mortuis, & quòd regulariter in cadauer procedatur. quando damnanda eſt memoria, non obſtante etiam appellatione, iam interpoſita, voluerunt Ang. in tract. malef. in verb. præſente Caio, & appellante. verſ. quod ſi reus moriatur. & Aegid. Boſſ. tit. de execu. ſent. num.* 18. *Quint. Mand.*

Adde quòd cadauer eſt corpus mortui hominis inſepultum ex l. i ff. de cadaueri puni. Serui. in Aenei. Virg, libro. 8. ad carmen illud. Cœlo oſtendunt, pedibusque informe cadauer protrahitur. A cadendo dictum vt idem ait, in Aeneid. 5. ad ver. hic multum fleti &c. & D Aug. de ciuit. dei. lib. 20. c. 10 Seruius in 6. Aeneid. in carmen. Haud mora feſtināt &c. Pontificibus nefas fuiſſe cadauer videre ſcribit. Hoc eis non interdictum ait fuiſſe Dion li. 54. niſi cum luſtrum conderet. cadauer item tangere, & comitari Romanis prohibitum fuit. Dion lib 55. Vetabatur, & lege veteris teſtamenti mortuorum exequijs intereſſe ſacerdotem. Leuit. 21. & quid allegoricè per id nobis præfiguraretur aperit cle. Alex. ſtroma. 4 ſo. 144. nunc autem luceſcente veritate

te

te euanuit vmbra, nam nec funus, nec cadauer, nec ſepulcrum polluit, ſed aduerſus Deum impietas, & iniquitas, iniuria proximi. imo reliquiæ mortuorum non vitandæ, & pro ijs orandum, clem. de conſti. ap. lib. 6. c. 27. & 30. verum perſequi funus tempore iuriſcõſulti calliſtrati videtur licuiſſe. l. 3. ff. de in ius voc. item Vlp. l. 2. Ex lege xij. tabularum non licuit cadauera cremare Romanis. Cic. de legib 2. at quando, & cur cæperint vide Plin hiſt. nat. lib. 7. c. 54. cur mos erat ablui aqua calida, & cur conclamari per interualla, cur item ſeruabantur diebus ſeptem. Seruius. ex eod. Plin. in lib. 6. Aeneid. in carm. Intexunt latem &c. quòd videlicet ſolet plerumque vitalis ſpiritus excluſus putari, & homines fallere. vnd. Plin. eod lib. 7. c. 53. multos retulit reuixiſſe. Cadauera punitorum non aliter ſepelliuntur, quàm ſi petitum fuerit, & permiſſum, nonnunquam non permittitur, maximè maieſtatis cauſa damnatorum l. 1. ff. eo. Transfertur & ad alia, vt cadauerosa facies, Teren. in Hecyra. Petr. Vendr.

Calumnia.

[a] An ſi accuſans aliquem de hæreſi ſuccumbat eo ipſo quòd nõ probat, & conuincatur propter hoc de calumnia, ſicut in alijs criminibus? Et circa hoc Abbas in c. cum dilectus, de calum. & idem tenet Bar. in l. i. ad Turpilianum, & in l. athletas. §. præuaricator. ff. de his qui notan. infa. ibi eſt glo. ſingularis quibus iuribus probatur, quòd talis non probãs cõuincitur de calumnia. Tamen excipiuntur iſti caſus, quòd licèt non probet, non videtur calumniari. Primò quando quis accuſat ex neceſſitate officij, vt in tutore, vt l. ii. C. qui accuſare non poſ. Secundò quando ex neceſſitate hoc facit, vt quia hæres, eo quòd tenetur vindicare necem defuncti, vt l. cum fratrem. C. de his qui. vt indig. Tertiò ratione immenſi doloris, vt quando maritus accuſat vxorem de adulterio, vt l. quamuis. C. de adul. Quartò propter immenſitatem delicti, vt quando quis accuſat de falſa moneta. nam vt facilius reperiatur accuſator, ius non vult vt deficiens incontinenti præſumatur calumniari, vt l. i. C. de fal. mone. Item fallit ſecũdùm Bar. ratione infamię, vt ſi accuſatus erat infamatus de delicto, vt in l. miles. ff. de adulter. Item ſi audiuit illum criminoſum a fide dignis, ſecus ſi a vilibus. facit c. inquiſitionis, de ſenten. excom. Item ſi teſtes decipiunt accuſatorem, quia promiſerunt teſtificari, & defecerunt. & eſt glo. ij. q. iij. Paulum. Item fallit ſi ſemiplenè accuſator probauit ſecundùm Vincen. & Io. An. in c. cum dilecti, de electi. & ſpe. in ti. de accuſatio. ad fi. in his ergo & ſimilibus caſibus, licèt qs deficiat in probando: non præſumitur ſtatim calumniare. ſed iudex ex officio ſuo debet inquirere, vtrum fuerit calumnians. & ſi inuenerit euidenter calumniam, puniet calumniatorem etiam in iſtis caſibus, vt in pręal. l. i. ad Turpilianum, & no. glo. in præallegato c. §. præuaricator. vide infra defunctus, & infra denunciatio.

ADDITIONES.

a *Calumniantium tres ſunt ſpecies, quidam enim propriè dicitur calũniator qui ſcienter, & dolosè falſa crimina proponit Alter præuaricator, qui vera crimina diſſimulat. Tertius verò tergiuerſator,*

tor, qui in vniuerſum ab accuſatione recedit. ad not. in l. 1. in prin. in verb. calumniatori ff. ad Turpil. Calumniantis pæna eſt ſimilitudo ſupplicij. gl. in l. 1. §. 1. C. de aduoc. diuer. iud. pro hac opinione affirmatiua quòd dicatur calumnioſus, & ſuccumbat eo ipſo quòd non probauit crimen, quod intendebat. facit tex. in d. l. 1. §. 1. C. de aduoc. diuer. iud. & voluit. Paul. Girlan. de relaxa. carcera. titu. de calumniato. in ver. quæro an eo ipſo, quòd quis non probauit crimen. & poſtea ſubijcit perſonas exceptas de quibus hic, & alias, quas ibi inuenies, De præuaricatoribus, calumniatoribus, & tergiuerſatoribus, illorumque pœnis, videre poteris apud Aegid. Boſſ. hoc tit. in ſua pra. crim. Quintil. Mand.

Adde, Calumnia eſt nomen generale quod omnem ingenij malitiam complectitur eſt autem inquit Nonius malitioſa & mendax infamatio. Rurſum ait eſt calliditas, M. Tull. de repu. 2. vt Carneadi reſpondentis, qui ſæpe optimas cauſas ingenij calumnia ludificari ſolet. Hæc Non. Propriè verò contrahitur ad fraudes reorum tam actorum, quàm defenſorum, & tam in publicis, quàm priuatis iudicijs. Hinc calumniæ iuramentum, quod litigatores antequam iudicium acciperent, interferebant. Vnde Paulus li. ſent. 1. c. 5. Calumnioſus eſt, ait, qui ſciens, prudensque per fraudem negociū alicui comparat. inde calumniator dicitur in re priuata, qui petit indebitum. l. pen. ff. ne quis eum in. Et per calumniam petere qui alterius vexandi cauſa non iure petit. l. 29. §. vlt ff. de l. b. cau. l. 40. ff. de pet. hæred. l. 3. §. 1. ff. vt in poſſ. legat. Hinc illa antiqua calumniæ actio, quam meminit Imperat. Inſt. de pœn. tem. litig. quæ in partem litis decimam mulctabat actores, & ſententia pronuntiata aduerſus damnatum victori dabatur. Exempla calumniæ ſunt quædam apud Cic. de offi. 1. Demoſt. con. Eubuli. ea eſt, inquit calumniatoris natura, in crimen vocare omnia, probare verò nihil, idem in 1. con. Ariſtop. ait delatorem viperinam habere naturam, & antequam mordeat puniendum. Quæ pœnæ pro illa antiqua ſucceſſerint in ciuilibus cauſis, & in criminalibus ex delicto priuato, vide Inſt. de pœn. temerè litigant. in publicis verò iudicijs. ff. & C. ad Senat. conſ. Turpil. & de calumni. ff. Calumnioſum quinque modis puniri inquit glo. in l. 1. §. 1. ff. eod. adde in eum canonica decreta. 5. q. 6. Clem. de conſtit. apoſt. lib. 2. c. 41. P. Vend.

Canonizatus. [a] Superius dictū eſt, an liceat adorare aliquod corp⁹ hominis, qui homo nondum erat canonizatus, & an tales ſic facientes deprehendātur in hęreſi propter talem adorationē? & proſequendo materiam, vt ſupra, adoratio, dicendum quòd tales non deprehenduntur propter tale errare in fide, licèt poſſint deprehendi in facto. & de hoc nihil ad inquiſitionem, vt in c. accuſatus §. ſane, de hære. in vj. Innoc. & Hoſt. extra de reli. & ve. ſan. in c. j. in fi. vbi dicitur, ꝙ liceat vnicuique in ſecretum adorare defunctum, quem reputat eſſe bonum, & eſſe ſaluum pro eo quòd fundat preces pro eo ad deum, vt ibi patet in commentis eorum. Sed tamen ſi iſti tales publicè, & palam adorant non canonizatum, & cum venerantur, malè faciunt, & tales ab huiuſmodi veneratione abſtineant, donec canonizetur, & ab eccleſia approbetur. quòd nota pro fratre Didaco de Alcala, qui venerabatur ante canonizationem eius. Et

Et ſi tales moniti non abſtineant ab illa publica veneratione, debent per ſuum epiſcopum penitus coerceri, quia faciunt quod eſt prohibitum fieri publicè, vt xj.q.iij. ſi quis hominē, extra de reliquijs ſanctorum c.j. & ij. Nec quis excuſaretur propterea eo ꝙ dixiſſet vidiſſe tale corpus feciſſe miracula, vt accidit etiam in regno Aragonum de principe domino Carolo. Nam aliquando miracula, vel quæ aſſimilantur miraculis, fiunt dæmonis poteſtate, qui conatur & quotidie ſatagit populum decipere, vt xxvi. q.i. c.pe.in fi. & circa hanc materiam, vide quod no. Io. An. extra de reliquijs, & venera. ſancto. c.i. li.vi. in glo. quæ incipit, ſolus.

Sed iſtæ leges ſunt canonizatæ in decretis l. ſciant C. de probati. quæ habetur ij.q.viij. ſciant. Item l. aut facta .ff. de pœnis: habetur de pœ. diſ. ij. c.fi. aut facta. Itē l. ſi quis. C. ad l. Iul. maieſ. & habetur in decre. vj.q.j. & incipit, ſi quis cum militibus. Item aut. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſi. & habetur in decre. xvj. q.iii. quas actiones.

ADDITIONES.

a *Vide de hoc etiam ſacroſ. Conc. Trident. ſeſſ. 25. c. ij. de inuoca. &c. circa fin. Petr. Vendr.*

Captura [a] Pro crimine fieri nō poteſt, niſi prius ſummatim conſtet iudici de crimine cōmiſſo, vel de ſuſpitione, ſecūdùm Bal. in l. ꝙ euitandi, in fi. C. de condi. ob. tur. cauſam.

Item an conuentus, ſeu citatus ſuper crimine poſſit capi, & facere incarcerari per iudicem? & reſpondetur ꝙ regulariter conuentus ſuper crimine poteſt capi perſonaliter, & incarcerari præſertim quando delictum eſt maximum: ſicut eſt in crimine hæreſis & apoſtaſiæ, & in crimine læſæ maieſt. de qua materia latè per Bar. in l. fi. ff. ad l. Iul. repetund. & in l. i. ff. de cuſtodi. reorum vide infra citatio realis.

Sed an laicus poſſit capere clericum, vide infra laicus.

Sed nota quòd in crimine hæreſis tam epiſcopus, quàm inquiſitor vnus ſine alio in crimine hæreſis deprehenſos poteſt capere, & tutę cuſtodię mācipare, vt de hæreticis, in clemē. multorum.

Sed capi poteſt, & detineri ſuſpectus de falſitate, donec fuerit reperta veritas. de quo in c. memoriam. xix. diſ. Ab. in c. ii. de cri. fal.

Sed quę forma debeat teneri circa capturam? Et dicendum quòd de more ſeruatur iſta practica, quòd in informatione præhabita per iudicē de maleficio, & malefactore, ſine alia citatione verbali pręcedente mittūt iudices ad capiendum reum: ſi crimē ſit enorme, quale eſt iſtud, quod committitur in diuinam eſſentiam, & permittitur iſta captura, nè fugam arripiat conſcius de crimine. ita dicit Salicetus in l. ii. C. de exhibendis, & introducen. reis. quòd debet probari ꝑ illum textum, pręſertim iuncta gloſ. Et quę informatio ſit ſufficiens ad capturam, vide infra informatio.

Item nota quòd poteſt capi fugiēs ſi inuenitur in fragranti delicto etiā ſine mandato iudicis, vt in l. i. C. de rapto. vir. & l. ſi quis in ſeruitute. ff. de fur.

Item poteſt capi debitor quando eſt

eſt fugiens, vt l. ait prętor. §. ſi debitorem, & quod ibi notatur. ff. de his qui in frau. credito. vide infra citatio.

Sed an ſi captus ad pœnam, vel ad periculum mortis relaxetur iuramẽto ſuo de redeundo ad carcerẽ certa die, an teneatur fidem, vel iuramentum adimplere? & reſpõdetur per gl. ſingularem in Cle. paſtoralis, de reiu di. ſuper verbo, violentiam, quòd ſi mors erat iniurioſa, ideſt iniuſta. ꝙ non teneatur redire: aliàs tenetur ſeruare fidem, vel iuramentum, quòd fecit, ſcilicet ſi eſt iuſta pœna, vel mors & non contra ius. quòd nota.

Sed nunc videndum eſt an epiſcopus in ſua diœceſi pro certis criminibus poſſit laicos capere, & corporaliter coercere? & reſpondetur quòd ſic, vt eſt tex. cum glo. xxvi. q. v. cõtra idolorum, & xvii. q. iiii. attendendum & de adulte. c. ii. de hoc vide infra epiſcopus, & ſupra arma.

Sed qualiter ſe debet habere alguazirius quando aliquis, hæreticus ſe defendit ſuper captura? & dicendum quòd inuadi poteſt cum armis per miniſtros iuſtitiæ. & ſi in illa defenſione talis hæreticus occidatur, cum ſit illicita, nullam pœnam incurrent occiſores, vt probat textus optimus in l. ſi ſeruus C. de his qui ad eccle. cõfugi. non enim permittitur iuſtè inuaſo ſe defendere iuxta no. per Bart. in l. vt vim, ff. de iuſti. & iur. quòd ſine pœna poſſit occidi, qui ſe defendit, tex. eſt in l. non quemadmodum, in § magiſtratus. ff. ad l. Aquil.

Item no. nunquid ſi poſtquàm alguazirius portat captum ad executionem, & exeunt aliqui homines armati ad capiendum ipſum, quem alguazirius portat ad executionem iuſtitiæ, an ipſe alguazirius, vel ſui miniſtri poſſint talem reum interficere timore aliorum. Et dicendum quòd non; aliàs ſi aliquis ipſorum ita interficiat, puniretur pœna capitis. dictũ eſt Bar. in l. ſi quis in laqueum. ff. de acquiren. rerum dominio. etiam eſt dictum Bal. in l. additos, C. de appel. & Bal. in l. addictos, C. de epiſcop. audien. & hoc verum niſi habeat ſpeciale mandatum a iudice, vt in dicta. l. addictos.

Sed doctor capi non poteſt perſonaliter Bar. in l. medicos. C. de profeſ. & medi. li. x.

Nota qualiter alguazirius, vel executor debent portare ſecum mandatum iudicis, vel ſuperioris quando ipſe alguazirius de mandato iudicis vult aliquem capere, vel facere executionem in bonis alicuius. aliàs ſi non habet mandatum pro captura, & ſecum non portat tempore capturę, vel executionis, non poteſt capere criminoſum. & ex iuſta cauſa ſe poſſet ab eo defendere. hoc no. gl. in c. ex literis, de of. dele. melius tamen habetur in c. cum in iure, eo. tit. vbi traditur quòd ſi aliquis eſt datus delegatus ab aliquo, & poſtea ipſe delegatus excommunicat aliquem, & poſtea excommunicatus dicat, quòd non erat delegatus: tunc ſi ſibi nõ oſtenditur qualiter habet mandatum, non tenet excommunicatio, nec valet. & nota bene iſtum textum quia in corpore iuris non inuenies ſimilẽ.

Item an hæreticus confugiens ad eccleſiã, [b] vt non capiatur ab alguazirio, gaudeat immunitate eccleſiæ taliter, vt nõ poſſit per alguazirium capi, & extrahi ab eccleſia? Et dicendum quòd hæreticus nõ gaudet immuni-

munitate eccleſiæ, & vbicunque poteſt capi ad incarcerandum, pro quo eſt glo. in authen. de mand. princi. §. nunc autem, collat. iii. facit ad idem tex. in l. i. C. de his qui ad eccl. confu.

Sed ſuperius dictum eſt, quòd alguazirius, vel officialis executor debet ſecum portare mandatum. Item ſciendum quòd debet portare ſignũ, per quod cognoſcatur, ſicut virgam, vel baculum, aliàs de facto poteſt ei reſiſti, quia propter tale ſignum cognoſcitur, quòd ſit officialis public⁹ ad illud ar. l. Item apud Labeonẽ, in §. ſi quis virginis. ff. de iniuri. & Bar. in l. prohibitum, ff. de iure fiſc.

ADDITIONES.

a *Ad capturam requiritur qualisqualis informatio, & qualequale indicium, Salice. in l. nullus C. de exhi. reis Bald. in l. quod euitandi. ad fin. C. de cond. ob tur. cauſ. Feli. in c. cum non ab homine col. 2. de iudi. & in c. accedens. 2. §. quoniam frequenter. verſ. tu nota col. penul. vt li. non conteſta. & communiter Doct. de ſententia excommuni. in c. ſi Clericos. lib 6. Ange. in praxi. crimi. in verb. fama publica col. 2. Vmbert. in Iudic. inquiſ in ver. captus. Egidius Boſſius. ti. de captu. Foller. prac. crim. in 1. par. 2. par. rub. Notatus capiat de perſona. Arnal. Albert. de hæret. quæſt. 32. num. 22. Quintil. Mandoſius.*

Adde, quòd captura eſt, nomen notæ ſignificationis, appprehenſionis appellatione proca vtitur iureconſultus in l. 2. ff. de ſer. fugit. in l. Diuus 6. in l vl. ff. de cuſ. & exh b. re & in l. ſi quis. ff. de fur. vbi & . mprehendendi verbo. & in l. penu. de ſerff. fugit. vtitur. aliquando retentionis, in l ſacrilegi. 9. §. cum eo. ff. ad l. Iul. pecula. licèt verbum in his locis legatur non nomen. in captis ab hoſtibus multus eſt vſus huius nominis, & verbi ff. & C. de cap. & poſtli. reu. & alibi ſparſim in iure. In rebus etiam auſſerendis, vel detinendis, & occupandis vſurpant ſæpenumero iureconſulti l. a Diuo pio. ff. de re iud. & alibi in iure paſſim. Virgil. in detentione perſonæ vſus eſt, capiendi vocabulo Æneid. lib. 2. Certant que illudere capto. Item M. Tull. in Verr. de ſupplicijs, nauem quãdam piratarum præda refertam non cęperunt. Var. Melea. Quid hic venator nõ cępit, De multiplici huius verbi capio, & ab eo deriuatorum ſignificatione, lege Nonium. in iure verò, in l. capere. ff. de verb. ſignifi. Alciat. Sciendum eſt in ciuilibus iure communi non deueniri ad capturam perſonę, niſi excuſſione primò facta bonorum, gl. in l. 3. §. tutor. ff. de ſuſp. tut. in criminalibus autem ſecus, A captura vel potius apprehenſione perſonæ inchoari quibus caſibus poſſit, vide Phili. Franc. in c. Romana. §. contrahentes. de for compe. lib. 6. Alber. ad c. ij. extra de pigno. Maran in praxi. tit. de citat. Lanfran. de recuſ. num. 3. & 6. in c. quoniam contra. de probat. Ad comprehenſionem verò reorum hęreſeos quando & quibus obſeruatis procedendum ſit, vide Ioan. Cald. de hęret. c. x. & Siman. in Enchir. c. 25. P. V.

b *In eccleſia quis capi non permittitur, l. 1. & fi. & vtrobique Doct. C. de his qui ad eccleſ. confu. §. neque autem, & ibi glo. in aut. de mand. prin. c. inter alia. de immunit. eccleſ. Paris de Put. in tract. ſindica. in ver captura. ver. an valeat captura facta in eccleſia. Marian. Socin. in tract citat. in 17. artic. princ. Aegid. Boſſius tit de cap. nu. 21. Foller. in prax crimi. in verb. nota. capiat de perſona nu. 6. ver. an in quolibet loco permittatur captura.*

ptura. quicquid dicat Aegid. vbi ſupra, nu. 32. quòd quantuncunque grauia quis commiſerit ſit ſecurus in eccleſia, niſi in caſibus de quib. in c. inter allc. tit. de immuni. eccleſi. & conſequenter vult quòd in crimine læſæ maieſtatis fugiens ad eccleſiam tutus ſit. In crimine hæreſis concludẽdum eſt cum hoc, vt non gaudeat im munitate eccleſiæ qui extra eccleſiã eſt. Et quòd propter atrox delictum, quis in eccleſia capi poſſit, adduco textum ſacræ paginæ, Si quis per induſtriã occiderit pro ximũ ſuum & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur. pro quibus etiã Cynus. & Bar. in alleg. l. 2. C. de his qui ad eccle. conf. vide etiam infra in verbo Confugiens. Quint. Mand.

Caracteres [a] facientes, & qui eis vtuntur, an iſta ſapiant hæreſim, vide infra de ſapientibus hæreſim, & de pœna incantatorum, & vtentium arte magica, & infra hęretic⁹. §. an intendẽs augurijs.

ADDITIONES.

a *Caracter interpretatur Latinè, ſignũ, nota, figura. nè fallaris ambiguitate vocabuli, ſumitur hic pro notis artis Magicæ, quas caracteres vocant, ait D. Augu. de doct. Chriſtia. lib. 2. & 26. q. 2. illud. & ſic in malam partẽ. Verum caracter, quem ſacramentum Baptiſmi, Confirmationis, Ordinisque ſacri imprimit, eſt veluti inſigne quoddam animę impreſſum, quod deleri nunquam poteſt, eique perpetuò inhæret. Catechiſ. ex Augu. tit. de ſacra. c. ex ijs igitur. T. V.*

Carcer Ad quid fuit inuentus? & dicendum quòd regulariter carcer fuit inuentus ad cuſtodiã, [a] & non ad pœnam vt. ff. de cuſt. reo. l. i. & ff. de leg. i. l. aut damnum §. ſolet. ff. de pęn. l. incredibiles, cum ſi. quandoq; tamen ad pœnam [b] fit carceratio. nam poteſt inquiſitor deputare reum duro carceri, vel detrudere in arctum monaſterium in perpetuum, vel ad tempus, in pœnam, & afflictionem ſui corporis, & in deteſtationem ſui criminis. Et talis carceratio perpetua vel ad tempus non erit propriè pęna hæretici, quia pœna hęretici alia eſt determinata a iure, vt ĩ. de pœnis hære. ſed talis carceratio erit quædã purgatio, i. pœna pñialis, vt patet ĩ. de pœnis pñialibus. Nam incarceratio, & detruſio monaſterij fiunt, vt per hoc detruſus, & incarceratus pœniteant de commiſſis, & ibi appareat, an ambulent in luce, vel in tenebris & oſtendantur ſigna pœnitentiæ, & verę correctionis in eis: & an ſit ficta correctio, vel pœnitentia: & nè ipſum pecus morboſum inter homines exiſtẽs inficeret alias oues. Et ita ſunt intelligenda iura extra de hæreticis. c. pe. §. ſi quis crimen, & eo. ti. vt commiſſi, li. vj. vbi de hoc Arch. & de pœnis, quamuis, li. vj. Et ita patet in tex. quòd ex his duabus cauſis inuentus fuit carcer: & ita inquiſitor poteſt incarcerare ex cauſa cuſtodię & ex cauſa pœnæ ſiue pœnitentiæ, vt extra de hæreticis c. i. in clem.

Item quæ ſit differentia inter carcerem, qui ſit ad cuſtodiam, vel ad pęnam? & eſt hæc, quòd in inquiſitione epiſcopus ſine inquiſitore, & inquiſitor ſine epiſcopo poſſunt incarcerare ad cuſtodiam, & econuerſo. Sed ad carcerem pœnalẽ, ſeu pœnitentiæ nõ põt inquiſitor ſine epiſcopo: nec eps ſine inquiſitore, vt in d. cle. j. de hær e

Sed

Sed nunc ſciendum quis poſſit incarcerari, & dicendum quòd accuſatus de crimine debet incarcerari, & detrudi in carcerẽ. idem ſi veniat torquendus. idẽ ſi non poteſt dare fideiuſſores. hoc eſt regulariter in omnibus criminibus ſed fallit in muliere, vt C. de cuſ. reo. l. i. & in aut. ibi poſita & ibi Bal. ſed in crimine hæreſis. ſiue ſit vir ſiue mulier, poteſt incarcerari ab inquiſitore, vt inf. a dicet §. ſeq. & no. quòd accuſator in alijs criminibus debet cuſtodiri ſicut & accuſatus. Cy. & gl. in l. fi. C. de accuſatio. i prin. ſed in crimine hæreſis non incarceratur, vt ſupra accuſatio.

Quot modis, & quibus ex cauſis poſſit inquiſitor incarcerare inquiſitos, vel ſuſpectos de hæreſi, & iam ſupra dictũ eſt quòd pôt [c] incarcerare ad cuſtodiam, vel ad pœnam ſicut opus fuerit. & primo caſu poteſt incarcerare ad cuſtodiam quando inquiſitus præſentatur, & non eſt vehementer ſuſpectus, & non inuenit fideiuſſores. nam tũc pôt eum incarcerare ad cuſtodiam. Item quando de cauſa deteſtabili ſunt probationes iam factæ contra inquiſitum: vel ipſe iam eſt cõfeſſus crimen, ita quòd veniet puniendus, & non fideiuſſoribus permittendus. Item ſi fortè inquiſitor non eſt bene inſtructus qua pœna talis inquiſitus veniat puniendus, & ꝑ hoc vult quòd ex vinculis cauſam dicat, & cuſtodiatur in carcere, donec in primo caſu det fideiuſſores, ſcilicet quando eſt leuiter ſuſpectus, vel in ſecundo caſu declaret qua pœna ſit puniendus: vel an fortè veniat abſoluendus, quibus omnibus ſupradictis caſibus interim detineri, & incarcerari poteſt. vt ff. de cu. reo. l. i. & l. ſi conſenſum, & l. diuus. & talis carcer erit ad cuſtodiam, & non ad pœnam.

Quę forma ſit tenenda per inquiſitores cum hęreticis incarceratis, quãdo dicunt quòd volunt cõfiteri ſuos errores, vide infra in inſtructionibus inquiſitionis, in xi. inſtructione.

Item quotuplex ſit carcer. & dicendum quòd quadruplex. Primus eſt ꝑpetuæ pęnæ, & huiuſmodi carceratio eſt meri imperij, quia illa pœna æquiparatur morti, vt no. Inno. de accuſa. qualiter, el ij. Secundus carcer eſt modicę coercitionis: vt cum iudex facit poni nuncios in cipis, & iſte carcer non eſt meri imperij, ſed carcer iuriſditionis, quia fortè nuncius contempſit iuriſditionem iudicis. Terti9 carcer eſt cuſtodiæ, & eiuſdẽ ſpeciei cui9 eſt cauſa principalis ſm Guil. & Bal. in l. imperiũ. ff. de iuriſdi. om. iudi. Vnde ſi cauſa ſit pecuniaria, eſt iuriſditionis. & ſi ſit criminalis, eſt meri imperij. Quartus carcer eſt domeſticus, qui nõ eſt licitus niſi in caſibus expreſſis a iure, vt ff. de offi. præſi. l. diu9. [d] & iſte carcer nõ eſt ſub aliqua ſpecie iuriſditionis, quia competit priuato, vt voluit Bald. in d. l. imperium ex quibus cõcludi poteſt, quòd ille qui licitè poteſt incarcerare quoquomodo ſit, ex prædictis colligitur quòd poterit conſtituere carcerem, & per contrarium, qui nõ poteſt carcerare, non poterit conſtituere carceres. & de hac materia multiplicis carceris, vide Bald. in aut. ſi captiui. C. de epiſ. & clericis. [e]

Sed nunc notandum quòd in ciuilibus cauſis nemo eſt de domo ſua trahendus ad carcerem, vt l. nemo de domo, ff. de regu. iuris, & l. plerique. ff. de in ius vo. ſed hoc non procedit

in criminali iuxta glo.dictæ.l.nemo.

An delegatus ab epo, vel capitulo ſede vacante, aut ab inquiſitore poſſit perſonalem capturam facere,& incarcerare? & videtur quod non, quia delegatus non poteſt citare perſonaliter,vt voluit glo.in l.conſentaneũ. C.quo.& quando iu.ſed glo.in l.ij.ff. de iu.om.iu. dicit ꝙ delegatus principis hoc poteſt facere,ſecus autem in delegato inferioris a principe, q̄ hoc non pōt ante li.conteſ.ſed bene carcerare pōt li.conteſ. ſed Bar. ibi in l.plerique,tenet delegatũ inferioris a principe nequaquam facere poſſe per tex. in aut.de teſti.§.ſi verò ignoti.vbi delegatus nō poteſt coercere teſtes. nec eos torquere.nec obſtat ſecundùm illum tex. in aut. de exhi. re.§. ſi verò etiam,vbi dicitur quòd delegatus nō posſit aliquid facere, quia lis non eſt conteſ.quaſi innuat ꝙ litē conteſtare poſſet, quia non vult hoc dicere ſed debet intelligi,ꝙ ſi lis eſſet conteſ.poſſet p eũ deueniri ad ſententiam ēt ab ſente reo: & ſic poſſet aliquid facere p quæ videretur ꝙ cũ delegati prædicti de quibus in quæſtione propoſita, ſint inferiores a principe, & non poſſent huiuſmodi capturam,& incarcerationem facere: contrarium tamen poteſt dici eſſe verum, & pro hoc induco tex. expreſſum in d.Cle.i. §. i. de hæreti. vbi apertè hoc probatur, hoc etiam probari poteſt,quia iſta ratione qua iſtud venit in generali delegatione facta per principem,vt patet in præcedētibus.ſ. quòd princeps poteſt hęc committere quæ ſunt meri imperij: & videtur commiſiſſe tanquam ſine quibus illuſoria videretur iuriſditio delegati:& videtur idem dicendum in dictis inferioribus de iure cano. ſm ea quæ ſunt meri imperij, quia ſunt delegabilia,vt de offi.ordi. qđ ſede.& de rap.i archiep.cũ ſi.& ex dicta Cle.i.probatur quòd ille qui habet iuriſdictionē in crimine poteſt carcerare, & carcerem creare pro cuſtodiendis criminoſis.& pro veritate huiuſmodi nota qualiter quadruplex eſt carcer, vt dictum eſt ſupra in §. quotuplex ſit carcer.

Nunc videndum eſt de forma quæ debet teneri circa incarcerandos,qui ſunt ſuſpecti de hæreſi.& primò talis cōtra quem inquiritur,debet citari, & ſi venerit, & confiteatur ea de quibus cōtra eũ inquiritur ante accuſationem,& antequā vinculetur,poteſt cũ eo vti aliqua miſericordia. ſ. vt ſi det fideiuſſores,ꝙ non incarceretur. ſed hoc intelligendũ qñ verè confitetur de ſe, & de alijs cũ quibus crimen commiſſit:aliàs ſecus IDEO PROVISO SOLERTER & hoc ēt qñ crimen nō eſt graue. Itē pōt inquiſit' poni in cōpedibus vt in d.Cle.i.de hær.& in c.vt inquiſitionis,in vj.eo.ti.per Ancha.& eſt ſpeciale in cauſa hęreſis.ſ.ꝙ iudex eccleſiaſticus posſit incarcerare laicũ,vt in c.vt commisſi,de hære.in vj. & in Cle.i.eo.ti.ſm Domi.de of.ord. cũ eps,l.vj.de quo vide s̄. captura. & no.ſm Pe.Anch.in d.c. vt officiũ, de hære.ꝙ ſi confeſſus eſt hęreſim,debet teneri in vinculis, & catenis,quando eſt graue illud crimē, de quo agitur. vt in l.ſi confeſſus.ff.de decuri. & circa hoc facit text. in l. verum eſt. de verb.ſign. & hoc no. Bart. in l.i.ff. de cuſ.& exhi.re.

No.ꝙ incarceratus accuſatus de crimine debet comparere in iudicio coram iudice vinculatus, vt in l.i. ff. an per aliũ cauſa appellationis. hoc

Abbas

Ab. in c. veniens, de accuſationibus.

Itē nota quòd carcerato mortuó in carcere pſumitur [f] dolus carcerātis, niſi probet cōtrariū. de hoc eſt gl. in l. cū ita ff. de leg. ij. in §. ſpecies. [g]

Item no. circa formam incarcerationis ꝙ mulieres quę incarcerantur non debent poni in eodē carcere cū maſculis, ſed ſeparatæ ab eis in alio carcere, quia periculoſa eſt ſexuum commixtio, vt in l. quoniā, & in aut. nouo iure. C. de cuſto. reo. & in aut. vt nul. iudi. §. ſi verò, coll. ix. quòd debet ſeruari non ſolùm quò ad carcerem deputatum ad cuſtodiam, ſed etiam in carcerē deputato ad pœnā, iuxta formam c. penult. de hæreticis. & c. quamuis, de pœnis, libro vj. ita tenet glo. in dicto c. quamuis.

Sed nunc videndū eſt qualiter carcer debeat cuſtodiri: & notandum ꝙ quilibet carcer vel murus hæreticorum debet eſſe communis epiſcopo, & inquiſitori, & debet habere duos cuſtodes, vnum quem epiſcopus velit, & ei prouidebit: & alium quem velit inquiſitor, & ei prouidebit: & vterque ipſorum poteſt habere ſub ſe vnū fidelem miniſtrum: & ipſius carceris erunt duæ claues diuerſæ, quarum vnus cuſtodum vnam, & alius aliam tenebit: & poterit officium miniſtrādi carceris committere ſuo miniſtro. Et tenentur prædicti cuſtodes antequam exequantur officium cuſtodię carceris, coram eis a quibus aſſignātur, iurare tactis ſanctis euangelijs ꝙ in illa cuſtodia carceris omnem diligentiam, quam poterunt, adhibebunt: & quòd alicui incarceratorum nihil loquetur vnus niſi alio audiente: & quòd ipſis carceratis fideliter offerent prouiſiones, quas ipſi recipiunt, pro eis ex ordinatione communi quòd a parentibus vel alijs perſonis offeretur eiſdem: niſi epiſcopi, vel inquiſitoris, vel ſuorum commiſſariorum ordinatio refragetur. Et eodem modo iurabunt prædicti cuſtodum miniſtri, & coram eiſdem, vt dicta Clemen. multorum, extra eo. Et no. quòd electus, & deputatus ad cuſtodiam carceris, non poteſt alteri ſubdelegare. Abb. in d. Cle. multorū, de hæreticis, & ibi Io. An.

Item nota quòd ſæpe contingit epiſcopos proprios habere carceres ſibi, & dictis inquiſitoribus non communes, & ideo diſtrictè pręcipitur, vt cuſtodes ad incarceratorum pro dicto crimine cuſtodiā per epiſcopos, vel ſede vacante, per capitulum deputandi, & eorum miniſtri, coram dictis inquiſitoribus, vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimiliter iuramentum, vt habetur in dicta Cle. multorum, de hæreticis.

Sed condemnati ad perpetuū carcerem: vel aliud genus mortis inſolitum, vel prohibitum non dicuntur ſerui pœnæ. & ideo poſſunt teſtari. [h] Ange. in l. quis mihi bona. §. ſi fiſci. ff. de acqui. hæredi. ſed non ſunt capaces relictorum: niſi ſint eis facta pro alimentis. Bar. in l. iij. in fin. ff. de his quæ pro non ſcrip. habēn. [i]

Item nota an condemnatus ad pꝑpetuos carceres factus hæres, ſi poſtea liberetur, an ſuccedat? & Bal. in l. i. paulò pòſt prin. C. de his qui ad liber. perue. non poſſunt, & no. ꝙ in l. interdicit, de condi. & demon. ꝙ ſic.

Viſo de carcere qui datur pro cuſtodia, nunc videndum eſt an, & quādo deprehenſus in hæreſi, poſſit per inquiſitorem vel epiſcopum detrudi

in perpetuum carcerem ad agēdam pœnitentiam condignam. Et dicendum ꝙ quando quis fuit lapſus in hęreſim & vult ad eccleſiam redire, & non eſt datum ei tempus gratiæ, ꝙ ille poſtquam confitetur errorem, ſi ſponte, & incontinenti confitetur ꝙ talis abiurabit illum errorem, vt ſupra abiuratio, & poſtea dabitur ei carcer perpetuus ad pœnam & pœnitentiam peragēdam, vel ad tempus, quod relinquitur arbitrio inquiſitoris: & confiſcantur eius bona a tempore commiſſi delicti, de quo infra confiſcatio, & infra pęna. IDEO PROVISO SOLERTER. & ꝙ ita poſſit inqſitor, vel eps̄ talem perpetuò carcerare, habetur extra eo. excōicamus, el ij. §. ſi qui. vbi dicitur ꝙ ſi poſtquam fuerint deprehenſi, redire voluerint, ad agendam pœnitentiam condignā in ꝑpetuo carcere detrudātur: & idē habetur in quadam extrauagāte Alexandri quæ incipit, Nouerit vniuerſitas. & no. ꝙ qui vult redire ad eccleſiam, habet tempus vſque ad ſententiam diffinitiuam cum carcere perpetuo, vt in inſtructione inquiſitionis, inſtructione xj, & vide infra redeuntes, & infra miſericordia.

Item no. ꝙ carceratio perpetui carceris eſt nulla, ſi non datur iunctim ꝑ inquiſitorem, & epm̄: niſi in hoc vn⁹ alteri vices ſuas committat, qđ poterit, vt in dicta Clemen. multorum.

Item no. quòd loco carceris perpetui poteſt dari per īquiſitorē, & epm̄ ipſi hæretico detruſio monaſterij ad perpetuā pœnitētiā peragendā, vt in c. ad abolendā extra. de hær. §. illos, & c. pe. §. ſi quis autem. vel hodie dicendum, vt in c. ſuper, eo. ti. libro. vj.

Sed an inquiſitor poſſit incarcerare aliquem perpetuò carceri ſine epo̅, vel econuerſo, vide ⁊. de his quę non poteſt facere epiſcopus ſine inquiſitore, & inquiſitor ſine epiſcopo, in litera epiſcopus, & infra inquiſitor.

Sed poſito caſu[i] quòd incarceratus ad cuſtodiam, vel ad pœnam fregit carcerem, vel aufugit a carcere: vel conſpirauit, & attentauit fugere a carcere, ita quòd per eum non ſtetit, quominus fugeret, nunquid talis tāquam confeſſus crimen propter fugā debeat puniri? Et dicendum quòd debet teneri illa forma quę in alijs criminibus[k] ſolet teneri cum fugientibus a carcere, ſcilicet quòd frangens carcerem puniatur pœna capitis, ſi poſtea capiatur: nam talis conſpirās, vel attentans fugere habetur pro conuicto de illo crimine, pro quo erat incarceratus, vt. ff. de cuſt. reo. l. eos. & in authen. de colla. §. prohibemus. & multò fortius dici poteſt quòd captus pro crimine hæreſis, & incarceratus fugiens, vel attētans fugere carcerem pro conuicto habeatur, & tanquam hæreticus damnetur.

Sed de eo verò qui erat detruſus in carcerem perpetuum ad pœnam, vel pęnitentiā peragendā, ſi confugit, vel tentauit fugere carcerē, ita quòd non ſtetit per eum, dicendum eſt ꝙ talis poſſit pro hæretico damnari. Nā deficiens in purgatione ſibi indicta dānatur pro hæretico, vt extra de præſump. c. literas, & de purg. cano. inter ſolicitudines, in fine. Nec eſt mirum ꝙ talis condemnetur ſicut deficiēs in purgatione. Nam propter talem fugam confeſſio, ſeu conuerſio illius incarcerati præſumitur ficta, & materia veteris erroris recondita, & ex poſt facto oſtenditur ſibi veterem errorem placuiſſe:

placuiſſe. Nam exitus carceris probat illum errorẽ, vt de pęni. diſ.ij. ſi quis ſemel. xxij. quæſt. ij. qđ ait, & xxxiiij. q. i. cum per bellicam, de quo vide infra de confeſ. & poſtea retractante cõfeſſionem.

Sed circa ſupradicta poſſet opponi, videlicet iquiſitor impoſuit ſemel pœnam, ſeu pœnitentiam, & ſic functus eſt officio ſuo, qualiter ergo poterit iterum talem propter fugam cõdemnare contra iura l. iudex ff. de re iudi. & de offi. delega. in literis, maximè cum inquiſitor dicatur eſſe iudex delegatus, vt de hæreticis c. per hoc, li. vj. & poſt ſententiam vltra annum non videtur extendi iuriſditio delegati, vt de offi. delega. c. quærenti. & reſponderi poteſt quòd non obſtante hac oppoſitione inquiſitor poterit talem fugientem a carcere iterum cõdemnare duplici ratione: Prima quia ex iſto nouo facto, & ex iſta noua fuga oritur noua, & violenta præſumptio hęreſis contra talem fugientem, per iura pręmiſſa. ex qua violẽta pręſumptione orta ex iſto nouo facto recidit iterum in poteſtatem, & iuriſditionem inquiſitoris: Et ex tali fuga poteſt ab eodem inquiſitore iteratò damnari, vt infra ex quibus indicijs. & infra de modo procedend'. Secunda ratio eſt, eo quòd illa iura ſupra allegata, ſcilicet quòd poſtquam iudex tulit ſententiam, non poteſt ſe amplius intromittere, cum functus ſit officio ſuo, loquuntur vbi ſentẽtia diffinitiua eſſet lata per inquiſitorem vel alium iudicem. Sed in cauſa propoſitæ quæſtionis pœnalis, pœnæ impoſitio non eſt ſententia diffinitiua, ſed interlocutoria, vt infra dicetur de formis ſententiarum. Et cum dicitur de lapſu anni, quòd ex ſpirat iuriſditio delegati, intelligitur in diffinitiua, & in executione primæ ſententiæ. imò in caſu noſtro propter nouum factum, & nouum proceſſum, & propter nouam fugam grauiorem pœnã infliget quàm primam illi ſic fugienti, vt ex prædictis patet.

Sed carcerari facit fiſcus ſuos debitores. Bal. in l. i. C. de hære. ac. ven.

Et ſic ſi quis[l] iniũctas ſibi pęnitentias violauit, vel aufugit a carcere, ad quem fuerat condemnatus propter crimen hæreſis, contra talem poterit inquiſitor tanquam contra impœnitentem iterum procedere, & non eſt functus officio ſuo propter impoſitionem primi carceris, quem talis fregit, & vel a quo[m] tentare refugit, in alijs pœnitentijs onerare eo ꝙ nõ eſt ſententiam contra eos ferre ſed pęnitentiam eis iniungere, & eſt pęnitẽtię ſalutaris iniunctio, & non ſententiæ iudiciariæ pronunciatio, vt extra de hær. in c. excõmunicamꝰ. quaſi durat & ꝑpetuatur iuriſditio ĩ tali inqſitore. qđ patet in c. commiſſi, eo. ti. l. vj.

Item not. ꝙ non ſolùm poſſunt inquiſitores iterũ procedere contra tales fugientes a carcere ad eos puniendũ, imò largo mõ pñt ẽt poſt ſententiam pœnã mutare in iſtis perpetuò carceratis, minuẽdo, vel augendo qñ eis viſum fuerit, ſm ꝙ ipſi incarcerati adimplent illã pœn. ſiue pœnã ſibi iniũctã propter ſuos errores. Et tales quı fugiũt, vel attẽtãt fugere a carcere, ſi legittimè nõ probant ad ſe excuſandũ de tali fuga, ſunt tales vt hæretici impenitentes condemnandi. Nã præſumitur ficta conuerſio, & ſimulata, & materia veteris erroris recondita. ad hoc de pœn. diſ. ij. c. i. Nã exi-

tus acta probant.xxij.q.ij. quod ait, & præcedentia perſequentia comprobantur: oſtendunt igitur errorem veterem placuiſſe.ar.xxxiiij. q. i.c. i. & his concor. Archi.c.vt commiſſi. §. etiam illorum,& verbo, obedientes. & Guido Fulconis in illis.xv.quęſtionibus quas fecit ad inquiſitores de hac materia. An inquiſitores poſſint mutare, vel alterare pœnam ipſis hæreticis,vide infra pœna.

Item an inquiſitores poſſint mutare carcerem in pecuniam, vide infra pœnitentia,& ȷ̃.pœna, & ȷ̃. rediens.

Item an poſſint commutare pœnam mortis in carcerẽ,vide ȷ̃. pęna.

Sed an clericus detentus in carcere hoſtili quantocunque longo tempore poſſit priuari eccleſia ſua.gloſ.dicit quòd non,in c. cum per bellicam. xxxiiij.q.j.

Sed an laicus poſſit carcerare clericum,vide infra laicus.

Sed carcerari non poteſt doctor pro debito.glo. fin. in l.medicos, in ver.exhiberi.C.de profeſ.& medi.l.x. & Bar.in tractatu carceris.ij.q.

Sed quæritur vtrũ ĩquiſitor depræhenſum in hæreſi abiuratũ, & abſolutum,& carceri perpetuo condemnatum an ſuper pœnam carceris teneatur ei iniungere inſuper aliã ſalutarẽ pœnitentiã?& dicendum ꝙ ſic, vt patet in c.vt officium,circa prin.de hæret.l.vj.vbi ſic dicitur, Si verò aliquis ex prædictis hæreticis labe primitus abiurata redire voluerit ad eccleſiæ vnitatem,iuxta formam eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eidem, quod iniungi talibus conſueuit.Conſueuit, declaratur per glo. quòd conſueuit iniungi eis ꝙ cruces deferant ante,& retro,& ꝙ ſtẽt in valuis eccleſiarum in certis diebus dominicis, & feſtiuis, & crucient pane anguſtiæ,& aqua doloris.

Sed an inquiſitor poſſit falſum teſtem incarcerare perpetuò propter ſui falſitatem, vel etiam delatorem, vide ȷ̃. falſus teſtis. & de forma ſententiæ,quæ contra tales profertur.

Item an inquiſitor poſſit incarcerare epiſcopum ſuſpectum de hæreſi? & dicendũ ꝙ licèt inquiſitor non poſſit cognoſcere contra epiſcopos,tñ ſi tales ſint ſuſpecti de fuga, ꝙ eos pñt incarcerare & mittere eos ita incarceratos ad papã,vt in §.audiẽt, in aut. de defen. ci. coll. iij. ad quod faciunt nót.per Bar. in l. magiſtratus, ff.de iu: iſ.omnium iudi. de hoc vide infra epiſcopus.

No.ꝙ incarceratus ad cuſtodiam propter aliqđ crimen, debet per iudicẽ condemnari, vel relaxari a carcere intra vnũ menſem poſtquã fuit captus,& incarceratus. de hoc tex. fin. in l.fi.C.de cuſ.re.& gl.in c.quãuis de pœnis li.vj. hæc regula tamẽ fallit in crimine hæreſis, propter fidei fauorem:nam poteſt detineri quouſque ſe purget de crimine, vel ſ̃m ꝙ ĩquiſitorib⁹ viſũ fuerit expedire, vel expectarẽ teſtes, ſi aliqui veniãt ꝯ incarceratũ.

Itẽ ex qb⁹ expẽſis ꝓuidebitur ipſis carceratis de neceſſarijs dũ ſunt ĩ carcere vide ȷ̃.de expẽ.& ibi vide p quos ei ꝓuidebitur de expẽ. & neceſſarijs.

ADDITIONES.

a *Carcer ad cuſtodiendos homines nõ ad puniendos inuentus, Bal.in tract.de carcere. l. incredibile. C. de pœn. Boſſ. in pra. crimi.tit.de carcere in prin. Vmber.Iud. inquiſi. in eod.ver.Carcer.in prin.Foller. pract.*

pract.crim.2.par.2.partis.in ver.vel car ceretur,poſt nu.1.Siman.de hære.tit.58. in prin. Q. M.

b *Cic.in Catilinam,act.4.inquit, vincula ſempiterna ad ſingularem pœnam nefarij ſceleris eſſe inuenta.c. excommunicamus.2.de hær.c.pen.de apoſt. Vmb. & Siman.vbi ſupra. Q. M.*

Item Cic.in Catilina.3. ait eſſe carcerem, quem vindicem nefariorum,ac manifeſtorum ſcelerum maiores noſtri eſſe voluerunt. Anto. enim regnante Romæ carcer ædificatur ad terrorē increſcentis audaciæ, ſcribit.Tit.Liu.li.1. Deca.1. Verùm multis ante ſæculis carcer ad cuſtodiam fuit in vſu. Pharaonē namq; legitur Gene.c.39. in carcerem Ioſeph conieciſſe cuſtodiēdū Carcer,inquit Seruius, eſt vndecunque prohibemur exire, ibi rei criminis detinentur l.aut damnum.§.ſolent.ff.de pœn. P. V.

c *Hæc ipſa Cald.de hæret.c.x.nu.2.vſq; ad §.ſed nunc. P. V.*

d *Adde.C.de emenda.ſeruo.& de emenda.propin.ac.gl.vlt.in l.1.de priua. carcer. Pet. Vend.*

e *Angelus de maleſ. in ver. fama publica. Bart.Caſſen.in conſuet.Burgun. titu. des iuſtices. rubr.1.nu.99.Petr.Foller.in prac.crim.2.par.2. partis.in ver.vel car cerentur. poſt nu.10. Bal.in l.imperium in 1.lect.ff.de iuriſdi.om.iud. vbi diſtinguit quatuor ſpecies carceris, Iac. de S. Georg.in ſua inueſtitura,in verb. cum mero & mixto imperio.col.1.& ſeq. ſequitur Aegidius Boſſ.in tract.crim. titu.de carcere.nu.27. Q. M.*

f *Præſumuntur enim facti crudeles, & feroces, ex hominum facinoroſorum,quos cuſtodiunt,familiaritate,autore Philone Iudeo de vita viri ciui.ſiue Ioſeph. quē vide copioſè diſſerentem. P. V.*

g *Et eſt tex.clarus in l fin.ff.de cuſt.& exhib. re. qui loquitur de carcerato ſe ipſum occidēte,vel ſe præcipitante, de quo etiam Bald.in d.§.ſpecies,Alex.conſil. 156. lib.2.Corn.conſi.128.col.1.& 2. conſi.136.lib.1. Aliter autem obſeruatū fuiſſe Mediolani in caſu, qui occurrit refert Aegid.Boſ. in ſuo tract.crim. tit.de carc,nu.8. Q. M.*

h *Idem Bald.in l. 1.C.de ſacroſ.eccle. Abb. in c.tuæ.de pœn. Bertran.c.194. li. 1.Siman.Enchi.tit.58.ad fin. Q. M.*

i *Ad verbum propè,hæc ipſa ad §.vſq; ſed carcerari,leguntur in tract. Cald.de hæret.c.x.nu.3. Pet. Vend.*

k *In criminibus fuga an faciat inditium vel probet delictum magna eſt inter ſcriben altercatio,quantū ad rem noſtram at tinet contra auffugientē à carceribus poſt accuſationem proceditur tanquā contra confeſſum de crimine,iux.text.in l.eos.in fi.hic citatum.quē intelligunt,ſi carceratus auſugerit de carcere clauſo,ſecus ſi de aperto,puta de aula palacij vbi iudex eū ſtare præcepit.quo caſu aufugiēs nō hēretur pro confeſſo,prout voluit Bal.in l.ſuccurritur.ff.ex qui.cau.maio.& Io.Thierry.Lingonē.et alij,quos ipſe citat,in trac. de fuga,ante nu.12.verſ. qn̄ ergo accuſatus eſt captus,et aufugit.Et ꝙ reus poſt accuſationē a carceribus aufugiēs videatur fateri delictū de quo accuſabatur,et adſit plena probatio cōtra ipſum,affirmāt commune eſſe opin.Rip.in l.admonendi.num. 170.& Cato Saccus nu.81. nonnulli verò limitant ſeu intelligūt tex.illum in l.eos. procedere tantū qn̄ fractis carcerib⁹ quis aufugit, vt videtur ſentire hic & Duen. Reg.389.in 2.limit.pro quibus.& quam probationē ſeu præſumptionem faciat fuga, videre poteris ēt Iul.Clar.ſent.lib.5. q.21.in ver.fuga delinquentis.præſertim verſi.tertio autem modo opponitur fuga delinquentis. Q. M.*

l *Calder. de hære.c.10.nu.4.& 5.& innominatus autor poſt eum in Rub.de hæret.contumi. nu.1. vbi latius hac de quæſtione. P. V.*

m *Temerè, legendum forſam. Aliqua deſiderantur poſt verb.refugit. vide innominatum autorẽ præcitato loco. P. V.*

Carion, nomen propriũ cuiuſdã fluminis, eſt & nomen proprium villę vel loci. vñ ſi q̃s denominat̃ ab illo loco, appellatiuũ eſt, vt Ioannes Gomecij de Carion.

Caſtitas [a] ſola eſt, quæ põt deo animas pñtare, vt in aut.de leno.§.ſancimus, col.iij.& eſt glo.in proęm. decret.in c. rex pacificus, ſuper parte pudicos.

No. ꝙ caſtitas inducta eſt clericis a iure propter cauſas quæ ſequũtur. prima quia cleric⁹ debet placare deũ orationibus, & non poteſt placare, niſi ei placeat, vt iij. q.vij. in grauibus. placere autem nõ põt ſi carnaliter viuit. ſecũda quia deus ſpiritus eſt, ideo ipſi deo dediti ſpiritualiter, nõ carnaliter viuere debẽt. tertia quia ſunt ſodales angelorũ ſeruiunt.n.deo cui, & illi deſeruiunt. quarta quia intendũt generationi ſpirituali, ideo ſpiritualiter viuere debent. quinta quia cũ ſancta miniſtrent ſancti eſſe debẽt. vnde dicit deus: ſancti eſtote qm̃ ego ſanctus ſum.lxxxij.diſ.c.plimos, & c. ſe. ſexta cum alios mundent.i.q.i.ipſi ſacerdotes, debent ipſi eſſe mundi. vij. quia habent ſponſam. ſ. ſapiam, ſeu dei eccleſiã.octaua, vt ex toto ſint ipſius dei, & non diuiſi, vt in c. diuerſis fallacijs, de cle. cõiu. & iſtæ rationes ſatisfaciunt, vt orientales clerici debeant ſeruare continentiam: non tñ peccant non ſeruando.c.cũ olim, de cle. coniu. ita cocludit Boati. Man. quem referunt Io.An. & do. Ab.in c. quod a te, de cle.coniuga. in glo. ij.

Si non caſtè vixeris, ſaltem cautè. Io. An.de accu.c.vl.

An caſtitas ſit, melior quàm matrimonium, & dicendum ꝙ licèt ſit bonum matrimonium, tamen melior eſt caſtitas, vt in §. his ita reſpondetur. xxxij.q.iiij.

Caſtitas poteſt ſuaderi, non præcipi, & eſt conſilium, & nõ pręceptum. xxxij.q.i.integritas.doct.de coniug. leproſorum c.ñ.

Caſtitatẽ debet ſeruare tẽpore ieiuniorum qui vult dignè euchariſtiã ſumere, & illis temporibus etiam a coniugatis ſeruanda eſt, vt xxxiij.q. iiij. pœnitentiam. Quis aũt gloriabitur caſtum habere cor, & mundũ eſſe a peccato? dicente beato Ioanne ſi dixerimus ꝙ peccatum nõ hẽmus noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. quis.n.inuenitur ita immunis a culpa, vt in eo nõ habeat vel iuſtitia ꝙ arguat vel mĩa ꝙ remittat. hæc leo papa ĩ ſermone.vij.epiph. Et eſt notãdum ꝙ inter [b] cætera.vij.vitia fornicatio eſt maximũ ſcelus, quia per carnis immũdiciã tẽplum dei violatur. ſunt aũt quidã, qui ſicut animalia abſque vlla diſcretione indeſinenter libidini ſeruiũt, quos ego nec mutis animalibus cõparauerim, pecora .n. cũ cõcipiũt, vltra nõ indulgẽt maribꝰ copiã ſui.xxxij q.vij.nõ ſolũ Herodotꝰ ſcribit ꝙ mulier cũ veſte depo nit verecundiã, de quo vide ſ̃.adulteriũ, & ĩ.continentia, & ĩ.fornicatio.

Et pro caſtitate [c] teneda, & ſeruanda tam in religioſis, & clericis, & omnibus alijs, & maximè in inquiſitoribus, & ſubſequẽter in omnibus miniſtris

ſtris officij inquiſitionis, & ſic pro omnibus qui viuere virtuoſè deſiderant pro hoc habetur tex. fin. xxxiii. q. iiii. i c. ſciatis frēs chariſſimi. pro quo eſt not. quòd ſi in veteri lege panes propoſitionis nō poterāt comedi ab his qui vxores ſuas tetigerant, quātomagis nunc in lege gratiæ panis ille qui de cœlo deſcendit, non licitè pōt comedi, vel ſumi ab his qui vxores ſuas tetigerūt, & coniugalibus paulò ante adhęſere complexibus violari, atque contingi. non quòd nuptias condēnemus, ſed quòd eo tempore quo carnes agni manducaturi ſumus, vacare carnalibus operibus debemus: de hoc xxxiii. q. iiii. ca. j. §. ſi panes. & Hiero. in epiſtolis, in ſermone paſchæ de immolatione agni.

ADDITIONES.

a *Caſtitatis fructus, & præconia, B. Ieronimus oratione longa 1. & 2. lib. aduerſus Iouinia. & in Apologia ad Pammachiū proſequitur, vbi omnium connumerat ſuperiorum, qui de ea ſcripſere ſententias, in multis etiam alijs epiſtolis de ſeruanda virginitate tractauit, vt ad Demetriadē, ad Furiam, & ad Euſtochium. primo epiſtolarum tomo. Caſtitas videtur definiri in Catechiſmo, mundities ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, & non ſolùm virginibus, & qui cœlibem vitam agunt, ſed etiam matrimonio iunctis conuenire. in præcepto. non mœcaberis. c. 2. Caſtitas inquit, Noni. & pudicitia paria reputantur, cum ſit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera, Caſtitas, & ab his continens & remota, præterea & religioſa munditia, & puritas. Virg. Georg. li. 2. Caſta Pudicitiam &c. Aeneid. 6. quiq; ſacerdotes caſti &c. P. V.*

b *Hic antea legebatur [Maximi ſceleris] itē [indeſignāter] pro indeſinēter, [in digent] pro indulgent. nec in §. ſequē. percipi ſenſus vllus ferè poterat, idemq; plurimis alijs locis inferioribus ac ſuperioribus, quos vitandæ prolixitatis cā ſine propria nota relinquendos putaui. P. V.*

c *Vide D. Ambr. latè demonſtrantē officia clericorum li. 1. off. c. 50. Diuum item Ieron. in Epiſtola ad Nepotianum. de vita cleric. item S. Synod. Triden Seſſ. 25. c. 14. de reforma & Seſſ. 24. de Sacram. matrimo. can. 9. P. V.*

Cautio a An inquiſitor depręhēſum in hæreſi, & propter hoc captum poſſit talē licitè tradere cautioni, vel manulente. & dicēdū ꝙ nō. nā aut taliter depręhēſus eſt propria cōfeſſione, aut probatione legitima, aut nō. & ſi eſt deprahenſus propria cōfeſſione, & eſt impœnitēs, ſeu ptinax, tradēdus eſt curię ſœculari vltimo ſupplicio feriēdꝰ, iux. c. ad abolēdā. §. pñti, extra de hęr. & ſic nō tradetur cautioni. ſi aūt eſt pœnitēs, tūc eſt carceri ppetuo detrudēdus, iux. c. excōmunicamus. extra de hær. nō igitur cautioni dādus, nec liberandus. ſi aūt nō, ſed ſtat in negatiua, & eſt conuictus legitimè per teſtes, eſt vt impęnitēs tradēdus ptāti curiæ ſœcularis animaduerſione debita puniendus, vt no. Hoſt. in ſumma de hære. §. qualiter deprahēdatur. vide j. fideiuſſor.

Cautionē, vel fideiuſſionē pōt petere epſ, vel inquiſitor ab ipſo hæretico quādo reconciliatur eccleſiæ ſub pœna pecuniaria de parendo mandatis: & pœnam pōt exigere ab ipſo fideiuſſore, vel ipſo hæretico, ſi nō paruerit mādatis inquiſitoris, vt patet in extrauagante Inno. pa. quæ incipit, Super eſtirpatione.

Cau-

Cautius eſt agendum vbi maius periculũ vertitur, vt vij.q.j.c. vl. xlij. diſ. quieſcamus, & l.i. §.ij. ff. de Carbo. edic. & de electi. vbi periculum, libro.vj.

A D D I T I O N E S.

a *Cautio autore Cic.4.Tuſcula.eſt prouidentia quædam, qua auertimus, & vitamus, nè quid mali nobis accidat. Cautiones etiam a Iuriſconſultis vocantur fideiuſſiones, aut aliæ ſtipulationes, quibus nobis cauemus, ideſt ſecuros nos reddimus, vt colligitur ex l.habere §. cautum ff.de verb.ſignifi. & C.eod.l.ſancimus. Cautio autem quædam nuda l.2.§.quod ſi.ff.de iudi.quę alibi ſola promiſſio, vt l.diuus.5.ff.de pet.hær.alibi cautionis nomine l.pen ff.eod.profertur, alibi repromiſſio dicitur.l.ſi quando.6.& ſeq.ff. vt lega.nom.caue. alibi nuda promiſſio nuncupatur.l.ſancimus.allegata, cũ hypotecatantùm rerum cauentis.l.7.ff.vt leg.nomi.ca.quædam verò idonea, cum fideiuſſor, vel pignora accepta ſunt l. ſi mandato.59.§.vlt.ff.man. quæ ſpeciali nomine ſatiſdatio appellatur, l.i.ff.qui ſatiſda.cogan.coniuncta l.quod ſi.& l.penul.præcitatis. Cautionis autem nomine ſancitum eſt, non eſſe dationem fideiuſſoris interpretandam l.ſancimus.paulò ſupra citata. Sciendum quoque eſt cauendi verbum ſtipulanti, & promittenti eſſe commune, l.ſi ſciente ff.ad l.Pompe.l.1.qui ſatiſda.cog.& ll.aliis præallegatis. Cauere interdum nec ſtipulantis nec promittentis eſt, ſed iuris prudentis hominis. qui conſultori ſuo rationem præſcribit formulamque dictat paciſcendi, aut contrahendi, nè conditionem ſuam faciat deteriorem, de qua Cic.in Topi. vt C.Aquilij de dolo malo formula, Cic.offi.3.& l.ita §. quidam.ff.de admini.tut. Item cautio Mutiana l.cum ſub hac.67.l.hæres.79.§.2.de conditi.& demon. teſtandi quoque formulam Aquilius concepit, l.Gallus.ff.de lib.& poſthu. Alia de cautione vide Bud.in Pandect.in l.ſi ſciente.ad l.Pompe.& in l.2.ff.de orig.iu. vbi de varijs cautionum generibus ex Pandectis, iuris, & Cic.Liuio, Plinio, alijsque ſcriptoribus Latinis. Ad hæc Alcia.in cit.l.habere.& l.aliud.71.et l.ſatiſdatio.61.ff.de verb.ſignifi. P. V.*

Cautela. De cautelis quas inquiſitores debent tenere in conuerſione iſtorum, qui ſub agni ſpecie lupum gerunt. & de cautelis quibus ipſi hæretici vtuntur cum quibus decipiunt inquiſitores propter quas euadunt a manibus ipſorum, vide infra prouiſo ſolerter, & ſupra per totam compilationem vbi in uenetis, prouiſo ſolerter. & quia cum in tã graui crimine multa debet cautela adhiberi, Ideo PROVISO SOLERTER & propterea remitto, vbi ſupra, & infra confeſſio. & infra detegitur, & infra miſericordia, & infra rediens.

Celans [a] hæreticum. Sciendo eũ eſſe hæreticum, & non indicans an dicatur fautor, vide infra fautores.

A D D I T I O N E S.

a *Aliud eſt celare, aliud tacere, Cicer. teſte offic 3. Neque ego, inquit, nunc te celo ſi tibi non dico, quæ natura Deorum ſit, quis ſit finis bonorum. Celare, inquit, glo.in l.1.reſp.1.ff.de fugit.quod velis ignorare eum, ad quem ea res pertinet, alicuius tui emolumenti cauſa. quod & occul-*

cultare dicitur, l. Diuus. 3. ff. de ſer. fugit. in prima enim l. eod. tit. vſus eſt Vlpianus, verbo celandi, in 3. occultandi, Item Nonius, celare, inquit, eſt tegere, & abſcondere. Celare verò qui dicantur, vide l non ſtatim. §. l. ff. ad l. flauiam de plagi. Petr. Vendr.

Cœremoniæ Iudęorũ. Eſtos apoſtatos deſte tiẽpo ſe han fallado iudeizar guardando, & ſolennizando los ſabados, y paſquas delos iudios, & ayunando ſus ayunos, & faziẽdo todas ſus cerimonias, & ritos. y no ſolo ſe contentauan con fazer ellos todas ſobredichas cerimonias, & errores, mas aun trabajauan por las moſtrar a quantos podian por los atraer a ſus dañados errores como ſuſo dicho tengo que faziã alas criſtianas viejas, que no filaſen los ſabados. E dezian que ençendieſen dos candiles los viernes en las noches, & los puſieſen alos rincones de la caſa, por que tales noches comó aquellas, andaua la trinitad por las caſas, & los finados andauan tã bien aquellas noches en proceſsiõ, & que con aquellos candiles ençendidos veyan por donde andar. E ponian les delante la codiçia, deziendo que ſi aquello fazian, que dios les acreçentaria los bienes, & les daria lo que demandaſen, & con aquello penſauan encubrir ſus errores. E tã bien luego que ſus fijos, & fijas erã de edad pera poder tener ſecreto luego los en ponian en aquellos errores, en que el los eſtauan, deziendo les mal de nueſtra fe catholica.

Todas las quales ſobredichas cerimonias, & otros muchos errores fazian los ſobredichos conuerſos ſo nombre de criſtianos, auiendo reçebido agua de bautiſmo, creyendoſe ſaluar antes por la ley de moyſen, que por nueſtra ſanta fe catholica. E dezian, & publicauan que la ley de moyſen era la buena, & la verdadera, & la delos criſtianos era todo burla.

Viſo de cœremonijs in vulgari, & circa prædicta eſt notãdum quòd in lege veteri ſunt multa pręcepta,[a] & diuerſa, & quædam ſunt affirmatiua legis, quædam verò negatiua. Præcepta affirmatiua dicunt Iudæi, quòd ſunt numero. ccxlviii. quia tot oſſa ſunt in corpore humano, ſecundùm philoſophum. ccxlviij. pręcepta verò negatiua dicunt eſſe numero. ccclxv. & ſic ſunt in ſumma generali omnia præcepta legis tam affirmatiua, quàm negatiua ſex centum, & tredecim. quorum quædam ſunt præcepta cœremonialia, & alia iudicialia, & alia moralia. Et ſciendum quòd mandata cęremonalia, & iudicialia euacuata ſũt non autem moralia. De quibus habetur Exo. xx. Sunt quædam concluſiones immediatè illicitæ a dictamine iuris naturalis, ſiue ex eius principijs: & ideo manent in noua lege, quia ius naturale eſt immutabile, vt vj. diſ. §. his itaque. Præcepta verò cæremonialia, & iudicialia euacuata ſunt per nouam legem, aliter tamen, & aliter, quia cęremonialia ita euacuata ſũt, quòd ea obſeruare poſt promulgationem euangelij eſt mortiferum. Vnde dicit apoſtolus ad Galatas. v. ſi circuncidimini Chriſtus nihil vobis proderit. Et hoc eſt intelligendum de alijs cœremonialibus. cuius ratio eſt, quia cęremoniæ erant quędam figurę, & proteſtationes Chriſti venturi, & noui teſtamenti, & ideo eas obſeruare poſt

euan-

euangelium promulgatum eſt dicere quòd ipſe aduentus Chriſti, ac noui teſtamenti nondum eſt impletum: nec veritas figurarum impleta eſt per Chriſtum.

Præcepta verò iudicialia ſic ſunt euacuata, quòd non obligant in lege noua, ea tamen obſeruare nõ eſt mortiferum. vt pote ſi aliquis princeps Chriſtianus ea inſtituat in terra ſua. Cuius ratio eſt quia iudicialia erant ſtatuta ad conſeruandum ſtatum illius populi in pace per opera iuſtitię, ita quòd non erant de ſe, vel per ſe figuræ alicuius futuri in noua lege: ſed tantùm per accidens, in quantum ſtatus illius populi erat figuratus reſpectu ſtatus noui teſtamẽti: & ideo poſſunt obſeruari tempore noui teſtamenti, in quantum de nouo inſtituta vt dictum eſt. Si tamẽ obſeruarentur quantum ex lege veteri obligatoria, eſſent mortifera, quia hoc eſſet aſſerere, quòd adhuc manet ſtatus populi veteris teſtamenti. hæc Nicolaus de Lyra. Exo. xxj.

Nunc reſtat videre an ſit licitum tempore iſto ſeruare in totum, vel in partem cœremonias veteris legis, & quando fuerunt permiſſæ ſeruari, & quando non. Vel an ſit licitum ſimul legem Moſaicam cum euangelica ſeruare.

Ad primum dicendum, quòd ante aduentum Chriſti præcepta cœremonialia legis Moiſi erant viua, & neceſſaria. Poſt prædicationem autem baptiſmi erant viua, ſed non neceſſaria. Poſt verò paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti non ſolùm non erant viua, nec neceſſaria, ſed erant mortua. Poſt verò publicationem euangelij nõ ſolùm erant mortua, ſed mortifera: licèt tamen modico tempore poſt paſſionem deſcendentibus ex genere Iudæorum non fuerunt mortifera vſq; ad reuocationem eorum. Sed gentilibus illico poſt paſſionem, & publicationem euangelij fuerunt mortifera. & hac de ratione eo quòd lex Moyſi aliquo tempore fuit neceſſariò ſeruáda: & lex gentilium nunquam nec vllo tempore fuit licitum eam tenere, nec ſeruare. & pro hoc eſt notandum quòd Paulus apoſtolus duos diſcipulos habuit, ſcilicet Titum, & Timotheum. Titum verò qui ex gentilibus natus erat, non circuncidit, vt habetur ad Galatas. ij. Timotheum autẽ qui ex matre Iudęa erat, licèt gentilis ex patre, eum circuncidit, vt habetur actuum c. xvj. & xxxv. q. ix. ſententiã, vbi glo. & dicendum quòd eſt ſecundùm legem Moiſi. Et de hac materia vide plenè per Thomam in quartum ſententiarum, diſt. i. de circunciſione, ar. v. Item idem in prima ſecundæ q. ciij. ar. iiij.

Item nota quòd Petr⁹ propter metum Iudæorum obſeruauit aliquos ritus Iudæorum in cibis, de quo redarguebatur a Paulo, vt ĩ. dicetur in litera, Concilium. ibi vide §. iiij.

Et an ſit licitum legem Moſaicam ſimul cum euangelica ſeruare? & reſpondetur quòd non, vt extra de celemiſ. c. maiores. ſed quicunque cęremonias Iudæorum obſeruauerit non ſolùm veraciter, verùm etiam ſimulatè, ſciat ſe eſſe in baratrum diaboli deuolutum. Hæc Auguſtinus ad Hiero. in epiſtola [b] octaua, q̃ incipit, Domino dilectiſſimo, vbi dicit. ſicut loqueris, & licèt reclamante, ſicut ſcribis mundo libera voce pronuncias cœremonias Iudęorum, & pernicioſas eſſe,

ſe & mortiferas Chriſtianis,& quicũque eas obſeruauerit, ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentilibus,eum in baratrũ diaboli deuolutum,ego ita hanc vocem tuam omnino confirmo, & addo, ẽt quicunque eas obſeruauerit non ſolùm veraciter,verum etiam ſimulatè, eum in baratrum diaboli deuolutũ. hæc vt ſupra in epiſtola. de hoc vide infra concilium.§.ij.& iiij. cum nullus poſſit duobus dominis ſeruire. vt habetur Matthęi viii.Et nota quòd Chriſto veniente ceſſauerunt omnes cœremoniæ Iudæorum.Thom.i.ii.q. ciii.ar.iii.& in iiii.diſt.iii.ar.v.

Item nota ꝙ quędam in veteri [c] teſtamento licebant, quę in nouo prohibentur, vt xxiii. q. viii. occidit Phinees. Ideo ex omnibus ſupradictis PROVISO SOLERTER.

Sed quare magis tolerabantur vſque nunc per eccleſiam & inter Chriſtianos cęremoniæ,& ritus Iudæorũ, quàm cœremonię,& ritus aliorum infidelium,& paganorum? & dicẽdum ꝙ licèt iſti.ſ.Iudæi ſint mali,& infideles, tolerabantur tñ per eccleſiam: vt ſic tolerati finaliter cõuerterentur ad fidem, vt de multis iam viſum eſt, vt in c.qui ſincera.xlv.diſt.& c. ſicut Iudęi, de Iudæis. & alia ratione quia licèt Iudæi ſint peiores alijs infidelib⁹, vt infra dicetur de Iudæis, eo ꝙ olim cum eis præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus,prouenit hoc bonum quod teſtimoniũ fidei noſtræ habere mus ab hoſtibus,& quaſi in figura re præſentatur nobis quod credimus, quod in alijs infidelibus non contingit.vt dicit Tho.ii.ii.q.x.ar. xi. & hac conſideratione, licèt iure non ſit expreſſum.Tũc enim fructuoſisſimè demum fides vera defenditur, quando etiam a ſectatoribus ſuis opinio falſa damnatur. Hęc Leo [d] Papa in epiſtola Flauiano Cõſtantinopolitano. & nota totam illam epiſtolam, quia approbatur in decretis. xv.diſt. m §. iam nunc ſubijciendum.

Sed cęremoniæ Sarracenorum prohibentur per iura, nè publicè fiant in uocando publicè nomen Mahometi,vel ſimilia faciendo, vt in Clemen. vnica de Iudæis. & hoc tenent Matth. & doct. Card. & Ioan. de Imola.in d. Clemen.vide infra publicè.

Nota ꝙ cœremonię Iudæorum dicũtur ſacrificia Iudæorum,quia [e] cereis exercebantur,vt eſt glo. xlv.diſt. qui ſincera.& eſt tex.in §. his itaque, in c.non eſt.vj.diſt.& ibi vide glo.ſingularem circa præcepta, & cœremonias Iudæorum.

ADDITIONES.

a *De pręceptis moralibus, cœremonialibus,& de pluribus,de quibus hic,videre poteris, per Albertin. de hæret.q.31. & Curt.in c.fin.de conſue.lib.vi.fol.19. iuxta paruam impreſſionem,affirmat cõmunem opinionem præcepta tantùm miſtica eſſe mutata. Q. M.*

b *Legitur in 2. tom epiſt. D. Ieronimi, nu.97.incipit,Iampridem. Epiſtola verò D. Ieron. ad quam D. Augu. reſpondet, legitur in eod.tom.nu. 89. P. V.*

c *Adde D. Cyrillum Archiepiſcopũ Ieroſolimorum,de Catecheſibus illuminatorum. Catecheſi 17.c.idem ſpiritus. Petrus Vendr.*

d *Adde de his, D.Aug.de ciuit.Dei.li. 18.c.46.& 47. Pet. Vend.*

e *Cęremoniarum appellatio eſt Latina, non Hebraica,ab oppido Cęre,vt quidam volunt,alij,vt Seruius Sulpitius & Macrob.*

crob.in 2. ſaturna. li.a carendo dictos putant. Cæremoniæ ſunt ritus quidam. Ritus autem, Feſto autore, mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificijs. Ritibus, & Cæremonijs ſuis vtitur Eccleſia Catholica in adminiſtratione ſacramentorum, & quare, & a quo tempore, Catechiſ. tit. de Sacram. c. in hoc. & tit. de ſacram. confir c. itaq; paſtores. Pœnitentiæ. c. quod verò §. Adduntur. Vnctionis. c. . §. adhibetur autem Baptiſmi de ſacra. Bapt. c. reſtat. Syn. Triden. Seſ. 23. can. 5. de ſacra. Ord. Seſſ. 24. c. 1. de reformat. matrim. Item in cęleb. miſ. Seſſ. 22. c. 5. de reform. & can 7. de ſacriſi. miſſæ. Petrus Vendramenus.

Circumire tenetur epiſcopus, vel inquiſitor ſemel in anno parrochias ſuæ diœceſis, in quibus fama fuerit hæreticos habitare, vt fiat inquiſitio cōtra eos. vide ỹ. deponitur epiſcopus.

Circunciſio [a] eſt quædam profeſſio legis obſeruandę ſecūdùm illud ad Gal. v. nam dicit ibi. teſtificor omni homini circuncidēti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. hæc Tho. i j. parte. q. xxxvij. in prin.

Sed circunciſio legem non obſeruanti præpucium facta eſt. xxij. q. ij. quæritur, poſt medium.

Nota quòd circunciſionis effectus duo ſunt. nam tollebatur peccatum, & euitabatur damnationis periculū. ſed per hoc nō poterant venire ad regnum cœleſte. Vnde loco circunciſio nis ſucceſſit baptiſmus, qui hēt hos [b] effectus. Primus inducit remiſſionē peccatorum. Secundus tollit damnationis periculū. Tertius aperit regnū cœleſte. Quartus infundit gratias, & virtutes. ita dicit Ab. in c. maiores. in §. quibuſdam, de baptiſ.

Sed in circunciſione Chriſtus legē impleuit, licèt eſſet dominus legis, de conſe. diſt. iiij. ſi quis autem.

Item circūciſio olim erat ſignum iuſtitiæ, non autem cauſa iuſtificationis, vt de pœni. diſtin. j. §. omnis qui non diligit.

Item circunciſio ceſſauit in Chriſto. Tho. in iij. par. in diſt. j. ij. q. ciii. & in iiii. diſt. ar. xxxiii.

Nota quòd caro præpucij Chriſti, & ſanguis qui exiuit de eius latere, non remanſerunt in terra, ſed integra ſunt in eius corpore. Archi. de conſe. diſt. ii. qui māducat. & hoc eſt contra Hildēſenieñ. canonicos, qui dicunt ſe habere præpucium Chriſti.

Item quæ pœna ſit Iudęi circuncidentis filium ſuum, vel ſeruum, ſiue alium Chriſtianum, nor. de Iudęis. c. Iudæi. C. ne manci. Chriſ. l. i. de conſ. diſtin. iiii. plerique. C. de eunu. l. i. ſed quid de Iudæo baptizato qui filium circūcidit, vide in d. c. pleriq;, de conſecra. diſtin. iiii.

Nota quòd in forma circunciſionis ſit differentia inter circunciſionē Iudæorum, & iſtorum conuerſorum. nam aliter circuncidunt Iudæi pueros ſuos Iudęos, & aliter circuncidūtur filij iſtorum neophitorum cum ſunt adulti: Nā filijs iſtorum apoſtatarum in ſua circunciſione ſcinditur pellis prępucij ſemiplenè deſuper, & non circumquaque totum prępuciū ſicut eſt mos Iudæorum. Nam Iudęi filij ſuis circuncidunt totum præpucium circumquaque. de hoc vide Ni. Almeric. in directorio, in c. qualiter intelligatur quòd quis redeat, vel trāſeat ad ritus Iudæorum.

Sed

Sed de circunciſione vide ſupra in litera cœremonia. §. poſt verò publicationem.

A D D I T I O N E S.

a *Circuncisionis definitionem, ſiue deſcriptionem vide lib. 4. ſent. diſt. 1. T. V.*
b *De Baptiſmi virtute & effectibus eximijs, Trid. Synod. Seſſ. 5. cap. 1. de pecc. Orig §. ſi quis per. Catechiſ. de Baptiſ. ſacram. c. De his igitur, & reliq. duobus. Tetr. Vendram.*

Citatio [a] non debet fieri niſi de mãdato iudicis. [b] vt in c. propoſuiſti, de fo. cõp. & ibi Abbas.

Sed citare poteſt iudex, & monere partem per ſe, & per aliũ, ſcilicet nuncium, vt in c. in nomine domini, de teſtibus.

Sed contra non citatũ nulla [c] eſt receptio teſtium, vt in dic. c. in nomine domini, eo quòd pars debet videre quomodo iurant teſtes contrarij. Sed hoc fallit in crimine hæreſis, cum nomina teſtium denegantur accuſato, vel inquiſito, vt in c. ſtatutum, de hæreti. li. vj.

Sed an citatio ſit ſcribenda, vide in c. quoniam contra falſam, de pb.

Sed an inquiſitores poſſint committere citationes, vide infra committere.

Citatio fit multis modis. nam quandoque fit per viuam vocem: & tunc pluribus modis. Nam quandoque iudex ore proprio citat ſi citandum inuenit, & valet, & arctat talis citatio, ſi legitimè fiat. Pile. in l. ij. C. quomodo & quando iudex. Nam & aſſignando partibus terminum ad comparendum, vel procedendum citare [d] intelligitur. vide ſpe. titu. de citatione. §. ſequitur.

Item citatio fit per notarium, [e] ſeu tabellionem. ar. xxiij. q. v. circunciſiones, in prin. ſicut ſæpe faciunt auditores palacij domini papæ. Nam ſi hoc poteſt per nuncium, vt infra dicetur, multò fortius per iſtum qui eſt publica perſona, & iurata. vnde pro eo pręſumitur, vt extra de præſcrip. ad audientiam, de præſum. illud, & i. quæſt. vij. ſancimus. & ipſeidem poterit ſcribere ſe Titium tali die, ad talem horam citaſſe. ar. ff. de adoptio. ſi pater §. i. & l. ſi conſul. & l. ſequen. & in aut. de tabellio. §. ſi præter hoc fiat, coll. v. vide ſpe. vbi ſupra ver. quãdoque per notarium.

Quandoque citatio fit per [f] partẽ vt ſępe faciunt iudices dicentes actori, vel reo, dic aduerſario tuo, vt compareat tali hora, & tu etiãm tũc compareas. ſed hoc potius retorquetur ad factum. vide ſpe. vbi ſupra.

Citatio quandoq; [g] fit per præconem, & hoc ſufficit ad citandum reũ, vt C. vbi de crimine agi oportet authent. qua in prouincia. C. de ferijs. l. fin. non tamen ſufficit ad citandum actorem, imò ſpecialiter eſt ad eum nuncius mittendus, vt in aut. coll. vij. de litigi. §. omnem verò. ſed contra. quia non debet actori licere qđ reo non licet ff. de regulis iuris, non debet. extra de mutu. peti. c. ij. ſed hoc ideo eſt quia reus frequenter citatur per nuncium: vnde ad conuincẽdam eius maliciam ſufficit citatio per præconem, actor autem rarò citatur: ſed alium facit citare. ideoque per nuncium, & non per præconem citandus eſt. vide ſpe. vbi ſupra.

Quandoq; citatio fit per [h] edicta,

vt extra de offi. delega. prudentiam, reſpõſo.i.extra. de appellati. cum pa rati.ff. de rebus eorum qui ſub tute. vel cura.ſunt.l.magis §.illud,ver. ne tamen vide ſpe.vbi ſupra.

Item iudex citare poteſt in minori bus cauſis per vnum nunciũ, [i] in ma ioribus autem cõſilium eſt quòd fiat per duos, vt C.de appellati.in afferen dis,iiij. quæſti. iij. ver. vbi numerus, extra de teſti.in omni. Et nota quòd in criminalibus tales nuncij,qui mit tuntur ad citandum,deputãtur cum baculis depictis, vel cum alio ſigno ad citandum.vide ſpe.vbi ſupra.

Item nota quòd priuſquam fiat citatio debet actor cauere. vide ſpe. titu. de citatio. §.vltimo,& tit.de ac cuſatione §.i.vbi habes qualiter cita tiones fiant in criminibus.

Nota quòd citatio nõ requiritur, quando dubitatur,nè citatus inſtrua tur ad fugam Bald. in l. ij. in princi. ver.item in hoc debent.C.de ſeruis fu gitiuis.Iaco.Butri.in l. conſentaneũ. C. quomodo, & quando iudex. per Bar.in l.ait prętor §.ſi debitorem, in ij. col. in ver. ſed quæro iſtud quali ter. ff. de priuilegi. credi. nota. in l. ſi quis in ſeruitute. de furtis. & quod no.per Innocen. in c.vt famæ,in glo. in ver.prælatorum,de ſenten. excom municationis, & Ioan. An. in nouel la, in c. cum non ab homine, de iudi. vide Baldum in l.per diuerſas.x quę ſtio.C.mandati. in l.ſi ſic.per I no.de lega.i. & per Baldum in l. ſi quis cu rialis,in i.notabili.C.de epiſc. & cler.

Item quæritur.Ecce delegatus qui de cauſa cognouit,citauit partes pe remptoriè ad ſententiam audiẽdam demum committit alicui ſententiæ prolationem. Quæritur an is cui cõ miſit, debeat iterum partes citare? & videtur quòd ſic.ar.ff.de iudi.edictũ. & facit quod no.C.quomodo,& quã do iudex,conſentaneum,in glo.ſcili cet pręſide,& c.ar.contra extra de of fi.delega.conſuluit.ff. de iudi. mor tuo. decretalis probat quòd iudex non tenetur vltra citãre.& lex dicit ꝙ iudice mortuo ſucceſſor iudicabit, quod ille iudicaturus erat: ergo pro nunciabit ſine noua citatione, ceſſat dubium ſi vterque comparet, parat⁹ audire ſententiam: procedit quidem cum alter comparentium petit co piam ſubdelegationis, vel contra il lum opponit aliquid probabile.tunc enim cum ea hora ſententia ferri nõ poſſet, certum eſt quòd nouũ perem ptorium erit neceſſarium. procedit ergo dubium cum alter non compa rer. & tunc puto nouum peremptorium neceſſarium per prædictam l. edictum, niſi iudex citaſſet ad ſenten tiam ferendam per ſe, vel eum cui cõ mitteret. facit ff. iudica. ſolui, cum apud. & vide ſpe. de accuſatio. licèt, poſt principium.l. mortuo determi nat quid iudicandum, ſed quãdo nõ ſit iudicandum, de hoc ſpe.tit.de cita tio. §.ſi.in fine,ver.Item quæritur.

Nota quòd citatio perſonalis [l] re quiritur ad ſententiam excommuni cationis ferendam,& ad quaſcunque diffinitiuas contra regulas iuris cõ munis,c.ſacro. de ſententia excom municationis, ſecundùm Innocen tium.de eo qui.mitti.in poſſesſionẽ. c. ſi aduerſarius, in prima colum. in glo.ſua in ver.publicè.Quod verum, niſi citandus ſe abſentet fraudulen ter, quia tunc ſufficit citatio ad do mum, ſecundùm Innocentium ibi, & Angel.in l vt perfectius. C. de an nali

nali exceptione. Item debet fieri cum comminatione ſecundum Bar. in l. ſi apparitor. C. de cohor. libro xi. vide Lanfran. in ver. citationes, in c. quoniam, de probatio.

An ſi epiſcopus, vel inquiſitor ſimul citant aliquem ſuper crimine hæreſis, coram quo tenetur citatus comparere, vide in c. per hoc, de hæreti. libro ſexto.

An quando proceditur contra defunctum ſuper crimine hæreſis, an inquiſitor faciat citare hæredes ad defenſionem defuncti, cũ eius hæredum interſit propter duo, ſcilicet propter cõſeruandam famam, & memoriam defuncti, & propter bona quę ſibi veniunt auferenda. Nam ex primo ſequitur ipſis filijs, quòd ſi pater, aut auus damnatur de hæreſi, quædam pœnę propter crimina parentum in deteſtationem criminis deſcendunt in filios, vt infra dicetur, filij, & de pęnis, quæ deſcendunt in filios, & infra defunctus.

An quis poſſit citare propria autoritate, & an iudex poſſit citare non requiſitus a parte, [l] vide Bartolum, in l. iij. §. prætor. & §. quo autem iudicio, ff. de damno infecto. l. neminẽ. C. de exhibi. & transmitt. reis. Antonium de Butrio in c. i. de iudi. & Abb. in ca. i. de iudicijs. vbi tenent quòd non. & etiam Abbas in dicto capitulo. i. de iudicijs, dicit quòd etiam nec pars poteſt ꝓpria autoritate citare, vt ſupra ponit Abbas. ſed omnes leges ponunt aliquos caſus, quibus valet citatio ſine iudicis mãdato. Nam permittitur capere deprehenſum in fragranti delicto fugientem. & iſta eſt citatio realis, vt infra dicetur, & habetur in l. i. C. de raptoribus virginum, & l. ſi quis in ſeruitute ff. de furtis. Item fallit in debitore fugiente, vt l. ait prætor. §. ſi debitorẽ, & quòd ibi notatur ff. de his quæ in frau. cre. de hoc vide ſupra captura.

Nota ꝙ in citatione debet poni ꝙ certo loco, [m] & die compareant in tali domo, coram tali iudice, in tali termino ſibi pręfixo vſque ad ſententiã diffinitiuã incluſiuè. [n] & an ad audiẽdum ſententiam debeat quis citari, vide infra ſententia.

Circa citationem qualiter debet fieri contra ſuſpectos de fide. Et primò notandum quòd in citatione debet fieri mentio quòd veniant de fide reſponſuri, vt notatur in c. cum contumacia, de hæreticis, libro vj. Et debẽt citari peremptoriè, vt ſupra dictum eſt in §. præcedenti, ſcilicet ꝙ die tali, & tali hora perſonaliter compareãt in curia inquiſitionis coram inquiſitoribus de fide, & de articulis fidei Chriſtianæ an ambulẽt in tenebris, vel in luce, Reſponſuri, & facturi in & ſuper præmiſſis, ac dicturi, qđ fuerit rationis cum cõminatione ꝙ ſi dictis die, & hora corã inquiſitoribus nõ cõparuerint prædicta facturi, ꝙ contra eoſdem tanquam de fide ſuſpectos per iuris remedia ad excommunicationem, & aliàs ſecundũ canonicas ſanctiones procedẽt iuſtitia mediante, ipſorũ abſentia, vel contumacia in aliquo non obſtante, Datum, &c. Et debet addi in dicta citatione ſuper id quod veniant de fide reſponſuri, ea quę ponit ſpe. in titulo de hæreticis. & nota ꝙ citatio debet dirigi cõtra illũ qui eſt ſuſpectus de fide. de hoc vide infra contumax.

Nota ꝙ cum quis citatur ad videndum examinari teſtes ad perpetuam

rei memoriam, nō ſufficit citatio ad domum: imò ſi non reperitur, debet expectari, quouſque inueniatur: ꝙ ego intelligo ſi non erat periculum in mora: aliàs ſecus. Innocen. de teſtibus, ſignificauit. quod tene menti. & adde no. per Bal. in l. i. ff. de iuriſdictione om. iudi.

Par non poteſt citare parem: ſed bene poteſt requirere. dictum eſt Inn. in c. cum nobis. de electi. text. in Cle. i. de hær. poſt prin. & vide concor. ibi in ver. requiſiuit.

Sed an ſola citatio in cauſa criminali infamet, glo. in l. fin. ff. de reiudicata.

Sed pro intelligentia iſtius materiæ circa citationem hęreticorum eſt diſtinguendum, quia aut quærimus de citatione verbali, aut de citatione reali. Primo caſu citandus eſt qui de hoc crimine impetitur, quacunque via procedatur contra eum, ſiue per inquiſitionem, ſiue per denunciationem, ſiue per accuſationem, ſemper eſt citatio faciēda vt habeat copiam ſe defendendi. cum enim defenſio ſit de iure naturali, vt in Clementina paſtoralis §. cæterum, de reiudicata, Nemini ergo deneganda eſt quātum cunque excommunicato, & crimino ſo, de exceptio. cum inter. & c. ſi. Excepto quòd ſi eſſet hęreticus relapſus quia talis ſine aliqua audientia eſt iudicio ſæculari relinquendus, vt de hęret. c. ad abolendā §. illos, & c. ſuper eo. eo. ti. l. vj. Sed tamen veriori conſideratione poſſet dici quòd licet relapſus non debeat audiri ſuper crimine, vt in dictis iuribus: ſi tamen vult excuſare ſe relapſum fore, bene eſſet audiendus. Nam cum diſpoſitio excludens exceptiones fundatur ſuper certa qualitate, non videtur excludere exceptiones detrahentes illi qualitati. voluit gl. c. cupientes. §. quòd ſi per viginti, de electio. li. vj. & cle. vnica de ſequ. poſ. & fruc. & Bar. in l. i. §. i. ver. parui. refert. ff. ꝙ vi aut clam. ſic enim in propoſito eſt dicēdū: vt cum illa iura ſe fundent ſuper relapſo, nō videantur tollere defenſionem quantum ad hoc ꝙ iſte poſſit dicere ſe nō relapſum. Et nota ꝙ hāc citationem poterunt epiſcopi, & inquiſitores nedum per ſe, ſed per alios facere, vt in dicto c. vt commiſſi, de hæreticis, lib. vj. de relapſo. vide infra relapſus.

Sed ſi quærimus de citatione reali, quæ citatio fit per capturam perſonæ, & ſimiliter ipſe epiſcopus, & inquiſitor facere poſſunt talem citationem, vt ſ. de captura, & ſ. carcer. & vnus ſine alio ēt facere pōt, vt de hæ. in Cle. i. §. i. Et regulare eſt ꝙ conuentus ſuper crimine poſſit perſonaliter capi, & incarcerari, vt ſupra dictum eſt ī litera capturæ, & in litera carcer, præſertim quando delictum eſt maximum ſicut crimen hęreſis, de qua materia vide latè per Bar. in l. i. ff. ad l. Iuli. repetun. & in l. i. ff. de cuſ. reo. de forma cuius citationis realis vide ſ. captura, & ſ. carcer. Nā de more ſeruat iſta practica, quòd habita informatione de maleficio, & malefactore per iudicem mittitur ad capiendū perſonaliter ipſum malefactorem ſine alia citatione præcedenti. vide ſupra, captura, vt ibi latè dictum eſt, & in litera carcer.

Sed an delegatus poſſit facere citationem realem, ſcilicet per capturam vide ſupra captura, & ſupra carcer.

Sed ſi citatus comparet, quæ forma debeat cum eo teneri, vide ſupra car-

carcer & infra de modo procedendi.

Sed quæritur nunquid ſi quis eſt citatus, & poſt citationem ſuper crimine ſe transfert ad alia domicilia, quis iſtorum inquiſitorum procedet contra talem, an inquiſitor delicti, ſcilicet vbi commiſit delictum, vel alter ad cuius forum ſe tranſtulit? vide infra domicilia mutantes.

Nota quòd ſi quis citatur ad locū nō tutum, an teneatur comparere coram iudice citationis in illo loco nō tuto ipſi citato? & dicendum quod comparere tenetur, & debet excipere, & ſi exceptio non fuerit admiſſa, poteſt appellare, vt in c. ex parte, el i. de appel. atio. hoc eſt quando ille locus ad quem citatur non eſt notoriè non tutus. ſed ſi citatur ad locum notoriè non tutum, poteſt ſine exceptione appellare; imò quòd plus eſt quòd nec tenetur excipere, nec appellare, nec ipſa appellatio arctat, nec tenet, vt eſt textus in c. paſtoralis, in Clemen. de re iudica. in §. notorium, & ibi gloſſ. ſingularis ſuper verbo notorio. vide ſupra appellatiò.

Sed citatio non requiritur quando dubitatur, nè citatus inſtruatur ad fugam. vide infra in fine extrauagantium, & imprime hic quod ibi dicitur.

Sed citatio perſonalis requiritur [n] ad ſententiam excommunicationis ferendam, & ad quaſcunque diffinitiuas contra regulas iuris communis. c. ſacro, de ſenten. excommunicationis, ſecundùm Inno. de eo qui mittitur in poſſesſio. c. ſi aduerſarius. vide infra in fine extrauagantium, & imprime hic quod ibi dicitur.

ADDITIONES.

a *Citatio hic eſt in ius vocatio iuris experiūdi cauſa, l. 1. ff. de in ius vocan. Inſt. de pæn. tem. lit. §. 5. idem enim eſt citare quod vocare, vt ſcribit Nonius. quæ regulariter non fit ſine permiſſu prætoris. cum non liceat omnes in ius vocare. l. ſed ſi hac. 10. ff. eod. quod & Plaut. oſtendit in Aulu. Ab ea verò proficiſcitur omniū actionum inſtituendarum principiū. Inſt. ibid. eò quidem fit, quia de vno quoque negocio, præſentibus omnibus, quos cauſa cōtingit, iudicari oportet, aliter enim iudicatum tantùm inter præſentes tenet. l. de vnoquoque. ff. de re iud. propterea etiā quia nemini ſibi ius dicere licet, C. ne quis in ſua cauſ. quod tamen non eſt perpetuum, vt eo. tit. Pet. V.*

b *Citationis pro eſſentia, quatuor requiruntur, primum eſt partis inſtantia. l. ad peremptorium. ff. de iudi. l. ad properandum. C. ad Specul. titul. de cita. §. ſequitur videre. nu. 14. c. ſignificaſti. ibi ad petitionem. &c. & c. pen. in princ. de for. compet. Hipol. de Marſil. in repetici. l. de vnoquoque. nu. 113. ff. de re iud. ſecundum eſt decretum, ſeu commiſſio iudicis, l. 2. & l. conſentaneum. & vtrobique Bart. & Bald. C. quom. & quan. iud. l. fin. & ibi Doct. C. de exhib. reis. Innocen. Ioan. An. & alij, in c. quoniam contra. ſuper glo. in verb. Citationes. de probat. Bal. in l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eor. Mari. Soci. de citatio. art. 2. Marſil. in prælleg. l. de vno quoque. num. 115. Curt. Iun. in l. more. nume. 77. ff. de iuriſd. omnium iud. Et quid ſi nuntius, citet non præambula Iudicis commiſſione Bart. in l. fin. C. de requi. re. & in l. interrogari. C. de quæſt. plenius per Felin. in cap. per tuas. de ſimon. & per*

Matth.de Afflict.in Conſt. Edictorũ.nu. 5. Quicquid autem ſentiat hic communis eſt opinio.quòd in cauſis ciuilibus valeat citatio ſine ſpetiali commiſſione iudicis. in criminalibus autem ſecus, in quibus niſi citatio fiat de ſpeciali commiſſione iudicis, nulla erit. Rip. in c. 1.nume. 86. de iud. Et ita ſeruatur in iudicijs, prout per Bal.in l.fi.num.4.C.de exhi. reis.pro qua obſeruantia, & pro communi vide etiam Iul.Clar. pract.crim. lib.5. §.fin. quæſt. 31. verſic. vnum autem ſcias. Alia duo requiſita in citationibus, videlicet Nuntij, Curſoris, vel Notarij executionem, rurſus eiuſdem Nuntij, vel Notarij relationem inuenies in mea 35. quæſt. Reg.de Anna. nume.5.& ſequen. Quintil. Mand.

c *Citatio hæc monitio potius dicitur quę proprio ore iudicis fit. glo. in l. & poſt ædictum. in verb. debet. ibid. ſed per ſuam. vbi etiam Angel. & Iacob. de S. Georg. nu. 8.ff. de Iud. de citatio.nu.11. verſi. Tertiò dicitur citatio peremptoria monitio iudicis. Videre poteris quæ ſcripſi in tracta. Monito.q.1.nu.10. & ſequ. Quint. Mand.*

d *Hoc eſt regulariter, ſed ab hac regula excipiuntur multi caſus, qui referuntur a Feli. in cap. in nomine. citato. Petrus Vendramenus.*

e *Quod etiam voluerunt Ioan. Millius. in ſua prac.crim.in gl.præſens.nu.40. & Foller.in ead.prax.in 1.par.2.par. num. 20.in ver.vel eos verbaliter.verſi.itē poteſt citari per tabellionem. P. V.*

f *Hæc citatio non eſt in vſu, nec arctaret ad comparendum, nec pars parti, ſeu aduerſario credere tenetur, de quo per Afflict. in conſti.regn.Edictorum.& per Foller.in prac.crim.in 1.par.2.par.in verb. vel eos verbaliter.nu.19. Q. M.*

g *Præcone Iudices, rei, & teſtes, citabantur vid.l.7.ff.de in integ.reſti.l.23.de iud.l.20.ff.de teſtib.l.10.ff. de pub. iud. Pet. Vend.*

h *De citatione per edictum latè tracto, ſuper reg.de Annal q.72.nu.8.& ſequ. & in 4.form. commiſſi.in verb. etiā per edictum. Q. M.*

Adde tu de citatione per edictũ quando, & quibus caſibus fiat, l.68. & alias ſequent. ff. de iud. c. ex parte cum ſequ. & c.vlt.de cler.non reſid.de dol.& contu.c.cauſam quæ. & c. vlt. clem. causā. de elect.& clem.1.de iudi.cum gl.& Docto.Bart. in extraua. ad reprimen.in vocem.Edictum. Veſtrium in Prax. lib. 4. c.de execut. citat. §. quid ſi eſt ſubſidiaria. Vant.de nulli. ex defec. citat.nume. 124.& ſequ. Synod.Triden. Seſſ.13. c. 1.ad fin. 14. c. 6. de reformat. Petrus Vendramenus.

i *Citatio per vnum Nuntium tantùm ſeu Curſorem in quacunque cauſa ſufficit, & hoc iure vtimur c.prudentiam verſi. in hoc caſu. iunct. glo.in verb.per certũ. in fin.de off. deleg.& ad alia quæ adduco in 35.q.Reg.de Anna.nu.5.ver.tertium eſt. Quintil. Mand.*

k *Quod excommunicandus perſonaliter citari debeat, niſi ſe abſentet, vel latitet, vt hic, latè probo. in 26. q. de Monitor. & idem quod hic repetit.infra vlt.verſi. huius verbi citatio. Q. M.*

l *Quod requiratur partis inſtantia probo ſupra in prin.huius verbi. Citatio. Addo quòd Romæ iſta duo ſupponuntur, videlicet partis inſtantia, & iudicis decretum pro citatione facienda, prout aduerto in glo.ſacul.§.Et proprium in ver.Citationibus. verſ. Citandi mos in Ro. Cur. Quintil. Mand.*

m *Et ſi non apponatur locus, prout fit Romæ, intelligi debet, vt citatus cōpareat in loco, vbi maiores ius reddere*

ſoliti

ſoliti ſunt, l. cum ſententiam. C. de ſenten. & interlocuti. & ad alia quæ adduco in 28. q. Reg. de Anna. nume. 3. Quintil. Mand.

m *Hæc citatio dicitur generalis ad totam cauſam prout per Rot. 488. ſi appellatus. nu. 7. in no. de qua ego tract. inglo. facult. §. Et proprium. in verb. Citationibus. verſi. & huiuſmodi citationes. Quintil. Mand.*

n *Idem dixit ſup. ver. No. quòd citatio perſonalis. vbi limitat, niſi citandus ſe abſentet. Q. M.*

Ciuitas [a] an poſſit comburi, vel deſtrui propter hæreticos ibi habitãtes, vide ĩ. cõburi.[b]

ADDITIONES.

a *Ciuitas eſt collecta ciuium multitudo ad eodem iure viuendum, Cic. de ſomn. Scipio. Nihil eſt illi principi Deo acceptius, q̃ conſilia, cœtusq; hominũ iure ſociati, q̃ ciuitates appellãtur. Idẽ ferè pro Seſtio dicit Nonius ex Cic. de Rep. Quam cũ locis manuq; ſepſiſſent, eiuſmodi cõiunctionem tectorum oppidũ vel vrbẽ appel larunt delubris diſtinctam ſpacijsq; communibus. Inter vrbem & ciuitatem hoc intereſt. Vrbs eſt ædificia, ciuitas incolæ. Virg. 1. Aeneid. Vrbs antiqua fuit. Vrbs appellatio muris, Romæ autẽ continentibus ædificijs finitur quod latius patet. l. 2. ff. de verb. ſign. & l. vt Alphenus. 87. eod. idem eſt in ciuitate, vt murorum ambitu contineatur c. ſi caritas. de ſent. excom. li. 6. Alciat. in præcita l. 2. Ciuitas inquit Cic. 4. Parodo. non eſt illa, cum leges in ea nihil valent cum iudicia iacent. &c. Pet. Vend.*

b *Verſi. an tota ciuitas, & Vmbert. in Indic. inquiſito. hoc ipſo verb. Ciuitas, ſubdendo, quòd debet excedere declaratio iudicis. Pro quo vide etiam Nicolaũ Boer. in tract. de ſeditio. in 7. præſuppo. nu. 19. & latius per Guindiſal. de hæret. q. 14 per totam. Q. M.*

Claues [a] duæ debent eſſe pro cuſtodiendo carcere, quarum vnam tenebit cuſtos per epiſcopum deputatus, & aliam alter cuſtos deputatus per inquiſitores, vt de hæreticis in Clementi. multorum. & nullus illorum cuſtodum debet loqui cũ ipſis incarceratis, niſi præſente alio cuſtode, vt in d. Clementina multorum, de quo vide ſupra, carcer.

Sed qui negãt [b] claues eccleſiæ ſunt diuiſi a deo, & ab eccleſia. hoc intelligendo per claues poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, vt de pœniten. diſ. i. poteſt fieri. & ſic hæreticus poteſt talis dici, & iudicari.

ADDITIONES.

a *Clauis eſt notum inſtrumentum quo oſtia, arculæ, & id genus multa claudũtur, & aperiuntur. & ita hic accipitur, infra verò ſpiritualiter ſumuntur claues, & per tranſlationem. P. V.*

b *De hac inſigni, pariter & cœleſti, & ſingulari in nos dei miſericordia eccleſiæ donata clauium poteſtate, vide S. Synod. Trident. Seſſ. 14. c. de neceſſita. & inſtitu. ſacra. pœniten. c. 8. de ſatisfact. neceſ. & can. 3. 10. & 15. de ſanct. pœnit. ſacram. c. his igitur. & in Simb. ad Artic. Remiſſionem peccatorum. Item ſent ent. lib. 4. diſt. 18. & 19. P. V.*

Clericus. [a] De clericis dicit Bernardus, quid dicã de clericis noſtri temporis? Nam aliud

 ſunt,

ſunt,& aliud dicũt,& aliud videri volunt. Nam in habendis temporalibus ſunt vt laici, in habendis præbendis ſunt vt clerici, in plateis ſunt vt milites, in veſtimẽtis ſunt vt mulieres, nõ laborant vt laici, non prædicant vt clerici, non pugnant vt milites, non fructificant vt mulieres. Cuius ergo ordinis ſunt? nullius. ſed credo eos eſſe ordinandos. vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Hæc Bernardus ad Eugenium Papam, in quarto libro de conſideratione, & ſuper pſal. In labore hominum non ſunt, ideo cum hominibus non flagellabuntur.

Sed clericus luxurians contra naturã deponitur. vide infra ſodomia.

Nota ꝙ ſi clerici, vel religioſi inuẽti fuerint culpabiles in crimine hęreſis, grauius debent puniri, quàm laici, vt extra. de hære. c. penul. Et ita ſicut maiori pęna punitur clericus iſto crimine quàm laicus, & grauius peccat, ita & religioſi magis peccant in tali crimine deprehenſi, quàm clerici ſęculares, & grauius puniũtur quã clerici, vt in c. accuſatus, de hæreticis libro vj. & in quadam extrauagante Alexandri quæ incipit, Nouerit vniuerſitas. vide infra grauius, & infra pœna, & infra religioſus.

Item de [b] vita clericorum, & eorũ honeſtate aliqua dicemus. ſecũdùm quòd dicit Iſidorus. xxiij. diſ. in c. his igitur lege. vbi ſic dicit. His igitur lege patrum cauetur vt a vulgari vita: a mundi voluptatibus ſe abſtineant: non ſpectaculis, non pompis interſint: conuiuia publica fugiant: priuata, non tantum pudica, ſed ſobria colant, vſuris nequaquam incumbant, nec turpibus occupationibus lucrorum. non fraudibus cuiuſquam ſtudium appetant: amorẽ pecuniæ quaſi materiam cũctorum criminum fugiant: honoris gradum per ambitionem non ſuſcipiant: ſęcularia officia negociaque renuant: pro beneficijs medicinæ dei munera non accipiant dolos & coniurationes caueãt; odiũ, æmulationes, obtrectationem, & inuidiam fugiant; non vagi oculis, non effrenes lingua: aut petulanti, fluidoque greſſu incedant; ſed pudorem, atque verecundiam mentis ſimplici habitu, inceſſuque oſtendant: obſcænitatem etiam membrorum, & verborum, ſicut operum penitus execrentur. viduarum, & virginum frequentationes fugiant, contubernia extranearum nullatenus appetant fœminarũ: caſtimoniam quoq; inuiolati corporis perpetuò conſeruare ſtudeant. Aut certè vnius matrimonij vinculo fæderentur: ſenioribus quoque debitam præbeant obedientiam: nec vllo iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollãt: Poſtremò doctrinæ, lectionibus, pſalmis, himnis, canticis, exercitio iugiter incumbant. Tales. n. eſſe debẽt qui diuinis cultibus ſeſe mancipandos ſtudeant, ſcilicet vt dum ſcientię operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrẽt. Hæc Iſidor[a], vbi ſupra. Sed ad hæc omnia dicent ipſi clerici præſentis temporis: por de mas es la citola enel molino. Et ideo nõ ſine cauſa Bernardus dicit de eis quæ dicta ſunt ſupra in primo. §. iſtius literæ. & ibi vide.

Nota ꝙ boni [c] ſacerdotes, vel clerici remittunt peccata ex officio, & vitę merito. mali non ex vitæ merito, ſed ex officio tantùm, quãdiu ab eccleſia tolerantur, nec ſubditos mala

vita

vita eorum lædit, ſi bona faciũt quæ illi dicunt. hæc Ray. in ſum. in tract. de pœna confeſſoris reuelantis confeſſionem, in i. col.

Sed an clerici poſſint ſpectaculis intereſſe, vide infra ſpectacula.

Sed an laicus poſſit accuſare clericum, carcerare, & torquere, vide in fra laicus.

Nota cauſas propter quas clerici debent viuere caſtè. quas vide ſupra caſtitas, in prin. & in fine.

Sed bona [d] clericorum, pauperum ſunt. & dum viuunt, ſunt procuratores, & adminiſtratores eorum, vt xxiij. q. vij. quod autem, & xvj. quæſti. i. quoniam quicquid.

Item clerici tenentur ad hoſpitalitatem [c] charitatiuam, vt xvj. q. i. quoniam quicquid. Non tamen ad hoſpitalitatem violentam, vt l. i. C. de epiſcopis & clericis.

Sed an & quando presbyter teneatur iurare coactus, vide infra iuramẽtum §. nota quòd hęc vi.

Quod clericis non ſit licitum exercere mercimonia habet, & tenet Abbas in c. nauigãti, de vſuris, & de hoc in c. negociatorem clericũ. lxxxviij. diſ. & quod notatur in c. i. ne clerici, vel monachi. Si tamen indigent licitè poſſunt exercére aliquod opus, vt puta emere chartas, ſcribere libros, facere retia, & texere cophinos, vt de conſecration. diſ. v. nunquam. & de hoc vide quod no. glo. xiiii. q. iiii. canonum, & c. i. de celebra. miſ. & Tho. ſecunda ſecũdæ quæſt. lxxxvii. ar. iiii. ad tertium ar.

Sed an liceat clericis portare arma vide ſupra arma. & dicendũ ꝙ clerici volũtariè arma portãtes gradu amiſſo traduntur monaſterio, vt xxiiij. q. viij. clerici, & quicunque clericus, vbi dicit. quicunq; clericus aut in bello, aut in rixa, aut gentilium ludis mortuus fuerit, nec in oblatione, nec in oratione pro eo poſtuletur: ſed in manus incidat iudicis ſepultura tamen non priuetur, vt xxiij. q. viij. quicunque clericus. Et licèt clericus habeat inimicos, non licèt ei arma portare, vt eſt glo. xxiij. q. viii. in ſumma, & quaſi per totum & no. de hoc in c. clerici, de vita & honeſ. cleri.

Nota ꝙ clerici, & religioſi poſſunt exercere officium tabellionatus in officio inquiſitionis, vt infra notarius, & infra religioſi.

An clericus, vel epiſcopus poſtquã hæreſim quam commiſerunt, abiurarunt, & reuerſi ſunt ad eccleſiam, poſſint in ſuis ordinibus remanere, & in epiſcopatu, vel dignitate quos habẽt tempore reuerſionis, ſi redeunt tempore gratiæ, vide i. q. vij. per totã cauſam, & per glo. eiuſ.

Item an clericus rediens conuertens ſe ad fidem de hæreſi in quam incurrit, debeat beneficio priuari. Archi. tenet quòd non in c. vt commiſſi. glo. xxj. diſ. nunc autem & idẽ viij. diſ. quo iure.

An clericis propter crimen hæreſis poſſit imponi pęnitentia pecuniaria ratione talis criminis? & reſponderi pôt ꝙ ſi tales clerici non habent proprium, vel patrimonium, ꝙ nõ poteſt eis imponi pœnitentia pecuniaria, quia nõ debent diminui bona eccleſiarum pp delicta clericorũ, vt de hær. c. ij. §. nunc ſciendũ, in Cle. nã delictũ perſonæ nõ debet redundare in damnum eccleſiæ, vt de reg. iuris lib. vj. in c. delictum. ſi verò hñt propriũ, tunc bene pôt iniungi eis pœnitẽtia

pecuniaria ſicut alijs, quia tunc ratio prohibens ceſſat omnino. de quo vide infra pœnitentia pecuniaria.

Item eps, vel inquiſitor pñt clericũ deprehenſum in hęreſi vltra alias pœnas ei iniunctas eum ſuſpendere ab officio, & beneficio, vt xxi. diſ. nunc autem in gloſſ. de quo vide infra, & habetur. xxiiij. q. iij. dixit apoſtol⁹, & no. Archi. extra de hęreti. li. vj. & in c. vt commiſſi, ſuper verbo confiſco. & hoc eſt intelligendum quando talis clericus recipitur ad miſericordiam cum gratia. Nam aliàs ſi veniat tradendus curiæ ſœculari, debet tunc a ſuis ordinibus prius degradari, & deponi, vt infra degradatio, & infra depoſitio, & in d. extrauagan. Alexandri, Nouerit vniuerſitas.

Quam pęnitentiã [f] debet peragere clericus vel ſacerdos fornicator, vel aliud delictum graue cõmittens, vide infra fornicator.

Sed de pœna clericorum exercentium ſortilegia, ſeu incantationes, vide infra incantationes, & infra diuinationes, & infra pœna.

Sed bona clericorum cui veniant confiſcanda propter hæreſim ipſorũ, vide infra confiſcatio, in §. & nota ꝙ bona clerici, & in §. bona clericorũ hæreticorum.

Nota ꝙ eodẽ g priuilegio gaudẽt ſerui clericorum, quo eccleſiæ xvj. q. i. ſimiliter lxxxvij. diſ. iudicatum. clerici enim, & eorum mancipia ſunt exempta ab omnibus muneribus ciuitatum, niſi ſubſit magna neceſſitas, vt extra de immuni. eccleſi. non minus. C. de epi. & cleri. l. ij. & xij. q. ij. eccleſiarum ſeruos.

Sed an clerici teneantur ſoluere gabellas. de quibus vide gloſſ. not. in Clement. præſenti, de cenſibus.

Clericus fornicator eſt ipſo iure ſuſpenſus a ſacerdotio Ange. in aut. quo. op. epiſ. §. hæc autem de deo, collat. I.

An clericus poſſit obligare ſtipendia quotidiana? & dicendũ ꝙ ex cauſa iudicati poſſunt a iudice pro iudicato obligari. ar. de exe. rei iudi. ſtipẽdia, & C. de præ. mino. non alienan. l. i. ff. de rebus eorum qui ſub tuto. vel cura. ſunt, magis. vide gl. in c. præterea, de fideiu.

Sed qualiter probetur tonſura [h] ꝑ clericum, vide in c. ſi iudex laicus, de ſen. ex. li. vj. & dicit ibi Abb. ꝙ ſtatur ſuo iuramento, & probatio eius eſt in prõptu propter illud iuramentũ.

An ſit licitum [i] ordinare neophytos, vide infra neophytus §. neophyti prohibentur. [k]

Nota quare clerici poſſunt eſſe piſcatores, & non venatores. habetur lxxxvj. di. Eſau. nam piſcatores inuenimus ſanctos, vt habetur Matthęi xiiij Mar. xj. & Lu. v. & in pręallegato c. Eſau.

An ſit licitum audire miſſam clerici concubinarij? & quædam iura dicunt ꝙ non, vt xxxij. diſ. nullus. & vide per totum ti. de coha. cle. & muli. ſed dicendum quòd dum eos eccleſia tolerat, quòd bene poteſt eius miſſa audiri, per quandam extrauagantem quæ facta fuit in concilio Baſilienſi, quam papa Eugenius iiij. approbauit, quæ incipit. Ad vitandum ſcandalum. quam vide infra inter alias extraua. & quòd eorum miſſa non ſit audienda, habetur etiam, xij. diſ. nullus, & c. pręter, & gloſſ. & xxxiiij. diſ. audite. ſed hoc intelligitur de notorio concubinario, ſed per prædictam

&am extrauagãtem bene poteſt miſſa eorum audiri, dum tolerantur per eccleſiam.

ADDITIONES.

a *Clerici generaliter, inquit Iſidorus, li. 7. etymologiarum, c. 12. nuncupãtur omnes qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt, quorum gradus & nomina ſunt hæc. Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus, & 21. diſtin. c. cleros. Diuus item Ieronimus ſimiliter clericum definit, & docet etymologiam in Epiſtola, ad Nepotia. & 12. q. 1. c. clericus. Clerici verò nomen imponitur cum primũ tonſo capillo, quis Deo dedicatur. ſic inquit Catechiſ. de ſacram. Ord. c. iam verò. vbi de gradibus, & ordinibus clericorum docte, & eleganter agit. Vnde ſint dicti, vide ibid. Iſid. & Ieron. Alciat. lib. 5. parergon. c. 22. Petr. Vendr.*

b *Repete quę ſupra ex ſanctis patribus ad vocem caſtitas adnotaui Adde inſuper de innocenti eorum vita, Concil. Trident Seſſ. 14. in proœ. & 22. c. 1. de reſ. de cohabitatione cũ mulieribus inhibita ſeſ. 25. c. 14. de reſ. De vetito ad eas acceſſu ibi. De frequẽtatione monaſteriorũ ſeſ. 25. c. 5. & 7. de reg. A ſęcularibus actib. debent eſſe remoti, Seſſ. 22. c. 1. de reſ. De ſobrietate ibi. De cõuiuijs Seſ. ea. et c eo. et 25 c. 1. De habitu, geſtu, inceſſu, & ſermone, vita denique, Seſſ. 14. in proœ. & in c. 6. 22. c. 1 de reforma. In reformationibus Romę æditis poſt Synodum Triden. Ex his enim arguuntur hoĩes ait in Clemen. Alexan. lib. 3. Pædago. circa fi. cuius quidem totius libri, & ſecundi lectio. Stromatum deinde ſecundi potiſſimum, cur ſedula ſit ea præcipere S. Mater Eccleſia, mirum in modum proderit, De tonſura Seſ. 23. c. 4. de reforma. De ea, & corona earumque ſignificatione multa traduntur in Catechiſ. de ord. ſacra. c. iam verò. De literis, & ſcientia Seſſ 23. ca. 11. 12. 13. 14. Seſſ. 24. c. 18. de reforma. Catechiſ. de ord. ſacram. c. ſequitur nunc. Petr. Vend.*

c *De hoc etiam S. Syno. Triden. Seſſ. 14. c 6. de miniſt. ſacra. confeſ. & c. P. V.*

d *Adde Synod. Trid. Seſſ. 25. c. de reformat.. Pet. Vendr.*

e *Conc. Trid. c. 8. Seſſ. 25. Pet. Vend.*

f *Adde Concil. Trid. Seſſ. 25. c. 14. de reforma. Pet. Vend.*

g *Clericorum priuilegia, & immunitates renouatæ a S. Synod. Trid ſeſſ. 25. c. 20. de reſor. Adde Feli c. eccleſia S. Mariæ. extra de conſtit. nu. 7. 8. 9. 10. & 11. Familia an gaudeat priuilegio domini ſui etiam clerici, idem in c. 2. nu. 1 de for. compet. P. V.*

h *Clericatus ſeu prima tonſura quando per ſemiplenas probationes probari poſſit tracto in xi. q. 18. Reg Cancell. nu. 10. Quintil. Mand.*

i *Ordinandi qui non ſint, habes ex Conc. Trid. ſeſſ. 14 c 7. 21 c. 2. 23. c. 4 5. 6. 11. 12. 13. 14. & 16 de reſor. Catechiſ de ord. ſacra. cap penul. P. V.*

k *Adde quæ ſcripſi ſuper ſignat. gratiæ tit. de diſpenſ. cum neoph. Q. M.*

Cogendi, [a] An Iudæi ſint cogendi ad accipiendum fidẽ noſtram, vide j. an inquiſitor poſſit procedere cõtra Iudęos & j. Iudæus.

An teſtis poſſit cogi per inquiſitores ad hoc vt ab eo habeatur veritas, vide infra teſtis, & infra tortura.

Item an inquiſitores poſſint cogere totam viciniam teſtificare quæ ſciunt contra hæreticos, vide infra teſtis.

Item an inquiſitores poſſint coge-

re

re peritos in iure, vel alios religioſos ad examinationẽ proceſſuum inquiſitionis ad hoc vt conſulant, vel dent vota ſua inquiſitoribus? & dicẽdum ꝙ bene poſſunt cogi ad hoc per inquiſitores, vt extra co. in c. vt commiſſi, de hęre. lib. vj.

Nunc autem videndum eſt an iſti qui ſemel cęperunt ſacramentum baptiſmi, & poſt eum profanando apoſtatant, ſint cogendi tenere, & obſeruare fidem quam ſemel cœperunt? Et licèt ipſi obiectionibus, & calumnijs præſumant ſe defendere ad hoc vt nõ poſſint cogi, qui conqueruntur, & dicunt neminẽ ad Chriſti veritatem eſſe cogendum: diſputatiuè pugnandum, ratione vincendum, cum neophitos catholicos eccleſia habeat, & huius opinionis fatetur Auguſtinus ſe fuiſſe cũ cœcitate infidelitatis qua primitus tenebatur: poſt modum verò cum faciem ſuam ad veritatis lucem conuertit cognouit nedum verbis, & autoritatibus hanc confricari, & confundi ſententiam, quinimo & exemplis. Nam & ciuitas ſua cum primò tota eſſet in partes Donati, & in ipſius hæreſes poſita, ad vnitatẽ tandem catholicæ fidei legum imperialium timore conuerſa eſt, quam tempore ſuo vidit ita perniciem præfatã deteſtari, vt in ea nunquam fuiſſe crederetur. Item & aliæ multæ ciuitates ſibi nominatæ commemorabantur, vt in ipſis rebus agnoſceret etiam in hac cauſa rectè intelligi poſſe quod ſcriptum eſt, da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. hoc ille in epiſtola ad Vincentium Donatiſtam, & habẽtur tranſumptiuè xxiij. q. vj. in c. vides, vt opinor. qualiter autem ſacræ ſcripturæ teſtimonio hoc idem probetur, Conſidera patrem familias ſeruis ſuis pręcepiſſe cum ad inuitandũ ad nuptias in vias, omnes deſtinaſſet, quoſcunque inueneritis bonos, & malos cõpellite intrare. Legimus quoque primò Saulum, poſtea Paulum ad veritatem cognoſcendam, & tenendam magna violentia Chriſti cogentis eſſe compulſos, quoniam potius (quod mirũ eſt) qui pęna corporis ad euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus qui verbo tantum vocati ſunt, in euangelio laborauit. Et quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem. Sed circa iſta iſti neophyti dicunt ſe defendendo deum dediſſe liberum arbitrium cuilibet homini, & ideo non debere hominem cogi ad bonum quodque. & Donatus Auguſtino obijciebat, cui & ipſe reſpondit, attende, & conſidera quòd non ideo voluntas bona miſericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur. Nam quis neſciat, nec damnari niſi merito malæ voluntatis: nec liberari niſi bonã habuit voluntatem: non autem qui diligũtur, malæ ſuę voluntati impunè & crudeliter permittendi ſunt: ſed vbi poteſtas datur, & a malo prohibẽdi, & ad bonum cogendi ſunt. Nam ſi voluntas mala ſuę ſemper permittenda eſſet libertati, quare Iſraelitæ recuſantes, & murmurantes tam duris flagellis a malo prohibebantur, & ad terrã promisſionis compellebantur? vbi & ſubiungit multa alia noui & veteris teſtamenti euidentia teſtimonia, quę habentur tranſumptiuè xxiij. q. iiij. diſplicet. qui enim nec natura ad virtutem inclinantur, nec ingenuos habent animos, & verborum do-

doctrinæ diui * quæ aut præcipue, his contingit qui aſſuetudine [b] lõga malum habitum induerunt, neceſſe eſt quaſi belluas quaſdam ſub iugo ponere, & legis auſteritate coercendos fore, vt philoſophus docet x. ethi. Et perhunc modum coacti recta operantes virtutum actibus aſſuefaciendo tandem in bonos viros euadũt, vt ipſe dicit ij. ethic. ex eo. n. quòd multotiens agitur ſecundùm rationem, imprimitur forma rationis in appetitiua, quæ quidem impreſsio nil aliud eſt quàm virtus moralis, vt Tho. ibidem dicit. ad prædicta, etiam facit textus. xxiij. q. vj. iam verò ſi ruſticus. §. fi.

Item ipſi neophyti dicunt in ſui fauorem quòd nõ debet quis cogi, nec compelli ad fidem redire. & adhuc inſtant dicendo: non legimus apoſtolos violẽtia aliquos compuliſſe, nec a regibus terræ ad hæc auxilia petijſſe. Sed qui talia dicunt, vt ait Auguſtinus ad Bonifacium comitem non cõſiderant aliud tunc fuiſſe: & omnia ſuis cõuenire temporibus. quis enim tunc in Chriſtum crediderat imperator? quis enim pro pietate contra impietatem leges ferendo ſeuiret? tunc enim adhuc illud propheticũ implebatur, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus dominũ, & aduerſus Chriſtum eius? nondum enim agebatur quod paulò poſt in eodem pſalmo dicitur. Et tunc reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram, ſeruite domino in timore, & exultate ei cum tremore xxiij. q. v. ad fidem, & xlv. diſ. de Iudęis. Et ſi eccleſia poſſet etiam aliter eorum obiecta cõfutare. Aliter cum his qui nunquã fidei ſacramentum ſuſceperint, eſt agendum, qui non vi, ſed proprij arbitrij voluntate ſuadendi ſunt, vt ad fidem conuertantur, vt c. qui ſincera, & c. de Iudæis. xlv. diſtin. Ioannes in epiſtola ſua dicit, Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Qui autem cogitur, timore illo ducitur qui non eſt in charitate qui manus comprimit, non animum mutat, quo pœna timetur, nõ bonum diligitur. & habetur xxiij. q. vj. iam verò ſi ruſticus, in §. antepenulti. ideo PROVISO SOLERTER. Sed aliter cum eis qui ſemel ſacramẽtum baptiſmi adepti ſunt quia etiam ſi metu coacti ad chriſtianitatem fuiſſent a principio, ſicut factum fuit tẽporibus religioſiſsimi principis Zizebuti: quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, & baptiſmi ſacramentum ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis domini extitiſſe participes: oportet vt fidem, quã etiam vi, vel neceſsitate ſuſceperunt, tenere cogantur, Ne nomen domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur, vt in d. c. de Iudęis. xlv. diſ. vbi fit mentio de quadam lege per vim facta per religioſsimum principem Zizebutum. quod tamen diximus de conuerſis, debet diſtingui iuxta text. c. maiores. §. item quęro, de baptiſmo. De hac materia vide infra cõquerũtur, & infra comedere.

Nota, ſex faciunt presbyterum iurare coactum, vt infra iuramentum. §. nota quòd hæc ſex.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Cogendi verbum ſignificat hic vrgere & aſtringere quem nolentem & inuitum ad quid faciendum vel omittendum, ſicut accipitur ff. qui ſatiſda.cogan. & alibi paſſim in Pande. & C. Modi verò cogendi mul:i colliguntur ex vtroque iure, veluti iuratoria cautio, fideiuſſorum, pignorũ præſtatio. miſſio in bon poſſeſſ. vincula, carcer, militaris manus, mulcta, ſitis, inedia, labores corporis, quorum non pauca genera ſunt, ademptio rei poſſeſſæ. ſunt & alij. vide glo. ad c. tuæ. vt lit. non conteſt. & ad eam Abb. vide ff. quib. ex cau. in poſſ. eatur. & extra. vide ff. qui ſatiſda. cog. & l. ſiquis fortè. §. vlt. ff. de pœnis. l. exili. l. relegatus ff. de inter. & releg. item excommunicatio. Cogere capitur etiam pro in vnum colligere. Teren. in Heautontim. quaſi talenta ad quindecim coegi. M. Tull. ad M. Cat. coactoque in vnum locum exercitu, caſtra &c idẽ in l. ſeruus. 34. § imperator. de ſtat. lib. l. 2. primo reſp. & §. ſequen. vi bon. rapt. & in l. 1. ad l. Iul. de vi pub ff. De hac & alijs huius verbi ſignificationibus, vide Nonium Marcellum. Si attendas interdum propria, quandoque mutuata ſignificatio eſt, aliquãdo quod ſequitur ex proprietate verbi, quod a me non ſemper explicandum putẽs, quia ſufficit feciſſe nonnunquam. Pet. Vend.*

b *Multis argumentis docet Philo Iudæus, de vita viri ciuilis, ſiue Ioſeph, in naturæ ſimilitudinem abire conſuetudinem. Cic 1. de legi. Corruptela malæ conſuetudinis igniculi extinguuntur a natura dati, exoriunturq́ue, & confirmantur vitia contraria. ſcribit & in Laelio magnam eſſe vim conſuetudinis, etiam in his quæ ſunt inanimata. Lactan. de eius vi lib. 6. Inſtitu. diui. c. 20. 23. & 24. Ouid. Ars ſit, vbi a teneris crimen condiſcitur annis. Epiſt. 4. Pet. Vend.*

Cogitatio [a] peccati mortalis cũ conſenſu etiam ſine opere diuina lege damnatur xlix. diſ. hinc etenim ponderoſus.

Sed an, & quando ſola cogitatio [b] puniatur, no. in c. i. de eo qui mit. in poſ. in gl. non tamen ſtudioſam. Ioan. And. de homicidio. pro humani. libro. vj. ff. de pœnis. l. cogitationes. ibi vide.

ADDITIONES.

a *Cogitationem eſſe mentis partum, & voce detegi Philo ſcribit, de eo quòd deterius &c. in veri inueſtigatione verſari tradit Cic offic. pri. D. item Ambro. offic. 1. c. 22. Cogitationis hęc definitio non videtur aſpernenda, vt ſit longa conſilij explicandi agitatio, nam cogito frequentatiuum a cogo dicunt eſſe Grammatici, quòd mens plura in vnũ cogat. vnde quæ ſibi videntur optima poſſit elicere. Inde Seruius in Aeneid. 9. in Carmẽ. Quid dubitem. &c. ait, omnis cogitatus in dubitatione eſt ante ſententiam. Quintil. autem inſtitu. Orat. lib. x. c. de cogitatione, ſcribit eam eſſe mediam inter ſcribendi laborem, extemporalemq́; fortunam quandamq́ue dicẽdorum præparationem, Duplex autem videtur eſſe cogitatio, nuda, vel ſola, quæ ſine vllo eſt actu, altera q̃ in ipſum factũ initiũ mẽtis deduxit l. 1. ff. de fur. & l. fugitiuus. 225. ff. de ver ſign. vnde ait Iuriſconſultus ibi, furti, adulterij, aleæ, & fugæ crimina oportere aſſumpto actu intelligi, non ſecundùm ſolam propoſitionem, etiam ſi eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus ſit: & ex animi*

mi propoſitione dici poſſet fur, vel adulter videntur itaque duo quaſi gradus ante criminis abſolutionem cogitatio, conatus, demum abſolutio per actum. Cogitatio pro facto quando ſit tenenda vide Donat. in 3. Aeneid. in illa carmina, & patria Harpyias. &c. Pet. Vend.

b *De iure ciuili nemo punitur ex ſola cogitatione, etiam in crimine læſæ maieſtatis, niſi ad aliquem actum exteriorem proceſſum fuerit, glo. communiter approbata in l. quiſquis. in verb. eadem. C. ad l. Iul. maieſt. Bal. con. 24. vol. 4. Nic. Boer. in tract. de ſeditio. in 7. præſupo. num. 4 1. & ſequen. Bonifa. de Vitali. de crimi. in eo. tit. de ſeditio. verſi. vt dixi peruenien do ad actum, & Pet. Folle. in pract. crim. in fragmen. part. titu. de crim. læſæ maie. nu. 70. & ſequen. Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 91. vbi ſubdit, quòd de iure canonico ſecus eſt, in aliquibus enim caſibus, ex ſola cogitatione quis punitur, puta in hæreſi, quæ ſola mentis cogitatione proficiſcitur, hinc Inquiſitores punire ſolent, etiam hæreticos, in mente. Bald. in l. ſiquis non dicam rapere. poſt nu. 1. C. de epiſc. & cler. Quint. Mand.*

Cognoſcuntur hæretici reiudaizantes: ſeu conuerſi de iudaiſmo, & reuerſi mente, & ſecretè ad iudaiſmum huiuſmodi ſignis [a] exterioribus, ſcilicet quia raro eccleſiam intrant, & iudaiſmum; ſeu locum in quo Iudæi commorantur, frequenter viſitant: Iudæis ſe aſſociãt a Chriſtianorum conſortio ſe allongant. cum Iudæis in eorum feſtiuitatibus vbi poſſunt, comedunt: diebus veneris carnes comedunt: ſabbata colunt: diebus dominicis ſecretè in domibus ſuis ſeruilibus ſe exponunt. Quanta autẽ ſit nequitia, & malicia iſtorum, bene per experientiam demonſtratur. Ideo PROVISO SOLERTER. De hoc vide infra detegitur, & infra reiudaizantes, & infra iudicia, & vide in directorio inquiſitionis Nicolai Almei.

ADDITIONES.

a *A fructibus eorum cognoſcetis eos. ait veritas diuina. Pet. Vendr.*

Cognoſcere, [a] de quib⁹ ĩquiſito res poſſint cognoſcere, & de quibus non, & quãdo poſſint cognoſcere iunctim cum epiſcopo, & quando diuiſim, vide infra diuinatores, & infra incantatores, & ſupra blaſphemus, & infra inquiſitores & infra epiſcopus, & infra de ſapientibus hæreſim, & infra excedere.

Sed an vicarius generalis epiſcopi poſſit cognoſcere de crimine hæreſis? & dicendum quòd ſi non habet ſpeciale mandatum, quòd non poteſt cognoſcere de hæreſi, [b] ità tenet Imola in Clemen. i. de hæreticis, in fi. & ſic ſi non habet ſpeciale mandatũ, non poteſt committere vices inquiſitoribus: quia nemo dat quod nõ habet: & pro non dato habetur, quod ab eo datur qui dare non poteſt, vt de iure patro. quod autem, in fi.

Sed an poſſit cognoſcere de crimine hæreſis epiſcopus, & an capitulum ſede vacante ſuccedat in poteſtate cognoſcendi, vide Abb. in c. ad abolendam, de hære.

Sed an facultas cognoſcendi tollatur ordinarijs propter commiſſionem factam per papam ipſis inquiſitoribus? & reſpondetur quòd non, quia epiſcopus poterit cognoſcere & iudicare

iudicare de hæreticis, & procedere contra eos:& ſimiliter capitulum ſede vacante, vt in c. ad abolendam, de hæreticis in prin. ſicut inquiſitores p ſedem apoſtolicam deputati, vt in c. per hoc, & c. vt inquiſitionis, de hęreticis, lib. vj. & in Clemen. i. eodem ti. quia per hoc enim quòd papa deputat inquiſitores ſuper hęretica prauitate, non propter hoc videtur ſuper his facultatem cognoſcendi, & procedendi ordinarijs tollere, vt in dicto c. per hoc.

Sed an iudex inquiſitor poſſit cognoſcere contra exiſtentes publicè in peccato mortali, ſicut de vſurarijs, [c] blaſphemis, fornicarijs, concubinarijs, & ſimilibus? Et reſpondetur ꝙ licèt quis ſtet publicè in peccato mortali, quòd inquiſitor non poteſt cognoſcere contra tales, niſi prius eſſet orta ſuſpitio hęreſis contra eos, vt extra de hæret. c. accuſatus §. de quibus, li. vj. vel niſi videant quòd talia crimina publica ſapiant hæreſim, vt infra de ſapientibus hęreſim. Et eſt talis ratio, quia inquiſitoribus ſunt cōmiſſa ſolummodo ea quę tangūt hæreſim ſeu fidem catholicam. Vnde ad alia non poſſunt extendere ſuam manum, cum iura dicant, quòd non cōmiſſa non attentētur, vt xxv. q. ii. amputato, & quæ notantur, in c. accuſatus. §. de quæſtionibus, & §. ſane, de hæreticis, in vj. nec talia poſſent ad hæreſim trahi, vt infra diuinatores. Sed ſi tales exiſtētes publicè in peccato mortali ſe reddūt ſuſpectos de hæreſi, tunc verò inquiſitores bene de talibus poterunt cognoſcere, & contra eos procedere, verbi gratia cum aliquis publicus vſurarius, vel publicus fornicarius, vel publicus blaſphemus dicit illud non eſſe peccatum, vel etiā ſi nihil dicat, ſed euitat conſortia fidelium, vel nunquam aſſumit pœnitentiam, nunquam audit diuina officia, nunquam eccleſiaſtica recipit ſacramenta, vel mandata eccleſię non ſeruat: non ieiunat, nō abſtinet ſe ab eſu carnium, prout præcipit eccleſia: vel his ſimilia negligit, ſeu facit vt ſupra dictum eſt. Certè ex his indicijs oritur ſuſpitio contra talem, & ex talibus poterit inquiſitor de talibus cognoſcere, & contra eos procedere, vt extra de hæreticis c. excommunicamus. §. adijcimus, & de purg. ca. c. inter, & vide infra ex quibus indicijs detegitur hæreticus. IDEO PROVISÓ SOLERTER.

Sed an inquiſitores poſſint cognoſcere contra epiſcopos ſi eos inueniant ſuſpectos de hæreſi, vide infra epiſcopus, & infra inquiſitor.

Item quæritur an quando cauſa hęreſis, vel alia obijcitur ſummo pontifici viuo, & inuenitur mortuꝰ, quis de hoc debeat cognoſcere? vide per Arch. extra de hęreticis. c. fidelis, l. vj: & patet xl. diſ. ſi papa ad quod concor. xxj. diſ. nunc autem.

ADDITIONES.

a *Cognoſcere Donat. inquit, in Eunu. & Hecy. Teren. eſt perſpicaciter, diligenter & attentè conſiderare, & ad forum pertinet, vt cognoſcere de hæreditate, eſt iudicium de hæreditate exercere, vel cognoſcere propriè dicitur Iudex qui litigatores audit, eorūq; cauſam diſceptat. l. 1. ff. de conſt. prin l. 4. ff. de eo quòd certo loc. l. 2. C. de interd. vnde cognitiones dicūtur prætorum, ac iudicum qui cauſas audiunt, l. 1. §. per hanc ff. de rei vend. l.* 13.

13 ff.de min.l.1 ff. de aſſeſſ. l.4. ff. de off. eius cui man.eſt iuriſd. Numerus quidem cognitionũ quadripertitò diuiditur, aut enim de honoribus ſiue muneribus gerendis agitur, aut de re pecuniaria diſceptatur, aut de exiſtimatione alicuius cognoſcitur, aut de capitali crimine. Cognitionis cauſæ quæ, lege Alciatum, parerg.li. 6.c.5. cognoſcere inſtrumenta ſcribit Vlpian. l.56. de verb.ſign. eſt relegere, & recognoſcere, Clem. Alex. initio lib. 6. ſtrom. duplex, inquit, eſt cognitio. vna quidem communiter, quæ eſt in omnibus hominibus ſimiliter, intelligẽtia, et apprehenſio, quæ vulgò & publicè vbiq; ex eo apparet ꝙ norit vnumquodq; eorum quæ ſunt ſubiecta &c. vide eum. ibi, & alibi eod.lib. Cogitationis ſunt, ait Cic. in Top. eæ quæſtiones, quarum finis eſt ſcientia, ac tripartitæ ſunt, ſubiungit, cum an ſit, quid ſit, aut quale ſit, quæritur. ſequitur quomodo vnaquæq; earum explicetur, idẽ facit in 2. de oratore ad fratrem, ita ſcribit. Quintil. l.7.c.1.2.3. & 4. Agri. c.14. l.2. de inuẽt. copioſè docet, aut a ſenſibus, aut a mente proficiſci cognitionem. Ad eam quibus modis perueniri queat, & Bald. in l. ea quidem. C. de accuſ. Ariſtot. in annal. poſte. lib.2. & ethic.6. Pet. Vend.

b *De hęreſi cognoſcere non poteſt Vicarius generalis abſq; ſpeciali mandato, nec etiam vicarius capituli ſede vacante, ad c.licet. de off.vic. lib.6. Immo. in clem.1. de hæret. Guindiſal. in tract. etiam de hæret. Vmber. in iud. inqui. in verb vicari⁹. verſi. vicarius epiſcopi, vel capituli. Et etiã generaliter dicimus, quòd huiuſmodi vicarius de criminibus accuſatorum ſolùm cognoſcere poteſt, & definire ex ſpeciali commiſſione epiſcopi, vel capituli, iuxta communem opinionem, & ita ſeruatur. Tuuin. poſt Specu. de off. & poteſt. c. ſed. vac. in x. q.2. part. prin. nu.33. Iul. Clar. ſent. li.5 §. fi. ad fi. q 40. Q. M.*

c *Pro hac opin negatiua niſi quis aſſerat vſuram non eſſe peccatum, cle.1. & ibi omnes, de vſur. Ioan. Cal. in tract hæret. c.20. nu.2. Alber. de agnoſcen. aſſert. q.3. nu.9. verſi. & hæc pertinatia. Vmber. in Iudi. inqui. in verb. vſura. verſi. vſurã aſſerens non eſſe peccatum. & Siman. in Enchir. tit.8. nu.6. verſi. neque cõtra vſurarios. Quint. Mand.*

Cohabitatores inimici an repellãtur a teſtimonio vide ĩ. teſtis, & infra inimic⁹.

Collectio hęrbarum. An ſit licitum colligere herbas medicinales cum aliquibus verbis, vel tali die, vel ante ſolem, vel cum aliqua alia ſuperſtitione? & dicẽdum ꝙ nõ. vt xxvj. q.v. nõ liceat, & xxvj. q. vij. admoneant, & ſupra. aſtrologia.

Coluber enim Græcè ophis dicitur, vide infra de nominibus hæreticorum, & ĩ. xorguine.

Comburi. an hæretici quando relinquãtur brachio ſæculari, debeant cõburi, & ſit talis pœna congrua ipſis: & an debeant comburi viui, vel mortui? & dicendũ ꝙ debent comburi viui in conſpectu hominum, vt habetur in quadam conſtitutione Friderici Imp. quæ incipit, Inconſutilem tunicam. ſuper verbo Patarenos, vbi dicit, Patarenos [a] alios quocunq; nomine cenſeantur, decernimus quam affectant vt viui in conſpectu hoĩum cõburantur flammarũ cõmiſſi iudicio, nec dolem⁹ quòd in hoc ipſorũ ſatisfacimus voluntati, ex quo pœnã ſolũmodo nec fructum cõſequunt erroris. vide ĩ. pœna ĩ §. pœnę quæ veniũt ad homines, & in ſe. §.

An

. An habens librum erroneum, vel erronea continentem, teneatur eum cóburere.& an tales libri ſi ad manus inquiſitorum peruenerint, inquiſitores poſſint eos comburere? Et dicendum quòd habens librum erroneũ [b] vel erronea continentem, ſi ad eius manus peruenerit debet ſtatim eum comburere igne, vel inquiſitori, vel epiſcopo reſignare, vt per ipſos comburatur, vt extra de ſum.tri. & fi. catho.damnamus, in prin.& in fi.& extra de hęre. c. fraternitatis. C. de epiſcop. audien. l. maternarijs. & C. de hære.l.quicunque, in fi.& Archi. v. q. i.& c.ſi quis, & in extrauagante Ioã. pa.xxij.quæ incipit. Super illius ſpecula.vide infra libri.

An tota ciuitas poſſit cõburi,[c] propter hæreſim, vel propter hæreticos ibi commorãtes? & videtur quòd ſic. Nam principes populi peſſimis parcere non debent. Et quòd tota ciuitas poſſit comburi & quòd amplius non reædificetur in deteſtationẽ criminis, habetur xxiij.q.v.in c.ſi audieris.vbi ſic dicit ad literam.

Si audieris [d] in vna ex ciuitatibus quas dominus deus tuus dederit tibi inhabitare illic dicẽtes: eamus, & ſeruiamus dijs alienis, quos non noſtis, interficiens necabis omnes qui ſunt in ciuitate cæde gladij. Et incendes ciuitatem igne, & erit ſine habitaculo, in æternum non reędificabitur, Etiam nunc vt auertatur deus ab indignatione irę ſuæ, & dabit miſericordiã tibi, & miſerebitur tui: & multiplicabit te ſi audieris vocem domini dei tui, & obſeruaueris pręcepta ei⁹ cui⁹ pręcepti, & vigoris memor, Matathias Macha.1.interfecit eũ qui ad aram ſacrificaturus acceſſerat.

Et ſi ante aduentũ Chriſti ad deũ colendum, & idola ſpernẽda hęc præcepta ſeruata ſunt, quãto magis poſt aduentum Chriſti, & veri meſſiæ ſeruanda ſunt, quando ille veniens non ſolùm verbis nos hortatus eſt, ſed ẽt factis.de hoc nota.etiam in l.eũ qui, de apoſtatis. C. Et Hieronymus prima parte epiſtolarum in dialogo cõtra Pelagium. Iſaias dicit comburentur iniqui, & peccatores ſimul, & non addit in ęternum, & qui relinquunt deum conſummabuntur. & notandũ quòd propriè hic de hęreticis loquitur Hieronimus dicẽs, quòd rectum dei ſtramitem derelinquentes cõſummabuntur, ſi noluerint reuerti ad dominum quem dereliquerunt, quæ ſententia parata eſt ſi neglexeris ad meliora conuerti. Item quia multis graſſantibus opus eſt exemplo, vt in Clemen.i.de pœnis, & ibi glo.& ff. de pœnis.l.aut facta, quę eſt canonizata, de pœni.diſ.i.aut facta.cum ſuis glo. ſuper parte, graſſantibus. Et ſic poteſt concludi, quòd ſi aliqui hæretici ſunt in aliqua ciuitate, quòd tota ciuitas poſſit comburi, vt in prædictis iuribus apparet.

Viſo qualiter ciuitas poteſt comburi. nunc videndum eſt quis poſſet hoc facere, vel cuius autoritate debeat comburi, vel an quilibet poſſit hoc ſua autoritate facere, vel an requiratur autoritas principis, vel eccleſiæ: & per dictum c.ſi audieris, videtur [e] ibi velle Ioan.& Laur.quòd quilibet poſſit hoc facere.ſed in contrarium inducitur ea.q.c.quis enim, ver. his ergo, & q.iiij.ver.non ergo, & q. vlti.quicunque, & quod no. xxxiij.q. ij.inter hęc in i.glo. Archi.in c. præſidentes, de hæreticis, li. vj. dicit quòd [f]

eccleſia

eccleſia concedit generalem autori-
tatem exterminandi hęreticos, vt xx
iij. q. v. ſi vos, & dicto c. ſi audieris.
quę non tantùm dirigitur principi-
bus. & facit e. q. viij. c. legi. & de hęreti
cis excommunicamus. §. catholici.
vbi etiam ad eos exterminandos cô-
ceditur cruce ſignatis indulgentia vl
tramarina. Tamen occiſio, & expo-
liatio talium tutum eſt ꝙ fiat ex edi-
cto principis, vel eccleſiæ, vt in c. cũ
ſ̃m leges, eo. ti. l. vj. nè ex cupiditate,
vel vltione potius, quàm ex iuſtitia,
vel obedientia pugnare videãtur. xx
iij. q. i. quid culpatur, & q. ij. ca. i. & q.
iij. lex differentiæ. quod etiam tenuit
Ray. in ſumma, e. ti. ver. ſed nũquid.
& Goffre. in ſumma, eo. ti. §. ſed nun-
quid catholici. & idẽ ſequitur Io. An.
in nouella, in dicto. c. præſidentes. &
Domi. qui ſubiungit oportere neceſ-
ſariò pręcedere iudicis declarationẽ
ſuper crimine hæreſis, ad hoc vt iſta
executio fieret, per dictum c. cum ſe-
cundùm. Sed iſta videntur cum ſup-
portatione nimis crudè, & Indigeſtè
dicta, quia in tanta quæſtione vbi de
tanto periculo agitur, & præſertim
vbi innocentes pro nocentibus poſ-
ſent tali caſu puniri, grauius, & pro-
fundius ſcribẽdum eſſe deberet. Qua
propter melius temperari poteſt ri-
gor ille, & dici poteſt ꝙ ſi aliqui de ci-
uitate ſint hęretici, dummodo ciui-
tas ipſa hæreſim, non incurrerit, adeo
ꝙ delictum vniuerſitati ciuitatis ad-
ſcribi non poſſit, non propterea ciui
tas poſſit comburi aut aliàs deſtrui,
quia nullo iure hoc reperitur cautũ,
imò iura clamant in contrarium. Nã
peccata ſuos debent tenere autores,
vt C. de pœ. l. ſancimus, & de his quę
fiunt a ma. par. cap. quęſiuit. Et ad iu-
ra quæ incontrarium inducuntur,
ſtat talis reſponſio. Ad c. ſi audieris,
per quod glo. præfata ſe fundat, re-
ſpondi poteſt multipliciter. Primò ꝙ
illud erat pręceptum veteris legis, &
iudiciale, vt clarè patet: Nã habetur
originaliter Deuter. xiij. & talia in le
ge noua ceſſauerũt, niſi de nouo fuiſ-
ſent inſtituta, nec legitur noua inſti-
tutio. Nam Cyprianus, cui inſcribi-
tur ille textus in decretis, non habuit
facultatem in clericos [h] iura genera-
lia condendi, cum non fuerit Roma
nus põtifex: eo maximè vbi de incen
dio, & morte inferendis diſponitur,
vt patet per illum textum: quę pœnæ
ab eccleſia non imponuntur, nè cleri
ci, vel monachi, ſentẽtiam ſanguinis,
& eo. ti. l. vj. eos, & de exceſ. prælato-
rum, ex literis. vel aliter dici poteſt, ꝙ
ille textus non loquitur de hęreticis,
ſed de idololatris: & iſta crimina ſunt
diuerſa, vt ex ſuperioribus, & inferio
ribus patet.

Item aliter poteſt reſponderi ꝙ il-
le tex. loquitur, quando omnes de ci-
uitate inficerentur illo crimine, & ſi
non omnes: illud tamen tempore il-
lo licitè fiebat ſtante præcepto dei
qui dominus eſt vitæ, & mortis, pro
quo bonus text. in dicto. c. ſi non li-
cet, & in c. gaudemus, de diuortijs,
vbi de homicidio Sanſonis fit men-
tio. Ad alia verò iura quæ inducit
Archi. videlicet. c. legi. Reſpondetur
quòd autoritate dei illa facta fuerũt,
qui interius autoritate occidendi in-
ſpirabat, vt in d. c. ſi non licet. & ad. c.
ſi vos, dicendum quòd loquitur quã
do autoritate iudicis illa fiunt, vt
patet in fin. illius textus. vbi dicit, di-
ligentiſſimi rectores &c. Ad cap.
excommunicamus. §. catholici,

dicendum ꝗ intelligitur in caſu licito, ꝗ bellum contra eos moueretur, & accedēte autoritate ſuperioris, qui hanc concedere poſſet. aliàs autē ſequeretur abſurdum, ꝗ pro actu illicito, & reprobato papa concederet indulgentias, quę tantùm pro opere caritatis ſunt concedendæ, iuxta not. & doct. in c. quod autem, de pœni. & remiſ. pro quo eſt textus. eo. ti. cum ex eo. tenet S. Thom. iiij. ſent. diſt. xx. Stabit ergo in hoc concluſio quòd ſi ciuitas labatur in hæreſim, tunc demū poterit comburi, & deſtrui, & non aliter. hanc ſententiam firmat Bar. in d. l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis, in crimine hæreſis, & in crimine læſæ maieſt. & aliàs vbicunque filius punitur propter delictum patris. Et not. ꝗ ſic fuit factum de Carthagine, quæ propter rebellionem paſſa eſt aratrum, vt ff. qui. mo. vſufru. amit. l. ſi vſufructus. dicit etiam ſe vidiſſe ſententiam Imperatoris Henrici, quam dedit contra ciuitatem Brixiæ, quæ fuit ſibi rebellis, in qua pronūciabat illam ciuitatem eſſe ſubijciendam aratro; quam pœnam poſtea ex miſericordia relaxauit, quæ ſententia diffinitiua eſt lex, vt l. ij. ff. de legibus, & in l. fin. C. eo. & de re iudi. c. in cauſis. Et ita fecit papa Bonifacius, qui propter delicta quorundam templariorum totum[i] ordinem illorum deſtruxit, quia erant hęretici. Hanc autem ſententiam nullus inferior a principe ferre poterit, nec ſine principis autoritate hoc fieri poterit, ſecundùm quod latè proſequitur Bart. in extrauagante, quoniam. & idem ſenſit vno verbo. Salicetus in l. i. C. de ſeditioſis, in fine.

Sed quando dicemus ciuitatē committere hæreſim, vt modo præmiſſo puniatur? dicendum quòd ſi omnes eſſent hæretici, vel maior pars, vt in l. quod maior. ff. ad municip. & hoc tenet Bart. in d. extrauagante. quoniā. in ſimili materia, & requiritur, vt cōueniant vt vniuerſitas ad hoc faciendum, vtpote communicato conſilio: aliàs dicerentur ſinguli facere, & non vniuerſitas.[k] iuxta notata per glo. l. ſed ſi ex dolo. §. j. de dolo. & l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. nec per hoc eſt credendum ꝗ pęna corporali puniantur innocentes, pro nocentibus, qđ manifeſtè patet per ea quæ Bart. not. in d. §. nonnunquam, & Sali. in d. l. j. C. de ſeditio.

Sed iuxta prędicta quęritur, an punita vniuerſitate de hæreſi modo præmiſſo, cenſeantur ſingulares puniti; ad hoc vt amplius puniri nequeant? ad hoc reſponderi poteſt quòd ſingulares non eo minus puniri poterunt ſi culpabiles in hoc delicto reperiantur, quia quod debet vniuerſitas, nō debent ſinguli, & econtra. ff. quod cuius. vni. l. ſicut. §. j. ff. de regu. iuris, aliud §. refertur. pro quo facit. ff. qđ vi, aut clā. l. ſemper. §. ſi in ſepulcro. & ad hanc deciſionem faciūt notata per Ioan. mona. & Io. An. in c. fęlicis. de pœnis, lib. vj. in fi. & per Bart. in d. l. aut facta. §. nonnunquam.[l]

ADDITIONES.

a *Hæc oratio eſt imperfecta; quæ poteſt ex ſenſu & verbis etiam citatæ legis redintegrari vt legatur, Et alios hæreticos quocunq; &c. quia verba conſtitutio. nō continuant, ſicut hic leguntur. ſed gemini paragraphi ab inuicem longè diſcīſſi, verba ſenſumq; in vnum redigātur. P. V.*

Alio-

b *Alioqui hæreticus pſumitur. Anan. in c ſiquis epiſcopus.col.3.de hære. Archid.Ioann.Andr.& Domin.in c.filij.de hær.l.vj.Marſ. in l.q ſalſam.ff.de ſalſ.& con.52.Grat.con.151.l.2. Afflict.in Cōſtitu. Inconſutilem.16.not.q.10. Iudo. Care. prax.crim.tit.de hæret.num.125. ver. Et nota, quòd hoc crimen probatur, ſi libri hæreſis, quicquid velit Guindiſal. tit.de hæret.queſt.13.num.19.qui vult non ſufficere ad hoc, vt quis hæreticus cenſeatur, quod apud eum reperiantur libri improbatæ lectionis, ſed requiruntur etiam alia inditia, Pro præmiſſis videatur Roland.a Valle, con.40.lib.1.& Locat. Iudic. inquiſi. in verb.abſoluere. Quint. Mand.*

Tu vide conſt.Pij 4.Pont.Max.in exordio indicis lib. prohib. cum regulis. Pet. Vendr.

c *Vide quæ addidi ſupra in verſi. Ciuitas an poſſit comburi. Q. M.*

d *Deuteronomij.13.c. P. Vend.*

e *Machabeo.2. P. Vend.*

f *eadem verba inuenies (incipiendo ab ijs verbis, videntur ibi velle, vſque ad finem huius dictio. Comburi, & ſic per non nullas columnas) apud Guindiſal. Villadie. olim. Rotæ audit.in tracta. contra Hæret.prauit. quæſt.24.a prin.ferè illius quæſt.vſq; ad fin. Q. M.*

g *Et Hoſt.in ſum.eod.tit. Qualiter euitentur.verſi.ſed nunquid catholici, hæc amplius ſunt in li.Guindiſal. Q. M.*

h *In lib.Guindiſal.non eſt. in Clericos. Quint. Mand.*

i *Addere poteris, extinctionem ordinis Humiliatorum factam a Pio V. Pont, Max. Pet. Vend.*

k *Hæc eſt communis opi. Anan.in c. dilectus.nu.2. Abb.nu.13.de ſimon. Ant de But con.vlt.nu.3.ſeu potius Tortus poſt illius conſilia. Collegium Florentinum, inter conſi.Cur.Sen.con.21. poſt num.5. Cur.Iun.con.174.num.36.& conſi.vlt. nu.9. Feli.in c.cum omnes.de conſtitu.& in alleg.c.dilectus.ij.de ſimo.col.fi. Corn. con.224.vol.4.Marian.Soc.in repetit.c. qualiter, & quādo.nu.43.de accu.Egid. Boſſ.in pract.crim.tit.banni.qui poſſ.nu. 1. Nic.Boer.de ſedicio.præſup.vlt.nu.9. & ſeq. Iul.Cla.ſent.lib.5.§.fi.q.16.ver. vlterius quæro, nunquid vniuerſitas. Quint. Mand.*

l *Hic etiam finiunt verb.Guindiſal. & eiuſdem quæſtio.24. Q. M.*

Commiſſio.

[a] An propter commiſſionem factam inquiſitoribus ſuper crimine hæreſis adimatur poteſtas ordinaria ipſis epiſcopis, vel delegata ſi eam habeāt? & dicendum quòd non. de quo vide ſupra cognoſcere.

Omnia intelliguntur eſſe commiſſa iudici, ſine quibus principale negocium expediri non poteſt, vt extra. de offi.delega.c.præterea.[b]

Sed ſolummodo ſunt commiſſa inquiſitoribus ea quæ ſapiunt hæreſim, & ea quę tangunt fidem: vnde ad alia non poſſunt manus ſuas tendere, cū iura dicant, ꝙ non commiſſa non attententur, vt.xxv. q. ij. amputato. & vide ſupra cognoſcere.

Vtrum inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſint alijs committere vices ſuas? R. ſi. gl. in Cle. nolentes, de hęreticis quòd ſic.[c] & commiſſarios quos dant vocamus vicarios, vel ſubſtitutos, vt in Cle. i. de hæreticis. §. porrò. §. notarij.

Quæ ſunt ea quæ inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt cōmittere in officio inquiſitionis? Et dicendum ꝙ poſſunt committere citationes, denunciationes, autoritatē aduocādi,

& peritos vt ſuis conſilijs aſsiſtant, & conſilium prębeant opportunum, & quod eis humiliter pareant in virtute obedientię, vt in c. vt commiſsi, de hæretic. l. vj. & etiam poſſunt ſubſtituere alios actus iudiciales cum ſint iudices delegati principis. ſecundùm doc. ibidem, & per gl. & docto. eo. ti. Clęmen. ij.

Item inquiſitor poteſt committere vices ſuas epiſcopo, & epiſcopus inquiſitori: vel per literas ſignificare ſuum conſilium, vel aſſenſum vnus alteri, & alter alteri, vt in Cle. multorum, de hæretic.

An inquiſitor poſſit committere, examinationem teſtium ipſi notario? & dicendum ꝙ iudices in alijs cauſis bene poſſunt committere, licet per ſe deberent facere. ſed in cauſa hæreſis non poteſt committi examinatio teſtium. ita tenet Ab. in c. cum cauſam, de teſtibus & propter hoc non committit in iſto crimine, eo quòd in cauſa hæreſis non poteſt vnus ſolus examinare teſtes, quia tali examinationi debent intereſſe duæ diſcretę, & religioſæ perſonæ cū ipſo notario, & inquiſitore, vt extra. de hęreticis, vt officium. §. verum, l. vj. de quo vide infra examinatio, & habet infra in xviij. inſtructione inquiſitionis.

An & quando committatur examinatio teſtium iudici alterius territorij, Bal. & doc. in l. iudices, & ibi etiam Sali. C. de fide inſtru. vbi dicitur partem aduerſam eſſe monendā, vt accedat ad locum vbi committitur fieri examinatio teſtiū. & Barr. in l. cū ab initio, quemad. teſta. ape. & ibi dicit eſſe mittendos articulos, & interrogatoria ad commiſſarium. vide omnino Ange. in aut. de teſti. §. qm̄. ij. coll. vij. Bar. in d. l. cū ab initio. dicit; ꝙ ſi teſtes ſunt extra territoriū, debet ſcribi ad iudicem territorij, ꝙ examinet eos, & remittat atteſtationes ſigillatas cū ad examinantem non ſpectet publicatio, ſed ad committentem. ſi verò ſunt in territorio debet notari mitti ad recipiendum iuramenta, & dicta: quòd etiam probatur in dicta l. iudices. vbi etiam Bald. idem dicit, ſubdens, quòd talis commiſsio examinationis eſt interlocutoria.

Nota quòd non debet committi examinatio teſtium extra territoriū, ſi calumnioſè petatur. Bal. in l. iudices. C. de fide inſtrumen.

Nota quòd vbi ſunt teſtes lōgè diſtātes, poteſt iudex ipſorum receptionem in partibus committere: & hęc eſt vna cauſa legitima committendi teſtium receptionem. c. conſtitutus, de fideiuſ. Ab. in c. cum cauſam, de teſti. Sed hoc ego intelligerem in ciuilibus, non autem in criminalibus vide ỉ. teſtes. §. teſtes in cauſa criminali.

Nota quòd non poteſt committi per iudicem examinatio teſtium in caſibus prohibitis, etiam de cōſenſu partium, cum nō reperiatur iure cautum. Bal. in ti. de pa. conſtan. in §. cauſis, in fine.

An inquiſitor poſſit cauſas hæreſis delegare, & cōſtituere ſibi vicarios generales? & videtur quòd poſſit cauſas delegare proprio motu, & conſtituere ſibi vicarios generales. quia certū eſt quòd ipſi ſunt delegati papę, ꝑ c. per hoc, de hęreticis, li. vj. & in Cle. ij. eo. ti. in prin. in gloſſ. quæ eſt infra. Sed alij aliter dicunt. dicunt enim quòd poteſtas ſubdelegandi inquiſitoris cautius ſit reſtricta, videlicet ꝙ poſſit ſubdelegare, & committere rece-

receptiones denunciationum, formationes inquiſitionum, citationes perſonarum, & examinationem teſtium,& cætera præparatoria, nõ autem ſententias. & hoc per quandam extrauagantem conſtitu. Clementis papę,quæ incipit, Lex in omnibus.§. vt in gl.c.vt commiſſi,quæ fuit p Vrbanum poſtea approbata. & ita plurimum ab inquiſitoribus de conſuetudine in multis partibus obſeruatur. Sed tenet prima op. ut valida: cum ſit de iure redacta in compilatione librorum.

Sed an commiſsio facta per iudicem delegatum poſſit reuocari, vide infra delegatus.

Et quòd inquiſitores poſsint committere vices ſuas in omnibus ſupra dictis,patet in quibuſdam literis apoſtolicis diuerſorum ſummorum pontificum miſſis per Vrbanum papã inquiſitoribus,quæ literæ ſeu extrauagans incipit, Vrbanus &c. In quibus ſic dicit: prę cunctis noſtrę mẽtis deſiderabilibus catholicæ incrementũ fidei. in quibus quidẽ literis papa eas cõfirmando in fauorem fidei catholicæ, ſuper officio inquiſitionis ſic dicit ad literam. Vt ergo commiſſi vobis officij debitum vtilius,& liberius exequamini cõmittendo citationes, teſtiu examinationes,cũ de huiuſmo di crimine,ac ipſius circunſtantijs du xeritis inquirendum, & denunciationes ſentẽtiarũ,quas in quoslibet hac de cauſa tuleritis, arcellendi quoque prout expedierit,peritos quoſlibet vt vobis aſsiſtãt &c. vide ĩ. inquiſitores.

Nota ꝙ vbicunque committitur alicui aliquid vt illud perſonaliter exequatur,ꝙ non poteſt illud ſubdelegare. Et etiam vbi in commiſsione videtur electa induſtria perſonæ, vt in c.fi. de offi. dele. fallit in delegato papæ,vt in dicto.c.patet. Et etiam fallit in delegato ab inferiore, quando eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum,vt.ff. de iudi. l. cum prętor. §.i. ff. quis & a quo appel.l. i. §. i. vel niſi hoc ſibi ſpecialiter concedatur, ſecũdum Io.An. in c.is cui,de offi.dele. li. vj. vel niſi quando vnum articulum vnius cauſę committeret,vt in Cle.i. de offi.delega.

Nota ꝙ ſubdelegatus a principe, & delegatus ordinarij non poſſunt committere alijs vices ſuas, & circa hoc eſt notandum ꝙ aut iſte committit vices ſuas vt ordinarius, aut vt delegatus ſi vt ordinarius, tunc ſtat regula ꝙ delegat⁹ ordinarij ad certam cauſam non poteſt ſubdelegare, nec committere vices ſuas, quia hoc eſt priuilegiũ cõceſſum delegatis a principe.C.de iudi.a iudi.& de appe.c.cũ cauſam,& de fo.compe. c. ſi diligenti. aut facit illam commiſsionem vt delegatus a principe,& tũc etiam ſtat regula, quòd ſubdelegatus delegati etiam a principe delegare non poteſt articulum cauſæ cognitionem requirentem, prout legitur & no. in dicto c. cũ cauſam,& in c. cum Bertoldus de re iudi.& per Inno.& Hoſti.in Clementi.iudices,de offic. dele. per omnes ſcribentes,& in ſpe.tit.de legato §.i.ver.ſed nunquid ſubdelegatus.& hæc plenè do. de Ro. in deciſionibus ſuis nouis,deciſi.cclviij.vide infra de legatus.

Nunc autem quęritur cum aliqua cauſa committitur per papam alicui epiſcopo talis diœceſis,& in illa diœceſi sũt duo electi, qs iſtorũ prę ferret alteri ad hoc vt ꝓpter talem commiſ-

ſionem poſſit de cauſa cognoſcere, & dicendum ſm Vincen. & Io. An. in c. per venerabilem. §. rationibus, qui filij ſunt legitimi. vbi per illum text. dicunt quòd ſi cauſa committitur epiſcopo Paduano, & duo ſunt electi, vnus canonicè, & alter non, quòd intelligitur commiſſa exiſtenti in canonica poſſeſſione. & idem tenet Archi. xj. quæſt. j. ſi quiſquam. & debet intelligi de illo qui bona fide eſſet in poſſeſſione. ſecus autem ſi de facto tantùm eſſet intruſus.

An vicarius generalis poſſit committere vices epiſcopi inquiſitoribus ad cognoſcendum de hęreſi via ordinaria, vide ſupra cognoſcere.

ADDITIONES.

a *Hic ſummitur commiſſio pro reſcripto vel literis principis, quibus mandatur Inquiſitoribus in hæreticos iuriſditio, cuiuſmodi ſunt in tit. de hæret. libr. vi. in multis capitulis, & generaliter in tit. de reſtrip. C. de reſcrip. & extra de reſcri. Aliàs cõmittere capitur pro credere, vt in l. hac lege. C. de pact. conu. ibi quæ, ſe ipſam marito commiſit, &c. Committimus, inquit Donat. in Andria Terent: magna, & quæ ſalutem in dubio habeãt, & alibi in eandem. committimus ea, quæ cum magno periculo volumus eſſe ſeruata. Interdum pro delinquere, l. relegatorum §. ſiquis. ff. de inter. & relega. Aliquando ad contentionem, & concertationem exhibere. l. qua actione. §. ſiquis in colluctatione. ibi, niſi domino committente. Inde commiſſiones dictæ. ſcenicæ ſcilicet, & poeticæ & etiam ludicræ. quas prætores ludis præſidentes faciebant, & inde committi gladiatorum paria dicebantur in ſpectaculis, & in athletarum certaminibus, quales narrat Sueton. in Claudio. & Auguſto. Hinc factum eſt vt committere pro irritare & ad iram accendere ponatur: item pro præliari. l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dica. præterea cõmittere pro eo quod confiſcare vulgò dicunt. Paul. ff. de negocijs geſtis. l. ſi periculum erat, ne prædia in publicum committerentur. inde commiſſa in titu. de publican. & in commiſſum cadere dicuntur, quæ fiſco propterea debentur, quia quid factum aut non factum eſt l. vlt. l. 14. & paſſim eod. Committi verbum iuris, cum quid commiſſum ideſt factum eſt. propter quod aliquid debeatur, in titu. C. 4. ff. 39. de vectiga. & commiſſ. hinc commiſſa hæreditas, commiſſa pœna dicitur quæ debetur l. 4. §. Cato. & l. ſequen. & paſſim de verb. oblig. Quintil. c. 5. lib. 7. l. Lucius de actio. empt. item commiſſa ſtipulatio, & ſimilia in iure paſſim leguntur, vide Bud. in annota. in l. quæ actio. præcitatam. & de verb. iur. Hotoman. P. V.*

b *Et ad text. in l. 2. ff. de iuriſditio. omnium iudicum. ac con. Fede. de Sen. 162. ſuper reuocatione. vbi etiam quòd cauſa ſimpliciter commiſſa, delegatus auxilium brachij ſæcularis inuocare poteſt. Quint. Mandoſius.*

c *Hæc eſt communis opin. vt atteſtatur Guindiſal. de hæret. quæ. 7. nu. 13. verſi. ſed an inquiſitores poſſint committere vices ſuas. & idem voluit hic infra ver. An inquiſitor poſſit cauſas hæreſis delegare. Quint. Mand.*

d *Et eſt communis, vt dixi ſuper verſi. vtrum inquiſitores hęreticæ prauitatis poſſint alijs committere vices. idem voluit Siman. de hæret. tit 7. de inquiſi. nu. 14. ver. poſſunt vices ſuas alijs committere. vide Ioan. Cal. eod. tit. de hæret. c. 30.*

&

& eund. in forma procedendi contra inquiſi. rub. de off. Vicarij inquiſito. Quintillianus Mandoſius.

c *Adde copioſè de hoc Feli. in c. vlt. de off. & poteſt. iud. deleg. & in c. canonum. de conſtitu. nu. 44. & ſequent. Alexand. in l. More. ff. de iuriſd. om. iud. nu. 23. Roman. in ſingul. in voce executor. in conſi. 27. 261. & 344 item Felin. in c nè innitaris de conſt. Alex. in l. ſi ſic. de leg. 1. Pet. Vend.*

Comedere An ſit licitum cum Iudæis, & de eorũ cibis? & reſpondetur quòd non, vt xxviij. q. j. omnes, & c. nullus. ſed hodie nec cum paganis comedere poſſumus, cũ & ipſi diſcernant cibos (nos ſicut Iudęi. de hoc glo. in c. ad menſam. xj. q. iij. & extra de Iudæis. quã ſit. adde canonem concilij Agathenſis. & c. nullus. vbi etiã prohibet Chriſtianis accipere medicinas ab eis. a

Quando autem colloquia, & conuiuia infidelium non ſunt vitanda, vide xxiij. q. iiij. infideles.

An ſit licitum Chriſtianis comedere azima Iudæorum. vide ſ̃. azima.

Ab hæreticis non licet ſumere cibũ j. q. j. ſi quis inquit.

An ſuſpectus teneatur comedere, vel guſtare de illis cibis de quibus ante non comedebat, nec guſtabat propter obſeruantiam legis Moyſi, poſtquam factus eſt Chriſtianus, & accepit ſacramentum baptiſmi, ſicut ſunt iſti neophyti. Et dicẽdum ꝙ poſtquã facti ſunt Chriſtiani nè videantur remanere in iudaiſmo, & nè videantur iudaizare, ꝙ teneantur comedere, vel ad minus guſtare de his quæ ante conuerſionem non comedebant. aliàs habebitur quis pro ſuſpecto de hæreſi. Et propter talem ſuſpitionem ſi clericus eſt, degradabitur, vt trahitur in ar. a ſimili. xxx. diſ. in c. ſi quis presbyter, & ibi glo. Et etiam ad hoc põt induci quædã cõſtitutio. fori iuz. per religioſiſſimum regem Siſibundũ contra cõuerſos Toletanos condita, & ꝑ ipſos approbata, in qua conſtitutione apponitur ipſis pœna vltimi ſupplicij ſi nõ comederint petaſo nẽ, quẽ in lege veteri nõ comedebãt, vel ad minus ſi non poterũt eum comedere, ꝙ adminus teneantur de eo guſtare. quæ cõſtitutio fuit ædita per ipſoſmet conuerſos Toletanos propter hęreſim per eos cõmiſſam poſtquam acceperunt ſacramentũ baptiſmi: quæ quidem conſtitutio vel l. fori iũ, cõtinetur dicto fo. li. xij. ti. de toler los errores de todes los hæreges l. vel conſtitutione penul. quæ ſic proſequitur ad literam. Ley del fuero iuzgo.

El nueſtro ſeñor muy piadoſo & mucho honrrado el Rey Reſiſindo nos todos los iudios dela cibdat de Toledo que auemos de ſubſcriuir, & fazer ſeñales de yuſo en eſta ley ſaſs. Nos nos mẽbramos que combien, & con derecho en otro tiempo nos coſtriñentes que fezimos pleito, & mandando del Rey titulam que es paſado quæ deuiamos todos guardar, & tener la fe delos chriſtianos, & aſi nos todos lo fezimos: mas por que la porfia de nueſtra dureza, & la vez del yerro de nueſtros padres nos deſtorua que non creamos enel noſtro ſeñor Ieſu Chriſto verdaderamente, ni que tẽgamos la fe delos chriſtianos firmemente. porẽde agora de nueſtro grado: & de nueſtro plazer reſpõdemos ala voſtra alteza aſi por nos, como

por nueſtras mógeres, como por nueſtros fijos: por eſte nueſtro eſcrito; que de aquiadelante non hagamos niguna coſtumbre de los judios: & alos iudios que ſe no queſierem batizar nō auremos ninguna compañia con ellos en ninguna manera: no nos caſaremos con ninguna de nueſtra linage faſta ſexto grado. non faremos inceſte cō ninguna mug r d: nueſtro linage; ni nos, ni nueſtros fijos, ni nueſtra generaçion mas aſi los varones, como las mugeres de aquiadelāte nos caſaremos como los criſtianos. no faremos circuncision de nueſtra carne: no guardaremos la paſcua, ni los ſabados ſegon como ſoliā guardar los otros iudios: ni las otras fieſtas: no departeiremos los manjares ſegō la coſtūbre non faremos niguna coſa delo que han los iudios yſado, ni coſtūbrado, ni de como ellos biuen. mas todos creeremos con limpia fe, & con agradable voluntad, & con gran deuoçion en Criſto fijo de Dios biuo ſegon como los euangelios, & los apoſtóles mandan, & aquel confeſſamos, & ordenamos, & todos te nemos en eſta ſancta ley delos criſtianos verdaderamente aſi en los dias delas fieſtas, como en los caſamientos, como en ſus menjares, como en todas las otras coſtumbres ni ningun engaño, ni ninguna razon non tenemos contra ella de nueſtra parte por que non complamos, & nō fagamos todas las coſas que prometimos. E delas carnes del puerco prometemos guardar que ſilas nō podieremos comer, porque non la auemos acoſtumbrado, que toda via todas las coſas que fueron conello cochas comer las. hemos ſin todo enojo, & ſin todo aſco. E ſi alguno de nos fuera fallado que paſe contra eſtas coſas que ſon de ſuſo dichas: o en la menor delas: o que oſe fazer alguna coſa contra la fe criſtiana: o ſi tardaremos de fazer eſtas coſas que prometimos de palabra, o de fecho. iuramos por aquel miſmo Padre, & fijo, & ſpiritu sāto que es vn ſol dios, trinitad que a qual quiera de todos que fuere fallado que paſa eſtas coſas, o alguna delas que le q̄memos: o le apedreemos: E ſi por auentura la vueſtra pietad le quiſiere guardar la vida, manteniente ſea fecho ſieruo. & que dedes ael, & a toda ſu buena a quien quiſierdes por ſiempre o que fagades del de ſus coſas lo que quiſierdes non tan ſolamente porque auedes poder de Rey. mas por nos que vos otorgamos por eſto nueſtro ſcrito, y eſte pleito, y eſte eſcrito fue fecho doze dias andados delas Kalen. de março enel ſexto año que vos reynaſtes.

Diebus Mercurij, & Veneris eſt a carnibus abſtinendum, de conſecra. diſtin. iij. ieiunia, & c. de eſu carnium, & ibi rationem vide.

Item ab eſu carnium abſtinēdum eſt. & die Sabbati, de conſecr. diſt. v. quia dies.

Supradictum eſt quòd cum infidelibus non poſſumus comedere. ſed contrarium dicit Apoſtolus, & habetur j. queſtio. iiij. turbatur. vbi dicit, ſi quis infidelium vocauerit vos ad cœnam, quicquid appoſitum fuerit, comedite nihil interrogantes. vide infra §. ſequen.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Medicinas accipere a Iudæis, & cum illis conuerſari prohibitum eſt, ad ea quæ adduco ſuper ſigna. grat. de licen. docto- ran verſi. Sanctiſſ. D. N. Paulus, cum ijs quæ ſequuntur. Q. M.*

b *Præceperat dominus filijs Iſrael abſtinere ab eſu carnium ſuis, & nonnullorum aliorum animalium, de quib. Leu. t.x.xi. Deut. 14. ſus quoque quoniam diuidit vngulam. &c. catholici Hiſpani, quando aliquem ſuſpectum ex nouiter ad fidem noſtram conuerſis ſugillare volunt, boc eorum prouerbio vtuntur. No come tocin. Q. Mand.*

A ſuillæ carnis comeſtione cur abſtinere præceperit Deus, & quid per hmôi interdictum voluerit intelligi, & cur itē alia quædam prohibuerit animalia comedere lege Clemen. Alexan. Pedagogi lib. iij. c. de compendio optimæ vitæ pertractatio. ſtrom. lib. 2. Lactan. quoque. li. 4. inſt. diuin. c. 17. P. V.

c *De delectu ciborum, & ieiunijs, & ad quid conducant. S. Synod. Trident. Seſſ. 25. c. de delect. cibo. Catech. in oratione Dominica. ad vocem Quotidianum. Quàm ſint nocumento delicati cibi, comeſſationes, & crapulæ, quid viuat contra ſobrietas, demonſtrat amplè Clemen. Alexand. lib. 3. pedago. 1. 2 & 7. omnium namque virtutum fundamentum a diuina lege ſtatutum ait eſſe continentiam. ſtrom. lib. 2. fol. mihi 73. lege in Decret. Iuon. part. xiij. c. 80. 84. & 85. Pet. Vendr.*

Communicare [a] an ſit licitum cũ hæreticis? & & rñdetur non debemus cum eis cõicare, ſed ſunt euitandi a conſortijs fidelium, vt prohibet apoſtolus in epiſtola ij. Ioan. c. j. vbi dicit, ſi quis venit ad vos, & hanc doctrinam non habet, nolite recipere eum in domum, nec ei, Aue, dixeritis. qui enim dicit illi, Aue, cõicat operibus ſuis malignis ecce prædixi vobis, vt in diem domini non confundamini, plura habens vobis ſcribere nolui per chartam, & atramentum, ſpero enim me futurũ apud vos, & os ad os loqui vt gaudiũ veſtrum plenum ſit. ſalutant te filij ſororis tuæ electæ.

Item multiplici ratione non eſt cõmunicandum hæreticis. vna ſcilicet ratione excõmunicationis. nam cũ ſint excommunicati non eſt eis communicandum, ſicut nec cum alijs excommunicatis. Alia eſt ratione hæreſis: primùm propter periculum nè eorum conuerſatio alios corrumpat, ſecundũ illud, j. ad Corinthios, Corrũpunt bonos mores colloquia praua: ſecundò etiam nè videamur eorum peruerſę doctrinę aliquem aſſenſum præſtare. vnde xxiiij. q. j. in c. omnis qui, & in ſecunda epiſt. Io. dicitur, vt ſ. ſ. ſi quis veniat ad vos & hanc doctrinam nõ habet, nolite eum in domũ ducere: nec, Aue, ei dixeritis. qui enim dicit ei, aue, cõicat operibꝰ eius malignis. vbi dicit glo. ſm ꝙ vox eſt inſtituta, communionem eſſe oſtendit cum illo. alioquin ſimulatio eſt, quæ in Chriſtianis eſſe non debet. tertiò, vt nè ex noſtra familiaritate alijs detur occaſio erroris: vnde ibidem dicitur in alia glo. & ſi vos fortè decepti non eſtis, alij forſitan per talem veſtram familiaritatem poſſent decipi, qui crederent illos placere vobis, & ſic crederent illis. vnde

alia

alia gloſſ. ibidem dicit, tanta apoſtoli, atque eorum diſcipuli in religione cautela vtebantur, vt nec verbi quidem communionem cum aliquo eorum qui a veritate declinauerant, habere paterentur. hoc tamen intelligendum eſt nè b cum aliquo loqueremur de eius ſalute. Ad primum igitur dicendum, in illo præcepto patris familias duplex conditio intelligitur; vna eſt vt exponatur præceptū de inſeparatione malorum a bonis. Et hoc accipitur ex ipſa q̃ſtione meſſorum, qui dicunt: nos imus & colligimus ea, hoc enim nouerit vſque ad diem iudicij. ſecunda conditio eſt: vt intelligatur præceptum quando mali ſine periculo bonorū extirpari non poſſunt: & hoc patet ex reſponſione patrisfamilias q̧ dixit: nè fortè colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum, quod quidem tribus modis contingere poſſet, vno modo ſi aliquis præſcinderetur antequam de eius malicia conſtaret. vnde dicit glo. quòd monet dominus, nè ambiguè iudicemus, ſecundo ſi non eſſet in malicia obſtinatus. vnde nullus excommunicatur niſi propter contumaciam: vnde dicit glo. ibidem, monemur non cito amputare, quia qui hodie errat, fortè cras defendet veritatem. & Timothe. iij. vl. dicatur, hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem deū ita. tertiò ſi ſimul boni cum malis inuoluātur. Iſtis autem remotis debent mali præſcindi ſecundùm illud. i. corinthiorum, Auferte malum ex vobis. & per hæc patet ſolutio. Ad ſecundum ſic proceditur, videtur quòd hæretici redeuntes ad eccleſiam non ſint recipiendi, quia peccauerunt contra fidem, quæ eſt eccleſię fundamentum: & ideo in ædificatione eccleſiæ non debent ſuperædificari: ergo non debēt ab eccleſia recipi. Sed contra eſt, quia eccleſia nulli debet claudere gremium, ſicut Chriſtus, qui de ſe dicit: eum qui venit ad me non eijciam foras, Ioan. vj. Reſpōdeo quòd quādiu huius vitæ ſtatus durat, homo non poteſt eſſe totaliter in peccato obſtinat⁹. hoc enim ī damnatis poſt mortem: & ideo quamdiu in hac vita viuitur, cuilibet relinquitur locus pœnitentiæ. Et quilibet quantumcunque deliquerit vel in fide, vel in moribus eſt ab eccleſia recipiendus ad pœnitentiam, & contrarium dicere eſt hæreſis Arrianorum. ſed tamen non eſt neceſſariū quòd ſemper ad dignitatem recipiantur niſi cum aliquibus miſericorditer diſpēſaretur, præcipuè propter bonum pacis, vel propter fructū alium qui inde ſperetur. Ad primum ergo dicendum quòd quandiu fundamentum fidei non habet, ab eccleſia recipi non debet, ſed poſtquam conuerſus incipit habere, recipiendus eſt hoc habetur in quotlibe. x. per ſanctum Thomam in ſuis quotlibetis.

Et ſic concluditur quòd familiaritas malorum vitāda, eſt nè boni corrumpātur ab eis, vt no. in c. apoſtoli. extra de Iudæis, & Sarace. & eorum ſeruis. Et ſic conſortium, & communicatio hæreticorum ſunt fugienda, vt xxiiij. quę. i. omnes & c. ſeq. & q. iij. clericus.

Item nota quòd cum hæreticis, & ſchiſmaticis non debet fieri communicatio, ſeu conuerſatio, nec etiam cum leproſis propter morbi contagioſitatem. ideo iſto timore debent

expel-

expelli de ciuitate vbi degunt.de quo vide glo.& non alibi,in aut.iuſiurandum quòd præſtatur ab his, in fine. ex quo concludo quòd omnes quorum contagio poteſt eſſe nociua,poſſunt expelli de ciuitate per præallegatam gloſſam.tene ergò menti contra rufianos,lenones,& meretrices, & ſimiles: quia propter eorum contagioſitatem,nè bonas faciant meretrices poſſunt expelli de vico bono in quo degunt, & ſi oportuerit, poſſunt expelli de ciuitate.

Et ſic ex prædictis no. quòd ſi aliquo modo permittatur cum hæreticis communicare, debet eſſe propter finem eos inducendi ad fidem monitionibus, & blandicijs. ſed per iudices,& poteſtates cogendi ſunt, vt ſupra cogendi, & in alijs non licet eis communicare propter prædictas rationes,cum ſint excommunicati, vt xliij.diſ.in mandatis. & clarius extra de hæreticis,excommunicamus.con iuncto.c.cum voluntate. de ſent. excom. Et etiam corpore ab eo recedendum eſt qui fidem Chriſti nō habet, vt xxiiij.q.i. omnis.nec ei dicere debemus Aue vt in eodem. c. & ſupra in §§.præcedentibus.

Sed non eſt communicādum malis, nè infamiam malè agentium in nos transferamus. xiij. q. vlt.ij quī.

Item conuerſi ex Iudæis, quia ad vitia proni ſunt,non debent cum Iudæis conuerſari, nec cohabitare, nè eorum participatione ſubtrahantur xxviij.q.j. ſępe, & c. nullus, & extra de Iudæis, in. c. ad hæc, cum ſimilibus.quibus iuribus interdicitur communicatio cum infidelibus. Sed nota quòd ſuis meritis firmus nūquam turbatur alienis.xxiiij.q.i. non turbatur nauicula Petri, cum boni a malis nunquam in hac vita poſſint ſeparari, vt xxiij.q.iiij.quātus.vbi ſic dicit. Quantus arrogātiæ tumor eſt, quāta humilitatis,& lenitatis obliuio, & arrogantiæ quanta iactatio, vt quis ſe poſſe facere credat quod nec apoſtolis cōcesſit dominus,vt zizaniam a frumento ſe putet poſſe diſcernere. præſens autem eccleſia ſimul recipit bonos,& malos, vt ea.q in c. ſeq.hæc autem vita.

Sed quomodo mali ſunt tolerandi,& quomodo ab eis recedendum, vide.xxiij.q.iiij.per totam.q. & in. c. tolerandi,& in c. ſe. vbi ſic dicit, Tu bonus tolera malum; nam Chriſtus Iudam cum ſciret furem eſſe, tolerauit, & ad prędicandum miſit, eiq́ue cum alijs euchariſtiam dedit. Ideo PROVISO SOLERTER. Nam ſuis meritis firmus nunquam turbatur alienis, vt xxiiij. q. i. non turbatur nauicula Petri.

Sed quomodo,& in quibus,& quādo inquiſitores debeant communicare proceſſus inquiſitionis cum epiſcopo, vel ordinario, & econuerſo? Et dicendum quòd intelligi debet cōmunicatio proceſſuum inter eos, quando nihil aliud reſtat agendum, niſi quòd ſententia [c] promulgetur, & hoc quando commodè poteſt habere copiā alter alterius, & hoc quando procedunt diuiſim & viſis per eos omnibus actis alterius tunc, ſemel tantùm communicatio tribuatur, vt in extrauaganti Benedicti, quæ incipit,ex eo.& probatur per Cle.i.de hæreticis,& ſuper verbo ad ſententiam, & ibi vide docto. Et ſimiliter in iſto crimine inter eos debet communicari,an quis ſit torquendus [d] vel ne, vt

extra

extra eo. In c. i. in princi. & ſi epiſcopus, vel inquiſitor diſcordant inter ſe in illa communicatione proceſſus, quia vnus non vult alteri conſentire in condemnando, vel abſoluendo; tunc remittitur per eum negocium proceſſus inſtructum ad papam, vt in c. per hoc, eo. tit. li. vj. & habetur in dicta extrauagante. Et hoc intelligendum, niſi alter alteri vices ſuas commiſerit, quòd poteſt, vt ſupra cõmiſſio. Sed exceptis tortura, & quando non reſtat niſi ferre ſententiam, vt dictum eſt, in alijs licèt non habeant vices alterius, quilibet eorum poteſt procedere ſine communicatione alterius, vt infra epiſcopus, & infra inquiſitores.

Sed an quando inquiſitor, vel epiſcopus tradidit condemnatum brachio ſæculari, vt de eo fiat executio teneatur cũ ipſo iudice ſæculari communicare proceſſum, ſi ipſe iudex ſæcularis petat, vt ſibi communicetur proceſſus ad hoc vt ſibi conſtet, an illa executio fiat iuſtè, vel iniuſtè? & dicendum quòd nullo modo tenetur inquiſitor ſibi communicare: imò indilatè iudex ſæcularis tenetur exequi ſententiam inquiſitoris, de quo vide infra executio.

ADDITIONES.

a *Communicare videtur hic accipi pro conuerſari, participemque fieri familiaritatis, & conſuetudinis hæreticorum, quo quo modo, ſiue verbis, ſiue factis, contagioſo namque morbo laborant, ſumitur interdum pro participem facere alterum rei noſtræ, & in commune conferre. cum ſanè refertur ad dantem ſicut accipitur in l. & quicquid 21. & l. 1. ff pro ſocio. M. Tul. in Læl. Vt ſi quã præſtantiam virtutis, ingenij fortunæ conſecuti ſunt impartiant eam ſuis communicent cum proximis. priori verò modo cum refertur ad accipientem; ſed vterque modus habet hic locum. Capitur & communicare pro ſacram Eucariſtiam accipere, hoc enim ſacramentum Chriſto nos copulat. atque eius corporis; & deitatis participes efficit, noſque inter nos in eodem Chriſto conciliat ac coniungit, & veluti ĩ vnum corpus congregat. Catechiſ. de Eucariſt. ſac. c. 1. Quid interſit in iure inter communionem, & ſocietatem vide l. vt ſit. 31. cum ſeq. ff. pro ſoc. quòd attinet ad hunc locum, D. Anſelmus in c. 5. Epiſt. ad Epheſ. ad illa verba: Non communicetis. ita ſcribit. Duobus enim modis non nos inquinant mali, cum quibus degimus, ideſt ſi non cõſentimus, & ſi redarguimus, hoc eſt non communicare, non conſentire, communicat enim peccatori, quando facto eius conſortium voluntatis vel approbationis adiungitur. Poſtea ſubiungit. Quid eſt nolite communicare? nolite cõſentire, nolite laudare, nolite approbare. Inde & illa figura ſententiarum dicitur communicatio, cum aut ipſos aduerſarios conſulimus, aut cum iudicibus quaſi deliberamus, Cic. de Orato. iij. Quint. 8. ca. 2. Petrus Vendramenus.*

b *Niſi videtur ex ſenſu & ſequentibus legendum. Q. M.*

c *In ſententia promulganda proceſſus communicari debet inter inquiſitorem & Epiſcopum. Aegid. Boſſ. in pra. crim. tit. de hæreti. nu. 12. Carer. eo. tit. poſt nu. 128. Simanc. Enchir. titu. 64. de ſent. in prin. Quintil. Mand.*

d *Quò ad torturam ſimul procedere debent inquiſitor & epiſcopus. cle. 1. de hæret. Boſſ. vbi ſup. nu. 12. Ludou. Carer. d. tit. num. 77. verſ. item probitentur carcerare,*

rare, acriter tormentare, & pronuntiare hæreticum abſque interuentu epiſcopi. Quintil. Mand.

Commutare: an inquiſitor poſſit cõmutare pœnam ſine epiſcopo, vel epiſcopus ſine inquiſitore, vide infra pœna, & infra inquiſitor.

Sed an poſſit commutare inquiſitor pœnam a iure ſtatutam, eo quòd eſt delegatus, vel an debeat commutari per delegantem, vide infra pœna.

An inquiſitor poſſit commutare pœnam carceris perpetui in pecuniariam, vide infra, an & quando inquiſitor pœnas pecuniarias poſſit imponere in litera pœnitentia.

Concilium generale vniuerſalem eccleſiam repræſentat: & eſt practica modernorũ conciliorum, in quibus dicitur ſacro ſancta Sinodus Conſta. &c. Vniuerſalem eccleſiam repræſentans, pro quo eſt bonus tex. xxiij. q. i. maiores.

Cardinales poſſunt conuocare cõcilium ſuper ſchiſmate, vel quando contenditur inter duos ſuper papa, iuxta no. in c. licèt, de elec. & ibi per Abb. circa prin. ij. col. licèt regulariter congregatio concilij communiter ſoli papæ conueniat, vt. xvij. diſt. multis.

Hæretici non ſunt de corpore concilij, text. xxiiij. q. iij. cum quibus glo. ver. item baſilicas. i. q. vij. ca. conuenientibus.

No. quòd ſi papa erraſſet in fide (qđ abſit) non poſſet per alium quã per concilium generale damnari, vt in c. ſi papa. xl. diſt. cum glo. & per gl. xv. diſt. ſicut, in fi. & xix. diſt. Anaſtaſi⁹, & Inno. in c. ex parte, de verbo. ſigni. & per doc. in ca. in fidei fauorem, de hære. li. vj. vide infra papa.

Quando aliquæ quæſtiones fidei occurrerent, deberet fieri per papam concilium generale, vt in tali concilio determinentur, ſicut fecerũt apoſtoli actuum c. xv. quando hæreſis inter illos inſurrexit: cum aliqui ipſorũ dicebant legem Moyſi ſimul cum euangelio ſeruandam. nam tunc conuenerunt Hieroſolymis videre de verbo hoc. ſimile habetur in. c. firmiter, de ſum. tri. & fi. catho. & c. damnamus, & c. vno, eo. ti. li. vj. & in Cle. vnica, eod. titu. integrum enim eſt iudicium quod plurimorum ſententijs confirmatur, de of. d. le. prudentiã, in prin. xx. diſt. de quibus. C. de fideicom. l. fi.

Item notandum quòd licèt papa poſſet damnari per concilium generale, quòd non propter hoc dicemus inferiorem dicere ius in ſuperiorem, cum papa ſit maior concilio generali, vt in c. ſignificaſti, de elec. & c. aliorum, & c. nemo. ix. q. iij. quoniã. cum papa hæreſim committit ipſo facto, deſinit eſſe papa, cum non ſit de corpore eccleſiæ, pro quo eſt gloſ. xxiiij. q. i. Acacius. ergo & multo minus poteſt dici gerere vices eius, qui eſt caput eccleſiæ. & huic ſententiæ generalis concilij ſtari debet, vt patet, quia veritatẽ continet indubitatam. Nam ſi papa poſſet errare in his quę ſunt fidei, vt legimus aliquos Romanos põtifices hæreſim incurriſſe, vt patet in d. c. Anaſtaſius, diſt. xix. & c. nunc autem. xxi. diſt. tamen concilium generale in tangentibus fidem errare nõ poteſt. [b] Et de hoc verè intelligitur autoritas Luc. xxij. quæ dicit, Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, quia hoc dictum eſt ſibi in perſonam

nam totius eccleſię. cum enim conſonat illud verbum ſaluatoris noſtri, Matthæi.xxviij. Ego enim vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, Non quidem tantùm Petro, nec duodecim apoſtolis dictum intelligitur, cum morte finierint dies ſuos, nec vſque in finem ſæculi perſeuerauerint, ſed potius vniuerſali eccleſiæ quæ in finem eſt duratura, quæ in generali concilio repręſentatur.

Item notandum quòd tantæ autoritatis eſt concilij determinatio in huiuſmodi, quòd euangelium illa nominatur, vt patet ad Gala.ij. quàndo Paulus dixit quòd Petrus non ambulabat ad veritatem euangelij. Et illud in quo Paulus repręhendebat Petrum, erat quòd ipſe Petrus ſubtrahebat ſe a gentibus nolens mãducare de cibis gentilium, ſed obſeruabat ritus Iudæorum in cibis propter timorem Iudæorum, qui ſuperuenerant a Hieroſolymis: hoc tamen non erat contra aliquod de quatuor euangelijs, ſed erat contra determinationem concilij generalis, quod ab apoſtolis fuerat celebratum ſuper huiuſmodi legalibus non ſeruandis, vt habetur actuum.xv. Ad quod etiam oſtendendum vniuerſalis Sinodus loquitur ſub nomine ſpiritus ſancti, vt ibi patet. Nam cum in eodem concilio fieret determinatio, ſeu diffinitio dictum fuit. Placuit ſpiritui ſancto, & nobis: & iſtis verbis poſtmodum vſa fuerunt generalia concilia quæ in eccleſia vniuerſali fuerunt celebrata; vbi ergo talis aſſeſſor accedit, ſicut eſt ſpiritus ſanctus, locus errãdi non poteſt occurrere: & ſi contrarium diceremus, nil certum eſſet in fide. vnuſquiſque ergo ſequeretur ſuam opinionem, & fluctuaremus omni vento doctrinæ, ſicut paruuli, contra apoſtolum ad Epheſios iiij. vbi ait quòd Chriſtus dedit in eccleſia quoſdam apoſtolos, alios prophetas, alios verò paſtores, & doctores ad conſummationem ſanctorum in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei. Et paulopoſt, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinę in nequitia, & aſtutia hominum ad circumuentionem erroris, quaſi velit quòd cum fuerimus in fide iſtorum, qui fidem eccleſię repræſentant, non fluctuabimus in doctrina fidei tanquam paruuli. Sed prędictis videtur obſtare. c. tria legiti, c. placuit. xxxvj. q. ij. & c. fi. de rap. vbi apparet quòd illud, ſcilicet ꝙ ſ. matrimonium inter raptorem, & raptã non contrahendũ, fuerat erroneũ qđ per cõcilium ſtatutũ fuit, poſtea fuit emendatum: ad hoc tamen ſtat reſpõſio quòd illud licèt emendaretur, ꝙ non eſt de caſibus ſpectantibus ad fidem, quibus obtinet quòd prædictũ eſt. vel aliter dicendum quod illud non fuerat erroneè ſtatutum, licèt eſſet contra teſtimonia veritatis legis, vt voluit glo. & malè in dicto. c. tria. Nam cum illud eſſet pręceptum iudiciale, non obligabat in lege noua: ſed fuit correctum, quia poſt hoc, tempore legiſlatoris ſic fuit viſum ſiue ſibi placuit, quod ſufficit, vt §. ſed ꝙ principi, Inſti. de iure natu. & per philo. v. ethicorum. & hoc totum cũ proteſtatione præhabita, ſubmittendo me in omnibus determinationi eccl.

Qui agit, ſeu pertinaciter tenet cõtra quatuor concilia principalia, cen-

cenſendus eſt hæreticus, vt infra hæreticus, & habetur in epiſtola, inter claras. §. ſuſcepimus, de ſum. tri. & fi. catho. C. & xvj. diſ. ſicut ſancti.

Non dicitur concilium, ſed côuenticulum quòd ſine autoritate ſedis apoſtolicæ congregatum eſt. xvj. diſ. quod dicitis.

Item hæreticorum concilia diabolica ſunt cenſenda, vt xxiiij. q. iij. clericus, & ibi conciliabula appellantur conuenticula hæreticorum.

Nota quòd conuenticulum dicitur congregatio ſubditorum ſine cô ſenſu prælatorum, vel aliorum ſuperiorum. xvij. diſtinct. multis. lxxxix. diſtinctio. c. j. xxiij. q. v. non vos, de hæreticis, cum ex iniuncto, in prin. & c. excommunicamus, in fin. Archi. de verb. ſigni. c. ij. libro. vj.

A D D I T I O N E S.

a *Concilij nomen tractum eſt inquit Iſidor. lib. 6. etymol. c. 16. tranſlatiuè verò diſtin. 15. c. 1. ex more Romano, tempore enim quo agebantur cauſæ, conueniebant omnes in vnum, & communi intentione tractabant, & putat a communi intentione dictum. Alij a conueniendo, ideſt côuocando, videtur ita poſſe deſcribi Concilium, vt ſit conuentus, & comitia ſacrorum patrum, & eccleſiaſticorum virorum, tam cauſa fidei, quàm reformationis, legitimè congregata. Conciliorum autem alia ſunt generalia, alia prouintialia ſunt. Prouintialium alia celebrantur autoritate Pontificis Romani, præſente videlicet Legato. S. Romanæ Eccleſiæ, alia verò autoritate Patriarcarum, vel Primatum, vel Metropolitanorum, eiuſdem prouintiæ c. regula. diſtin. 2. ſunt & epiſcopalia concilia de quibus agitur in Decretis diſt. 15. 16. 17. & 18. potiſſimùm, vbi de eorum conuocatione, autoritate, poteſtate, & vtilitate, & inde Cretis Ino par. 4. latius, nouiſſimè in Concil. Trident. vide quibus liceat œcumenico, ſiue generali intereſſe, in literis eius indictionis, & proſecutionis. Indictio Concilij, eiuſque decretorum confirmatio ſpectat ad Rom. Pontif. Seſſ. 13. in liter. Iulij eiuſdem nominis iij. Pontif. Max. & Seſſ. 25. c. antepen. & vlt. & in confirma. eiuſdem Concilij. De Concilij præterea vtilitate, cauſis, fine, et intentione, de celebrantium officio lege eandem Synodum, ſi loca neſcias, vide tabulam vel indicem, excuſſi maximè ſub Salamādræ inſigne, Concilia prouincialia quandore nouanda, & quibus de cauſis; vide quæ nouiſſimè ſtatuit eadem S. Syno. ſeſſ. 24. c. 2. de quibus iudicent, ibid. & Seſſ. 23. c. 1. & c. 118. quid in eis agi debeat Seſſ. 25. c. 2. & 10. & alibi paſſim. Concilium verò ſiue Synodus Epiſcopalis vel Diœceſana, quotannis celebranda, Seſſ. 24. c. 2. quid ibi agendum. Seſſ. 25. c. 2. 4. & c. xi de reformat. de ea item Seſſ. 23. c. 1. & Seſſ. 24. c. 18. de reformat. Concilij appellationem, & Latinis vſitatam inuenies hoc ſenſu; Virg. Aeneid. x. Conciliumq; vocat Diuum pater. &c. Plin. lib. 35. natur. hiſt. c. 9. Amphictyones publicū fuiſſe Græciæ Concilium memoriæ tradidit. Pet. Vendra.*

b *Cap. fruſtra 8. diſtin. c. ſi ille. 50 diſt. ibi, quicquid contra illorum definitionē (in quibus ſpiritum ſanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non ſolùm temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubitatur, Albert. de hæret. q. 5. nu. 7. ver. quartus gradus. Albert. de agnoſ. aſſert. cathol. q. 21. nu. 16. ver. ideo dixi. Quintil. Mand.*

c *Hic obiter, quando matrimonium inter*

ter raptorem, & raptam poſſit conſiſtere vide Conci. Trid. Seſſ. 24. c. 6. de reſor. Pet. Vend.

d *Quæ ſunt Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, & Calcedonenſe. de quibus in alleg. hic c. ſicut. & in c. poſt tranſlationem, iuncta glo. in verb. ex quatuor. de renuntia. vide etiam Albert. de agnoſcen. aſſer. cath. q. 21. nu. 12. Quint. Mand.*

Concluſio [a] An ſit de neceſſario facienda in proceſſu facto contra hæreticum? & poteſt dici quòd licèt in alijs cauſis iudex nō poſſit ſententiare ſine concluſione primò facta ſuper cauſa, pro quo vide glo. in Cle. ſæpe, de ver. ſig. & Ioā. An. in addi. ſpe. Et poteſt dici quòd in cauſis ſummarijs iudex poſſit procedere concluſione nō facta, vt in d. Cle. ſæpe, & quod nota. in c. paſtoralis, de cau. poſ. & proprie. tñ eſt ſpeciale in cauſa hæreſis [b] cum proceditur ſimpliciter, & de plano. ergo in ea non eſt neceſſaria concluſio, vt in glo. dictæ Cle. ſæpe. & quomodocunque reus ſe defendere voluerit, admittetur. ad quod faciunt no. per Bart. in extrauagante, ad reprimendam. de hoc vide infra de ordine iudiciario. vide infra publicatio.

ADDITIONES.

a *A rhetoribus concluſio duobus modis accipitur, pro peroratione videlicet orationis, quæ ſic a Cic. lib. 1. de Inuent. definitur, Concluſio eſt exitus. & determinatio totius orationis, hæc habet partes tres. enumerationem, indignationem, conqueſtionem, De ea Quintil. lib. 6. c. 1. ſecundo modo, qui eſt & dialecticus, cōmunis, ita ſumitur vt ſit quæ breui argumentatione, ex ijs quæ ante dicta ſunt aut facta conficit id quod neceſſariò conſequatur, Cic. lib. 4. ad Herenium. ad ſimilitudinem modi prioris hic accipitur, vt ſit terminus informandæ, & inſtituendæ cauſæ, poſt quam facti probatio non admittitur, ad inſtantiam litigantis, licèt ex mero officio iudicis aliquando ſecus fiat, iuris aūt ſit allegatio. quę tamen concluſio non obſtat in aliquibus cauſarum generibus, & in quibus obſtat, interdum probare licet per confeſſionem, rei euidentiam, loci aſpectum, iuramentique ſupplementum. Maran. in ſpecu. tit. de conclu. De ea Bart. in l. ſi mater. §. cod. ff. de exec. rei iudic. Fel. in c. cum dilectus, de fid. inſtrum. Doct. in Clem. ſæpe. de verb. obli. arg. in l. ſi rem. §. vlt. de euictio. & in l. ſi mandato ff. mand. P. V.*

b *Imo in omnibus cauſis criminalibus regulare eſt & communis eſt ſententia, quòd non concludatur in cauſa, Ange. in prax. crim. in ver. qui iudex ſtatuit terminum ad opponēdum contra proceſſum, col. 3. & ſeq. Hyppo. de Mar. in ea. prax. §. ſequens. nu. 1. Egidius Boſſ. tit. de pub. proceſſ. num. 9. Iul. Clar. ſent. lib. 5. q. 61. verſus fin. verſi. quæro etiam nunquid in cauſis criminalibus concludatur in cauſa. Quint. Mand.*

Condemnatio [a] Ad hoc vt qs de hæreſi condemnetur, requiritur pręſumptio vehementisſima, ſecundùm Pe. de Ancha. in c. accuſatus, de hæreticis, li. vj.

An poſſit quis condemnari per teſtes receptos i inquiſitione generali? & dicendum quòd ſi generalis inquiſitio fiat in ciuitate, vel diœc. quòd tunc ex teſtibus in illa generali inquiſitione examinatis etiam ſi ſufficien

ter

tur contra aliquē deponant, nō poterit ille cōdēnari. de quo vide ĩ. teſtis.

An condemnati iſto crimine poſſint appellare, vide ſupra appellatio.

An quando conſtat iudici de innocentia contumacis propter illam cōtumaciam poſſit illum condemnare vide infra contumax.

Quot teſtes ſufficiant ad condemnationem in iſto crimine. vide infra teſtis.

An propter vnum teſtem, & famã poſſit condemnari de tanto crimine, vide infra teſtis.

An duo teſtes ſufficiant ad condemnationem in iſto crimine, vide infra teſtis.

Quando conſtat eccleſiæ ꝙ quis fuit hæreticus, oportet quòd cōdemnet, & puniat eũ. ar. quia de quo cognouit iudex, de eo iudicare tenetur. ff. de iudi. in l. de qua re.

An ex confeſſione facta ſuper inepta inquiſitione, poſſit ſequi condemnatio, vide infra confeſſio.

ADDITIONES.

a *Condemnatio à quibuſdã ſic finitur, vt ſit iudicis ſentẽtia, per quam reo multam vel pœnam irroget. Sic aũt ab Aſconio, vt ſit condemnare pœnã pro delicto imponere. In iure ſanè latior eſt huius nominis vſurpatio, vel vſus, vt nõ modò in cauſis capitalibus, aut criminalibus, verũ etiã in ciuilibus, cum qualibet ferè ſentẽtia iudicis continere debeat condemnationem vel abſolutionem, vel expreſſis, aut ęquipollentibus verbis l. 1. & l. in pœnam. 59. ff. de re iud. & l. 4. §. alio condemnato. ff. de appel. l. præſes. C. de ſent. & interlocu. om. iud. vt condemnatio legis aut iudicis vel priuati eſſe videatur obſtrictio neceſſaria vel obligatio ad quid faciẽdum, vel patiendum, vt eius ſimplex accipitur. veluti hæres damnas eſto. l. 5. ff. de act. emp. Vlpia. Inſt. c. 24. & Caij. c. 13. tit. de leg. quia Vlpia. inquit eo loci, legis modo, et imperatiuè legata relinquebantur, Nonius dãnare, ait, eſt damno afficere, vnde & condemnare dictum eſt, E cõtrario nullo damno affectum indemnem probamus, item pro neceſſitate conſtringi, Terent. in Phorm. Tuus eſt damnatus gnatus, nõ tu. Interdum morti dare. Virg. Eneid. 4. non dum illi Flauo. &c. ſequitur, ſtrigioq́; caput damnauerat orco. quandoq; pro liberare, vide Noniũ. ſcias & damnare pro condẽnare, & dãnatio pro condẽnatione ſumi. ij. q. 1. c. 1. cum ſeq. multis. l. 1. et 3. ff. de conſ. & pro reprobare, c. dãnamus. c. 2. de conſtitu. & alibi. P. V.*

Conditio [a] delinquentis, quando debeat inſpici, an tempore commiſſi delicti, an tempore condemnationis pro ipſo delicto, & dicendum quòd inſpicitur tempore commiſſi delicti, vt in l. j. ff. de pœnis. ſed hoc eſt quando loquimur in pęna ordinaria. & a iure limitata, ſed ſi loquimur in pœna arbitraria, tunc inſpicitur tempus condemnationis, & non tempus commiſſi delicti, vt in c. de cauſis, de offi. delega. tamen eſt notandum quòd ſi furioſus ante furorem crimen commiſit, etiam ſi pœna ſit criminalis ordinaria, punitur ciuiliter, & non criminaliter dato ſibi curatore, vt ff. de publ. iudi. l. pen. §. ad crimen.

De conditione quæ poteſt poni in abſolutione quæ fit hęreticis, vide ſupra abſolutio.

Item de conditione quæ põt poni in ſententia, vide ĩ. ſententia.

ADDITIONES.

a Conditionem ſic finire poſſumus, vt ſit certa lex appoſita negotio, per quam in aliquem caſum differatur obligatio, vt ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit committatur obligatio. Veluti ſi Titius Conſul factus fuerit quinque aureos dare ſpondes, vt colligitur ex §. ſub conditione, Inſti. de verb. obligat. a qua non diſſentit Accurſij definitio in tit. de con. & dem in ff. Diuiditur, vt quædam ſit arbitraria, & poteſtatis noſtræ, quædam fortuita, & quædam mixta l. 1. §. ſin autem. C. de cad. tol. l. ſuus. ff. de hære. inſtitu. ſunt, & aliæ diſtinctiones, de quibus non eſt hic locus, ſic & conditionalis propoſitio dicitur. Boet. in Topi. Ci. com. 4. Aliquando pro pactione nuptiarum accipitur. l. vlt. ff. de ſponſa. l. 19. & 36. de rit. nup. Hic verò ſumitur pro fortuna, & ſtatu hominum, vtrum ſerui ſint an liberi. l. 1. ff. de pœnis. & tot. tit. ff. de ſta. hom. cum ſeq. item honeſti non plebei, humiliores non altiores, l. 3. ff. ad l. Corne. de ſicar. & l ſi adulterium. 38. §. Imperator. ff. ad l. Iul. de adul. Petrus Vendramenus.

Confeſſio quid ſit. & dicendum ꝙ cõfesſio [a] eſt remedium, per quod morbus latens ſpe veniȩ aperitur. [b] ſm Th. ĩ iiii. diſ. xvij. vide infra iſta litera. §. ſupra.

Confesſio an ſit de iure diuino, & dicẽdũ ꝙ ſic, [c] vt in c. ſanè, de offi. de lega. el. ij. & ibi glo. & Abbas, & doct. Item glo. in c. nemo ix. q. iii. Item in c. ſignificaſti, de fo. compe. & per Io. An. & Ab. in c. dilectus, de exceſ. præla. & plenius per Abbatẽ in c. omnis vtriuſque ſexus, de pœni. & remiſ.

An confesſione facta ſuper inepta inquiſitione posſit ſequi condemnatio, vide Ange. in conſi. ſuo qđ incipit viſis actis, num. clxxx. & alio con.

Quot modis intelligatᷣ quis confiteri? & quidem ore proprio. xv. q. vj. c. i. & ij. Item rei euidentia, quȩ nulla tergiuerſatione celari poteſt, vt de cohabi. cleri. & muli. tua. & c. vlti. & C. de pȩnis. qui ſententiã. xxv. diſ. priuſquam. Item contumacia nimia, de præſumptio. nullus. xj. q. iij. rurſus, & c. quiſquis. iij. q. ix. decernimus. Item paciſcẽdo ſuper crimine. [d] ff. de his q no. infa. quoniam. Item aliquando qui tacet cõſentire videtur. ff. ſo. ma. l. ij. & ff. de tribu. acti. l. 1. §. ſcientiam. l. diſ. ſi ſeru⁹. ar. de accuſa. ad petitionem xxvij. diac. aliquando contra. vt ff. de procura. filius. §. inuitum. dicit tamen regulis iuris. ff. qui tacet non vtique fatetur, ſed verum eſt cum nõ negare, ac ſi diceret: qui tacet non loquitur, qđ & verũ eſt, ſed aliquando tacitè conſentire videtur. Item quod de vno negatur, de alio conceditᷣ, & econtra, de præſum. nonne. ff. de con. & demonſtra. cum legatur ita, & xxv. diſ. qualis. xv. q. iij. ex eo. ff. de pac. dota. ob res, & de iudi. cũ prætor. xxiiij. q. ij. ſanè. C. de procura. maritus. de hoc Hoſtien. in ſumma, ti. de confeſſis. §. quot modis intelligatur, quis confiteri.

Nota ꝙ confesſio facta coram iudice inquirente, videtur facta coram parte, quia inquiſitor reprȩſentat rẽpublicam, & etiam partem offenſam de quo no. Innocen. in c. cum oporteat, de accuſati. qđ eſt regulare vbicunque iudex procedit ex officio, qđ prodeſt parti, ſicut quando ſupplet, vt C. de appel. l. ampliorem, & l. pro-

pe-

perandum. §. cum autem C. de iudi. Bal. in l. i. C. eo.

Circa confeſſionē [e] peccatorum, & ad hoc quòd ſit neceſſaria cōfeſſio de peccatis, de facto quidā ſacerdos fuit damnatus de hæreſi, qui non cōfitebatur, cum eſſet fornicarius, dum ad altare accedebat dicebat quòd virtute ſanctarum veſtium quas tempore celebrādi ſe induebat quòd delebātur peccata. vide de hoc ꝟ. veſtimēta.

Qui abſcondiderit ſcelera ſua, nō dirigetur, qui autem cōfeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur, Prouerbiorū. xxiiij. & extra. qui clerici, vel vouentes matri. cōtra. po. c. i. in glo.

Dixi confitebor aduerſum me in iuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei, pſal. xxxj. ſcilicet Beati quorum, & in decre. de pœnitentia diſtinctione. i. c. item dixi, confitebor.

Sed confeſſio alia eſt oris, vt xv. q. vj. c. i. & ij. de confeſſis. c. fi. alia eſt cō tumaciæ, ſiue fugæ, vt c. nullus, de p̄ſumptio. & c. rurſus. xj. q. iij. & rei euidentia, de accuſa. euidentia: negationis alterius negatorum, vt. c. nonne, de præſumpti. & de hoc no. Hoſtien. in c. nullus.

Nota ſexdecim conditiones quæ requiruntur in confeſſione ad hoc ꝙ dicatur bona confeſſio, quę conditiones his verſibus continentur. ſcilicet ſimplex, humilis, [f] pura, fidelis, atque frequens. Nuda, diſcreta, libens, verecunda, integra ſecreta, Lachrimabilis, accelerata, fortis, & accuſans, parere paratus. hæc in ſupple. confeſſio. i. §. i. Libens. i. ſpontanea non coacta. Pura ſcilicet vt recta ſit confitentis intentio. Fidelis. i. vera, ſine falſitate, & etiam fidelis. ſ. vt tam ipſe confitens, quàm ſacerdos ſit in fide catholica, & non ſint hæretici. Item ꝙ fiat ſub ſpe venię: aliàs non valeret, ſicut pœnitentia Caim qui dixit: maior eſt iniquitas mea, quā veniam merear. De primo habetur ſecundū Auguſtinū de pœ. diſ. vj. qui vult. De ſecundo de pœni. diſ. i. quem pœnitet. melius ea. diſ. c. nemo. Frequens ſcilicet duobus modis. vno modo: vt ſi frequenter cadit in peccatum mortale, vt frequenter reſurgat per pœnitentiam, de pœni. diſ. iij. ſepties. alio modo vt eadem peccata frequenter confiteatur. Sed iſta frequentatio eſt etiam de conſilio reſpectu venialium. Sed adminus quilibet tenetur confiteri peccata ſua ſemel in anno, [g] niſi fuerit in peccato mortali quia tunc tenetur ſtatim exire a peccato, vt not. Bonauentura in iiij. diſ. xvij. Nuda vt non inuoluat obſcuritatem verborū. Diſcreta, videlicet vt maiora cum maiori pondere cōfiteatur & etiam diſcretum querat ſacerdotē. ſ. ſcientem ligare, & ſoluere. de pœnit. diſ. i. quem pœnit. Item quia debet diſtinctè, & ſeparatim ſingula peccata confiteri. Libens. i. ſpontanea, & nō coacta. verecunda, vt ſcilicet erubeſcat, & non ſe iactet de peccatis propter aliquā ſęculi vanitatem. Integra, ſcilicet vt non ſubtrahat aliquid de his quæ manifeſtanda ſunt, Secreta, ſcilicet quantùm ad conditionem fori, in quo de occultis conſciētiæ agitur. Lachrimabilis, ſcilicet quò ad dolorem de peccato commiſſo. Accelerata, ſcilicet vt nō differat de die in diē: ſed ſtatim, vel quā citius poteſt cōfiteatur. Fortis, ſcilicet vt nil propter verecundiā dimittat. Accuſans, ſcilicet ſeipsū &

non alium: Parere paratus, ſcilicet ſacerdoti, & adimplere pœnitentias ſibi iniũctas. de hoc vide in ſupple. vbi ſupra confesſio. §. j. ideo in omnibus ſupradictis Prouiſo Solerter.

Nã hæreticus q̃ in confesſione ſui erroris non ſeruat has conditiones, talis dicitur fictè conuerſus, vt patet in prędictis iuribus.

No. ꝙ quando quis confitetur obſcurè in iudicio, vrgeri debet per iudicem, vt certum confiteatur, ad hoc vt certus remaneat iudex, & actor. ff. de confeſ. l. certum. Iudex enim laborare debet, vt certꝰ remaneat: alioquin quomodo poterit ſententiam ferre, quod facere tenetur. Inſti. de actio. §. curare. Nam obſcurum dictũ pro nõ dicto habetur, vt extra de ꝓba. in noſtra, & de teſtibus, cum clamor.

Cõfiteri peccata pertinet ad vtrũque forum. ſ. pœnitentiale, & iudiciale. Nam confiteri peccata, licèt enim eo ꝙ ſunt occulta, ſint fori pęnitẽtialis: tñ confiteri pertinet ad forũ iudiciale, & eſt ratio eo ꝙ non confitẽs debet ab eccleſia arceri, & eccleſiaſtica priuari ſepultura, vt extra in c. omnis vtriuſque, de pœ. & remiſ. & habetur in ſup. confeſ. iij. §. x. & vide. ĩ. forũ.

In foro pœnitentiali credendũ eſt cõfitenti, ſiue confiteatur, ſiue neget maximè cum iuramento, vt in glo. c. ſignificaſti, de homici. cum ſimi. vide infra credere, & infra cõparens. ſecus tamen in foro iudiciali. vide infra forus, in §. inter iſtos. Ideo Prouiſo ſolerter.

Qui non cõfitetur peccata ſua, nõ credit eccleſię, quę præcipit peccatori peccata ſua recognoſcere. & confiteri, vt Iac. j. confitemini alterutrum peccata veſtra: & patet autoritatibus infinitis deductis per Gratianum in tractatu de pœnitentia, & per magiſtrum ſententiarum in iiij. in eodem tractatu. de hoc vide infra iſta litera. in §. ſiquis non confitetur. Ideo Prouiſo Solerter.

Confesſio [h] peccati eſt pars pœnitentiæ. de pœni. diſt. j. §. alij econtra, & c. perfecta, cum multis alijs. c. ſequentibus.

Qui peccat, & confiteri recuſat, talis dicitur impęnitẽs, vt ĩ. impęnitẽs. Ideo Prouiſo Solerter.

Item not. ꝙ corrigi quis non põt, niſi confiteatur, & reum ſe cognoſcat & ore proprio, vt d. c. omnis vtriuſq; ſex, de pęn. & re. & vide ĩ. comparens. Ideo Prouiſo Solerter.

Itẽ propria voluntas in confesſione demonſtratur, & talis eſt intentio, qualia verba ſonant. Ideo Prouiſo Solerter. vide infra verba.

Itẽ no. ꝙ taciturnitas ꝓ confesſione habetur, qñ interrogatus ĩ iudicio non vult rñdere. [i] vt ff. de inter. act. de ætate §. nihil intereſt, & ar. lxv. diſ. ſi fortè, & ix. diſ. ſi ſeruus. & talis taciturnitas debet ſcribi per notarium, ſicut cõfesſio, ponẽdo, talis interrogatus noluit rñdere, vt nota. in gl. c. qm̃ ĩ. de proba. ſuper parte confesſiones.

Itẽ cõfesſio oris eſt neceſſaria pro ſatisfactione manifeſtorũ criminũ, ad hoc vt manifeſta crimina remittãtur, vt de pœnit. diſ. i. perfecta. ad qđ quæ notat. Hoſ. de pę. & remiſ. §. qualis debet eſſe confesſio, ver. requiritur etiam pro hoc etiã bene facit tex. xj. q. iij. cum apud. ibi cum dicit, cum a ſacerdotibus Italiæ redargueretur, agnouit delictum, culpamque cum lachrimis, profeſſus publicam pęnitentiam, in cõſpectu totius eccleſię egit

pro hoc tex. bene proprius ad propoſitum.xj.q.iij.c.plerũque, in fi.ibi, veniat itaque foras mortuus.i. culpam cõfiteatur peccator; veniente verò foras ſoluant diſcipuli, quia paſtores eccleſiæ debent ei pœnam amouere, quam meruit qui nõ erubuit confiteri quod fecit ad quòd etiam de pœ. diſ.i.quem pœnitet, in fi. pro hoc etiã extra de iureiu.c.quãto, in fi. cũ dicit ibi, Tuum humiliter confitere peccatum, & ſatisfactionem iniunctã pro illicito iuramento ſtudeas adimplere. ꝓ hoc ẽt de ſimon. in c. nemo prçſbiterorum.cũ dicit ibi, minus dignũ pœnitentem &c. pro hoc valde bene facit.xxij.q ij. cum humilitatis cauſa. Item ſine humilitate aliter veniam ſperare non licet. nec etiam vbi eſt taciturnitas confeſsionis, venia ſperanda eſt criminis, quia taciturnitas peccati ex ſuperbia naſcitur cordis. probatur de pœnit.diſ.i.§. taciturnitas.

Ex quibus concluditur ꝙ cum hæreticus ſit excommunicatus, indiget abſolutione: nec debet abſolui niſi recognoſcat ſe excommunicatũ, & humiliter petat ſe abſolui, extra de ſent. exco.cum deſideres, cum notatis. per Inno.& Hoſ. ergo &c. facit de pœ. diſ. i. agite pnĩam, & c. quis aliquando. §. econtra. Itẽ ſm Auguſ. non ſufficit ſibi hodie profiteri ſe catholicum, niſi de lapſu præteritæ hæreſis, in quam probatur incidiſſe, ſatisfaciat, quia non ſufficit mores in melius mutare, & a prçteritis malis recedere, niſi de his quæ per eũ facta ſunt, ſatisfaciat &c. vt de pœniten. diſtinc.i. non ſufficit. Ideo Prouiſo Solerter.

Itẽ an quis[l] poſsit confiteri p ſcripturã, vel per nuncium? & dicendum ꝙ in alijs nullus poteſt confiteri per ſcripturam, nec per nuncium niſi eſſet mutus, vel haberet talem infirmitatem, ꝙ non poſſet ore proprio, vel ſi non poſſet intelligi per ſuam loquelam a confeſſore, eo quòd haberet diſtinctam loquelam a ſua. de hoc vide. i.par.ti.iiij. de ſacramento confeſsionis.l.xxx. quæ incipit, mẽſagero, ſed hoc intelligitur in confeſsione ſacramentali, & in foro pœnitentiali, vt habetur in §. præcedenti, cõfeſsio oris. ſecus tamen eſt in foro iudiciali, & in iſto crimine hæreſis quod eſt mixti fori, vt ſupra dictum eſt iſta litera, in §. confiteri peccata, & infra in §. vtrum confeſsiones. & ſic no. ꝙ in crimine hæreſis debet quis per ſcripturam confiteri, vt infra in §. qñ quis cõfitet̃ per ſcripturã. vide ỹ. ſcriptura.

An cõfeſsio[m] gñalis ſufficiat pro peccatis mortalibus. Et circa confeſſionem generalem eſt notandum ꝙ quando quis confitetur ſe commiſiſſe omnia peccata ꝙ taliter confitens loquitur in perſona eccleſiæ ſm Rai. vel põt dici ſm Auguſ. ꝙ in vno peccato pñt multa pctã notari: vel intelligitur de generibus ſingulorũ, & nõ de ſingulis generũ: quaſi diceret, Peccaui cogitatione locutione, & operis omisſione. non tamen hoc ſufficeret ad confeſsionem pro mortalibus ad quæ requiritur cõfeſsio ſpecialis. cõ cor. Hoſ. & idẽ in ſum. confeſ.l.iij.ti. xxxiiij.q.lxxx. Ideo Prouiſo Solerter.

Sed pone ꝙ quis confitetur feciſſe plura furta diuerſis locis, & temporibus nunquid ſtabitur tali confeſsioni? & dicendum ꝙ nõ, quia confeſsio gñalis eſt incerta, cũ nõ conſtet de rebus ſubtractis. ar. ff. ad Sil.l.i.§. vnde illud. tñ quid ſi confitet̃ ſe feciſſe plura furta eodem loco, diuerſis tñ tem-

poribus? & rñdendum ꝙ n iſta verba diuerſis tẽporibus ſunt obſcura, qa poſſunt intelligi diuerſis tẽporibus continuatis: & ſic non reputãtur plura, vt no. de act. & obli. l. nunquam actiones, & pro confitente interpretatur in mitiorem partẽ, vt ff. de iudi. l. ſi quis intentione, & extra de accu. cũ dilecti. Ideo PROVISO SOLERTER.

Vtrum homo poſſit ſatisfacere de vno peccato, ſine alio? Th. in iiij. diſt. xv. dicit ꝙ non. nam oportet ꝙ talis ſit modus ſatisfactionis qui cõpetat ad tollendam offenſam: offenſæ autẽ oblatio eſt, ᵒ amicitiæ reſtitutio. & iõ ſi aliquid ſit quòd amicitiæ reſtitutionem impediat, etiam apud homines ſatisfatio eſſe non poteſt. Cum ergo quodlibet peccatum impediat amicitiã caritatis, quę eſt hominis ad deũ, impoſſibile eſt ꝙ homo de vno peccato ſatisfaciat alio retẽto: ſicut nec homini ſatisfacere poteſt qui pro alapa ſibi data ſe ei proſterneret, & aliam ſibi daret. concor. Pe. in ſum. confeſſ. eo. tit. q. cij. vide infra pœnitentia. & ibi patet qualiter homo de omnibus peccatis debet agere pœnitentiam. Ideo PROVISO SOLERTER. vide ỹ. ſatisfacere. §. primo.

Item an liceat ꝑ confeſſionem diuidere? & reſpondetur ſecundũ Tho. in iiij. diſt. xvij. ꝙ non licet confeſſionem diuidere, ſed integraliter debet quis omnia peccata ſua vni ſacerdoti confiteri, vt de pœn. diſt. v. c. j. circa fin. & diſt. iij. ſunt plures. Nam ſicut in medicina corporali oportet ꝙ medicus non ſolũ vnum morbum contra quẽ medicinã dare debet, cognoſcat, ſed ẽt vniuerſaliter totam habitudinem ipſius infirmi, eo ꝙ vn⁹ morbus ex adiunctione alterius aggrauatur, & medicina quæ vni morbo competeret, alteri nocumẽtum pręſtaret. ſimiliter eſt in peccatis, quia vnum aggrauatur ex adiunctione alterius: & illud quod in vno peccato eſſet cõueniens medicina, alteri nocumentũ præſtaret. & cũ quandoq; aliquis cõtrarijs peccatis infect⁹ ſit, & ideo de neceſſitate confeſſionis eſt, ꝙ homo omnia peccata ſua confiteatur, quæ in memoria habet: alioquin non eſt confeſſio, ſed cõfeſſionis ſimulatio. Ideo PROVISO SOLERTER.

Et ſi quid non habuit in memoria, & poſtea recordatur, ſufficit ꝙ hoc peccatũ confitens poſtea dicat explicitè, & illud, & alia peccata in generali, dicendo ꝙ cum alia multa confiteretur, hoc oblitus fuit. & hoc etiã facere tenetur ſi confiteatur alteri ſacerdoti, ſeu confeſſori quàm cui confeſſus eſt alia, vt in ſum. confeſ. eo. ti. q. lxxij. ſm eundem Tho. con. pe.

Latro pendens in cruce confeſſione ſubita meruit paradiſum. xvj. q. v. cognouimus, de conſ. diſt. iiij. baptiſmi vicem. Et Iudas nõ impetrauit miſericordiã, licèt confeſſus eſt ſe Chriſtum tradidiſſe, quando miſit triginta denarios in templo, & dixit, tradidi ſanguinem iuſtũ, & proiecit denarios, quia precium ſanguinis eſt, ſed quia peccatum ſuum debitè non confeſſus fuit. q ideo non impetrauit miſericordiam a deo, vt habetur. de pœ. diſt. iij. Iudas, & ibi no. vide ỹ. miſericordia, & ỹ. pœnitentia. §. falſa.

Quis ſit effectus confeſſionis factæ in foro contentioſo, & factæ ʳ in foro pœnitentiæ, & mixtæ, not. de electio. innotuit, & de ætate, & qualitate, quæris. Hoſtien. in ſum. de ſcru. §. finali.

An

An crimen de quo conſtat confeſſione ᵃ partis in iudicio inquiſitionis poſſit puniri ordinariè? & dicendum quòd ſic, Inn. in c. inquiſitionis, & c. qualiter ij. de accuſatio. aliquid per docto. in Cle. conſtitutionem, in fi. de elect. tex. notabilis in c. fi. de celebratio. miſſ.

Auguſtinus quanto pluribus cõfitetur quis ſub ſpe veniæ, tãtò facilius conſequitur gratiam remisſionis, de pœni. diſt. j. quem pœnitet.

Quæ dicatur cõfeſſio, ſeu pœnitentia falſa, vide ỹ. pœnitentia.

Licèt furrẽ reſtituat, tenetur tamẽ confiteri peccatum, vt de ele. ꝓ ſicut. in glo. fi. in regula, peccatum, lib. vj. vbi Io. An. facit. xxv. diſt. c. fi. & xij. q. ij. fraternitas, in glo. magna.

Confeſſio ᶜ cum certa qualitate facta præiudicat cõfitenti reſpectu ſubſtãtiæ confesſionis: nec poteſt ſe fundare ſuper qualitate, ſi contra illam inſtat præſumptio. Ab. in. c. cum veniſſent, in iiij. col. in glo. in verbo donec, de inſtitu.

An habeatur pro confeſſo abſens contumax, vide infrà contumax, & ſupra abſens.

Non tenet confeſſio facta metu mortis, vt extra de his quæ vi metuſve cau. fi. c. i. xxxj. q. ij. Lotharius, & nec facta per metum, vel fraudem, vt xv. q. vj. c. i. & ſpe. in tracta. de confeſſ. in prin. §. ij. & de procurato. accedens, in glo. i. Item nec valet facta in tormentis, niſi perſeueret. vide infra. tortura. ideo Prouiſo Solerter. & ſic concludendnm ꝙ confeſſio facta metu, vel vi nulli præiudicat, vt xxij. q. iiij. inter cætera, & diſ. l. præsbyteros. i. q. i. conſtat. xx. q. iij. præſens. vij. q. i. omnis qui. argu. xj. q. i. quiſquis, & d. c. i. xv. q. vj. vide infra metus, & infra miſericordia. Omnis enim confeſſio quæ fit ex neceſſitate, fides non eſt, vt xv. q. vj. in. c. ſi ſacerdotibus.

Confeſſio ſpontanea non dicitur quæ facta eſt in torturis, ſed voluntaria. de quo vide infra ſponte, & infra tortura.

Item no. quòd ſi clericus confiteatur crimen timore probationum, ꝙ tunc, ſiue illud commiſit ante ordinationem, ſiue poſt ordinationem ſuã, deponitur irreprobabiliter, vt xxiiij. diſ. c. vl. & l. diſ. ex pœnitentibus, & lxxxi. diſ. ſi qui ſine examinatione, & c. ſi quis epiſcopus. ſi verò ſponte cõfitetur crimen cõmiſſum poſt ordinationẽ, tunc ad tempus debet ſuſpẽdi ad agendam pœnitentiã. ſed poſtea reſtituitur ex diſpẽſatione, vt ỹ. e. ca. ij. hoc habetur. xv. q. viij. in ſumma.

An per confesſionem criminis minuatur pœna, vbi ipſa pęna venit imponenda a iure, vide infra pœna. §. no. ꝙ vbi pęna imponitur.

Confeſſio ſpontanea præſumitur etiam quæ fit in carcere. Bald. in l. ſi quis in hoc genus. i. col. in ver. deinde no. C. de epiſc. & cler. Ideo Prouiſo Solerter.

Item confeſſio ſpontanea dicitur quę facta eſt nullo metu adhibito, vel quæ poſt torturam ex interuallo ratificata eſt ſed facta in tortura dicitur voluntaria, vt infra ſponte.

Confiteor ſponte. fateor coactus profiteor ſpondens Ioan. And. in c. i. de vita & honeſ. clerico.

An petens veniam de delicto videatur confiteri, vide infra venia.

Confeſſio ᵘ nõ poteſt fieri hæretico, nec abſolutio ab eo recipi. doct. de ſpon. non eſt.

Quis dicatur ſponte confiteri, vide infra rediens.

An ſpontanea confeſsio ſit cauſa minorandi pœnam, vide de ſimo. de hoc l.diſ.præsbyterū.de ele.innotuit.

Sicut confeſsio cauſa tormentorū facta, non præiudicat niſi detur poſtea perſeuerantia, vt l.i.ff. de quæſti. ita confeſsio, ſeu renunciatio, & litis ceſsio facta pietatis cauſa non nocet. ita dixit Vin.quem ſequitur ibi Pe. de Ancha.& etiam dominus Ab.in c. af ferte, de præſumptio.

Non dicitur confiteri qui negat aliquid de his quæ inferunt ad condemnationem. Et ideo reſpondens inquiſitioni, & dicens ſe feciſſe ad ſui defenſionē: vel ꝙ commiſit, vel fecit aliquas cœremonias Iudaicas compulſus, vel per metū, vel aliter, talis non habet beneficium confeſsionis. ar. l. beneficio, ff.de falſis, &.l.etiam. ff.de lega.i.vide.Bald.in l.ea quæ.circa fi. C.de conditio. inde. Ideo Prouiſo Solerter.

Supra in. §.i. poſita eſt diffinitio confeſsionis, vbi dicitur ꝙ confeſsio eſt remediū per quod morbus latens ſpe veniæ aperitur.& etiam no.ꝙ per cōfeſsionem probatur veritas facti. ff.depoſiti.l.publia, in fi. C. de nō nu. pe.l.generaliter.C.arbi.tute.l.fi.fallit in caſibus de quibus Bal.in l.deo nobis.C.de epiſ.& cle.de teſtibus, præſentium: de elec.dudum. ij.

Nota ꝙ qui vnum dicit, dicit & omnia quæ ſequuntur ex illo, vt xj. q. iij.exiſtimant, & c.ſequenti, & extra. de dolo, & contumacia, cum dilectus filius, & ff. ꝙ metus cauſa l. Item. ar. quod idem iuris eſt in vno connexorum, quod in reliquo, vt.i.quæſti. iij. ſi quis obiecerit, & iij.q.vj. hoc quippe. Item ar. quòd qui renunciat vni, renunciat omnibus quę ſequūtur ex illo, & etiam omnibus cohęrentibus, vt lxxxj.diſ.ſi quis ſacerdotum, &. i. q.i.ſi quis epiſcopus, & ix.q.ij.nullus primas.hoc totum inuenies.viij. diſtinct. in c. quo iure, in gloſ. antepenultima. Nam de annexis idem eſt iudicium, vt in.c.quanto, de iudi.

Sed confitens omnia in inquiſitione, vel accuſatione contenta, videtur confiteri omnia tam principalia, quàm acceſſoria, etiam per viam qualitatis. Bart.in l.ſi cui. §.ſi a filio.ff.de legatis. j. IDEO PROVISO SOLERTER.

Sed tunc dicitur quis in cōfeſsione perſeuerare quando diuerſis temporibus illud idem confitetur: ſecus, ſi pluries eodem tempore: quia tunc eſt vna confeſsio tātùm, nec propriè dicitur perſeuerare. Bal. ſuper rubrica C.de confeſsis, in fine. Ideo Prouiſo Solerter.

Sed reſpondens interrogationi iudicis vbi de iure interrogari non debet, non habetur pro confeſſo, nec ſibi præiudicat dictū eſt d. Ant. in c.i. de confeſsis. Ideo Prouiſo Solerter.

Confeſsio rei debet intelligi ſecundùm intentionem eius.Bar.in l.is qui reus.ff.de publi.iudi.vide c. cum dilectus, de accu. Ideo Prouiſo Solerter.

Quando cōfitens admittatur ad declarandum ſuam confeſsionem, vide de accu cum dilecti.

Confitens delictum licèt dicat ſe feciſſe id pro ſua defenſione, debet probare: aliàs non ſibi prodeſt, vt tenet Io.Andr.de offi.dele.c.i.lib.vj. de verbo.ſignific.ex parte.Bart.in l. Aurelius.§.idem qua ſiţ.ff.de. libe.le.

IDEO PROVISO SOLERTER.

Non

Non dicitur vera, ſed ficta confeſſio quæ inducitur ex contumacia nolentis venire ad iudicium. glo. de præſcrip. nullus.

Nota quod ſi quis variè confitetur, quod ſtandum eſt primæ confesſioni. gloſ. in c. vt noſtrum, vt eccle. benefi. de probati. per tuas. de præſump. literas, & ibi vide. Ideo Prouiſo Solerter. niſi probaret ſe erraſſe, vt de cenſi. olim. C. de errore aduo. l. vltim. & de appel. cum cauſam: de confeſſis. c. vlti. ſed in crimine hæreſis non videtur quòd posſit errare, quia de facto ſuo cert' eſſe debet, de reſcript. ab excommunicato. ex varietate ergo reſponſi præſumitur contra ipſum, vt iiij. q. ij. §. item qui falsò, vel variè, de pœ. ſuper his. ff. de quæſtionibus. de minore. §. tormenta, in fin. & l. ex libero, in prin.

Confesſio ſubita, & non deliberata videtur erronea, & ideo poteſt reuocari: text. xxix. diſt. c. ij. nota. in c. ſi quis iratus. ij. q. iij. Ideo Prouiſo Solerter.

Item confeſſus indeliberatè, & calore iracundiæ videtur errare. not. de diuort. ex literis, ſed nunquid, vt eccleſia. benefic. vt noſtrum, in gloſ. de cenſib. olim. Archi. de iureiurando cap. fina. libro. vj. de accuſa. cap. i. eod. lib.

Reuocare poteſt quis confesſionē ſuam. glo. cum ibi allegatis in c. cum cauſam, de appella. & nota. in c. j. de teſtibus cogendis, & gloſſ. in c. fina. de confue. libr. vj. Abbas in d. c. fin. de confeſſis.

Quando quis reuocat confesſionem factam in tormentis, an debeat abiurare publicè? & dic quòd ſic. vt ſupra abiuratio.

Sed quid debeat probare volens reuocare confesſionem. Inno. in c. cum dilecti, de accuſa. ad fi.

Sed deficiens in probatione videtur confiteri. glo. eſt ſingula. de exhiben. reis. §. ſcimus, in glo. ſcilicet narratione. Bald. in l. ij. C. quando fiſc. vel priua.

Sed ex confesſione facta incidenter de crimine in iudicio non poteſt quis criminaliter damnari, licèt ex illa posſit iudex inquiſitionem formare. Bar. in l. confeſſus. ff. de cuſto. reorum. Bald. in l. mercalem. C. de conditio. ob tur. cau.

Sed an, & quando ex vera confesſione quis non debeat damnari, nec etiam ex ficta, ſcilicet quando iudex viderit aliquem hominē, qui aliquē dicitur occidiſſe, tunc non poterit iudex condemnare accuſatum de illo homicidio, licèt accuſatus confiteatur ſe interfeciſſe illū quem iudex ſcit eſſe viuum. & per talem cōfesſionem non poterit procedere ad condemnationem illius, qui cōfeſſus eſt occidiſſe, quantò magis ex ficta confesſione. vt ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. fin. cum l. ſeq. Sed hoc in crimine hæreſis non poteſt practicari ſimile, quia cū ſit crimē quod intrinſecus latet, ideo nō poteſt in aperto liquere iudici de alicuius innocentia.

Nota ſingulare quòd ſi aliquis cōfitetur ſe interfeciſſe hominem, & tamen dicit quòd fecit ad ſui defenſionem, an iſte puniatur pœna capitis? & Abbas in c. auditis, de præſcript. tenet quòd ſic.[a] Et poteſt trahi in cōſequētiam an ſi quis confeſſus eſt perpetraſſe aliquam hæreſim: vel feciſſe aliquam cæremoniam Iudaicam, ſed dicit quòd non fecit cæremonialiter, niſi

niſi contẽplatione alicuius quòd talis confeſsio valet quò ad ſui præiudicium, non autem quò ad commodum confitentis, vt no. Bar. in l. Aurelius, in §. idem quęſiuit ff. de libe. le. & qui tranſiuit, vel rediuit ad ritus vel cæremonias Iudæorũ, ſicut hæreticus venit puniendus, vt in c. contra chriſtianos, de hæreticis, li. vj. ſed in alijs criminib. Bar. tenet in l. q̃ ſcientia, C. de pœnis. quòd talis confitens puniatur pœna extraordinaria, i. pęna pecuniaria. Et dicit ipſe, vidi ſaluari quendam hominem a morte, & hoc verum ſi incontinẽti dixit quòd fecit ad ſui defenſionem: ſecus ſi ex interuallo, vt dicit Io. An. in regula, nullus plurib⁹, de re. iur. in vj. vbi videas plenè plures quæſtiones practicabiles ad iſtam materiam. & quia eſt probatio qualificata, non vehemens quę requiritur in criminalibus vt l. ſciãt. C. de probatio. & in iuribus ſupra allegatis.

No. quòd quando quis confitetur factum, & illud factum qualificat, ꝙ talis dicitur negatiuus qualitatis, vt infra negatiua. §. negatiuus, & eſt triplex.

Item quando aliquis confeſſus eſt ſe interfeciſſe hominem, & abſolutus eſt de facto, vtrum ſi poſt accuſatus eſt de eodem delicto, nunquid confeſſio prima noceat ei, ad hoc vt puniatur per illam cõfeſsionem? & dicit quòd non. imò ille qui vult iterum accuſare, debet probare: aliàs non admittetur, niſi de nouo probet. tenet Sali. in l. ſi quis in ea culpa. C. de custo. re.

Nota quòd confitens contenta in inquiſitione eſſe vera, in qua continebantur ea, quæ iuris erant quæ non erant vera de iure, ſibi non præiudicat, quia pars non poteſt per ſuam confeſsionem ea quę iuris ſunt, immutare. a. gl. in l. ornamentorum. ff. de auro, & argen. lega. glo. in l. i. C. de confeſsis. glo. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iura. calumn. Angel. in conſi. xxj.

Quando aliquis eſt confeſſus in iudicio an ſit neceſſe vt condemnetur per ſententiam, vel ſufficit confeſsio tantùm? & eſt dicendum ꝙ aut loquimur in delictis, id eſt in criminalibus, & tunc eſt neceſſe vt feratur ſentẽtia; licèt ſit confeſſus. tex. eſt in. l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & in. l. quæ ſecũdùm, C. de pœnis. facit. l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudi. aut loquimur in ciuilibus, & tunc aut cõfeſſus eſt poſt litem conte. id eſt poſt libellũ, & poſtquam iurauit de calumnia, & tunc eſt neceſſaria ſententia. & ita intelliguntur l. Iulianus, & l. qui ſi cum. ff. de confeſsis. Aut confeſſus eſt ante libellum, & tunc non eſt neceſſaria condemnatio per ſententiam. ita intelligitur dictum Abbatis. in. c. quærenti, extra de officio delega. Et omnes leges intelligũtur ꝙ confeſſus habetur pro condemnato, ſi confeſſus eſt ante libellum, vt. l. i. ff. de confeſsis, & l. patroni. ff. ad. l. Aquil. & ibi videas bonam diſtinctionem de hoc in glo. fi. Nam illa. l. intelligitur in cognoſcendo: ſecus in pronunciando, vt ibi in glo. dicitur.

Nota quòd quando pars confitetur in iure, non ſunt poſtea requirendi teſtes: ſed ex ſua confeſsione procedere debet ſententia contra ipſum, iuxta illud verbum euangelij, ex ore tuo te iudico ſerue nequam. confeſſus enim in iure pro iudicato habetur,

ur, ſiue conuicto. C. de confeſſis. l. na. extra de confeſſis. c. i. nullę enim unt partes iudicis in confitentem, t ff. ad. l. Aquil. proinde. §. vlti. & hoc verum eſt quantùm in cognoſcẽdo, ſiue quãtùm ad examinationem cauſæ. ſed tamen aliquæ ſunt in ſententiando, quia non reſtat aliud niſi vt in confitentem ſententia proferat.

Confeſſus in iure habetur pro iudicato, & in cõfeſſum nullæ ſunt partes iudicis niſi in condemnãdo. ff. ad l. Aqui. l. proinde b. qd' qualiter intelligatur, not. de re. permu. cum olim. de teſti. pręſentium. de elec. dudum, el. ij. vide infra qualiter in confeſſis nullæ ſunt partes iudicis niſi in condemnando.

An ſi confitens peccata ſua petat pœnitentiam de aliquibus ſit ſibi dãda, vide de rapto. ſuper eo. gl. ij. de pę ni. diſ. iij. §. vlti. & ea. diſ. ſunt plures. c. vl. & de pœn. & remiſ. c. ꝙ quidam. & xxvj. q. vj. agnouimus.

An qui in foro pœnitentiæ confitetur epiſcopo ſe aliquod crimen cõmiſiſſe, quod dicit epiſcopus ſe ante ſciuiſſe, poſsit epiſcopus contra talẽ de eodem crimine iudicialiter inquirere. Io. An. in c. omnis, de pœni. & remisſio. ibi vide. & PROVISO SOLERTER.

Poſtquam quis negauerit, nõ prodeſt ſibi confesſio niſi ſit minor. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de mino. & tunc prodeſt ei ope reſtitutionis. de quo vide Bart. in diſputatione ſua quæ incipit, per Italiam. Bal. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. vide infra negatina. §. poſtquam.

Vbi confitens delictum habet diminutionem certę pœnæ, ſcilicet ſi primò negat, poſtea confitetur, audi tur, iudex tamen non cogitur admittere ſi non vult. Bart. de iureiuran. ff. eum qui, in princi. ideo PROVISO SOLERTER.

Nota quòd non ſtatur confesſioni pro ſe, etiam ſi in eadem charta ſit cõfesſio contra ſe. ff. depoſiti. l. Lucius. ideo PROVISO SOLERTER.

Confesſio facta ad ſuaſionem aduerſarij etiam poſt ſentẽtiam poteſt reuocari. Bar. in l. error. C. de iu. & facti igno. & in. l. ij. ff. de anna. excepti. glo. in præallegato. c. error. quæ dicit quòd reuocatur per reſti. in integrũ. IDEO PROVISO SOLERTER.

Item no. quòd quando aliquis vno tempore aliquid confeſſus eſt, & modò negat, talis in reatum periurij, & infamiam vulgi decurrit, quia duo contraria, ſcilicet verum, & falſum reſpondiſſe videtur. vnde tãquã nauta nauigans contrarijs ventis nõ eſſet audiendus, vt in corpore autenticorum, de his qui ingre. ad appellandum. §. i. coll. ix.

An confesſio facta in foro mixto inducat probationem, vt ex ea confitens condemnari poſsit? Hoſtienſis, de ętate, & qualita. qua tis, & in ſumma de ſcru. §. fin. in fine. cuius verba ponit dominus Anto. de Bu. in c. tertio loco, de proba. vide. l. diſ. ex pœnitentibus, in gloſſ. text. in c. innotuit, de elec.

In foro pœnitentiali ſtatur confitenti ẽt pro ſe Archi. xij. q. ij. cum deuotisſimam. facit de iureiuran. mulieri, & quòd ibi no. ſecus in foro iudiciali, vt ſupra dictum eſt. ideo Proviſo Solerter. quia magis nocet confitenti in foro iudiciali, quod eſt contra eum. quã prodeſt illud qd' eſt pro ipſo. vt l. diſtinctione, reſignata.

An

An ſacerdos c. poſſit ꝓpalare confeſſionē ſibi factam? & dicendum ꝙ de conſenſu confitentis poteſt: aliàs ſecus, vt de adul. ſignificaſti. de ſimo. Matthæus, gloſ. de conſe. diſ. ij. cum omne, in ver. proditorem. Io. And. de e lect. innotuit. Inno. de pœ. & remiſ. omnis. adde quod ſcripſit ſanctus Thom. in. iiij. diſ. xxj. q. iij. ar. ij. Ideo Prouiſo Solerter.

Nota quòd confeſsio declaratoria actus principalis requirit præſentiam partis, licèt ſit facta extra iudicium. colligitur ex. c. fin. de ſucceſ. ab inteſ. & facit ad no. in c. fin. de confeſ. & in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. eo. ti. & l. generaliter. C. de non nu. pe. & Abbas in allegato. c. fi.

Confeſsio facta propter aliud etiā in præſentia partis plenè non probat colligitur ex. c. fi. de ſucce. ab inteſ. & ibi Ab. v. col.

Confitens debet ſe totum ponere in arbitrio confeſſoris, de pœ. diſ. v. conſideret.

No. caſus in quibus quis habetur pro confeſſo, licèt ipſe non confiteatur. primus caſus quando fugit a carcere, vt infra fugiens, & ſupra carcer, & habetur. in l. eos. ff. de cuſ. re. ſecundus caſus eſt, ſi pars non vult iurare de calum. vt in l. fi. in. §. fi. ff. de iura. cal. tertius caſus eſt in c. ij. extra de proba. li. vj. quartus caſus eſt quādo corrector rēceſſit ante quinquaginta dies reſidentiæ poſt depoſitum officium, vt trahitur in. l. i. tam ciuilis, quàm criminalis. C. Ideo Prouiſo Solerter. Et etiam taciturnitas habetur pro confeſſione, vt ſupra iſta dictione. §. item no. quòd taciturnitas.

No. quòd ad hoc quòd confeſsio præiudicet alicui, exiguntur plura, ſcilicet ꝙ ſit maior. xxv. annis, quia minor poteſt reſtitui contra confeſſionē. ff. de mino. non omnia. ff. de confe. certum. §. in pupillo. Itē quòd ſponte, & non coactus. xxv. q. vj. c. i. & xxxi. q. ij. Lotharius, & ff. de quæſti. l. i. j. Rñ. & §. diuus ij. itē quòd ex certa ſcientia, quia ſi errat in confitendo, & poteſt probare ſe erraſſe, nō nocet; vt in c. vlti. de confeſ. & C. de iuris & facti igno. error facti. & ff. de cō feſ. non fatetur. Item quòd contra ſe confiteatur, quia confeſsio pro ſe nō prodeſt. xxiiij. q. ij. §. i. ff. de inter. acti. de ætate. i. Rñ. Item in iudicio & corā ſuo iudice: aliàs non præiudicat, vt de iudi. at ſi clerici. C. eo. l. vna. quandoq; tamen confeſsio extra c. ius facta valet, vt ſi quis confiteatur debere ſe ex certa cauſa, puta emptionis, vel locationis, vel aliqua cauſa conſimili, ſi probetur confeſsio ita per teſtes qui fuerunt præſentes in confeſſione condemnabitur ex ea. C. de nō numerata pecunia. l. generaliter, & l. aduerſus, & ff. de probationib⁹, cum de indebito. §. vltimo, & de fide inſtruſi cautio, & iij. q. ix. §. ſi debitum. Itē ſi aduerſarius ſit præſens: aliàs non nocet. ff. de interro. acti. l. vlti. & ff. eo. certum. §. ſi quis. Item requiritur quòd non ſit contra rerum naturam: vt ſi confiteor me interfeciſſe hominem qui viuit. ff. ad. l. Aquil. inde Neratius. §. vlti. & hoc ſi probo eum viuere qui mortuus eſt. vel ſi confiteor illum eſſe filium meum, qui eſt maioris ætatis quàm ego. vel ſi quis confiteatur factum, cuius nomine, actio cum alio eſſe non poteſt. ff. de inter. actio. ſi is cuius. & l. confeſsionibus. Item quòd non ſit contra ius, ſcilicet de libero homine. aliàs non nocet.

cet.ff.de pac.iure gentium.§.& ſi poſtulatio,& §.præcedēti.extra de pac. pactiones.& de condi.appo. ſi conditiones,& xxxij.q.ij.ſolet quæri.Item ꝙ de re litigioſa,vt.ff.de interro.acti. confeſſionibus.Item ſi quis confiteatur ſe ſeruum,vt C.de li.cau.inter.lex iſta fauore libertatis intelligitur de confeſſione facta apud iudicem . ſed nō in iudicio liberalis cauſæ. aliàs cōtraria eſſet lex illa,iubem⁹ eo.ti.in fi.

Sed an, & quando quis teneatur de confeſſione falſa, & diſtinguendū quia aut fuit facta coram iudice, aut non. ſi fuit facta coram iudice, ſemper tenetur. ſi extra iudicium, eſt diſtinguendum,quia aut confeſſio habet formulam certam,vt quia vendidi,vel donaui,vel aliàs, & tunc tenetur. ſi non habet certam formulam, quia ſine cauſa,tunc non tenetur.vide plenè per Bar.in l.cum falſa,de iu. & fa.igno. Et ſic concluditur quòd cōfeſſio facta gᵒ ī iudicio nocet,& extra iudicium non nocet, vt in c. vlti. de cohabi. cleri.& mulierum.

Sed an confeſſio aduocati noceat parti?& dicendū ꝙ ſi aduocatus confeſſus eſt aliquid coram parte, quòd nocet parti.tex.eſt in c. quærelam, & in c.bonæ.extra de elec.& ante li. cōteſ.habetur pro conteſtatione. ideo PROVISO SOLERTER.

Si quis ſemel in anno non confitetur h. proprio ſacerdoti, ſecundū formam c.omnis vtriuſque, de pœnſ. & remiſ. pertinacia talis inducit ſuſpitionem hæreſis, quia cum non facit id ad quod tenetur, vt in d. c. per conſequens. præſumitur aliter ſentire de ſacramentis eccleſię quàm ſentiat eccleſia,vt de hæreticis, ad abolendam.i. Rñ. concludit ergo Hoſti. ſecundùm Pe.de Ancha.in c.fi.de pœnis, quòd eccleſia de rigore poſt tantam expectationem, & cōtumaciam poſſet illum condemnare de hæreſi,licèt eccleſia æquitatem præferens nō ſequitur hūc rigorem,vt Hoſti. & Pe. vbi ſupra.qđ etiam tenet Abbas in c. teſtimonium, & ego audiui a doctore Zamorenſi legendo in cathedra Salamantina dictum. c. teſtimonium, de teſtibus. in quo habuit determinationem quòd cum quis ſemel in anno teneatur confiteri, & non confiteatur, quòd iſte talis non poteſt eſſe teſtis. Nam talis ſi poſtea perſeueret,eſt hæreticus . & hæreticus eſt infamis.ergo per conſequens non admittitur in teſtimonium. quòd nota. IDEO PROVISO SOLERTER. & an talis qui non confeſſus eſt ſemel in anno, ſit tradendus ſepulturæ eccleſiaſticæ tempore mortis? & dicendum ꝙ ſi tūc apparuerint in eo ſigna contritionis,& pœnitentiæ ꝙ talis ſit tradendus eccleſiaſticæ ſepulturę,ſm Nico.Ab.in c.ij.de tornea. ar.c.a nobis, de ſen.ex. ſed plures doc. tenent cōtrarium. eo.ꝙ non ſatisfecit diſpoſitioni illius c.omnis vtriuſque. & imputet ſibi,quia ſe arctauit. ideo tu cogita quid faciendum in tali.

No. ꝙ ſi quis in iudicio confeſſus eſt aliquid nullo inſiſtente aduerſario:vel erat, tamen ſine interrogatione ab ipſo facta, non valet confeſſio, text. eſt & ibi Bald. in l. interrogata. C.de libe. cau. ſed aliàs erant coram iudice, ſed non erant in figura iudicij,vt ibi.

Itē no. i. ꝙ confeſſio facta per partē ad poſtulationē partis alterius,nūquam facit fidem in alio iudicio, vt qa ex illa cōfeſſione cōueniat iſte ab alijs

alijs creditoribus. & eſt dicendum ꝙ non facit fidem, nec nocet, nec prodeſt alijs: niſi tantùm iſti per quem facta eſt confesſio, tex. eſt de hoc. & ibi Bar. in l. fi. ff. de interroga. actio. & Bal. in l. i. C. de confesſis, & aliquid per Abbatem in c. veniens, el. ij. de teſtibus.

An ſi reus confiteatur delictum, iudex posſit ex ordinato proceſſu pœnam infligere ſtatim?& Io. And. dicit quòd ſic, in c. qualiter, de accuſa. vbi Inn. dicit: quòd extraordinariam infligit, de elec. per inquiſitionem. de confesſis. c. ij. adde Angel. conſilio. cxc. quod incipit, viſis actis. & vide C. de cuſt. re. l. ſi quis in ea, & ibi Cyn. ſpe. titu. de accuſa. §. i. ver. accuſati autem.

Si quæritur ſuper delicto commiſſo certo tempore, & loco, & confeſſio fit de delicto, ſed variata qualitate loci, vel temporis, an ex tali confesſione posſit ſequi condemnatio? vide Ange. conſilio. ccxj. quod incipit, In cauſa. & cum ibi videris. PROVISO SOLERTER. Quid ſignificet haberi pro confeſſo, Bar. in l. eius qui ff. de iure fiſ. & vide nota. in c. ij. de confeſ. li. vj. a de Bar. in l. lex Cornelia. ff. ad Sill. & l. abſentem. ff. de pœnis do. in c. veritatis, de dolo & cōtu. in quibus tractāt de intellectu ſtatuti, quo cauetur quòd contumax habeatur pro confeſſo.

Licèt expreſſa cōfesſio facta in iudicio posſit oſtenſo errore reuocari, vt de confeſ. c. fi. ſecus tamen in tacita quæ ſurgit ex productione inſtrumenti, vel teſtium in iudicio. dictum eſt notabile Inno. de cenſi. cum olim. adde Ioan. Andr. in addi. ſpe. in ti. de depoſi. §. nono, ver. veruntamen, in addi. quæ incipit, Vidi dubitari.

Vtrū confesſio [k] iudicialis præiudicet cōfitenti?& dicendum ꝙ ſic, ſecundùm Pa. in. c. ex parte, de confeſ. ſi cōfitens ſit maior. xxv. annis. & ſit ſponte, & ex certa ſcientia, & expræſſa cauſa, & coram ſuo iudice, & parte pñte, & non ſit contra naturam, nec contra ius, & fiat de re litigioſa, & non ſit contra libertatem: aliàs non pięiudicat. vide diffuſè in d. c. ex parte, in gl. i. quia potius eſt fori contentioſi.

Quid ſi confesſio ſacramētalis eſt facta coram non ſuo iudice, an posſit haberi rata per ſuum iudicem? & dicendum quòd non, vt de pœn. & re. ꝙ autem, de pœni. diſ. vj. c. vl. in glo. fin. & licèt confesſio facta coram nō ſuo iudice non præiudicet, tamen ſi poſtea litiget coram iudice competenti præiudicat. Inno. in c. per inquiſitionem, de electio. Bal. in l. clarum. C. de auto. præſtan. & Bal. in l. iubemus, & ibi gloſſ. in l. interrogata, C. de libe. cauſa.

Supradictum eſt de confesſione facta per metum. & ibi vide.

An liceat confiteri per partes, hoc eſt aliqua pctā vni, & alia alteri: vel vno tempore vna, & alio tēpore alia. tex. & glo. quòd non, de pœni. diſ. v. c. i. ver. cautus ſit pœnitens, in verbo apud ſe confesſionem. de quo per ſanctum Tho. in viij. diſ. xvij.

Confesſio non eſt plena probatio, ſed probationis releuatio. de iudi. at ſi clerici. §. ſi verò. Cy. in l. actor. C. de probati. Io. An. & ibi moderni, de electi. bonæ. no. de proba. ſuper rubrica Archi. i. q. vlti. actor. de reſti. ſpol. cū ad ſedem §. nos igitur, iuncta gloſſ. fallit in dote, & in mutuo. in quibus eſt ſpeciale. Bald. in l. generaliter, C. de

de non num.pecunia.in.i.quæſtione.

Confeſsio facta extra iudiciũ de crimine operatur, vt taliter confitẽs non admittatur ad purgationem, vt in c.per tuas,de proba.Io.An.de exceſ.præ.quàm ſit. IDEO PROVISO SOLERTER.

Sed confeſsio facta pluries extra iudiciũ videtur facta in iudicio.dictum eſt ſingulare in c.ſi cautio, de fide inſtru.& dictum eſt Ab.in dicto c.

Confeſsio duplex extra iudicium facit plenam probationem, dictum eſt Bartol.in l.i. C. de agric. & cenſi. libro.xj. l.

Confitens crimen extra iudicium, licèt vi confiteatur, propter illam cõfeſsionem non poterit,damnari: tamen in iudicio non poterit negare, quod extra fuerat confeſſus ſecundùm Inno. de electio. per inquiſitionem,de exceſ. prælatorum, quàm ſit. vide ſupra. Ideo PROVISO SOLERTER.

Nota quòd confeſsio extraiudicialis non valet niſi ſit bis emanata. ſed ſi ſemel eſt confeſſus,& poſtea iurauerit valet. dictum eſt Abbatis in c.cum contingat, extra de iureiurã. & nota ꝙ confeſsio extra iudicium geminata præiudicat. & etiam quando iurat m. extra iudiciũ tale eſſe verum: vel iurat tali debere centum. Iſtos duos caſus ponit Bar.in l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.li.xj & Abbas in c.ſi cautio, de fide inſtru. a ſimili,ibi de non nu.pe. Alius caſus eſt quando nocet extra iudicium facta ſcilicet in actione reali. Tenet Inno. & Abbas in c.ſi. extra de confeſsis.& & idem in c.per inquiſitionem, de electionibus. IDEO PROVISO SOLERTER.

An confeſsio extraiudicialis probet in delictis. ad hoc vt pœna ordinaria infligatur? Et dicendum quòd licèt cõfeſsio extraiudicialis regulariter probet: tamen ſecus eſt in delictis in quibus confeſsio extraiudicialis plenè non probat quò ad effectũ pœnę ordinariæ infligendæ, probatur, de exceſ. præla. quàm ſit graue. vbi præsbyter beneficiatus confeſſus ſe crimen adulterij commiſiſſe, non deponitur, ſed beneficio priuatur, vt ibi notatur per Inno. & Hoſti. & allegat vnam glo.notabilem Barto.ff.ad l.Iuli.de adul.l.capite quinto.videlicet quòd confeſsio extraiudicialis talis non plenè probat niſi quo ad effectum confitentem ſubijciendi torturæ.Sed glo.in c.per inquiſitionem,de elec. tenet quòd ex tali confeſsione poteſt confitens damnari, ibi Innocen.pro quo facit d.c.quàm ſit.Compo.tenet contrarium in c.olim,de reſcrip. ſuper verbo confeſſus. Innoc. met tenet oppoſitum in c.per inquiſitionem,in c.interpoſita,de appel.ſuper ver.probaturũ, ver. & habet hoc locum.gl.iuris ciuilis in l.capite quinto,hic allegata;quæ eſt ſingularis,tenet quòd talis confeſsio facit ſolùm indicium ad torturam:& hoc tenent legiſtę pro euangelio.ſed tu dic ſecũdùm do. Anto.quòd ſi confeſsio extra iudicium infamat de facto, quòd poteſt puniri,cum in tali infamia facti non ponderetur iuris effectus:vel dato quòd non infamet, inducit tamen tantam ſuſpitionem,ex qua poteſt procedi ad iuditium purgationis,& ex infamia facti ſola ſuſpitione probabili proceditur ad iuditiũ purgationis, de purga. cano.inter & eſt concluſio do.in c.ex parte, de of. ordi.

dina. hoc tñ caſu non admitteretur directa purgatio contra confeſsionẽ niſi aliter eam excuſet, nè ipſe veniat contra id quod viua voce eſt proteſtatus: ſed excuſando eam, & aliter intelligẽdo poterit excuſari. Nam excuſatio perimens confeſsionem nõ admittitur, vt eſt caſus in c. cum dilecti. de accuſa. ex quibus declaratur opinio Inno. in d. c. quàm ſi. verba fuerunt originaliter ij. q. i. multi, in gloſ. magna, quæ eſt notabilis ad hoc. & idem no. de iudi. at ſi clerici, ſuper verbo non tenet. ver. ſed pone cleric⁹. hæc vera quando confeſsio deducitur in probatione in iudicium. ſed ſi delictum ea probata, habet locum dictum. c. quàm ſi graue, do. de Rota. deci. lx. in nouis deciſionibus.

Nota quatuor caſus in quibus cõfeſsio facta extra iudicium in criminalibus præiudicat ad hoc vt faciat indicium vt ponatur ad torturam. vnus eſt in gloſſ. l. capite quinto. ff. de adul. º vt confeſſus eſt extra iudiciũ, vel coram non competenti iudice. Secundus eſt ſi poſt furtum factum cõfiteatur extra iudicium, quòd not. vt in l. ictus fuſtium, & in glo. p. ff. de his qui no. infa. Alius caſus vt ponit Inn. in c. per inquiſitionem, extra de elec. ibi in beneficio, &c. de hoc vide infra iudicium. ideo PROVISO SOLERTER.

An confeſsio extraiudicialis inducat notorium, q' vel ſolũ faciat indicium, glo. in l. quoniam, & in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infa. Inn. de of. delega c. i. li. vj. gl. in l. capite quinto. ff. de adul. & in l. quæro §. fin. ff. de euicti. Inno. in c. per inquiſitionem, de electi. plenè per docto. de coha. clericorum, & mulie. veſtra. gloſſ. in c. ex parte. ij. de verbor. ſignific. Hoſt. in c. cum ſpeciali. §. porrò, de appella.

An confeſsio facta in vno iudicio faciat fidem in alio in criminali contra confitentem? & dicendum ꝙ faciat ad hoc vt repellatur a teſtimonio, Ab. in c. teſtimonium, de teſtib⁹. & concludendo dic quòd ſi confeſſus ſum in vno iudicio præiudicat mihi in alio, vt l. pe. de arbi. cum ſi. Sed hoc eſt verum in confeſsione vera, ſecus in ficta, ſecundùm Bart. in l. ij. §. diuus, de iure fiſ. vbi eſt caſus ſingularis de hoc.

In cõfeſsis r. nullæ ſunt partes iudicis niſi in condemnando, vt in glo. c. i. de accuſa. lib. vj. ſuper parte confeſſus, & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſti. & ij. q. i. nos in quemquàm. vide ſupra.

An confeſſi proprium crimen debeãt interrogari de ſocijs s. ſuggerentibus, aut de receptatoribus, & fautoribus ſuis, & an eorum confeſsio noceat illis, tex. eſt in l. fi. & ibi Cy. C. de accu. Bar. in l. repeti. §. i. ff. de quæſti. doc. de confeſ. c. i. adde de teſt. veniẽs 79. diſ. ſi quis papa & ibi gloſſ. de hac materia vide infra tortura.

An confitens con ſocium criminis ſit teſtis idoneus, vide infra teſtis.

Qui ſocius eſt criminis, eius confeſsio contra ſocium non admittitur niſi in certis caſibus xv. q. iij. §. vlti. in c. nemini ſed in crimine hæreſis, & in cri læ. ma. bene admittitur. vide infra tortura. Ideo prouiſo Solerter.

Sed de cõfeſsione facta in tortura an & quando valeat, vide ĩ. tortura.

An cõfeſsio extraiudicialis ſit ſufficiens indicium ad torturam, vide infra indicium.

An confeſsio ſocij faciat indicium contra ſocium, vide infra indicium.

Cui

Cui papa teneatur confiteri, & an abſoluat, vel ligetur a ſacerdote cui ꝯfitetur? & dicendũ ꝙ papa põt cõfiri cuilibet ſacerdoti, quẽ ipſe elegerit, & talis põt eum abſoluere, vel ligare, vt in c. ſanè. ij. de offi. dele. & ibi gl. & ibi Abbas, & doc. an papa teneatur confiteri, & ſi cõfeſſio ſit t. de iure diuino. Item gl. in c. nemo. ix. q. iij. itẽ. in c. ſignificaſti, de for. com. per Ioan. An. & Ab. in c. cum dilectus, de exceſ. præla. & plenius per Abb. in c. omnis vtriuſ. de pœ. & re.

An poſt confeſſionem u. partis, vel publicatis atteſtationibus poſſit iudex teſtes examinare? vide infra examinatio.

An confeſſio facta coram inquiſitoribus, notario, & teſtibus ſit fori pœnitentialis vel iudicialis? Et dicendũ quòd verius poteſt dici iuditialis, ꝗ pœnitentialis. Nam ad eſſe confeſſionis pœnitentiariæ requiritur quòd fiat ſingillatim de omnib⁹ delictis, & peccatis. Item quòd fiat ſecretè, ideſt vni ſoli, & non pluribus, vt in c. omnis vtriuſ. ſexus, de pœni. & remiſ. nec debeat redigi in ſcriptis, ſed tradi obliuioni. concluditur ergo quòd talis confeſſio erit iudicialis, quia facta iudici, & in iudicio coram notario, & teſtibus, vide infra forum. Ideo Prouiſo Solerter.

Circa confeſſionem factam in tormentis vide ỹ. tortura.

Quando quis x. cõfitetur hæreſim, debet confiteri per ſcripturam, vt. j. q. vij. conuenientibus, & ibi glo. & c. quotiens, & c. ſi quis, & de conſe. diſt. ij. ego Berengarius, & xxvj. q. vj. his qui tempore, & habetur in iiij. inſtructione inquiſitionis.

An per propriam confeſſionẽ quis conuincatur in delictis? & reſpondetur ꝙ ſic, vt C. quo. appella. non reci. l. ij. ff. de cuſt. reo. l. ſi cõfeſſi, & de qõ. l. j. §. ſi quis vltimo. cum ſi. Et ex iſta cõfeſſione ex quo probatur, habetur cauſa contra aliquem.

Item quando quis confitetur hæreſim coram inquiſitore, debet fieri illa confeſſio in ſcriptis, vt dictum eſt, & coram teſtibus, vt habetur. ỹ. iiij. inſtructione inquiſitionis.

Item qui confitentur hæreſim, debent iurare ſuas cõfeſſiones, vt dicta iiij. inſtructione inquiſitionis.

Quando quis y. venit, & confitetur hæreſim poſt tempus gratiæ. quæ forma ſit tenenda cum eo per inquiſitores? vide infra in inſtructionibus inquiſitionis, inſtructione viij.

Item quæ forma ſit tenenda cum illis qui ſunt incarcerati, & confitẽtur hæreſim ĩ carcere, vide ỹ. in inſtructionibus inqſitionis, in xj. inſtructione.

Item quãdo quis confitetur hæreſim, & perſiſtit in ea puniendus eſt vt confeſſus, vel conuictus, vt ij. q. j. nos in quemquam.

An hæreticus qui confeſſus eſt hæreſim coram inquiſitoribus, poſſit intrare eccleſiã ad orandum, & audiendum diuina officia, & miſſam anteꝗ abiuret hæreſim, & antequam abſoluatur ab inquiſitore, vide infra finito alphabeto iſtius libri, vbi ſunt poſitæ extrauagantes in fi. in §. vtrũ excommunicatus poſſit ingredi eccleſiam, & in alijs §§. ſequentibus.

Quæ dicatur confeſſio z. vel pœnitentia ficta, vel infintoſa, & dicẽdum quòd quando quis redit, & conuertitur ab hæreſi, vel peccato, quòd ſi non agit pœnitentiam de commiſſis, tunc talis confeſſio facta dicitur

infintoſa confesſio. Nam ad hoc qđ videatur bona confesſio, debet de cõ miſſis agere pęnitentiam, vt extra de pœnit. & remiſ. c. quòd quidã. ergo vt proſit ſibi confesſio ipſi confitenti requiritur quòd non recuſet adimplere pœnitentiam ſibi iniunĉtam per inquiſitorem, vel cõfeſſorem, aliàs proceditur contra eum tanquam contra deficiẽtem in purgatione, vt in diĉto c. circa finem. ideo Prouiſo Solerter. vide infra deficiens.

Quæ forma debet teneri quando quis inuenitur quòd non confeſſus eſt integrè de ſe, nec de alijs, vide infra in inſtruĉtionibus inquiſitionis in. xiij. inſtruĉti.

Item quę forma ſit tenenda quando quis confitetur in tormentis, vide infra tortura, & vide infra in inſtruĉtion. inquiſitionis, inſtruĉtione. xv.

Sed confesſioni accuſatoris ſtatur in cauſa quando id confitetur per qđ apparet non poſſe eum accuſare, vt in c. veniens, de accuſationibus.

Inter omnes probationes per confesſionem a* propriã videtur iure melior probatio. vide ĩfra probationes.

An fiat concordia inter teſtes vni⁹ partis & confesſionem alterius, vide infra teſtes. in §. no. quòd licèt teſtes.

Cum eo qui confitetur errorem, & petit veniam, ſi non fuerit relapſus, poterit inquiſitor cum eo miſericorditer ſe habere, vt in c. excommunicamus, extra de hæreticis, & in c. commisſi, & in c. vt officium, eo. tit. lib. vj. IDEO PROVISO SOLERTER. vide infra miſericordia.

An in confesſione teneatur quis exprimere nomen eius, cum quo peccauit; & dicendum quòd in alijs criminibus non tenetur exprimere nomen niſi in genere confiteri, ſed hoc verùm niſi qualitas perſonæ aggrauet peccatum, quia tunc exprimere tenetur illam qualitatẽ, puta de adulterio cõmiſſo cũ cõſanguinea, vel monacha, vel cum virgine, vel corrupta, vt de adul. in c. ſignificauit, in prin. ſed in crimine hæreſis non ſolùm tenetur confiteri crimẽ per eum commiſſum, ſed etiam tenetur dicere, & confiteri de cõſortibus ſuis, & nomina b* ipſorũ, vt cõtra eos formetur ĩquiſitio, aliàs tacendo eorũ noĩa videretur fautor hæreticorum, vt ĩ. fautores, & poteſt cõpelli per inquiſitorẽ vt confiteatur ẽt de conſortibus ſuis, cũ quibus cõmunicauit diĉtum crimen hæreſeos, & oĩa quæ de ipſis cognouerit, vt extra. de hæreticis, excõmunicamus. §. adijcimus C. de male. & mathe. l. fi. licèt in alijs criminibus talis interrogatio de conſortibus non debeat interrogari, vt C. de accuſa. l. fi. in fin. & quantùm ad alios iſtius aſſertio, ſeu confesſio non habetur pro plena probatione ſed facit indicium, vt extra de cõfesſis. c. i. vid. ĩ. de mõ ꝓcedẽdi.

Item no. quòd ſi vocatus confitetur errorem ſuũ, quòd ẽt licèt timore probationum ſi iudex viderit ipſũ contritum, & ſperet de eius conuerſione, poterit ſibi parcere iniunĉta ſibi pn̄ia ſalutari: multò ergo fortius inquiſitor hæc facere poterit quãdo quis voluntarius accedit ad confitẽdũ ſuos errores, & de eis petit pœnitẽtiam. hæc Hoſti. in ſum. in ti. de hære. § qualiter depræhẽdatur, ĩ ver. aduertè tamen. Ideo Prouiſo Solerter. vide infra in ij. §. ſequenti.

Quãdo depræhenſus in hæreſi poſtquam accuſatur confitetur cõſtanter fidem catholicam tamen perſiſtit in ne-

gatiua circa ea quæ contra eũ proantur, & de quibus accuſatur, an ta s negatiuus recipiatur ad miſericordiã, vel an relaxetur curię ſęculari? vide infra negatiuus. Ideo Prouiſo Solerter. & vide infra miſericordia.

No. Hoſt. in c. ad hæc, de ſim. quòd quando timore probationis quis cõfitetur, etiam in aliquo parcẽdum eſt ſibi, licèt non in totũ, & erit arbitrarium quanta pars pœnę remittatur, ſeu indulgeatur, ipſi confitenti, ar. in c. fi. de tranſacti. ſed hoc dictum Hoſ. nullo iure probaт. quinimo oĩa iura parem pœnam inflingunt conuictis, & confeſsis in iudicio, vt in d. c. & in. l. ſi confeſſus. ff. de cuſt. reo. &. c. ij. de confeſsis. cum multis ſimilibus, & facit illud notabile dictum Inno. in c. qualiter, & quando el ij. de accuſ. vbi vult acrius puniri confeſſum per viã inquiſitionis, quàm conuictum, vt ẽt Abbas tenet in d. c. ad hæc, de ſimo. ſed Hoſti. tenet apertè quòd antequã ſit conuictus de hæreſi, quandocũq; debeat admitti confitens errorẽ ſuũ, vt volens reconciliari, etiam ſi timore probationum cõfiteatur, dummodo iudex videat ipſum cõtritũ, & ſperetur de conuerſione ſua. Io. An. in. c. excommunicamus, 'el. i. §. damnati, eo. ti. ſentit in quadam poſtilla ꝙ nedũ antequã ſint conuicti ſi confitenť, imò ẽt poſtquã ſunt condemnati per ſententiam, ꝙ ſi confitentur, & volũt redire, euadãt pœnã mortis. & idem ſentit glo. notabilis in c. pe. eo. ti. ſed in contrarium videtur facere tex. in c. ad abolendam. §. i. eo. ti. cum ibi dicitur incontinenti, & ſponte. vide infra miſericordia, & infra rediens. Ideo Prouiſo Solerter.

An ſi quis confeſſus hæreſim proprio ſacerdoti, vel nõ proprio, & vult recedere ab alijs peccatis, ſed non ab hæreſi, vel ipſe recedit, ſed non vult alios nominare, vel nominat ſacerdoti, ſed nõ vult ꝙ ille detegat, an ſacerdos poſsit epõ, vel inquiſitoribus reuelare? dñt quidã, ꝙ tunc ſacerdos debet adire epm, & dicere, Cuſtodi, vigila ſuper oues, qa lupus eſt in grege. vel ſi placet, dic ꝙ poſsit reuelare talibus qui poſſunt prodeſſe, & nõ obeſſe: tñ quantũ ad primum videtur ꝙ non ſit aſtrictus ſacerdos ꝑpter vim pœnitentiæ. tũ quia ille non agit pœnitentiam, tum quia non ſeruat fidẽ cũ ſit hæreticus, & non fidelis, & tali nõ eſt fides ſeruãda. hæc Rai. in ſum. in tractatu de pœna ſacerdotis reuelantis confeſsione in j. col. Sed ſi peccator qui cõfeſſus eſt, cõſentit ꝙ confeſſor detegat, tunc bene poteſt confeſſor detegere alteri, & reuelare peccatũ per pęnitẽtẽ ſibi cõfeſſum: aliàs ſec⁹, vt in c. om. vtriuſ. ſexus, de pœ. & remiſ. & Ab. in c. Matthæus, de ſimo.

Vtrũ ſi in foro c* pœnitẽtiali quis confitetur hæreſim proprio ſacerdoti, & ſuum errorem coram ipſo deteſtetur, & per talẽ confeſsionẽ abſoluatur a proprio ſacerdote: an iſte talis confitens maneat ſecurus a manibus inquiſitorũ, ad hoc vt ſuper illud crimen nõ poſsit inquiſitor procedere contra talem? ad quod taliter rñderi poteſt, ꝙ ſi aliquis occultè incidit in hęreſim, deinde dum aſſumeret pęnitentiam a proprio ſacerdote contulit veritatẽ ſacerdoti, & per talẽ confeſsionẽ ipſe ſacerdos dixit, & declarauit ei qualiter ipſe cõfitens erat hæreticus tenendo, & ſequendo illã opinionem, & illũ errorẽ, & reduxit eum ad tramitem veritatis, & fecit ꝙ ille

fuit purè, & verè confeſſus, & deteſtatus eſt illũ errorem coram ipſo ſacerdote, & talis cõfeſſor iniunxit ſibi pœnitentiam, & cũ eũ abſoluit poſtea tẽpore procedente ille fuit delatus epõ, vel inquiſitori & denunciatur coram ipſis de illo errore p eũ confeſſo proprio ſacerdoti, & cũ cõtra ipſum procedi̇tur per ipſos epm, vel inquiſitorẽ, ipſe dicit ꝙ de tali crimine, ſeu errore fuit iam confeſſus, & etiã abſolutus a proprio ſacerdote: modò quæritur quid iuris? & dicendũ ꝙ certè quãtumcunq; poſſet dici ꝙ talis fuiſſet liberatus a pœna gehennæ ſi in hoc decederet: quia quò ad deum eſſet ſibi huius peccati venia attribuẽda, cum fuerit emendatus, & correctus, tam per contritionem cordis, quã per cõfeſsionem oris, & ẽt per ſatisfationẽ pniæ ſibi iniũctæ, quæ pœnitentia eſt perfecta, vt de pœni. diſ. iij. perfecta. Et cum diuina clementia nõ patitur ꝙ crimina ſemel dimiſſa in ſuam amplius veniant vltionem, de pœ. diſ. iij. diuina. Nõ tamen erit immunis a pœnis temporalibus, & ſic poterit accuſari, & puniri. nam per pęnitentiam licèt quis reſtituatur gratiæ, non tñ reſtituitur dignitati, ſeu priſtinæ poteſtati, vt de pœ. diſ. vj. c. qui vult, & xv. q. v. præsbiter. Nã ex hoc crimine, ſcilicet hæreſis imminet duplex pœna. Vna videlicet ſpiritualis & æterna. ſ. gehennæ. Alia temporalis ſicut imminet ex alijs criminibus, quæ p iura puniũtur, ſicut ex crimine homicidij, adulterij, falſi, & furti, & ſimiliũ. Vnde quãuis iſte confeſſus fuit purè, & reſtitutus gratię per pniam, ita ꝙ nõ immineret æternalis pœna gehennæ, nõ tñ eſſet reſtitutus quò ad pœnas alias temporales, ſicut patet ĩ eo qui commiſit furtum. nam per pniam nõ remittitur ſibi peccatum, vt. ff. de fur l. qui ea. Itẽ ſimile in raptore, vt. ff. vi bono. rap. l. nõ prodeſt. & patet in fornicatione naturali, de qua poſt pęnitentiã poteſt mulier accuſari, vt xxxiij. q. ij admonere. vnde idem & multò fortius in iſta fornicatione ſpirituali, cum crimen hæreſis ſit tã enorme crimen, ꝙ poſt ſanatum vulnus remanet cicatrix, vt. i. q. i. ventum. & ad ſupradicta facit quod not. Din. a ſimili, de regulis iur. peccati venia, lib. vj. imò plus eſt, quia ſicut pro alijs criminibus imminet duplex pęna. ſ. vna ſpiritualis, & alia temporalis: ita duplex erit iudex: vnus qui imponit pœnãm temporalem, ſicut eſt iudex loci, in quo cõmittitur delictum, ſeu etiã iudex ordinarius ipſius delinquẽtis, vt ĩ. dicetur de modo procedendi, in §. per quos, & ꝯ quos poſsit procedi in iſto crimine. Nã vnus eſt iudex qui imponit pœnitentiam, vt per eã liberetur a pęna ęterna, & ſpũali: & iſte erit proprius ſacerdos delinquentis: tñ alius nõ poſſet hũc abſoluere a peccato, niſi ſuper hoc haberet priuilegium, vel ſaltem voluntatẽ propriã ſacerdotis, extra de parochi. nullus, & de pœn. omnis, verſi. ſi quis. & facit optimè quod no. xvj. q. j. §. eccẽ ĩ hęc. & § ecce ſufficienter. & ibi vide. & in his concluditur ꝙ iſte ſuſtinebit alias pœnas tali pœnitentiã non obſtante. & pęna quæ tali debet imponi, erit pęna pęnalis purgatorij, vt ĩ. pęna, & ĩ. pœnitentia. Et nec etiã proderit talis confeſsio facta coram proprio ſacerdote, vt ſit abſolutus ab excõicatione, in qua fuit ligat⁹ a tpe cõmiſsi delicti, cum talis ſacerdos non ſit iudex huius criminis, cũ ptãs abſoluendi, & puniendi

puniēdi de hoc crimine ſit ſolùm epiſcopis,& inquiſitoribus reſeruata, & ſibi attributa per papam. de quo infra dicetur de modo procedendi iſto crimine.§.per quos, & contra quos poſſit procedi,&c.Et ſic ex prædictis concluditur ꝙ confeſsio,vel abſolutio habita à proprio ſacerdote nō poteſt impedire in tali caſu proceſſum ſui iudicis competentis, vt extra de iudi.at ſi clerici,&.C.ſi a non compe. iudi.per totum.nec enim poterit dici ꝙ per ſacerdotem fuerit cū eo diſpenſatum, & ꝙ ſibi fuerit impoſita pœnitentia,& peracta:quia diſpenſatio criminis ei demū permittitur qui de eo poteſt cognoſcere,vt extra qui fi. ſint legit.c.latorē.ad quod l.di.dño ſancto,& quod ibi no.Et hęc poteſtas diſpenſandi,& corrigendi, & redeuntes recipiendi olim fuerat ſolis epiſcopis attributa per papam,vt l.diſ.præsbiteros,Licèt hodie ſit epiſcopis,& inquiſitoribus pariter cōceſſa, vt dictū eſt ſupra. Et præterea cum iſtis ſolis cōceditur, omnibus alijs videtur denegata, vt xxv. diſ.qualis, extra. de præſump.nonne.ff.de iudi.l.cum prętor.meritò igitur ꝙ per illum, vel illos diſpenſetur qui velit, & poſſit cū tali hæretico diſpenſare,& abſoluere, & punire,vt extra de fi.præsbyte.c.ex tuarum. de ſciſmaticis. c. fraternitatis. Et hæc quæſtio iā ita accidit de facto, & fuit ſic determinata, vt ſupra continetur per totū iſtū.§. ideo Prouiſo Solerter. quando tale ſimile acciderit in officio inquiſitionis. vide de hoc ſupra abſolutio. §. an abſolutio proprij ſacerdotis.

Nunc videndum eſt de eo qui confeſſus eſt hæreſim, & poſt confeſsionem per eum factam poſtea ex interuallo contradicit, vel retractat illud quod ante confeſſus eſt coram inquiſitoribus, & circa iſtud eſt notādum. ſcilicet poſito ꝙ aliquis per confeſsionem erroris,& poſt indictam ſibi pœnitentiam dicit publicè ꝙ non errauit,& ꝙ non exceſsit,ſicut dicitur de eo ꝙ ipſe confeſſus eſt,& ſi aliquid cōfeſſus fuit ꝙ fecit propter metum expenſarum, vel propter metum maioris pœnę, & ſic negat, & retractat id quod prius confeſſus. ergo de tali ꝗd iuris,& quid faciendum?Et reſpōdēdum quòd per talem ſuā retractationem, & negationem ſecundam nō videtur verè, ſed fictè fuiſſe conuerſus, vt de pę.diſ.iij.c. pœnitentia, cum ſimilibus.& præſumitur quòd materia primi criminis fuit per ipſum recōdita,& callidè palliata, vt de pœ. diſ.ij. c.i.& facit quod no. Arch.c.vt cōmiſſi,ſuper verbo,in carcerem, de hęre.l. vj. Impœnitēs ergo videtur perſiſtendo in tali retractatione, ex quo ſuum crimen primæuum confiteri recuſat, vt de pœ.diſ.ij.§. econtrario, & c.ſe. in fi. & ſibijpſi videtur placuiſſe in errore primæuo perſiſtere, quem iuſta remiſsio debuit expiare xxxiiij.q.i.cū per bellicam. Nā exitus acta probāt. xxij.q.ij.quod ait. & C.de iudi.l. rem non nouam. §.patroni. & ſequentia declarant priora, vt de adul.l. ſi qui adulterij.xxiiij.q.i.c.i.circa fi. imò videtur talis in hac negatione perſiſtēs defeciſſe in pœnitentia, & purgatione ſibi iniuncta. & ideo eſt tanquam hæreticus puniendus, vt de præſumpti. capitu. literas. in fine, & de purgat. cano. inter ſolicitudines, in fin. Cum ei demum ſit miſericordia indulgenda qui redit ex puro corde, vt extra eodem. vt officium, vt di-

cto.§.prouiſo ſolerter.li.vj.Et petēti venia non cōceditur,niſi correcto, vt extra de regu.iu.peccati venia. Et primæua confesſio non debuit ſibi profuiſſe cū eam modò contemnat & deteſtetur , vt extra de vſuris , qūia fruſtra.& C.de apoſtatis.l.qui facta.Vnde ſi in prima ſua confeſſione talis abiuraſſet, poſſet talis modò cenſeri fictè relapſus : & ſi in ſua negatiua [d*] perſtiterit, poterit tanquā hæreticus pertinax condemnari . de hac materia vide ſingulariter per Io. de Anania,in c.excommunicamus.§.adijcimus , in vltima colum. de hæreticis. vbi idem dicitur¿ ſcilicet quòd quando quis negligit adimplere pœnitentiam ſibi per inquiſitorem iniūctam, dicendo ſe nunquam cōfeſſum talia propter quæ ſibi iniuncta fuit talis pœnitentia. qualiter inquiſitor poſſit contra talem procedere. de hoc vide infra de vſuris . & per dictum Ioā. de Anania in dicto.c.excommunicamus. §. adijcimus . & vide infra pœnitentia. IDEO PROVISO SOLERTER.

Sed ponamus quòd quis reuocauit confesſionem hæreſis factam per eum coram inquiſitore , poſtea ante ſententiam confirmat primam confesſionem , & perſeuerat in ea confitendo ſuos errores , nunquid talis erit recipiendus ad miſericordiam, & an īquiſitor poterit ſibi facere gratiam?& dicendum quòd ſic , vt tenet Cal.in ſuis conſilijs,conſilio.ij. ti. de hæreti. vbi ſic dicit ad literam.Ad id quod quæritur , an inquiſitor posſit facere gratiam;dico quòd ſic,ſi petat veniam,& idem confiteatur quod primò erat confeſſus,poterit miſericordiam facere cum illo.cum iſte non ſit relapſus , quia inquiſitor poteſt pœnas mitigare , de hæreticis . excommunicamus. ij. & eo.ti. vt officium , poſt prin.& c.vt cōmisſi,l.vj. nec obſtat verbum continuò, & confeſtim, quæ ſunt in c.ad abolēdā,de hæ.quia illa verba nō ſunt ita amarè ſumēda vt ſonant,niſi intelligantur de his,cōtra quos damnationis ſententia lata erat, & quòd abiurauerint hæreſim , vt de hær.ſuper eo.li.vj.Hinc eſt ꝙ eccleſia his quos conſtat eſſe hæreticos dilationem dat,& eos admonet vt reuertantur.i.q.vij.cōuenientibus,ver. itē Pe.xxiij.q.iiij.non inuenir,in ſi.& q.v.nō vos,& ibi no.& xxiiij.q.iij. dixit apoſtolus.Et facit ꝙ not. xxiij.q. iiij. qn̄ vult. vide j̃. vſura §.ſed circa.

An ſi aliqua confesſio emanauerit appellatione pendente,teneat,vel an ſit ipſo iure nulla, vide infra tortura.

An confeſſus [c*] dēat habere maiorem fauorem conuicto.Inn. ꝙ ſic, de of.dele.c.prudentiā,in gloſſ.l.eū qui. ff.de iureiuran.inſt.de act.§.itē mixta.de elec. innotuit. de ſimo. ad hæc.

An confeſſus posſit variare. Innocen.ꝙ non,maximè quando ſit confesſio iuramento firmata , vt in c.per inquiſitionem,de electio. & in c.cum dilectus,de accuſati. facit. l. proinde. ff.ad l.Aqui.glo.eſt de hoc in auth. at qui ſemel.C.de proba.

Parte confitente [f*] delictū etiā nō opponente debet iudex inquirere veritatem, & defenſionem rei facere ex officio,quando contra contumacem poteſt ferre ſententiam.Bart.nota.in conſilio. A domino Cy. de Bononia &c.& in conſilio,viſis omnibus ſtatutis prædictis. vbi etiam dicit iudicem poſſe opponere exceptiones publicæ vtilitatis cauſa introductas, etiā reo non opponente ; vt quòd bānitus po-

tuerit

tuerit impunè occidi, & ſimiles, & aliàs exceptiones concernentes publicam vtilitatem, non priuatam. Itē net Bar. in l. ſi ſeruus, vbi nota. C. de his qui ad eccleſi. confugi. & in l. vbi pactum, & ibi Bal. C. de tranſacti. ꝙ idem eſt in quolibet extraneo, vel procuratore inquiſiti.

Item poſt rei confesſionem poteſt iudex ex officio recipere teſtes pro eius innocentia. Bart. in l. iiij. §. hoc autem, penulti. col. ff. de dam. infec. item & poſt ſententiam. Bar. in l. diui, de pœ. & infra eo. ver. xxj. vide ſupra accuſatio, & ȷ̃. iudex, & infra examinatio. §. no. quòd poſt confesſionem partis, no. ꝙ iudex habet locum partis. qđ ſecus eſt in inquiſitione. de quo vide ȷ̃. iudex §. iudex ex officio.

Videre meo ego ſuſtinerem quòd in hæreſi, nec etiam in alijs contra cōfeſſum, ſi per confesſionem posſit cōdemnari, ꝙ nō requiratur proceſſus vt ſupra dictum eſt, ꝙ in cōfeſſos nullæ ſunt partes iudicis niſi in ſententiando. & cum in hæreſi non probat hoc eſſe quod ab hoc cōtingit abeſſe. de quo vide in litera, Probationes. Bal. in l. mercalem, de condi. ob turpem cau. dicit ꝙ confeſſus diffinitiuè eſt condemnandus, nec requiritur alius proceſſus. & per Inno, in c. cum ſuper, in glo. ſuper verbo, deponendum de confeſ. & quod habetur in c. Romana, de appella. in vj. & in l. non tantùm, de confesſis. & videtur ꝙ ſi poſt confesſionem ipſi hæretici volunt probare ꝙ intrabant eccleſiam, & audiebant diuina, & confitebātur, & dabant eleemoſinas magis eis debet nocere, quàm prodeſſe; cum præſumatur quòd faciebant in contemptum fidei noſtræ, vt facit Iudæus qui portat crucē, vel inuocat nomen Ieſu Chriſti, vt C. de Iudæis l. Iudęos Bar. in conſti. ff. orum, in prin.

ADDITIONES.

a *Hæc & aliæ confeſſionis ſacramentalis deſcriptiones in Catechiſ. de confeſſ. c. ſed iam cōfeſſionis, egregiè vt omnia, traduntur.* T. V.

b *Quod autem confeſſio facta ſub ſpe veniæ & gratiæ a iudice promiſſæ non voluerunt præiudicet Io de Imo. con. 109. Marſil. in pract. crim. §. poſtquā nu. 16. Foller. in ead. pract part. 1. in verſ. ſi confitebitur nu. 15. Vmber. in iud. inq. in ver. confeſſio facta ſub ſpe veniæ.* Q. M.

c *Ita definiuit S Sin. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. de confeſſ. & in can. 6. & 7. catechiſ. de confeſſi. c. ſed iam confeſſi.* T. V.

d *Per pacem delictum probari affirmāt, & ſic per confeſſionem tacitam. Bart. & Bal. in l. tranſigere. C. de tranſactio. Bal. per illum tex. in alleg. hic l. quoniā. & in l. furti. §. pactus ff. de his qui not. infa. & in c. 1. §. iniuria. de pa. iura. firman. Bru. de inditi. & tortu. in 3. quæ. 1. part. num. 23. ver. quæro quid de confeſſ. tacita, quę fit per pacem. vbi ſubdit diſtin. Archid. in cap. in omnibus 2. q. 4. Aut paciſcitur quis aliquo dato aut non dato, primo caſu inducatur probatio. Subijciens poſtea cautelā Tancredi de Corneto, quòd quis dicat quòd facit pacem, vt euitet ſumptus, non quòd commiſerit crimen de quo facit pacem.* Q. M.

e *Cōfeſſionem ſummoperè neceſſariā & vtilem eſſe docet, ac declarat Syn. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. de confeſſ. & Catechiſ eo. tit. c. hactenus.* T. V.

f *Humiliter recognouit, & confeſſus eſt peccatum ſuum Dauid. 1. & 2. Re. c. 12. Afflicti filij Iſrael per ignitos ſerpentes vene-*

venerunt ad Moyſen dicentes. Peccauimus quoniam locuti ſumus contra dominum, & cõtra te. Nu. 23 iidem oppreſſi a Philiſteis dixerunt ad dominum. Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet tantũ nunc libera nos. Iud. c. 10. Q. M.

g Vulgaris c. omnis vtriuſque ſexus. de pen. & remiſſio. Cle. 1. verſ. licet. de reli. & vener. ſanct. Conc. Lateran. ſub Inno. iij. c. xxi. & Conc. Trid. ſeſſ. 13. de ſacra. eucariſt. c. 9. & ſeſſ. 14. tit. de confeſſ. c. 5. vide etiam infra verſ. ſiquis ſemel. in Anno. Q. M.

Adde catechiſ. longè præclarè tradẽtem conditiones, & circunſtantias confeſſionis, eod. titu. ſed quoniam. eius item cæremonias atque ritus ibid. c. ſed quẽadmodum. & c. ſed iam ordo. P. V.

h Idem ſentit, & docet S. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. de part. & fruſt. ſacr. pænitẽ. & can. 4. Hoc idem Catechiſ eod. titu. c. ſed quoniam. P. V.

i Reſpondere tamen tenetur, & ſic taciturnitas illi nocebit prout confeſſio arg. tex. in l. 2. § quod obſeruari. C. de iu. cal. Fran. Caſſon. in tract. malef. ex non dicto. tracta. 9. nu. 7. & toto illo cap Quintil. Mandoſius.

Repete c. 5 de confeſſ. 14. ſeſſ. Con. Tri. & Catechiſ. eod. tit. c. hactenus de contrit. P. V.

k Hac de re vide Conc. Tri. & catechiſ. prox. citat. loc. & catech. c. ſed quando. eod. tit. P. V.

l Huic quæſtioni reſpondeas, & ex epiſtola Leon papæ ad epiſ. camp. c. 2. ita ſcribentis. Illam etiam contra apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nuper agnoui a quibuſdam illicita vſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoneri. de pænitentia ſcilicet quæ à fidelibus poſtulatur, nè de ſingulorum peccatorum genere libellis ſcripta profeſſio publicè recipiatur. Conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus, indicari confeſſione ſecreta. & paulò poſt. ſufficit enim illa confeſſio, quæ primùm domino fertur tunc etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium præcator accedit. &c. Tranſumptiuè in Decretis Burcardi lib. 19. c. vlt. Iuo. autem part. 15. de pœnit. c. 67. Pet. Vend.

m Non ſufficere traditur a S. Syno. Triden. & Catechiſ. in c. proximè citatis. Pet. Vend.

n Iaſon in l. fructus. ff. ſolu. matrimo. idem ſentit. vt reffert Boſſ. de fur. nu. 17. Petr. Vendr.

o Catechiſ. de ſatisfa. ſeu pænit. ſacra. c. pen. idem tradit. P. V.

p Confirmatur & id a S. Synod. Triden. Seſſ. 14. c. 5. ſupra citato. Ad hæc Catechiſ. de confeſſ. c. quemadmod. & c. iam ordo. Pet. Vend.

q Matth. 27. poſt prin. & Act. c. 1. poſt medium. ſic & alij veniam conſecuti non fuerunt, quia non recto corde, & humili intentione peccata confeſſi fuerunt, prout Cayn. Gen. 4. Pharao, qui dixit peccaui in dominum & in vos. & peccaui etiam nunc. Dominus iuſtus, & ego & populus meus impij. Exod. c. 9. Saul item qui dixit. Peccaui, apparet, quòd ſtultè egerim, & ignorauerim multa nimis. 1. Reg. 26. Quintillianus Mandoſius.

r De vtilitate ſumma, atque fructu confeſſionis pænitentiariæ ex Conc. Triden. Seſſ. 14. c. iij. de part. & fru. ſacr. pænit. c. 5 de confeſſ. & ſupra Seſſio. 6. ca. 14. ex Catechiſ. deinde de confeſſ. c. hactenus abundè doceberis. De eius efficacia mirabili lege Cirillum Archiepiſco. Ieroſolimorum Catech. 1. & 2. Petrus Vendramenus.

s In Crimine hæreſis ſola confeſſio ſufficit

ſicit ad condemnationem, Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleri. Paul. Ghirlan. de hæret. not. 2. nume. 2. Iul. Clar. ſenten. lib. 5. §. fin. quæſt. 55. verſi. Quomodo autem dicatur conſtare. Fran. Ponzini. in tract. de Lamijs num. 52. verſi. nec habet obſtare. Foller. prac. crimin. in 1. part. 3. part. in verſic. & ſi confitebuntur. nume. 139. quæſtio. 48. Quint. Mand.

t *De confeſſion. qualificata vide practicum Marantam in Specu. tit. de confeſſ. nu. 27. & 29. Abb. in c. auditis. de præſcript. nu. 31. & 32. cum annotat. ad cũ. & poſt eũ Felin. nume. 30. & deinceps. Pet. Vend.*

u *De confeſſion. legitimo miniſtro habes ex Concil. Trident. Seſſ. 14. c. 6. & can. 10. & Catechiſ. de confeſſ. c. ſed iam de miniſtro. Pet. Vend.*

x *Ratio quia vbi quis habet præſumptionem contra ſe eo caſu poteſt eius confeſſio pro parte acceptari, & pro parte reijci, quo caſu pcedit opinio Bar. de qua hic, vt confeſſo occidiſſe ad ſui defenſionẽ habeatur perinde ac ſi confeſſus fuiſſet ſimpliciter homicidium ſine alia qualitate, niſi deinde illã probet, & quòd poſſit ex tali confeſſione condemnari, & hæc eſt communis opin. Iaſ. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur Thom. ferrat. caut. 5. col. 1. & 2. Pet. Calephat. inter conſilia criminalia diuerſorum con. 88. nu. 2. lib. 2. Aegid. Boſſ. tit. de confeſſ. poſt nu. 19. verſic. ſecundo intellige vbi ſit ſimplex, & hæc opinio Bart. in pract. ſeruatur, vt per Angel. de maleſi. in verſic. Comparent dicti inquiſiti, & partim negant, poſt prin. Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. quæſtio 55. verſic poſſet quoque reus contra propriam confeſſionem. Franc. Caſſan. de tormen. titu. de confeſſ. ſpont. nume. 15. verſic. Occurrit hic quæſtio. vbi poſtea ſubdit quandam ſuam diſtinctionem, videlicet, aut talis confitens non conſueuit delinquere, neque habuerit cauſam vlciſcendi, & opi. Bart. præmiſſa non procedat aliàs ſecus. Quæ diſtinctio licèt æqua videatur, iure tamen non probatur, nec puto quòd praxis criminalis eam admitteret, & quòd confeſſio poſſit acceptari ſine qualitate, quando lex contra qualitatem præſumit voluit Grat. affirmans communem reſp. 127. nu. 4. lib. 2. pro præmiſſis videre etiam poteris quæ addidi ad allega. Lapi. 94. in verſic. ſimpliciter confeſſus. Q. M.*

y *Confeſſio non attenditur, ſi poſt eam conſtet de innocentia rei. Aret. in c. ex tenore inſ. not. de teſti. & in c. de his, col. 2. in 2. & 3. limit. de accuſa. Cepol. conſi. 41. & 64. Iaſon. in l. 2. §. fina. C. de iura. calum. Aegidius Boſſius titu. de confeſſ. nume. 70. & ſequen. Tho. Gramma. voto. 7. & Foller. pract. crimi. in 1. par. 3. par. in ver. & ſi confitebuntur. nu. 58. Quint. Mand.*

z *Videlicet nu. 32. Hæc eſt optima & vtilis limitatio, & declaratio quę communiter tenetur, quicquid ſentire videatur Felin. in alleg. c. auditis. & Sozi. in l. non vtique. ff de except. moti quodam futili fundamento, & cum Abb. & conſequenter cum communi, & æquiori opi. tenuerunt etiam Egidius Boſ. tit. de conf. nu. 20. verſi. attamen non poſſet imponi pœna mortis naturalis. & de communi etiam & quod ita obſeruatum fuerit teſtantur Tho. Gramma. con. 69. in fin. & voto. 2. ac ſuper conſt. regn. ſol 16. et Iul. Clar. ſenten. lib. 5. §. fin. q. 55. verſi. fortè poſſet hæc exceptio. Q. M.*

a *Quæſtio iuris non debet eſſe in arbitrio partis vel iudicis. ad l. 1. in princ. ff. de iuriſdict. omnium iudic l. 1. § calumniatoribus. in fin. ff. ad Turpil. Egid. Boſſ.*

in

in praxi Crim.tit. de confeſſ.num.8c.& confeſſio ſuper eo ſuper quo quis diſponere non poteſt non nocet, nec præiudicat. ad ea q̃ adduco in 7.q. xviij. Reg. nu. 4. Quintillianus Mand.

b· *Videlicet 2.in ſi.& l.vni.C. de conf. Bal.in l.2.col.3.C.de cuſt.reo.Tho.Grãma con.crimina.49.in cauſa. nu. 17. & ſequ. Lap. alleg. 94.quidam. poſt princ. verſi.& videtur prima facie. Q. M.*

c· *Quod de licentia peccatoris confeſſio reuelari poſſit poſt Doct.in alleg.c.ſignificaſti. de adul.in c.nemo. & in c. Matthæus.de ſimo.voluit Lap.alleg.94. quidam presbyter. ante nu.3.verſi. quia ſacerdos poteſt confeſſionem reuelare de licentia peccatoris. videre etiam poteris quæ addo ibi in ver. in contrarium. vide etiam infra hoc verb. verſic. vtrum ſi in foro pœnitentiali quis confitetur. Quint. Mandoſius.*

d· *Minor confeſſus quando aliter non apparet crimen probatum reſtituitur. Iaſ. in l.nam & poſtea. §.ſi minor. col.2.ff. de iur.iuran.Vide tamen Hyppo.de Marſil.in l.de mino.in prin. col. pen. & fin.ff. de quæſtio.Egid.Boſſ. in prax.crim.tit. ſi aduer.rem iud.nu.22. & ſeq. Iul. Clar. ſent.lib.5.§.fin.in prin.q.50.verſi.& poteſt etiam. vbi ſubdit, quòd iudices hoc malè ſeruant: minor enim dummodò ſit maior xiiij.annis, habetur in omnibus & per omnia pro maiore, vide etiam eund. Clar.q.54.verſi. vlterius poteſt reus contra propriam confeſſ. allegare, quòd ipſe eſſet minor.& Pet.Foller.in pract.crim. in verſi.& ſi confitebuntur.nu.19.verſi. & primò requiritur, ꝙ confeſſio fiat per habentem legitimam perſonam. Quint. Mandoſius.*

e· *Confeſſio extraiudicialis an & quando in ciuilibus probet, & in criminalibus faciat inditium plenè poſt alios per Feli.in c.ſi cautio.nu.24.& ſeq. in 4.declarat. & per Vmbert.in Iud.inquiſi. in verb.Confeſſio. verſic. confeſſio rei extra iudicium.& verſi.ſeq. & iuxta communem opinionem confeſſio extraiudicialis facit ſufficiens inditium ad torturam, vt vltra præmiſſos affirmat Feli.in c. olim. nu.5. de reſcrip. D.meus Philip. Dec. in c.at ſi clerici. poſt num.17.de iud.Ferat. caute.27. circa prin.Iul. Clar. ſenten.li. 5.§.fi.q.21.verſi.Confeſſio extraiudicialis facit contra confitentem ſufficiens inditium. Quint. Mand.*

f· *Fallit de æquitate canonica vide Maran.in prax.ciui.de confeſſ.par.6 Confeſſio facta in abſentia partis non operatur. limitatur tamen hæc regula multis modis. Ant. Gabriell. de communi conclu. tit.de conſ.conclu.1. Pet. Vend.*

g· *Vide nonnullas exceptiones in citato loco Marantæ, & quædam ex ſuperioribus in hoc opere & tit. diffusè tractatur ab Aegid.Boſſ.tit.quomodo procedatur per except.titu. de confeſſis. P. V.*

h· *Vide ſupra hoc eod.verbo. Confeſſio. verſ.ſed ad minus quilibet tenetur confiteri, & ibi addo. Q. M.*

i· *Ad titulum res inter alios acta.C.& ad c.quamuis de ſent. & re iud.& ad ipſum Abb.Panor.& Felin. P. V.*

k· *Repetit dicta ſuperius hoc titulo. P. Vendram.*

l· *Et Bart. ſequitur Feli. in c.ſi cautio. num.39.in vltim. fallen. de fid. inſtrum. Quintil. Mand.*

m· *Confeſſio extraiudicialis iurata valet Bald.in l.rationes circa fin C.de probat.& in l.ſi creditores.C.de fideicom ac in aut. quod obtinet. C. de probat. Gloſſ. Bart. Bald. & alij in aut.ſacramenta puberum C.ſi aduerſ.vendi. Feli.in alle.hic c.cautio.nu.25.in 1.fallen.de fide inſtru. Quintil. Mand.*

n· *Idem voluerunt Fel. in alleg. c. ſi cautio. nume. 33. in 8. fallen. & alij per eum ibi citati.* Q. M.

Tu quando probet extraiudicialis cõfeſſio, præter ea quæ ſupra notaui vide latam ſegetem, vndique collectam. Regulam ſcilicet cum ſuis limitationibus apud Anto. Gabriellium, de commu. concluſ. tit. de confeſſi. conclu. 2. & 3. vbi & de geminata confeſſione, conclu. 1. Petr. Vendr.

o· *Videlicet in gl. in verb. accuſatori, verſ. tu dic quòd duo audient, & probabunt. & ſcribentes ibi concludunt confeſſionem extraiudicialem eſſe ſufficiens inditium ad torturam, prout etiam not. ibi Bollogne. ex illa gloſſ. Idem voluerunt, Anchar. conſ. 286. Rom. conſ. 7. Ange. de maleſi. in verb. comparent dicti inquiſiti. Foller. in pract. crimi. in 2. part. 3. part. in verſ. & ſi confitebuntur. nu. 22.* Quintil. Mand.

p· *in gl. magna circa prin. verſ. vel ipſe extra iudicium confitebatur, Feli. & alij in c. at ſi clerici. de indic. & in c. olim de reſcrip. Aegid. Boſſ. in prax. crim. titu de confeſſ. nu. 57.* Q. M.

q· *Confeſſio extraiudicialis quod inducat notorium voluit Alberi. de Roſate in l. quæro. ff. de ædil ædic. per tex. in c. cõſeruatores. de offi. deleg. limitat, ſeu declarat Feli. in c olim de reſcrip in 4. Fallen. nu. 6. procedere, quando talis confeſſio facta eſſet coram magna multitudine perſonarum. pro quo etiam Petr. Foller in ſua prax. crim. in 2. part. 3. par. in verſ. & ſi confitebuntur nu. 33. in xi. effectu.* Quintil. Mand.

r· *Replicat quod iam ſcripſit more ſuo.* Quintil. Mand.

s· *Delinquens de ſocijs interrogari non debet ad tex. in l. fin. C. de accuſa. & eſt communis opin. vt per Io. de amicis. de venc. con. 27. nu. 1. Bart. verò in l. repeti. §. 1. ff. de quæſt. diſtinguit, aut agitur de delictis quæ non committuntur principaliter in offenſam vel odium alicuius, ſed in commodum ipſius delinquentis, vt falſare monetam, & tunc de ſocijs delinquens interrogari poſſit, aut agitur de delictis quæ principaliter committuntur in odium, vel offenſam alterius, vt eſt homicidium, & tunc non poſſit delinquens, licèt contra ſe confeſſus, de ſocijs interrogari, Et diſtinctionem Bart. ſequuntur But. & Abb. in c. 1. de Confeſſ. & Auguſt. ad Angel. de Maleſ. in verſ. fama publica, poſt num. 105. dicit quòd hodie aſſeſſores communiter videntur obſeruare hanc doctrinam Bart. At ſi interrogetur faciet inditium non ad torturam, ſed ad inquirendum. quam opin. Iul. Clar. infra adducens ex alterius affirmatione dicit cõmunem, Alia fuit opin. Salic. in alleg. l. fin. C. de accuſa. in qua in effectu concluditur, quòd in ijs criminibus, quæ regulariter non ſolent ſine ſocijs committi, poteſt delinquens de ſocijs interrogari, & hanc opinionem communem affirmat Anto Gomez c. 12. delicto. poſt num 16. pro qua opinione Salice. videre poteris Aegid. Boſſ. in prax. crim tit. de inditijs. nu. 145. verſ. alia eſt opin. Sali. Hodie quicquid ſit de iure communi, de conſuetudine interrogantur omnes rei in omni caſu de ſocijs & complicibus, Iul. Clar. ſent. lib. 5. § fin. q. 21. verſ. dictum ſocij criminis. qui præmiſſa omnia tractat alios etiam citans. Quicquid ſit in alijs criminibus vbi ſupra concludunt, quòd in criminibus exceptis, inter quæ eſt hæreſis, poteſt de ſocijs interrogari. Et in crimine hæreſis concludit Io. Calder. hoc tractatu c. 9. num. 4. per tex. in c. excommunicamus. §. adÿcimus. de hæret. Baldus. conſil. 95. vol. 5. Simanc. de hæretic.*

titu.29.de confeſſio.numero.12. Q. M.

t. *Replicat vt ſolet quæ antea tractauit hoc tit.ibi vide. P. V.*

u. *Dehinc loquitur de confeſſione iudiciaria. P. V.*

x. *Repetitio prædictorum hoc titulo. Pet. Vend.*

y. *Vide Calder. de hæret. tit. de hæreti. redeunti. &c. P. V.*

z* *Adde de hoc Siman.in Enchi.tit.61. de impœni.his qui nō integrè confeſſi ſunt errores hæreticos, quibus pœnis affici ſoleant ab officio S.Inquiſitionis Romanæ, vide multas res iudicatas illius officij in fine operis Iudicialis Vmber.Siman.eod. tit. huiuſmodi appellari ſolent varijs nominibus veluti impœnitentes,fictè conuerſi, diminuti,Siman.eod. tit.61.& Vmbert.ibidem.Vide infra conuerſio, & infra fictè conuerſus. & pœniten. §. pœnitentia falſa. cum 4.ſequen. & § ſupra dictum eſt. vide omnino inf. vſura. §.circa iſtam. & Calder. con. 2. P. V.*

a* *Et dicitur pleniſſima probatio,Corn. con.261.de duobus.vol.4. Foller. in prima par.3.partis pract.crimi. num.77. in 13.effect.& confeſſio partis optima dicitur probatio ad ea quæ adduco in 7. q. xviij. reg.nu.2. Q. M.*

Adde Maran.part 6.de Confeſſ. in ſpecu. Siman. Enchir.titu.29.de confeſſ. & Alberti. de aſſert. catho. q. 25. Petrus Vendramenus.

b* *Et D.Ieron. Iob c.25 inquit. ſapientes illi in Chriſto ſunt, qui ſatisfactione pœnitentiæ peccata ſua vel errores hæreſeos conuertendo ſe ad Deum fideliter cōfitentur & autores vel criminum ſuorū, vel dogmatum manifeſtant. Et D. Aug. in epiſt.ad Deute. 74. Hæretico petenti pœnitentiæ locum tunc credatur ſi, & alios, quos illic nouit eſſe manifeſtauerit nobis & not.Siman.in Enchir.tit.29.nu. 13.verſi.Quin etiam rei non interrogati. Quintil. Mand.*

c* *De hoc ſupra hoc ipſo verb.confeſſio. verſ.an ſacerdos poſſit propalare confeſſionem, vbi etiam cito allega. Lapi. 94. & quæ ad Lap. addidi in verb.in contrarium. Quint. Mand.*

d* *Confeſſus hæreſim eam poſtea retractās non dicitur verè conuerſus,& vt hæreticus damnari poterit. Io.Cald. in trac. de hæret.c.23.& con.2 eod.tit. Simanc. Enchir. tit.29.de confeſſis nu.11. Quintillianus Mand.*

e* *Mitius agitur cum confeſſo,quā conuicto; ſecundùm Abb. & recentiores in c.at ſi clerici. de iud. & interdum afficitur hic præmio l.quiſquis.ff.ad l.Iul.ma ieſt.Aegid.Boſſ.latè de reſpon.reo.nume. 16.a quo præterea ſumas ex tit. de confeſſ. ad variationem pertinentia.confiteri quis in iudicio non tantùm ſua voce ſed & literis, & quocunque modo poteſt. Conuinci autem non niſi ſcriptura. aut teſtibus poteſt,ait Iu Pau ſenten.recep.li. 5.c.5. Pet. Vend.*

f* *Hanc concluſionem copioſè Boſſ. examinat tit.de confeſſ.nu.11. & deinceps. & Maranta etiam de inquiſitione 2.q. prin nu.18. in Specu. quos nè tranſplantem per te videas. P. V.*

Confiſcatio [a] bonorum. Et primò notandum eſt, an bona iſtorum hæreticorū debeant confiſcari, vel ſi ſunt occupata, debeant reſtitui, & an occupatio ipſorum poſſit fieri per fiſcum ante ſententiam declarationis. Et ad primum dicendum quòd bona hæreticorum nō ſolùm ſunt confiſcanda, vt patet in c. vergentis, extra de hæreticis, imò a tēpore commiſſi delicti ſunt ipſo iure confiſcata, [b] vt in c. cum ſecundùm,

co.

eo.ti.li.vj. & patet per quandam conſtitutionem Friderici Imperatoris, quæ incipit. Gazaros, Patarenos. Et etiam licèt crimen ſit occultum, ſunt ipſo iure confiſcata, vt in c.ij. de præſcripti. li.vj. & glo. notabilis in Cle. i. eo.ti. & probatur argu. a ſimili. nam cum in crimine læſę maieſ. hoc fiat ipſo iure, vt C. ad l. Iul. maieſ. l. quiſquis & l. fi. §. accedat. ff. de don. l. donationes, & in quibuſdam alijs criminib⁹, vt C. de inceſ. & inutili. nup. l. cùm an nalis, C. de rap. vir. l. i. ff. de publicanis & vectigalibus. l. commiſſa. cum ſimilibus vnde multò fortius in hoc maximo crimine, vt de hæreticis. c. vergẽtis. ad quod facit. vj. q. i. ſi quis. vide infra de pœnis hæreticorum, & habetur. xxiij. q. vij. c. i. & ſe. & in c. ad abolendam, de hæreticis, & in l. Manichæos, C. eo. ti.

Item nota quòd quando bona intelliguntur confiſcata ipſo iure propter aliquod enorme delictum, vel ꝑ formam iuris, vel ſtatutorum, tunc intelligũtur etiam confiſcati omnes fructus a tempore commiſſi delicti citra, ſecus autem ſi dicta confiſcatio debet fieri per ſententiã iudicis: quia tunc non veniunt fructus, niſi tempore latæ ſeutentiæ. ita dicit glo. ſingularis in aur. de inceſ. nup. in princ. vide Angelus de malefi. in materia ſuper verſiculo, & eius bona publicamus in ix. col.

Item ſciẽdum quòd occupatio talium bonorum non debet fieri per fiſcum ante latam ſententiam ſuper crimine, vt in allegato. c. cum ſecundũ. & certè gl. xxiij. q. vij. in ſum. tenet ꝙ ſunt reſtituenda etiam ſi ſunt occupata. & hoc de miſericordia, & ſic ſi non ſunt occupanda ſecundùm Pau. in Cle. i. de hęreti. & quod dictum eſt de occupatis, intelligendum niſi ſint in alium tranſlata, & alienata, vt ſupra alienatio, ar. autenticæ de Neſtorianis. C. de hære. & no. in l. fi. C. de ſent. paſ. per Cy. & Bart. ſecundùm Io. de Imo. in allega. Cle. de hære. & hoc intelligendum de damnatis, vel depræhenſis in hæreſi & reuerſis ſtatim; q̃a cum ſit crimen eccleſiaſticum vt. e. ti. c. vt inquiſitionis, li. vj. papa, vel princeps poteſt eis ex miſericordia facere gratiã, & indulgere poteſt eis vitam quando verè reuertuntur, & non fictè, vt infra dicetur. no. Pe. de Ancha. eo. ti. & li. c. accuſatus §. ſanè, in iiij. notabili. ſed aliud in relapſis, vt præmittitur. Et dicendum quòd talis ſententia declaratoria ſuper occupatione, & cõfiſcatione bonorum olim fiebat in terris eccleſiæ per iudicem eccleſiaſticum, ſcilicet epiſcopum, vel inquiſitorem. In alijs verò terris imperij fiebat per iudices, & principes ſœculares. nunc tamen ante ſententiã iudicis eccleſiaſtici ſuper tali declaratione, ſeu confiſcatione bonorum nõ ſe intromittit iudex ſeu poteſtas ſęcularis, niſi quatenus per eccleſiaſticum iudicem fuerit requiſitus, cum ſit ſibi penitus interdictum, vt extra de hær. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus, & c. cum ſecundùm, eo. ti. in fi. li. vj. vide infra iudex ſęcularis.

Sed Gazaros, Patarenos, Lenoniſtas, Speroniſtas, Circunciſos, Arnaldiſtas, & omnes hæreticos vtriuſque ſexus quocunque nomine cenſeãtur perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, præcipientes vt bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quòd filij eorum ad ſucceſſionem perueni

re

re non poſsint cum longè grauius ſit ęternam quàm temporalem offende re maieſtatē habetur hoc in quadam conſtitutione Friderici Imperatoris, çollatione.x.§.Gazaros.

Item ſciendum quòd iſta pœna confiſcationis vendicat ſibi locum ſolummodo in illis quos conſtat eſſe hæreticos, vel qui de hęreſi ſunt dānati, vt dicto ca. ad abolendam, & extra de verbo. ſig. ſuper quibuſdam. non autem in alijs qui ſunt ſola ſuſpitione notati, vt fautores, & ſimiles, vt notatur. de hęreticis, li.vj. in c. accuſatus. §. porro. ſed hoc eſt intelligendum de iure canonico: ſecus autem de iure ciuili.

Item bona hæreticorum confiſcantur, etiam ſi talis hæreticus habeat filios catholicos tam in terris eccleſię, quàm imperij, vt plenè notatur de hęreticis in c. vergentis. licèt aliud dixit ibi Ioā. An. ſecundùm Ant. de Butrio ibi poſt docto. alios, & probatur in dicto c. cum ſecundùm, iuncta glo. ſuper verbo, ipſo iure. in fin. & idē tenet Domini. poſt eundem Ant. in c. accuſatus §. ſi verò de hęreticis, in vj. ſcilicet quando moritur poſt damnationem.

Actis. quia tunc veniunt bona cōfiſcanda, quando crimen hæreſis eſt plenè probatum per teſtes, vel confeſsionem, aliàs non confiſcantur; nec ſunt ipſo iure cōfiſcata, vt ſupra dictum eſt, & habetur in dicto c. vergentis, & in c. excommunicamus. el i. & dicto c. cum ſecundùm, eodem. titul. lib. vj. [c]

Sed an cōfiſcatis bonis intelligantur confiſcatæ ſtatuę, capellę, ius patronatus, & ſimilia, vide textum optimum, & Bar. in l. Aufidius ff. de priuilegijs, credi. & ibi quid de iuribus ſepulcrorum.

Tūc enim dicitur confiſcatio quando dominiū rei de vno ad aliū transfertur. de hæreti. c. pe. li. vj. & facit qđ legitur, & notatur de his quæ fiunt a prælatis. cum apoſtolica. & quod notat Hoſt. & Inno. de preb. ex literis, circa princ. de duobus canonicis eiuſdem eccleſiæ ad inuicem litigantibus ſecūdùm Frideri. de Senis in conſi. cxxxij. qđ incipit. In Chriſti nomine, amen. viſo & examinato. & pro intelligentia iſtius remitto ad conſilium primū Cald. ſub ti. de hær. qui aliter dicit.

Et videndū an quis ipſo iure commiſſo crimine perdat dominium omnium ſuarum rerum? & do. Dy. de Nigelo dicit quòd ſtatim commiſſo crimine perderet talis adminiſtrationē omnium ſuarum rerum, & poteſtatem diſponendi ſuper eis: & quòd dominium non perderet ipſo iure, ſed demum per ſententiam confiſcationis, & publicationis. ita notat ipſe ff. de iure fiſ. l. imperator noſter. hodie tamen videtur dicendū quòd ſtatim cōmiſſo crimine perdit ipſo iure dominium, vt extra de hæreticis. c. vt inquiſitionis §. prohibemus, & eſt caſus. eo. ti. d. c. cum ſecundùm, libr. vj. quamuis de mero iure ciuili in bonis hæreticorum olim aliter dicebatur, vt C. de hæ. l. Manichæos, & l. quicunque. de hoc not. Goſ. in ſum. eo. in ij. col. item deſinunt aliqua bona poſſidere, & per conſequens præſcribere, vt xxiij. q. vij. per totum, & viij. diſt. quo iure, iuncta cum regula, ſine poſſeſſione, de reg. iu. li. vj. vide ſupra alienatio, & infra dominium, & infra pręſcriptio. & infra pœna.

An filij, [d] vel nepotes hæreticorū poſ-

poſſint impedire confiſcationem, & occupationem bonorum ſuorum parentum in partem, vel in totum ſi tales filij ſint Chriſtiani, & catholici, & fideles, dicentes fortè quòd ipſi remanerent abſque hæreditate abſque culpa ſua. Et certè quocunque modo dicant iura ciuilia in alijs criminibus, vt ff. de iure patro. l. diui, & de bo. dã. cum eo, in alijs criminibus habet locum, vt C. de hæreticis. l. Manichæos. & l. cognouimus, & in aut. idem de Neſtoria. quæ iura fuerunt varia. & tamen dicendum quòd in iſto crimine hæreſis, filij vel nepotes non poſſunt impedire confiſcationem, vel occupationem bonorum in totũ, vel in parte, imò quantumcunque fuerint catholici, paterna bona auferuntur ab eis propter delictum parentum, vt dicto. c. vergentis. extra de hæreticis. in fi. & c. cum ſecundùm, l. vj. & habetur in quadam conſtitutione Friderici Imperatoris, quæ incipit Gazaros. & in alia quę incipit, Cõmiſſi. quæ ſunt approbatæ, extra eo. vt inquiſitionis, in prin. li. vj. vide infra filij.

Vtrum omnis hæretic⁹ perdat bona, vide ſupra bona.

Sed quò ad confiſcationem bonorum, quæritur de quæſtione, cum talia olim diuidebãtur in tres partes, vt infra in litera, diuiſio, dicetur. Ponamus quòd habens immobilia Ferrariæ, talis ſit legitimè condemnatus de hæreſi per inquiſitorem Florentinum, cui pertinent illa bona, & cui debent applicari, vel ipſis inquiſitorib⁹, & officialibus Florentiæ, vel inquiſitoribus, & officialibus Ferrariæ. Ioã. Calderinus diſputauit iſtam quęſtionẽ: & arguit quòd illa bona licèt ſint ſita Ferrariæ quòd pertineant ad officiales, & commune Florentiæ poſtquam ibi fuit de hæreſi cõdemnatus. Nam bona veniunt acceſſoriè, & conſequenter ad perſonam, quæ condemnata eſt Florentiæ. ar. regulæ, acceſſorium, de reg. iu. li. vj. & c. de prudentia, de donati. inter virum & vxorem. ff. de auro, & argẽ. leg. l. cum aurum in fi. faciunt ad idem no. per glo. in c. cum ad te, de cle. coniu. & C. de exact. tribu. l. fi. li. x. vbi in publicandis bonis attenditur locus perſonæ, quæ deliquit. Secundò ſic dicit lex. vbi quis iniuſtitiam fecerit, ibi pœnas ſubeat delictorum, vt nõ alius tale quicquã agere præſumat ad exemplum reſpiciens, vt in aut. vt iudi. ſine quo. ſuffra. §. ſi quis autem, col. ij. Et canon dicit ibi, Vindicetur iniuria, vbi plectibilis eſt orta præſumptio. xxiij. q. iiij. ſi illic. Item ſi officiales Florentiæ laborauerunt in procedendo, & condemnando hæreticum, ergo bona videntur eis debita ratione laboris, & poterit dici officialibus Ferrariæ. Qui non laborat, non manducet, vt de cenſibus. procurationes. & not. ff. de damno infec. quamuis. Tertiò ratione perſonæ ſortitur quis forum etiam ſuper rebus alibi ſitis, vt in c. ſanè, de fo. compe. & C. vbi in rem ac. l. vlti. & ibi nota. Quartò pro hoc facit. c. cum ſecundùm leges, de hæreticis, li. vj. debet enim intelligi ille text. de domino temporali illius loci, cui⁹ erat epiſcopus, qui tulit ſententiam. ad hoc optima. l. Titium. §. tutores. ff. de adminiſ. tuto. In contrarium tamen videtur, ſcilicet quòd ad officiales officij inquiſitionis Ferrarię, & ad commune illius ciuitatis pertineant bona ibi ſita, licèt alibi ſit facta condemnatio. Primò quia diſpoſitio ſuper

per rebus contenta debet referri ad ſuperiorem loci, vbi res ſita eſt, vbicũque fuerit domin' dictæ rei, patet hoc in iuriſditione, vt c. ſanè, & c. ex parte, & c. fi. eo. ti. Idẽ in ſuppletione negligentiæ. x. q. ij. caſelas, & Cle. quia regulares, de ſup. neg. prælato. Item cum occupatio ſit facienda per promotorem in prouincia deputatum, vbi ſunt illa bona, vt C. de bonis vac. l. ſi quando, li. x. ergo ad Florentinos prædictos pertinere non poterunt. ad idem facit. c. poſtulaſti, de foro cõ. & l. cum vnus. ff. de bo. au. iu. poſ. & c. Romana. §. contrahentes, de fo. cõ. & de hæreti. li. vj. c. vt officium, & c. p hoc, eo. li. & ti. Et pro iſta ſecũda parte concludit, & hanc firmat per iura pro hac parte inducta, & nè detur cõfuſio iuriſditionum. de tertia verò parte inquiſitorum dicit quòd debeatũr illis de Florentia ratione laboris, quem ſuſtinuerunt, & cum his ſe expedit de illa quæſtione Pet. de Ancha. in repetione. c. acceſſorium, de regu. iu. li. vj. & iſta concluſio videtur magis conformis iuribus, cum iura quę de confiſcatione prædicta loquũtur, ad bona referantur, & in rem ſint cõcepta, ad quod facit doctrina Bar. in l. cunctos populos, C. de ſumma trinitate, & fide catholica.

Nota quòd bona laicorum hæreticorum applicantur fiſco ſœculari, vt in c. excommunicamus, el. i. de hæreticis, in prin. & de hoc etiam eſt text. in dicto c. vergentis, & c. ſecundùm leges, eo. ti. li. vj. & diſt. viij. quo iure, ſecundùm Ray. in ſum. confeſ. quæſtiones. iiij.

Sed bona laicorum hæreticorum eccleſiæ temporali iuriſditioni ſubiectorum applicantur eccleſiæ, vt in dicto. cap. vergentis, & in iuribus ſupra allegatis.

Bona clericorũ [f] hæreticorum cui debeant applicari, & quis ſit fiſcus, & dicendum quòd applicantur eccleſijs in quibus ſeruiebant beneficiati, vt habetur dicta diſ. viij. quo iure. & dicta. q. iiij. ſecundum Rai. ſed hoc intelligendum de bonis quæ acquiſiuit a beneficio eccleſiæ. ſed ſi habeat patrimonium, crederem quòd applicatur domino temporali, in cuius loco degit, vt in dictis iuribus, c. excõmunicamus, & c. vergentis, de hæreticis, & c. ſecundùm leges, e. ti. li. vi. dictum eſt de laicis. vide infra iſta litera. §. fi. & an bona clerici damnati debeant applicari fiſco eccleſiæ, not. gl. ſingu. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. tex. cum glo. in Cle. nolentes, de hæreticis. doc. in c. fi. de maledi. text. xvij. q. iiij. c. ſi quis ſuadente, & in §. ſacrilegium, de cleri. non reſi. c. pe.

Et nota. quòd bona clerici vbi ipſo iure propter delictum ſuum confiſcantur, debeant applicari eccleſiæ in qua fuit intitulatus, ex quo aliud nõ exprimitur in ſententia. Si autem non habeat eccleſiam, ſeu beneficium, epiſcopus occupabit pro camera ſua. facit quod nota. Inno. in c. inſinuante, qui clerici vel vouentes, & Frider. de Senis conſ. xx. & Io. An. in c. cũ olim. el. ij. de priuile. & idem dicit de clerico qui moritur ab inteſtato ſine eccleſia, & ſine conſanguineis. ita concludit Abbas in cap. quia diuerſitatem, circa fin. de conceſ. præben. vide infra eccleſia.

An epiſcopus habeat fiſcum, & an reges, & imperatores habeãt fiſcum. vide infra eccleſia.

An bona eccleſiarum posſint confiſcari

fiſcari per inquiſitores propter delicta clericorum? & dicendum q bona eccleſiarum non debent minui propter delicta clericorum, vt in Cl.ij. §. nec ſcienter, de hæreticis, & gloſ. xvj. q.i. in canonibus. Nā delictū perſonę non debet in damnum eccleſiæ redūdare, vt de re iudi. c. delictū, l. vj. vide de hoc infra an pœna pecuniaria poſſit imponi clericis, in litera, Pœnitentia. imò ſi inquiſitores prætextu officij ob delicta clericorum ſcienter cōfiſcant bona eccleſiarum, quòd ipſo facto ſunt inquiſitores excommunicati, & ab illa excommunicatione abſolui nō poſſunt niſi in articulo mortis, ſi prius non ſatisfecerint, vt de hęreticis in dicta Clementina, nolētes. Vnde ſi inquiſitor ratione officij ſciēter applicat ſibi libros, quos quidam frater minor habebat ad vſum, propter delictum ipſius fratris, cuius punitio ad officium ipſius inquiſitoris pertinebat, eſt ipſo facto excommunicatus, vt dictum eſt. hoc verum niſi talis frater, cuius libri fuerunt applicati ipſi inquiſitori, & ipſemet inquiſitor eſſet eiuſdem conuentus, & ordinis, ita quòd propter talem applicationem nullum eſt factum præiudicium conuentui cuius re vera erant libri, nec ab eius dominio, vel poteſtate facta eſt aliqua diſtractio, vel alienatio per huiuſmodi applicationem, ſed illam habet poteſtatem in libris ſtantibus apud illum fratrem, & tali caſu inquiſitor non eſt excommunicatus, quia præſupponendo hoc nulla facta eſt confiſcatio bonorum dicti conuentus.

Sed confiſcatio bonorum eccleſiæ fieri nō pōt ob delictum prælati Bal. in l. meminerint, in fi. C. vnde vi.

Sed confiſcatio bonorum monachi intelligitur. ſ. de bonis quæ habet de facto, cum de iure nihil poſſit habere. Bald. in l.i. C. ſi ſer. ex. in iij. col. in ver. & eſt argumentum, quòd ſi Papa.

An bona credentium, fautorum, receptatorum ſint ipſo iure confiſcata? & reſpondetur quòd non, vt in c. accuſatus. §. ſi verò, de hęreti. lib. vj. & ibi docto. ſcilicet Archi. Io. Mona. & Ioan. And.[g]

Nunquid poſt mortem hæretici poterunt confiſcari, & occupari eorum bona, ſi eo viuente non fuit de hæreſi declaratum? & dicēdum quòd poterunt [h] ſi poſtea declaretur, licèt in vita non fuit declaratus, vt extra. eo. accuſatus, libro. vj. & nota, dictum Abba. in c. vergentis, quòd ſi hæreticus in vita non fuit declaratus, ex quo poſt mortem poteſt probari, quòd fuit hæreticus, quòd tunc bene poterunt bona eius publicari, & confiſcari, vt in c.ij. de præſcrip. li. vj. quia tunc fit executio, cum publicatio, ſeu confiſcatio fuit inita ipſo iure: & ideo tranſit in hæredes. facit quod nota. Bart. in l. qui delatorem. ff. de iure fiſci. Et ſemper inquiſitores debent pronunciare in ſuis ſententijs condemnatorijs circa bona quæ confiſcantur, ſcilicet declaramus, & bona eorum occupata fore per eos ad quos expectant, vt in ca. cum ſecundùm leges. vide infra defunctus.

Res eccleſiæ poſſunt cōfiſcari pro delicto rectoris. l. iubemus, la. i. & ibi Baldus. in iij. nota. C. de ſacroſanctis eccleſijs.

An elapſo quinquennio poſſint inquiſitores procedere contra de-

 fun-

functos ad finem confiſcationis, & publicationis eorũ bonorũ? & videt. ꝙ propter iſtũ finem non poſſint inquiſitores procedere ꝯ defunctos. ſecundùm Andr. de Iſernia, in aur. Gazaros, & xxiiij. q. iij. ſanè profert. de hoc vide ĩ. defunctus, & ĩ. pſcriptio.

An ſi exiſtunt in excommunicatione per annum, eorum bona publicentur, vide ĩ. excommunicatus, & ĩ. de pœna fautorũ, defenſorũ, receptato.

An propter hæreſim mariti dos vxoris confiſcetur, vide infra dos.

Itẽ an propter hæreſim vxoris confiſcetur eius dos, vide infra dos.

An in hac confiſcatione hæreticorũ veniant confiſcanda bona quæ ipſi hæretici tenebant in feudum, vel in emphiteuſim ab alijs? & de hoc vide late per ſpe. ti. de feudis. §. i. ver. xl. & per Bar. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus. ff. de dã. inf. & in l. cum filio. §. i. ff. de ver. ob. & p Æg. de Bella. de. xxv.

Itẽ an propter hæreſim confiſcetur peculium caſtrenſe? & dicendũ ꝙ peculium caſtrenſe confiſcatur pro eiſdẽ cauſis ex quibus hæreditas aufertur extraneo l. ſenatus. §. ſi filius, & ibi Bar. ff. ad Sil. & Bar. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus. ff. de damno. infec. & in l. cũ filio. §. i. ff. de verb. obli. & l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ff. ađ adul. glo. in. l. i. ff. de bonis damna. tenet ꝙ ex delicto filij poſſit peculium confiſcari.

An confiſcentur bona eorum qui enormia delicta committunt? gloſſ. arguit xvij. q ſi quis rapuerit, & xvj. q. vj. filijs, & vij. q. iiij. ſi qs deinceps, & xxx. q. i. ſi quis ſacerdos, in tex. & in gloſſ. i.

An quando domus deſtruitur propter conuenticula hæreticorũ in ea facta, vel propter dogmata eorũ ibi lecta, & alia ſimilia, an ſindera, & lapides talis domus quæ non deſtruuntur cum ipſa domu, veniant confiſcanda, & cui debent applicari? & dicendum ꝙ ſindera, & lapides illius domus veniunt cõfiſcanda, & applicãda ad fiſcum, ad quem pertinebat illa confiſcatio illius domus propter delictum ibi commiſſum, vt habetur in quadam conſtitutione Friderici imperatoris, quę incipit, Cum in cõſtitutionibus. & ita ſeruat generalis conſuetudo officij inquiſitionis. de quo vide infra domus, & infra fiſcus.

An autem veniant confiſcanda bona illorũ qui cõdemnantur propter inuocationem dæmonum? & reſpondendũ ꝙ licèt tales omnibus alijs pęnis ſubiaceant, ſicut hæretici: non tamen eorũ bona propterea veniũt cõfiſcanda. de quo vide infra dęmon, & in quadam extrauagante Io. papæ. xxij. quæ incipit, ſuper illi⁹ ſpecula.

Nota quòd quando incantatores puniuntur per iudices ſæculares ſecundùm ius ciuile, confiſcantur oĩa bona ſua, & perdunt ea, vt. C. de Sarace. & paga. l. i.

An bona clerici damnati debeant applicari fiſco eccleſiæ. no. glo. ſingu. de conceſ. præben. quia diuerſitatem textus cum gloſſ. in Cle. nolentes, de hæreticis, doc. in c. fi. de maledi. text. xvii. q. iiij. c. ſi quis ſuadente, & in §. ſacrilegium. vide ſupra iſta litera, & vide infra fiſcus.

An bona futura auferantur cõdemnato per fiſcum, vide ſupra bona.

An fiſcus curet de modica publicatione bonorum, vide infra fiſcus. §. fiſcus non curat.

Nota in. l. ſi tibi mandauero, in §. is

is cuius bona.ff.mandati. ꝙ ſi bona alicuius ſunt confiſcata propter delictum commiſſum, ꝙ ſi aliqua bona habuerit, quòd non intelliguntur cõfiſcata [k] futura, ſed pñtia, vt in l. ſi ita, de auro & argen. lega. & in l. ij. ff. de le. ij. Et ſic cõcluditur quòd bonis publicatis, & confiſcatis non veniũt bona futura. hæc eſt glo. ordi. in l. nã ad ea. ff. de condi. & demõſtra. ita voluit Bal. in l. i. in. xiij. col. C. de hæ. inſ. vbi allegauit illam glo. & hoc voluit Pau. de Caſ. conſi. ſuo. xxx. in fi. incipit omiſſo ordine, & Bal. i l. fi. C. quæ res pig. obli. poſ. in fin. & in l. ij. C. de bò. damnat. & probatur in d. l. ſi tibi mandauero, & dicto. §. is cuius bona. ff. mandati, & in c. fœlicis, in §. verum, de pœ. libr. vj. & per docto. in. l. certa forma. C. de iure fiſ. l. x. & in terminis Abbas. in c. cum aliquibus, in i. col. de re iudi. & de materia vide Alberic. de Roſa. in reportorio ſuo, in verbo, bona.

A D D I T I O N E S.

a *Confiſcatio eſt in fiſci ius redigere bona cuiuſpiam, fiſcus autẽ capitur hic pro publica pecunia ærarione. vnde verò contigerit, vt ita dicatur, vide fiſcus, infra. Confiſcatio a confiſcando dicta, confiſcari quandoque res & bona damnati dicũtur a Iureſconſultis, quandoque in fiſcum cogi, quandoque publicari, ideſt in publicũ redigi publicæue pecuniæ applicare, interdum fiſco vindicari, ti. de bon. damnatorum l. 2. & 3. de bo. eorum. fiſco quoq; committi dicuntur in iure, nonnunquam perſonam pro bonis confiſcari per antonomaſiam vſurpatur, l. 9. §. pen. ff. de tute. & rat. diſtra Sueto. Caliga. prætereuntes duos equites Rom. locupletes, ſine mora corripi, confiſcariq; iuſſit. vide Aſco. in. v. in Verr. Bud. in annotat. ad Pand. tit. de off. quæſt. per hanc igitur confiſcationem fit ademptio bonorũ priuatis, & addictio publicæ rei. contingit autem, cum aut vita adimitur, aut ciuitas, aut conditio ſeruilis irrogatur. l. 1. ff. de bon. damna. varias tu cauſas, quibus bona deferuntur in fiſcum vide. ff. de iure fiſci. l. 1. & toto tit. C. eod. bona item vacantia fiſci rationibus vindicãtur, C. de bon. vacan. Pet. Vend.*

b *Idem ſupra in verb. bona hæreticorum in princip. vbi plures ad idem cito. Ibi dictis addo, quòd non ſolùm iuxta communem opinionem bona condemnatorum de hæreſi de iure communi confiſcantur, prout affirmat Brun. con. feud. 31. num. 7. imo etiam ipſi hæretici a die commiſſi criminis amittunt adminiſtrationem omnium bonorum ſuorum. Iul. Clarus ſentent. lib. 5. §. hæreſis. verſi. Item bona condemnatorum de crimine hæreſis. vide infra verſic. & videndum an quis ipſo iure. Quintillianus Mandoſius.*

c *Quòd non ſint confiſcata ipſo iure, & quòd declaratoria requiratur Felin. in c. Rodulphus. in verſi. declaratoria. de reſcrip. Aegid. Boſſ. tit. de crim. læ maieſ. nu. 72. & ſeq. vide tamen ſupra hoc ipſo verbo circa prin. & quæ ibi addo. Rñderi põt, quòd hodie aliter ſeruatur, videlicet quòd ipſo iure, vt infra ver. Et vidẽdum an quis ipſo iure. Vmber Ind. inquiſit. in verb. bona hæreticorum. et quod confiſcatio fiat ipſo iure ſtatim cõmiſſo crimine, ſed tamen neceſſaria ſit ſententia declaratoria ſuper crimine voluit etiam Calde. in tract. hæreſ. c. 25. cir. prin. Q. M.*

d *Ioan. Calde. de hæret. c. 25. nu. 3. verſ. ſed pone eo caſu quo inquiſitor. vbi concludit pro negatiua, ſubdens duas fallentias.*

tias. & quòd bona hæreticorum publicare debeant, etiamſi adſint filij catholici, voluit Siman. in Enchir. titu. 56. de bon. hæret. nu. 2. Q. Mand.

c *De huiuſmodi diuiſione inter partes, & quomodo hodie bona hæreticorum diuidantur, vel applicentur. Aegid. Boſſ. titu. de hæret. nu. 33. vide etiam Aimon. conſil. 128. Simanc. Enchir. titu. 56. nu. 8. & Vmber. Iudi. inquiſit. in verb. bona hæreticorum. Q. M.*

Adde quòd de horum bonorum diuiſione ſcribit etiam Calder. de hæreti. tit. de off. & poteſt. rector. quomodo ſit facienda nu. 15. Pet. Vend.

f *De hac quæſtione vide Feli. in c. vergentis. hic alleg. nu. 1. vide infr. eod. §. an bona clerici. Pet. Vend.*

g *Ioan. Calder. c. 25. de hæreti. in princ. Quint. Mand.*

h *Idem voluit Aegid. Boſſ. tit. de hære. nu. 30. verſi. ſed dic contrarium. vide ſup. in verb. Accuſatio. verſi. ſed an habeat locum accuſatio in iſto crimine contra defunctos. Quint. M.*

i *Videtur quòd intra ſpacium xl. annorum poſſint inquiſitores procedere contra hæredes hæreticorum defunctorum, per tex. in c. 2 in 2. reſpon. de reſcrip. lib. 6. per Felin in c. cum nobis. col. 4. eod. & per Aegid. Boſſ. tit. de hæret. num. 32. Quint. Mand.*

k *Bona feudalia, ſeu emphiteutica an, et quando veniant in confiſcatione bonorũ tractant Doct. in locis diuerſis, conſtituentes regulam generalem, quòd in fiſcum tranſeant omnia quæ tranſeunt in extraneos hæredes. & è conuerſo ea quę non tranſeunt in extraneos hæredes, in fiſcum non tranſeant, quam concluſionem communem affirmant. Alciat. con. 522. poſt nume. 6. Iul. Clarus ſenten. lib. 5. §. fin. quæſt. 78. verſic. nunc videamus quæ veniant in confiſcatione bonorum. In terminis noſtris videatur Aegidius Boſſius. titu. de bono. publi. num. 58. & 60. & idem Iul Clar. lib. 4. §. emphiteuſis q. 29. & §. feudum. quæſt. 84. Quintil. Mandoſius.*

l *Cæmenta pro ſindera leguntur apud Calder. c. 39. de hære. par. 1. P. V.*

m *Hoc idem placet Alexandro conſi. xv. in fin. conſi. 23. nu. 2. conſi. 75. nu. 12. lib. 1. Curt. Sen. conſi. 59. col. 7. Dec. in l. 3. quod quiſq. iur & conſi. 445. col. pen. Petr. Vendr.*

Confeſtim. Iſtud aduerbium debet intelligi, ſcilicet quã primũ quis poterit, vt l. ij. §. confeſtim. ff. ad Tertul. dum tñ ĩ. annum quis veniat, & redeat. hoc ſm Bart. in l. ſciant, in prima opinione. C. de legit. hære. de quo etiam vide in l. ad rem, & ibi docto. Io. de Plate. de procu. vbi dicit exponi ſm naturam actus cui adijcitur, licèt ſignificet tẽpus inſtantaneũ, vt ibi. & vide in l. penul. cũ gl. in ver, confeſtim. ff. de teſt. mi. Bal. in l. precibus. viij. col in ver. item dixi cõfeſtim. C. de impu. & ali. ſub. de hoc aduerbio, confeſtim, vide ĩ. miſericordia. & ĩ. rediẽs, & ĩ. vẽia.

Item confeſtim exponitur, ipſo facto ſm Bar. in authẽ. inceſtas, in j. q. C. de inceſt. nup.

Confugiens. [a] An hæreticus cõfugiens ad eccleſiam debeat gaudere immunitate eccleſiæ ita, vt inde extrahi non poſſit & capi, vide ſupra carcer. [b]

Item an confugiens hæreticus ad aliquod caſtrum, vel dominium alicuius dñi tẽporalis poſſit ibi defendi, vt euadat a manibus inquiſitorũ? & dicendum quòd ſi tales domini

illius

illius caſtri, vel villæ fuerint requiſiti ab ipſis inquiſitoribus, quod tenētur trahere ipſos hæreticos ante ipſos inquiſitores. de hoc eſt text. apertus in c. vt inquiſitionis, in prin. de hæret. lib. vj. quid autem ſit in alijs criminibus, vide Bald. in vſi. feu. in ti. de pace iur. tenend. §. ſi iudex. vbi dicit quòd ſi eſt ſuus ſubditus, non tenetur eum tradere. ſecus autem ſi alienus eſt ſubditus. & quia non eſt præſentis materiæ, ſic tranſeo.

ADDITIONES.

a *Confugientibus ad eccleſiam præſtita ſecuritas antiquitus fuit, & nè inde quis inuitus abduceretur, conſtitutū. 17. q. 4. frater. & c. inter. de immuni. eccl. vbi publicus latro vel nocturnus populator agrorum excipiuntur. adde qui deliquerit in eccleſiā ea. q. c. ad epos. quod & leg. Impera. ſancitū fuit. C. de his qui ad eccle. confu. hanc quidē tutelam aſyla Græcorū præſtare ſolita ſcribit Seruius 1 Aene. li. 2. in carmē, et iā porticibus vacuis Iunonis aſylo. & c. ſed nō oīa tēpla niſi qbus cōſecrationis lege conceſſum eſſet. P. imò ait apud Athenienſes ſtatutū eſt, īquit ex Sta. verſibus, ab Herculis filijs quos inſequebātur, ij, qui erant a patre oppreſſi. Hoc ēt Romulus inquit imitatus eſt, vnde eſt quē Romulus acer aſylū retulit nō ſtatuit, Aeneid. 8. dictū eſt aūt quaſi ſine abſtractione confugientiū, σύρω, enim traho, & συλῶ, ſacra detraho, De aſylo Romuli meminit Liu. 1. li. Taci. lib. 3. Sene. de Clem. Edictū eſt, nè quis immunitatis cauſa in aſylū Cæſaris cōfugiens inde eijceretur aut obriperetur, quod nemini, nè deo quidem tribuerāt antea, ijs quæ ſub Romulo acta ſunt exceptis. Hęc Dio. li. 47. ſalutem ſibi quæſiuit Decius Magius, qui ad ſtatuā Ptolomei regis cōfugit Liu. 2. ad ædes ſacras vel ſtatuā Cæſaris a domino crudelius vexati ſerui confugiebant, & tuti erant. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. & l. 1. ff. de offi. præf. vrb. Parſum fuit in apoſtolorū tēpla confugientibus tempore Gotthicæ irruptionis in Rom. vrbem, quos nunquam antea ciuitati captæ, deorum beneficio contigiſſe ſcribit Aug. de ciui. dei. c. 2. qui & de aſylo, quam tribueret immunitatem c. 4. commemorat. vulgatū ex ſac. lib. Num. 35. Deut. 19. Ioſ. 20. ſex refugij fuiſſe ciuitates, rei cuius allegorias aīæ cupienti ſalutem perutile eſt non ignorare. quas et Philo Iudæus explanauit, ſed & longè melius a ſacr. Docto. Chriſtianis vt a D. Ieron. breuiter aduerſus Iouin. li. 2. fol. mihi. 604. aduerſ. Pelagiū lib. 1. fo. 945. & 949. Pet. Vend.*

b *Et quæ ibi addo, ac Iul. Clar. ſen. li. 5. § fin. q. 30. verſi. quæro nunquid generaliter omnes delinquentes. Q. M.*

Coniectura. a In his quæ certa ſunt non eſt locus coniecturis, ar. in clementi. quāuis, de appella.

No. quod ſola voluntas coniecturata vouendi habet perinde, ac ſi expreſsè vouiſſet. vide ſ. comparens.

ADDITIONES.

a *Quintil. lib. 3. c. 6. ſcribit, coniectura dicitur a coniectu, id eſt directione quadā rationis ad veritatem, vnde coniectores dicti ſunt interpretes. Eſt, vt ait Speuſippus rei latentis inditium quod quis per rōnes, & ſigna, tēpora, & hmōi conijcit, Omnis coniectura aut de re, aut de animo eſt, Quint. ait l. 7. c. 2. De ea Rhetorū philoſophiæque pręcipuè moralis codices agunt, ſine quibus iuriſconſultus ad facti*

veritatem peruenire non poteſt, cũ enim de facto quæritur oratoris officiũ eſt, cum de iure verò iuriſcõſulti, teſte Cic. in Top. vbi loquitur de adiunctis, ait enim, nihil hoc ad ius, ad Cic. inquibat Gallus noſter, ſi quis ad eum tale quid retulerat, vt de facto quæreretur. Ad quæſtionem itaq; facti non reſpondet iureconſultus. l. 16. ff. de ſta. hom. Inſt. de iur. nat. §. reſponſa, quod & etymon oſtendit. inde fit vt legendi philoſophi, poetæ ſint, & oratores, hiſtoriȩ cognoſcendæ quoq; ſint, omniũ bonarum artiũ ſcriptores, ac doctores, & legendi, & peruolutandi, autore Cic. li. 1. & 2. de Orat. vnde perſonarũ, & rerum proprietates, genera, & differẽtiæ noſcuntur, Pub. quidem Scæuolæ fratrẽ ſolitum perſȩpe dicere, neq; illum in iure ciuili ſatis illi arti facere poſſe niſi dicendi copiã aſſumpſiſſet, ſi facti quæſtio ſit terminanda, quam præcurrere quȩſtionem iuris, ex qua id oritur, oportet, vnde niſi ex ſuis cuiuſq; rei profeſſoribus hauriẽda materia? Hinc & iureconſultos non pauca mutuatos, quã plurima iuris ciuilis loca ſignificant, abſq; verò eorum externa lectione, neſcio, an ius ciuile percipi, cognoſcique planè queat, ſufficit ab alijs de hoc eſſe diſputatũ. Quibus inſtructus eſſe debeat iuriſperitus vnica lex de profeſſo. in vrbe Conſtanti. C. lib. xij. demonſtrat. facũdia ſcilicet, interpretãdi ſubtilitate, copiaq; diſſerendi. an hæc a iure ciuili dumtaxat quis aſſequi poſſit aliorum ſit iudiciũ, cauendum tamẽ, nè quis abutatur eloquentiæ viribus, & chriſtiana documẽta trãſgrediatur in perniciem ſuam. P. V.

Coniugatus [a] An ſi ex duob' coniugib' infidelibus alter reuertatur ad fidem, altero in infidelitate remanẽte, & cõuerſus non cõtrahit cum alia, & interim qui remãſit in infidelitate etiam cõuertitur, an teneatur primò cõuerſus recipere ſecundò conuerſam in vxorem? glo. dicit ꝙ ſic, in c. quanto, de diuor. & tex. in c. gaudemus. §. pen. e. ti. vbi eſt expreſſum. quod no.

No. ꝙ ſi infideles conuertãtur, poſſunt ſtare in matrimonio contracto ſecundũ ritus eorũ, niſi fuerit contractus diuina lege prohibitus. vide in ſum. Ange. impedimentũ. x. §. j. & habetur in c. gaudemus, de diuort. ſed no. ſm Pe. in iiij. diſt. xxxix. ꝙ non tenet matrimonium factum inter infideles, ſi poſtea conuertantur, quãdo inter ipſos tp̃e infidelitatis fuit contractum cõtra eorum ſtatuta ipſum annullantia: quia ſi nihil pñt talia ſtatuta contra matrimonium inquantũ ſacramentũ eſt, pñt tamen, inquãtum eſt fœdus humanum, ſicut ſolũ eſt in infidelibus, & iõ ſi conuerterẽtur tales, oporteret ꝙ denuo contraherent. quod not. pro limitatione. d. c. gaudemus.

Vtrum vno coniugũ ad fidelitatẽ reuerſo diſſoluatur matrimoniũ cõtractũ inter infideles? & dicendum ꝙ nõ, per c. quæ fuit, de diuor. vnde Inno. in c. quanto, eo. tit. dicit ꝙ ſacramẽtum fidei, ideſt baptiſmus ratum efficit coniugij ſacramentũ. habetur in ſum. Ange. impedimentũ. x. §. vij.

Quid de vxore repudiata, quæ alteri nupſit? dicendum quòd vir non poterit ei obijcere fornicationem, ſed tenetur, ſi vult ei cohabitare ſine peccato, eam accipere, ſi vult vxorem habere, vel ſaltem continere, vt in d. c. gaudemus, de diuort. & xxviij. q. j. ſi quis gentilis.

Vtrum infidelis conuertens ſe ad fidem poſſit vxore dimiſſa aliam fidelem

delem recipere. Rñ. Pa. in c. quãto, de diuor. ꝙ eo ipſo ꝙ alter coniugũ nõ vult cohabitare fideli conuerſo, vel ſi vult cohabitare, non ſine iniuria creatoris, vel ſine peccato, diſſoluitur matrimoniũ in infidelitate contractũ, & põt contrahere cũ alia fideli: nec oportet ꝙ iudex ſtatuat tẽpus, ſed ſufficit clarè perpendat quod nõ vult ei cohabitare, ſecundùm Pau. in c. gaudemus, de diuor. ſi verò vult cohabitare ſine ei⁹ inductione ad malũ, vel ſine peccato, ſic non poteſt cũ alia contrahere infideli viuẽte: ſed non tenetur cohabitare cum ea, ſi non vult conuerti. xxviij. q ij. ſi infidelis. nota. Cy. in iiij. diſt. xxxix. ſi tamen anteꝗ̃ aliam accipiat per verba de præſenti, conuertatur illa quæ prius erat obſtinata, tenetur eam accipere, nec aliã poterit ducere, vt notant communiter do. theo. in iiij. diſt. xxxix. de hoc ẽt in ſum. Ang. impedimẽtũ. x. § iij.

Sed quid ſi alter reuerſus eſt ad fidem altero remanente in infidelitate, vel nolente cum eo cohabitare ſine contumelia creatoris, an ipſo iure ſolutum ſit matrimonium. no. de diuor. quanto, & c. gaudemus. §. pen. vbi eſt bona glo.

Sed quid ſi catholicus contrahat cum hæretica baptizata, an teneat matrimonium. vide Thom. in iiij. diſtin. xxxix. & communiter ibi ſecundùm docto. theo. tenet matrimoniũ: & habetur in ſum. Angelica impedimentum. x. §. viij. & de hoc etiam vide in c. quanto, de diuort. vide infra iſta litera.

Nota ꝙ coniugalis ſeruitus diſſoluitur propter hæreſim vnius coniugis. Nam cum quis recedẽs a cultu fidei orthodoxæ in hæreſim labitur, cõiunx non tenetur ſibi cohabitare, & poteſt petere in iudicio eccleſiaſtico ꝙ ſeparetur ab illo, & propter hanc fornicationem ſpiritualem fiet thori ſeparatio, ſicut fieret pro carnali, vt xxviij. q. j. ſimili modo, & idololatria vſque in fi. & ea. cau. q. ij. c. fi. & extra, de diuor. quanto, & c. ex literis. ad qđ xxvij. q. j. ſi quis votum.

Quid ſi infidelis habeat plures vxores? dicẽdum ꝙ illa cum qua primò contraxit, eius erit: & ſi ſimul duas accepiſſet, ſic nulla erit eius vxor [b] niſi vna illarum habuiſſet impedimentũ, quo eam accipere non potuiſſet, quia tunc alia eſſet eius vxor, vt habetur in ſumma Angelica impedimentum. x. §. iiij.

An inquiſitores poſſint procedere contra illos, qui contraxerunt matrimonium cum duabus, ſcilicet vna viuente aliam in vxorem habendo? vide infra contrahens. §. j.

Item nota ꝙ ſi infideles contraxerunt in præmiſſis gradibus ſecundũ ſuam infidelitatem ꝙ ſi poſtea conuertãtur ad fidem, ꝙ illud matrimonium tenet, & non diſſoluitur, in c. gaudemus, de diuor. & de conſan. & affini. de infidelibus.

Supra in §. ſed quid ſi catholicus, dictum eſt ꝙ ſi catholicus cõtrahat cum hæretica baptizata ꝙ tenet matrimonium. ponamus ꝙ catholicus vult contrahere cũ hæretica [c] baptizata, an poſſit? & dicendum ꝙ non, quia ianua omniũ ſacramentorũ eſt baptiſm⁹. xxxij diſ. §. verũ, qđ habetur. xxviij. q. j. in glo. c. caue. ſed ſi cõtrahat, tenet matrimonium. ſicut cũ excommunicato, vt eſt glo. in c. non oportet, ea. xxviij. q. j. vide infra matrimonium.

An talis hæreticus ſi redierit ad eccleſiam, an poſt reuerſionem recuperet vxorem, quã amiſit per hæreſim? & reſponderi poteſt ꝙ aut tales fuerũt ſeparati iudicio eccleſiæ, aut nõ. Si non erant ſeparati iudicio eccleſiæ alter coniunx tenetur omnino redire ad alium. Si autem per ſententiã erãt ſeparati. tunc enim in electione illius qui in fide remanſit eſt, an velit ad cõiugem redire, vel religionem intrare, quia non poſſet in ſęculo remanere, nec alium accipere illo viuente, qui modò eſt cõuerſus, cum ille dicatur per pœnitentiam ſanatus, vt xxxij.q.j. quod autem. & ita debet intelligi, extra de diuor. de illa, & c. quanto, & de conuerſio. coniuga. c. fi. & de hoc vide xxxij.q.j dixit dominus, & xxxij.q.vij. his verò.

Si coniugatus, vel vxoratus de facto ordinetur, quamuis recipiat characterem ordinis, tamẽ compellitur inſtãte coniuge matrimonium conſummare. & ſic no. caſum in quo ſacerdos põteſt habere vxorem. Abb. in c. verum, de conuerſione coniuga.

An coniugatus poſſit fieri cleric⁹, vel intrare religionem vxore manente in ſęculo, & econuerſo? & licèt non ſit huius materiæ, tamẽ cum ego ſim coniugatus, aliqua breuiter tranſeũdo narrabo circa quæſtionem, quæ traditur per Abbatem extra de conuerſione coniuga. in c. coniugatus. & circa illud quod habetur in gl. c. nullus, de tempo. ordi. l. vj. ſ. ꝙ coniugatus poteſt eſſe clericus muliere cõſentiẽte, ſi vouit votum caſtitatis in manu epiſcopi, licèt ipſa ſit pulcra, & habeat ætatem ſuſpectam: qđ ſecus eſt, ſi velit ingredi religionem, licèt ipſa conſentiat, & voueat ſi fuerit ſuſpecta, ſcilicet pulchritudine, & ætate: ſed requiritur ꝙ ſit ſenex, & ſine ſuſpitione, vt in c. cum ſis, eo. tit. vbi tenet Abbas ꝙ ſi mulier commiſit adulterium, maritus poſſit ingredi religionẽ ipſa manente in ſęculo, & ꝙ tunc maritus ſit ſolutus a ſeruitute vxoris & ſic poſſit liberè ingredi religionem: & ipſa non poteſt cõtrahere niſi poſt mortem naturalem mariti. hoc Abb. vbi ſupra & .xxxij.q.vij. hi verò. Nota differentiam inter intrantem religionem, & de promoto ad ordines ſacros manente vxore in ſęculo: quia ordinatus tenetur in neceſſarijs prouidere vxori, vt xxxj. diſtin. c. omnino. ad quod non tenetur religionem ingrediens, vt dicto. c. coniugatus, vbi ſupra & ibi Abbas.

Et eſt notandum ꝙ maritus promotus tenetur corrigere vxorem, vt de iureiuran. quemadmodum, in fi. & melius facit. xxxiij.q.ij. placuit.

Nota ꝙ apoſtoli vxores ſuas, quas ante apoſtolatum duxerant, ſine carnali commixtione circunducebãt, vt mercede prædicationis ſuſtentarentur ab eis, xxxi. diſtin. omnino.

Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur, xxvij. q.ij. omnis res.

Item nota in dicto c. coniugatus, ꝙ promotus poteſt prouidere vxori, & filijs de reditibus beneficij ſi non habet aliude, vt in dicto. c. omnino. Et potius illis, quã extraneis. ar. in c. non ſatis. lxxxvj. diſ. nam poti⁹ tenetur conſanguineis pauperibus, quàm extraneis, vt in c. i. de coha. cle. & mu. vide infra religio.

Et ſic concludẽdo ꝙ regula eſt ꝙ alter coniugum nõ poſſit ingredi religionẽ altero inuito manẽte in ſęculo,

lo excepto propter adulterium, vt tenet Ab. in c. cum ſis, de conuer. coniuga. & cum hæreſis ſit adulterium ſpirituale, vt ĩ. dicetur in parte, fornicatio, & in parte, zelotes, ſeu zelus, ideo ꝓpter hæreſim põt fieri ſeparatio auctoritate iudicis, vt ĩ. dicet ſuis locis.

Coniugalis actus exercitus cauſa generationis caret quodam peccato non tamen eſt meritorius. no. xxxij. q. ij. connubia.

ADDITIONES.

a *Coniugium, ſiue matrimonium eſt viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem continens. Inſt. de nup. 27. q. 1. c. 1. item l. 1. ff. de rit. nupt. additur diuini & humani iuris communicatio. coniugari per metaphoram dicũtur qui maritali iugo, inſtar boum colla ſubijciunt & ad imparia vir, & vxor non iudicantur, 32. q. j. ſi quis vxorẽ. hinc coniugati dicuntũr. De coniugatorum mutua ſeruitute, et ſocietate, et ratione. vide Columel. de re ruſt. in proœmio l. 12. ſcias et eſſe argumentum a coniugatis. Cic. in Topic. & Quintil. lib. 5. c. x.* P. V.

b *Argu. tex. in l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tute. in l. cum ex pluribus. ff. de manumiſ teſt. l. cum duo. ff. de in diem adiectio. vbi gl fin. extẽdit ad alios caſus per iura quæ ibi citat. Quæ tantò magis procedunt quando ſumus in re indiuiſibili. Bald. in. 1 conſt. ff. §. itaque nu. 9. verſi. Rex obſedit. Alexan. in l. qui filiabus. §. ſi quis ita. nu. 2. ff. de lega. 1. Fel. in c. capitulum. num. 17. in verſ. de duobus caſtrĩs. de reſcrip.* Q. M.

c *Videtur hinc abeſſe negatio, ex glo. citata in c. caue.* P. V.

d *L. nihil tam naturale. & l. ferè quibuſcunque. 191. ff. de reg. iur. l. quamuis ſaltus ff. de acquir. poſſeſſ. cum alijs quæ adduco in 13. q. Reg. de vnio. nu. 2. cum alijs ſequentibus.* Q. M.

Comparatio hęreticorum. Ad infideles & qualiter eis cõparãtur, vide infra hæretic⁹.

Comparens, a Sæpe cõtingit in inquiſitione ꝙ tẽpore gratiæ multi de genere conuerſorũ cõparẽt corã inquiſitoribus, & ſe repræſentant corã eis cũ quadã falſa ſcriptura, & dicunt ſe nunquam errasse in fide catholica, ſed potius ſe aſſerunt fideles, & catholicos eſſe. & circa prædicta quęritur, an tales, qui ſic comparent, & ſe faciũt deſcribi in inquiſitione, ſint propter tale ſuſpecti in aliquo de hæreſi, ad hoc vt propter illud teneantur in aliquo, taliter ꝙ inquiſitores poſſint ꝯ eos ꝓcedere? ad qđ põt reſpõderi, ꝙ in aliquo teneantur, & ꝙ inquiſitores poſſint ꝯ eos inquirere. nã in delictis principium, & propoſitũ conſideramus, & non exitũ, vt in l. 1. ff. ad. l. Cornel. de ſic. facit tex. in c. cum voluntate. de ſen. ex. & eo quòd primò deliberauit ſe inſcribendo, quòd fecit culpabilẽ ſe ſentiẽdo, & præſumitur mente deliberata, & ſana feciſſe, & zelo fidei, & eius fauore. Et quòd poſtea, & ſecũdariò fecit negãdo ſe in nihilo erraſſe ꝯ fidẽ, quòd illud dixit, & fecit mala mente & fraudulenter, vt probat tex. in c. literas, de præſum. & ibi Abb. & ſi prædicta procedunt, & præſumuntur in delictis quæ ſunt odioſa, a fortiori præſumendum eſt ꝙ procedant in rebus concernentibus ſalutem animarũ, & ipſarũ fauorẽ, ſicut in caſu noſtro vbi ſolũ ꝑdictę cõfeſſiones fiunt & admittuntur, vt ꝑdictis confitentibus

bus facta prius abiuratione,& obtẽta abſolutione excommunicationis iniungatur eis pœnitentia ſalutaris, iuxta.c.ad abolendam, & c. excommunicamus,el.i.de hęreti.& c.vt officium,eo.ti.li.vj.ad quod facit. c.literaturam,& c.poſtulaſti,de voto,& voti redemp.vbi ſola voluntas conięcturata vouendi habetur perinde ac ſi expræſsè voluiſſet id quod mente ſola conceperat. Et in dubijs concernentibus ſalutem animarum[b] ſicut eſt in caſu noſtro debemus præſumere quem ante reum, & obnoxiũ,quã liberum,& ſine macula, vt probatur in c.i.xj.q.iij. & debemus ſequi ĩ hoc caſu id quod eſt tutius, & certius,vt in c.iuuenis, de ſponſa.iux.illud, Tene certum,& dimitte incertũ, de pœ. diſ.iij.c.ij.& de homi.c.ad audientiã. Et bonarum mẽtium eſt ibi culpam timere, vbi minimè reperitur,vt in c. i.de obſerua.ieiu. ſed his non obſtantibus poteſt dici, quòd illi tales qui ſic comparent, in nihilo teneãtur ex ſola deſcriptione,& compareſcẽtia, ſiue conſideremus quòd ex prędicta ſola deſcriptione procedatur ad pœnitentiam ſolùm iniungendam,ſiue ad pœnam delicti, quæ reſultabit ex prædicta confesſione imponenda. Nam ſi ad pœnam delicti eſt procedendum ex prædicta confesſione facienda, non conſtat de delicto ex ſola deſcriptione.Nam probationes in delictis debẽt eſſe luce clariores, per l.ſciant cuncti.C.de proba.Nam aut debet conſtare de delicto per confeſſionem, aut per teſtes, vel inſtrumenta, vel præſumptiones violentas, de quibus nulla occurrit in prædicto caſu,vt probat tex.in c.cum ad ſedem. de reſtitu.ſpo.ergo &c. nec ſufficit illa ſola deſcriptio.ad pœnitẽtiam imponendam ſalutarem talibus.nã peccati venia non datur niſi correcto,vt in regula,peccati,de regu.iu.li.vj. Et corrigi quis non poteſt niſi confiteatur, & reũ ſe cognoſcat ore proprio. vt in c.omnis vtriuſque ſexus,de pœ. & remiſ. Et in foro pœnitentiæ credẽdus eſt confitens,ſiue confiteatur,ſiue neget maximè cum iuramento, vt in glo.c.ſignificaſti, de homici. cũ alijs.ſi ergo concluditur quòd ex ſola tali deſcriptione quòd in nihilo teneatur talis comparens,ſed quòd ſit relinquendus iudicio dei,qui eſt ſcrutator cordis,& renum.vt in c.nouit, de iudi. ergo PROVISO SOLERTER.

Item nota quòd contumax nõ cõpatens coram inquiſitoribus per citationem ſibi factam, vel cum per edictum vocatur,quòd talis excõmunicatur, & ſi per annum in excõmunicatione perſiſtit,& pertinaciter perdurat animo indurato in illa excommunicatione, quòd talis poterit intra annum velut hæreticus condemnari,vt in c.cum contumacia,de hæreticis,li.vj.

ADDITIONES.

a *Comparens a comparendo hic capitur pro præſentiam ſui faciente coram iudice.vt l.contumacia.53.§.1.ff.de re iud. l.de vnoquoque.ff. eod. ſignificat etiam apparere, quòd in idem recidit. Liui. nec autor,nec cauſa erroris comparuit.Cice. Ver.7.quęrite non veſtigia,quibus exitus illorum ex illo locò compareant, vt & hic ſumitur.dicitur aliter adiens l.ob ſeruandum.ff.de off.præſidis C. de ord.iu. l.1.& 2.& nè de ſta.defun.l.1.item l.1. ff.de requir.reis.* P. V.

Animæ

b *Animæ quando periculum verſatur, delictũ in dubio præſumendum eſt,& via ſaluti animæ conſulens eligenda eſt, c. ſi. 14.diſtin c.fin.ad fin.diſtin.5.& ad alia quæ adduco in 6.quæſt.reg. de veriſi.numero.6. Q. M.*

Conqueruntur iſti conuerſi, ſeu neophyti noſtri temporis de inquiſitione,quæ contra ipſos fit. Nam primò dicunt non pro me, ſed mea re,monſtrando ſe immunes ab his de quibus ipſi cõfitentur commiſiſſe circa ritus, & cæremonias Iudaicas, de quibus accuſantur obijciendo, & dicendo quòd iſti Chriſtianisſimi reges non procurauerunt inquiſitionem in regnis, & dominijs ſuis, niſi propter concupiſcentiam bonorum ſuorum; ſed iſti Iudaica ſuperſtitione obcæcati, ſup quorum oculos,vt ait apoſtolus,vſque hodie velamen illud Moiſi appoſitum manet,vt oculos habentes nõ videant: non attendunt quãtum ſint contraria veritati quæ loquũtur. nã ſi enim principes præfati eorum vellent bona, nequaquam miſericordiã policentes,eos inuitarent ad pœnitẽtiam: ſed quia eorum ſalutem ex viſceribus ſitiunt,etiam quod fiſco ſuo comperebat, dum tamen conuertantur, liberaliſsimè ipſis relaxant. nec tales erubeſcunt ſua dicere qui in huiuſmodi errorem lapſi nil in ſuo dominio retinent, vel retinere poſſunt, niſi ex miſericordia,vt ſupra bona,& habetur in c.quo iure.viij.diſ. & in c. quòd autem. xxiij. q.vij. de quo ſupra bona, per totum. Et quia malè meriti publica egeſtate laborare debent,vt C.ad l.Iuli.ma.l.quiſquis. canonizata,& ſi.depo.bona ſi.& gl.xv. q.vij.in c.nos ſanctorum. Item conquæruntur dicentes ſæuam crudelitatẽ in eos exerceri.ſed his poteſt reſponderi per illud Hiero.ſuper Iſaiã, Non eſt crudelis qui crudeles iugulat:ſed crudelis patientibus eſſe videtur.nam latro ſuſpẽſus patibulo crudelem iudicem putat.xxiii.q.v.nõ eſt crudelis. De⁹ enim qui eſt miſerator, & miſericors, & patiẽs,non ideo crudelis,rigidus, & cruentus reputatur qui diluuio genus humanum deleuit,& ſuper Sodomam,& Gomoram ignẽ,& ſulphur pluit,Ægyptios ſubmerſit, in fluentibus, Iſraeliticarum cadauera proſtrauit in eremo. ſed ad iſta ſemper ſe conquerendo dicunt ꝙ eccleſia eſt pia mater,& nunquã claudit gremium ſuum, vt infra rediens.

Item conqueruntur dum reconciliantur de pœnitentijs ſibi iniunctis propter tam enorme delictum ꝑ eos commiſſum.Et ſimili modo conqueruntur eo quòd priuantur officijs,& honoribus de quibus vide infra pœna,& pœnitẽtia. vbi apparebit quòd propter tam graue crimen ſunt digni maioribus pœnis,& pœnitẽtijs. quibus ad præſens eis iniunguntur nam quicunque dignitatem diuini grad⁹ non cuſtodierunt,fiant contenti animam ſaluare. nam reuerti in priſtinum ſtatum difficilè eſt,vt l. diſ.quicunque.

Ad quos multipliciter poteſt reſponderi ex prædictis ſuis friuolis quærelis.& quòd in eos iuris cenſura & ſeueritas ſint exercendæ, vt patet ad l.Iul.maieſt.in l.quiſquis, quæ eſt canonizata.vj. q. i. ſi quis cum militibus.

Et primò non poſſunt cõqueri eo quòd eis bona auferuntur: nam eis re-

reſpondet Auguſtinus ſcribendo ad Vincentium per hæc verba illius c. j. quicunque.xxiij.q.vij.vbi dicit, Ideo que falsò res appellatis veſtras,quas nec iuſtè poſsidetis. & ſecundùm legem terrenorum regum amittere iuſſi eſtis, fruſtraque dicitis, nos in eis congregandis laboramus, cum ſcriptum legatis, Labores impiorum iuſti edunt.& etiam poteſt eis reſponderi per ea quæ dictus Auguſtinus reſpondet contra Petilianum per hæc verba illius.c.ſi de reb⁹, dicta. xxiij. q. vij. vbi ſic dicit ſi de rebus ibi, Ad omnes iniquos,& impios illa vox domini valet, Auferetur a vobis regnũ dei,& dabitur genti facienti iuſtitiã: an fruſtra ſcriptum eſt ſapientiæ. x. Labores iniuſtorum pij edẽt.quapropter magis mirari debetis quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quòd aliquid amiſiſtis. etiam de hoc vide in c.quòd ſuper his,extra de voto,& voti redempti.& ibi per Hoſtien.& Inn. & Io.An.& Abbatem.

Item non poſſunt conqueri niſi de ſemetipſis, cum ob ſuam perfidiam talia patiuntur,vt.xxiij.q.iiij. diſplicet.Nam tales, qui ſemel baptiſmum cęperunt ſi volunt firmiter tenere, & obſeruare fidem catholicam, nè ſanctum baptiſma per eos profanetur, debent per epiſcopum,vel inquiſitores carcerari,ligari,torqueri, & affligi, vt per talia compellãtur ad fidem redire catholicam, vt habetur. xxiij. q.v.ad fidem.Nam ſtudium prælatorum,& inquiſitorũ debet eſſe, quòd Chriſti inimicos diſtricta vltiõe corrigant,& caſtigẽt,vt xxv.q.v. peruenit,& cõtra idolorum. concor.extra de offi.ordi.irrefragabili, cum ſimilibus.Et taliter per ipſos debet coerceri, vt ipſi inuiti timendo id quod non volunt pati, relinquant animoſitatem infidelitatis, & compellãtur recognoſcere veritatem: & timentes reſpuant falſum, de quo contendebant,& ſequantur verũ quod primitus neſciebant. & hoc etiam probatur.xxiij.q.vj.c.quòd erraucrat,cum ſequen.vſq; in finem. & ſic quos dei timor non reuocat, compeſcat ſaltẽ ſeueritas diſciplinæ,vt extra de cleri. coniuga.cum incontinentes.§.clerici.ita not.plenè Archi.extra de hære. c.j.poſt princip.lib.vj.& ibi vide, & ſupra cogendi.

Conuerſatio. Ex conuerſatione aliquid p̃ſumitur.C.de ſpon.l.fi.

Item notandũ quòd propter conuerſationẽ talis q̃s pręſumitur manifeſtè, qualis eſt ille cum quo cõuerſatur,vt patet de hæreticis.c. accuſatus.§.ille quoque,lib.vj. & in authẽ. de monachi.§.ſi verò his. Ideo PROVISO SOLERTER. vide ĩ. pręſump. §.propter conuerſationem.

Item talis quis præſumitur,qualis eſt locus, vbi continuè conuerſatur, vt l.iuſtò errore.ff.de vſuca.docto.in l.ij.C.vbi ſena.vel clariſ. IDEO PROVISO SOLERTER.

Item ex conuerſatione hæreticorum fit quis ſuſpectus de hæreſi,vt ſupra cognoſcuntur,& ĩ.detegitur.

Conuerſatio honeſta potius attẽditur,quã nobilitas,de præbẽ. extra in c.venerabilis.

Conuerſatio, ideſt fama. xxiij.di. præsbyteri.

Non eſt cõuerſandum cum incantatoribus, diuinatoribus, & ſortilegis, vel dæmones inuocantibus, vel cum illis qui vtuntur artibus reprobatis

batis per eccleſiam: nec tales debent in domo recipi, vt dictum eſt ſupra in litera a. & hoc prohibetur ſub pœna anathematis, vt xxvj.q.j.c.ſi quis a nobis. ergo ſi cum iſtis talibus prohibetur conuerſatio. ergo a fortiori cũ iſtis hęreticis, nè alios corrũpant.

Non conuerſari cum hominibus, & hominũ carere ſuffragijs, grauiſſima pœna eſt,[c] vt. C. de apoſta. l. ij. vide infra excommunicatio, & ỹ. Iudæus, & infra punire.

ADDITIONES.

a *Hic videtur accipi conuerſatio pro familiaritate, vſu, conſuetudine ſicut ex legibus citatis, cõſtat; ex qua præſumitur, apparet etiam ex Quint. lib. 1. c. 2. capitur, & pro habitatione l. 12. §. 1. de reli. & ſump. fun. iunct. l. 3. de ſepul. viol. ff. pro familiaritate, in l. obſeruandum. ff. de off. præſi. P. V.*

b *Scribitur prouerb. c. 24. in princ. Nè æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis & poſt. Et cum detractoribus ne commiſcearis, & ſecũdùm philoſophum, talis qualis quiſque eſt, talium conſortio delectatur. Et ſecundùm Oratores, ex cõuerſatione, & victu, multæ trahuntur ſuſpitiones. Cic. lib. 1. de Inuen. titu. 13. Et conuerſatio cum malis malam præſumptionem, & vrgens inditium facit. ad l. 3. § nullus putat ff. de excuſ. tut. l. item, apud Labeonem, §. adduxiſſe viſi ff. de iniur. l. nullus. §. 1. ff. de act. empt. & ex mala cõuerſatione bonus efficitur malus. l. ædiles. §. Pedius ff. de ædil. ædi. c. ſæpe. 28. q. 1. Guid. de Suza. de indi. & tortu. nu. 32. verſi. quærat iudex, vbi malam conuerſationem ponit pro inditio ad torturam. & Gandi. in tit. de præſumptio. & indi. col. 1. verſ. item habet indagare. Bald. de Perurg. in tracta. de quæſt. & tormen. c. 1. nu. 10. verſi. quærat iudex inſtanter cum quibus. vbi etiam adducit illud ſacrę paginæ. Cum ſancto ſanctus eris, cum peruerſo perueteris. Huc etiam ſpectat illud prudentis Catonis, Cum bonis ambula. Et vulgatum prouerbium. Qui cum claudo ambulat claudicabit. iuxta quod fortè adagium locutus eſt Homerus Iliados. 5. Duo claudicantes ibãt miniſtri Martis, Titides bellicoſus, & diuus Vliſſes, & tamẽ ſolus Diomedes claudicabat pedis plantam vulneratus, Vliſſes fortè, qui cum Diomede continuò conuerſabatur (iuxta prouerbium) claudicare didicerat. Niſi figuram ibi affirmemus. videlicet ſeptimam Sylepſim. Qualis ſit vir huius conuerſationis tractat ẽt Vmber. in indi. Inquiſi. hoc ipſo verb. conuerſatio. Quint. M.*

Cum quibus habenda ſit conſuetudo ſcribit eruditiſſimè Clem. Alexan. lib. 3. pedago. c. 4. adde non minus B. Ambro. lib. 2. de offi. quòd à probis iuris conſiliũ ſit requirendum & exempla de patribus c. 11. & c. 18. Improbos homines licèt prudentes videantur, eſſe fugiendos, eod. c. 12. & c. 30. Ad commendationem hominum plurimũ valere, ſi probatis adhæreant. & exempla de patribus. c. 20. in hanc ſenten. & Cic. lib. ij. offi. vbi agit de adoleſcentium officijs, Philo. de profugis, & de Ioſeph. P. V.

c *Hinc Dauid ſibi miſerendum orabat inquiens pſal. 24. Reſpice in me, & miſerere mei, quia vnicus, et pauper ſum ego. Et ſcribitur Eccleſiaſti. c. 4. Melius eſt duos eſſe ſimul quàm vnum. Quintillianus Mandoſius.*

Conuerſio. [a] Iſtorum hæreticorum, & apoſtatarum cũ magna cautela debet inſpici per ipſos

ipſos inquiſitores, quando ipſi dicũt ſe velle conuerti ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ, nè ſimulata conuerſione redeant fraudulenter,& nè ſub agni ſpecie lupum gerant,vt habetur in c.vt officium. §.prouiſo ſoletter, de hæreti.li.vj.ideo in cõuerſione iſtarum vulpecularum diſcretio ipſi⁹ inquiſitoris debitam moderationem adhibebit prædictis,ſcilicet coniectu tam quam habet de conuerſione, & de pœniten.& dolo talis conuerſi. Ergo Prouiſo Soletter.

An cum illis qui in principio conuertuntur,agat mitius,q̃ cũ alijs qui vlterius diſtulerunt conuerti? & dicẽdum quòd mitius agitur cũ illis qui in principio conuertuntur,quàm cũ alijs qui diſtulerunt conuerſionem , quia cum talibus augenda erit pœna,vt in c.fi.de hæreticis.§.ſi qui aũt.

An conuerſi per vim ſint cogendi fidem tenere quam cœperunt, vide ſupra cogendi.& ſupra cõquerũtur.

Item fictè conuerſus dicitur ille q̃ recuſat pœnitentiam ſibi iniunctam ab inquiſitore adimplere, vt de pœn. diſt.iij.c.pœnitentia,cum ſi.& c.literas,de præſump.& in c.inter,de put. cano. & vide ſupra confeſſio, de eo qui confeſſus eſt hęreſim, & eam poſtea contradicit.& vide infra fictè cõuerſus,& infra pœnitentia.Ideo Prouiſo Soletter.

Item ficta conuerſio dicitur, quando alicui fuit ſibi iniuncta aliqua pœnitentia,& eã violauit,videlicet frangendo carceres,& fugiendo vel aliter pœnitentiam non adimplendo , ita, quòd ſi legitimam probationem nõ monſtrauerit,erit talis vt impœnitẽs hæreticus condemnandus. nam præſumitur ficta conuerſio, & ſimulata, & materia veteris erroris recondita. ad hoc,de pę.di.ij.c.i.& infra fugiẽs. nam exitus acta probant.xxij.q.ij.ꝙ ait. & præcedentia per ſequentia cõprobantur.oſtẽdunt igitur exceſſum veterem placuiſſe,arg.xxj q.i.& his concor.Archi.in c.vt commiſſi.§.et illorum,& ver.obedientes,de hæreti. li.vj. & Guido Fulconis in illis quindecim quæſtionib⁹, quas fecit ad inquiſitores. Ideo Prouiſo Soletter . & vide infra fictè conuerſus, & infra pœnitentia.

Sed conuerſio relapſi non eſt admittenda,ad hoc vt pœnam mortis euitet,vt infra relapſus. tamen ſi humiliter ſacramenta pœnitentiæ,& eũ chariſtiæ petierint, & apparuerint in eis ſigna contritionis, nõ ſunt eis denegãda,vt in c.ſuper eo , de hæreticis,li.vj.& ibi Pe.de Ancha.& per docto.de quo infra relapſus,& infra ſacramenta.

ADDITIONES.

a *Conuerſio hoc pacto deſcribitur, vt dicatur quaſi cordis vndique verſio, de pœni.diſtin.1.c Conuertimini.item conuerti dicitur q omnino vertitur. Cuius opus, vox, & cogitatio ita mortificationi deſudat peccati,ſicut prius ſeruierat iniquitati.ead.diſtin.c.quis aliquando.ſic trąducitur ad animum a re corporea ſignificatio,vt & extenditur ad inanimata, per metaphoram. Pet. Vend.*

Conſentiens [a] ſi tolerat tacendo errãtem, quẽ poteſt corrigere , non poteſt excuſari, vt dicit Auguſtinus . Innocentes non eſtis ſi fratres veſtros, quos iudicando corrigere poteſtis, tacendo perire

rire permittatis, taliter quòd quando quis videt peccata fieri, vel ſcit ea fieri, ſi videns dum poteſt corrigere, tolerat, videtur, & præſumitur particeps criminis quia eo ipſo videtur tacitè approbare, & licẽtiam dare. hæc Hoſtienſ. in ſumma concilio. lib. iij. titul. xxxiiij. quæſt. xlij. & in ſupple. confeſ. iij. §. vij. & lxxxiij. diſt. error. qui ſic dicit: error cui non reſiſtitur, approbatur. vide de hac materia infra fautores, & infra negligentia, & infra errans. Ideo Prouiſo Solerter.

Item conſentiente ſponte aliquid proteruè agi, aut loqui, aut fieri, dicitur blaſphemari ſpiritusſanctus, vt xxv. q. v. violatores, & ſupra blaſphemia, & infra hæreticus. Ideo Prouiſo Solerter.

Antea debet homo omnia mala pati, & etiam mortem quàm malo conſentire, vt dicit text. in c. ſacris, de ſepulturis. Ideo Prouiſo Solerter.

Sed conſentientes, & agentes par pœna comprehendit. xvij. q. iiij. omnes eccleſiæ. nam ratihabitio mandato comparatur, vt in glo. dicti. c. & extra de reſti. ſpo. cum ad ſedem, in fin. ff. de vi & vi ar. l. i. §. ſed & ſi cũ quis. Nam non ſolùm de conſilio ſed etiã de voluntate quis tenetur. i. q. iiij. qa præſulatus. imò qui poteſt reſiſtere, & non reſiſtit, excommunicatus eſt, vt extra. de ſen. excommu. c. quanto, reſpõ. ſi quis nomine meo percutiat alium ibi, Ratihabitio mãdato comparatur, aliàs non, vt ff. de neg. geſ. l. ſed pupilli. §. item quæritur, extra de ſent. exc. mulieres. Ideo Prouiſo Solerter.

ADDITIONES.

a *Conſentire, ſimul ſentire cum alijs. Conſenſus autem eſt duorum pluriumve ſenſus in idem. 29. q. 1. c. 1. bipartitò diuiditur conſenſus, in tacitum & expreſſum, ſicut ex autore, & ab eo allegatis intelligitur. & ex l. de quibus. & l. ſed & ea ff. de legibus. Eſt & conſenſio figura locutionis, cum alicui rei aſsẽtimur, quæ eſt futura pro nobis. Quint. lib. 9. c. 2. Pet. Vendramenus.*

Conſiliari [a] principis dicũtur pars corporis ipſi' principis, & qui cõmittit in eos proditionem, in ipſum principem committere videtur, vt C. ad l. Iuli. maieſta. quiſquis. Ideo Prouiſo Solerter contra illos qui de virgine beata Maria, & de apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti blaſphemant.

ADDITIONES.

a *Conſiliarij ſignificatio ſatis apparet. Eſt enim ille, qui cuipiã conſulit, datve conſilium. Pet. Vendr.*

Conſilium eſt [a] ĩquiſitio de his quæ ſunt ad finem. ſanctus Thom. in prima ſecundæ. q. xiiij. ar. i. & ij.

Nota ꝙ iudices volentes habere conſilia in cauſis coram eis vtentib' debent bene videre proceſſum, & clarè elicere dubia, vt ſui coadiutores vera conſilia dare poſſint. do. de Ro. in ſuis ve. deci. deci. cccv. ĩ prin. dicir.

An prohibitus aduocare poſſit dare conſilium in camera, vel allegationes facere in ſcriptis, vide ſupra aduocatus

uocatus. §. j. & §. non dicitur aduocatus.

Quæ cum maturo conſilio fiunt, maiori firmitate nituntur, vt C. de re pu. l. non eſt dubium. extra de offic. deleg. c. prudentiam. §. illa. xx. diſtin. de quibus.

An inquiſitores [b] poſſint ad conſilium inquiſitionis peritos conuocare, & an ipſi periti teneantur eis dare conſilium opportunum, vide infra periti.

In quibus inquiſitor teneatur petere conſilium ab epiſcopo, & eius conſenſum, vide infra de mitigatione pœnæ.

Item an, & quando quis debeat petere, & proſequi conſilium alterius, ſcilicet inter epiſcopum, & inquiſitorem, vide de elect. in c. cum veteri.

Item an inquiſitores poſſint petere conſilium a poteſtate ſęculari, vide ſupra brachium ſœculare, & infra executio.

De pœna illorũ [c] qui dant conſiliũ hæreticis, vt euadant a manibus inquiſitorum, vide infra pęna.

Sed de indulgentijs quas conſequuntur illi, qui dederunt conſilium in fauorem inquiſitionis, vide infra indulgentia.

Sed de illis qui dederunt cõſilium hæreticis, vt auerterentur a fide Chriſtiana, vide infra fautor.

ADDITIONES.

a *Cic. lib. 1. de Inuen. Conſilium eſt aliquid faciendi, aut non faciendi verè excogitata ratio. Conſiliũ capiendi deliberatio triplex eſt, eod. auto. lib. 1. Offi. Amb. de off. li. 3. c. 9. In conſultationem quæ veniant Ariſto. Reth. 1. & 3. de morib. ad Nicomacum. non enim veniunt neceſſaria aut fortuita, vnde in iure noſtro, de conditione neceſſaria, & arbitraria, impoſſibili. tit. de cond. inſtitu. item de neceſſario herede ſeruo cui non competit ius deliberandi. Inſti. de hæred. quali. & differ. præterea titu. eſt de iure delibe. ff. & C. caſus denique fortuitos, a nobis nõ poſſe præuideri. l. quæ fortuitis. C. de pigno. acti. & in l. in reb. ff. eod.* P. V.

b *An Inquiſitor teneatur ſequi conſilium peritorum. Albert in. de agno. aſſer. cath. q. 26. tractat affluẽter. χερδαλέην, Homer⁹ appellat βουλὴν, id eſt vtile conſilium, Ilias. 1 dum inducitur Agamemnon alloqui Menelaum. Liui. lib. 3. deca. 1. plus inquit pollere multorum ingenia, conciliaque. Adde Cic. offic. 1. qui ſic inquit. Nec verò alienum eſt, ad eligenda quæ dubitationem afferunt adhibere doctos homines, vel etiam iuriſperitos, & quid de vtroque genere officij placeat exquirere, maior enim pars eò deferri ſolet, quò à natura ipſa deducitur. quod & legumlatoribus placuit l. vlt. C. de fideicõmiſ. ad fin. l. 3. de ingen. manu. & ff. de iur. & fact. ignorã. l. 8. §. ſed iure. extra. 20. diſtin. de quibus. & 64. diſtin. extra conſcientiam. & c. prudentiam. 1. reſp. de off. & poteſt. iudi dele. maximè peritorum. vt in aliquibus ex allega. ll. exprimitur. Itaque Val. max. lib. 8 c. 13. ex multorum ſapientum ſententijs infert, in ſua quemque arte conſulendum. item de iure deliberandi tit. induciæ deliberato.* Pet. Vend.

c *Ex conſilio nullus obligatur, etiam ſi non expediat ei cui datur, quia liberum eſt cuique apud ſe explorare an expediat ſibi conſilium, l 2. § vlt. ff. man. Hac tamen regula non habet locum in multis caſibus exceptis, qui a glo. in ipſum. §. recenſentur.* Pet. Vend.

Conſpi-

Conſpiratores [a] qui dicantur, vide in l.i.§.cũ patronus.ff.de of.præfec.vrb.

Itẽ an in crimine hæreſis admittantur teſtes conſpiratores, vide in ſpec. ti.de teſte.§.i.in prin.ver.item quòd eſt conſpirator,& in ti.de accuſatione.§.iij. videndum ꝙ non. Innoc. ꝙ non, in c.cum.I.in i.col. in gl. in ver. fides,de re iudi.Bal. in c.conuenticulas,in i.col.& primo notabili, de pace iura. fir. quod verum. ſ. contra eũ contra quem fecit conſpirationem: aliàs enim ſic,vt ibi.

ADDITIONES.

a *Ex illius legis citato §. poſſunt ita deſcribi conſpiratores,vt ſint vnus, aut plures in me, cum inimicis meis improbè, cocũtes,poſſint,& hoc modo, vt ſint duo plures ve improbè in alienam litem perniciem ve coeuntes, ex l. ex ſenatus con. 6.ad l.Iul.de vi priua. & l.lege Cornelia. 9.ad l.Cornel. de fal. quandoque tamen & in bonam partem capitur hoc nomen veluti in l.medicos. 6. de profeſ. & med.C.li.x.& l.qui ſententiam.16.C.de pœn.ibi,in vnum conſpirantes &c. Cic.2. eff. magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum,atque conſenſu. Hic ſumitur in deteriorem partem. idem.in l. 3.§.vlt.ff.de re mili.& c. conſpiratores. 3.q.4 c. coniurationum, & conſpirationum.xi.q.1.Quintil.lib. 12.c.7. Ex genere verò criminis aliquando legibus citatis,aliquando Iulia maieſtatis tenentur,Ad l.Iul.maie C.& ff. qui dicantur incurrere hanc legem definiuntur in l. 1.ff.eodem & in l.quiſquis.C. eod. & in Conſtitu.2.Henrici.7.de rebellibus. Pet. Vendramenus.*

Conſuetudo [a] eſt optima legum interpres: & eſt ius quoddam moribus inſtitutum,quod pro lege ſuſcipitur,cũ deficit lex.nec differt, ſcriptura, an ratione conſiſtat, quando & legem ratio commendat.& vocatur conſuetudo,quia in communi eſt vſu.hæc Iſidorus li.v.c.iiij.& habetur diſtinctione ſecunda.

Conſuetudo etiam iniuſta excuſat à pœna temporali.gloſ.no. prima in fi.& Petrus de Ancha.in c.cum venerabilis,de conſue.& in c.ſanè,in ver. antiqua conſuetudo,de tempo. ord. Bar.Cepo.in ſingu.ver.cxxvij. & Panor.in dicto.c.cum venerabilis,circa medium,& Petr.de Ancha. in conſilio.cclxxij.incipit,Iure ſcripto,& Alexander in conſilio.ccxlix. quod incipit,Pro inueſtigatione prædictorũ, in vltima colum.

An conſuetudo delinquendi excuſet a pœna?& debemus diſtinguere inter pœnam temporalem,& ſpiritualem.gl.iiij.diſ.denique,& in l.aut facta.§.vlt.ff.de pœ.& quod ibi no.nã excuſat a pœna tẽporali, licèt nõ ab æterna,vt d.c.denique.& de tem.ord. c.ii.& ibi vide infra in ſequen.§.& vide infra error,in §.an qui errat.

Licèt conſuetudo non excuſet in delicto,vt in c.fi.de conſue. Innoc.in c.i.de treuga,& pace.gl.vl. in c.ij. de tempor.ordin.& ibi Inno.iiij. diſ. denique.viij.diſt. mala. inducit tamen faciliorem cauſam diſpenſandi.text. iuncta gloſſ.de conſue. cum venerabilis, & ibi doct. facit de diuor. gaudemus.de conſanguini. & affinita.ꝙ ſuper his.

Conſuetudinẽ laudamus quę contra fidem catholicã nihil vſurpare di-

gnoſcitur, vt xj.diſ. conſuetudinem. Ideo Prouiſo Solerter circa aliquos ritus gentilium, vel Iudæorum, de quibus propter conſuetudinem ſuſpecti excuſabantur.

Item nota quòd ad hoc quòd conſuetudo excuſet dēt eſſe generalis, [b] & non particularis, vt xj.diſ.catholica, in prin.glo.& c.d.contra morem. & etiam hoc verum, niſi ſit talis conſuetudo oneroſa, vt.xij.diſt. omnia. lxviij.diſ. corepiſcopi: vel niſi pariat occaſionem malignandi, tunc enim reijcitur, ar.xii.diſt.nos conſuetudinem, & in d.c.omnia.xii.diſt. dicitur quòd conſuetudines, quæ neque autoritatibus, nec moribus vniuerſitatis comprobantur, reſecandæ, & repellendæ ſunt, quamuis non ſit talis conſuetudo contra fidem. & eſt gloſ. xi.diſt.conſuetudinem.ergo ſi eſt cōtra fidem, talis conſuetudo non excuſat a peccato, nec a pœna temporali, cum cenſeantur hæretici talem conſuetudinem tenētes, & obſeruantes, & ſicut hæretici ſunt puniendi. Nam qui tranſeunt, vel redeunt ad ritus, & cōſuetudines Iudæorum, non excuſat eos conſuetudo multorum. ſed tanquam cōtra hæreticos eſt procedēdum, vt in c.contra Chriſtianos de hæreti.lib.vj. Et ſic obſeruatur in iſtis regnis, vbi tanta multitudo inuenitur errare, quia omnia munda mūdis, coinquinatis verò omnia sūt coinquinata, vt habetur in epiſtola Pauli ad Ti.c.i.vide infra neophitus.

Sed ex conſuetudine inquiſitores conſueuerunt diffamatos, & ſuſpectos de hæreſi, eos coram ſe reuocare, & monere.de hoc vide infra de ordine procedendi.

Sed ex binario actu videtur crimē trahi ad conſuetudinem. de quo ſupra, bis.

Sed an ex conſuetudine, vel ex iure expreſſo detur pœna ignis ipſis hæreticis, vide ſupra cōburi, & infra pœna, & infra ignis.

Sed de conſuetudine officij inquiſitionis idem accuſator poteſt eſſe teſtis, de quo ſupra accuſator, & infra teſtis.

Sed magis eſt introductum cōſuetudine quàm a iure tempus gratiæ datum per inquiſitores. de quo vide infra rediēs. & ratio eſt in promptu. nam iſti sereniſſimi reges faciūt gratiam eis ex miſericordia, quia aliter nihil poterat eis relinqui, vt dicta. l. quiſquis.C.ad l.Iuli.maieſt. & inquiſitores ſequuntur magis clementiam quàm rigorem iuris, conformando ſe cum eccleſia, quæ eſt pia mater.

Ex conſuetudine ſeruatur, ꝙ qui fuerit lapſus in vno articulo fidei, abiuret generaliter omnem hæreſim, licèt in iſto ſint aliæ opiniones doct. in contrarium, vt ſupra abiuratio, & infra errans.

Qualiter de conſuetudine obſeruetur illud aduerbium, continuò, vide infra continuò, & infra miſericordia & infra rediens, & infra venia.

Quilibet tenetur viuere ſm cōſuetudinem illorū, inter quos verſatur, vt viii.diſ.quæ contra, & xli.diſ. quiſquis.& viatores tenentur ſequi cōſuetudinem loci ad quem veniūt, vt præallegatis iuribus, & xij.di.illa, in tex. & in gl.vl.ar.cōtra ff.de iudi.l. hæres abſens.ex quibus concluditur, dum fueris Romæ, Romano viuito more.

Nota [c] ꝙ cōſuetudo, mores, & vſus differunt, quia vſus, & mores ſonant factū, ex quo deſcendunt. cōſuetudo

ideſt

ideſt ius ſecũdùm Bar.in l.de quibus. in ij. col. in ver. oppoſitũ dicitur hic ſeruari.ff.de legi.

Conſuetudo abuſiua ratione carens non valet.Abb.in c.i.de conſue.

An inquiſitores ex conſuetudine poſſint delegare cauſas proprio motu,& conſtituere ſibi vicarios generales quò ad examinationem teſtium, & alia præparatoria iudicij,& an hoc fiat magis ex conſuetudine,quàm ex iure, vide infra delegatus, & ſupra commisſio.

Nota quid iniungatur ex cõſuetudine ipſis hæreticis redeuntibus ab hæreſi.de quo no.gl.in c.vt officium, de hęreti.li.vj.in §.ſi verò,ſuper ver. conſueuit.vbi declaratur. conſueuit autem iniungi talibus vltra alias pœnitentias, ꝙ cruces deferant ante, & retro: & ꝙ ſtẽt in valuis eccleſiarũ in certis diebus dominicis,& feſtiuis:& ꝙ crucientur pane anguſtiæ, & aqua doloris.de hoc etiam.i.q.vii.quotiẽs & c.ſaluberrimum,& de conſe.diſ.ij. ego Berengarius.ideo in pœnitentijs iniungendis Prouiſo Solerter.

Traſgreſſor conſuetudinis, vt trãſgreſſor legis puniendus eſt,vt xj. diſ. in his.

Sed cõſuetudo peccatũ auget, nõ minuit xxiiij.q.i.ſchiſma.xxxij.q.vij. flagitia,& ibi gl.in ver.omnes, dicẽs ꝙ conſuetudo non excuſat a pœna, c.non ſatis,& ibi glo.de ſimo.

Sed conſuetudo nutritiua peccati non debet ſeruari.nota.in c. ex parte de conſue.

Conſuetudo nè puniantur delicta non valet.Inno.in c. ad noſtram, ad fi.in ver.item in hoc eſt differentia de appel.Bal.in dicta.l. de quibus, ver. ex prędictis apparet.ff. de legi.

ADDITIONES.

a *Conſuetudo in probabilem partitur, & in improbabilẽ.l.2.C.quæ ſit long.conſue.& c.fruſtra.8.diſtin.& c.vlt.extra eod. Vim habet legis, & interpretandi legem.l.de quibus.32.& ſequ. & l. 37. eodem. magna eius autoritas.l. 36. eod. & l. obſeruare §. magni. & l.ſi in aliquam.ff.de offic.procon.vide ſup. annotata ad vocem conuerſatio.Quint.de conſuetudine ſermonis.cap.6.lib.1. vbi eam definit. De conſuetudine ex ſacro ſancto Concil.Trid.hæc habentur, vt ſit attendenda conſuetudo locorum ſeſſ.v.c.2.§. ſi verò.6.c.2.24.c.cauſæ omnes.21.ſeſſ. 25.c.ſtatuit ſancta.6.de reforma.pro lege habetur.c.præterea.7.de ſacra.euca. iuriſditionem tribuit, & officium 22.c. epiſcopi ẽt.Dat poteſtatem vt quis interſit concilio, in literis Pij.iiij. de celebra. conci.Tri.ſeſſ.24.c.prouinciali.2.& 25. c.cogit.2.conſuetudines eccleſiarum approbantur.21.c.cum beneficia.3.ſeſ.22. c.epiſcopi etiam.3.& c.adminiſtratores 9.& 24. c. cum dignitates. 12. quę ſint autem corruptelæ,ſeſſ.23.c.cum præcepto §.quòd ſi. T. V.*

b *Conſuetudo ad hoc vt inducatur tria requiruntur,videlicet diuturnitas tẽporis,frequẽtia actuũ,conſenſus tacitus vel expreſſus totius populi,vel maioris partis iuxta communẽ opi.de qua per Ioan. de ami.de venaſ.cõ.151.nu.7. Et ad probandũ cõſuetudinẽ teſtes deponere debẽt de vſu,actuum frequentia, & longo tempore,& per actus interueniſſe conſenſum populi, & hãc communem affirmant D. meus Philip.Dec.conſ.483.num.25.& Cur.Iun in c.fin.de conſue.fol.61. iuxta paruam æditionem. Q. M.*

Sed per quot actus,& quantum tem-

pus inducatur varia fuit opin. Doct. varietatem hanc refert glo. & Bart. in l. de quibus. ff. de leg. in 1. & 2. comment. vbi latè quomodo inducatur, & probetur. De requiſitis ad probationem eius, Alexand. conſi. 45. & 131. lib. 2. & conſil. 175. lib. 6. Dec. conſ. 215. conſi. 402. Docto. in c. vlt. extra de conſue. præcipuè Rochus Cur. in repetitio. Qui eam ſpacio centum annorum induci contendunt, arguũt ex eo quòd diuturnitas ex more maiorum repetenda ſit, l. more maiorum ff. de iuriſdic. om. iud. l. 1. §. 1. de off. eius cui man. eſt iuriſ. l. pœna. 9. ff. de parri. maiores autem dicuntur vſque ad tritauum. l. 10. de affi. & grad. Liuius ideo ſcribit lib. 27. prætor contendebat flamines ius in ſenatum introeundi nõ vtendo amiſiſſe, quia nec patrum nec auorum memoria quiſquã id ius vſurpaſſet. Receptũq; tamen eſt, vt ſcribit Aemil. ferre. in § ſine ſcripto. inſt. de iur. natu. vt decem anni diuturnos conſtituant mores. iure verò canonico xl. ann. ſpacium requiritur, vt not. in c. vlt. de conſue. Pet. V.

c *Vſus facit morem, ait Ouid. metafor. li. 2. vbi ſic. Illæ more ſuo (nam mores fecerat vſus.) Mores honeſto vocabulo, iuriſconſulti appellant coniugũ vitia, & minus honeſtas actiones. Vlp. inſt. c. 6. Scęuola l. 47. ff. ſol. ma. adde l. vni. § taceat. C. de rei vx. act. Quæ ſit horũ vocabulorũ differentia vide Bud. in Pand. ad l. ius ciuile. ff. de inſt. & iur. Secundũ aũt Bar. & id genus Doct in l. de quibus. ff. de leg. Varro de moribus morem eſſe dicit in iudicio animi, quem ſequi debeat conſuetudo, ſic mos præcedit, ſequitur cõſuetudo. Macro. Satur. lib. 3. c. 8. P. V.*

Contradictores nè exequãtur officiũ inquiſitionis poſſunt excõicari per inquiſitores appel. poſtpoſita, vt habetur in quibusdam literis apoſtolicis[a] diuerſorum ſummorum pontificum, & vide infra impedientes.

Contradicens confeſsioni factæ per eũ in inquiſitione qualiter puniatur, vide ſupra cõfeſsio, & vide in inſtructione inquiſitionis.

ADDITIONES.

a *Immo in pluribus literis apoſtolicis apponi conſueuit hæc clauſula in fine, videlicet, Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, vel ſic. Contradictores autoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Et tunc interpretatio facienda eſt, de iniuſtis contradictoribus, iuxta communem opi. de qua Rui. conſi. 27. nu. 10. vol. 5. quæ clauſula, contradictores. eſt etiam in c. pro illorum. de præben. de qua ibi per Abba. & per Ieron. Cagno. in l. factum ſuum. 19. §. non videtur. ff. de reg. iur. Q. M.*

Contrahens binas nuptias[a] viuente prima vxore, ſi autoritate propria duxit aliã in vxorẽ, & coniugẽ: an ꝙ tales poſsit inquiſitor procedere & tanquã ꝙ malè ſentiẽtẽ de ſacramẽto. & Lapus, Ab. in c. accuſatus, in §. ſanè, de hæ. in vj. dicit ꝙ fuit conſultum ꝙ ſic. & ꝓ hoc facit quia hæreticus dicitur qui committit in vno ſacramento, quia videtur committere contra vnum de ſacramentis eccleſiæ, & per conſequẽs hæreticus eſt habendus, vt de hæret. ad abolendam, in princ. idem ſequitur ibi Dominicus, quia ille facit contra ſacramentum matrimonij, quod habet de ſua ſubſtantia, vt retineat indiuiduam vitam cum illa, cum

qua

qua contraxit,vt in c.fi.de conditionibus appo. nam ſi quis vtitur ignorãter falſis literis, non excuſatur, ſecundùm Hoſt. quia per alios inueſtigare debuit. ſi tamen falſitas erat ita latens, quòd non bene percipi poterat,& ipſe adhibuit diligentiam quã potuit,nec percepit,excuſat⁹ eſt,alioquin non,extra de homici. Ioannes, & c. vlti. vide in ſumma Baptiſtiniana in dictione hæreticus. §. antepenultimo.Sed melius poſſet dici, ſcilicet aut ille contraxit cum ſecunda clam,vel palam:& ſi clam, præſumitur doloſè hoc feciſſe, & non per errorem: & ſic iſto caſu non poterit inquiſitor contra talem procedere. Si autem contraxit palam cum ſecũda,eo caſu non præſumitur in dolo, ſed erroneè hoc feciſſe,putans ſibi licere,& quòd erret in fide,& ſic cognitio talis pertinebit ad inquiſitorem. Idem ſequitur Panor. in c. cum quidam, de iureiuran.& in ſuo conſilio xviij.vide infra hæreticus. Ideo Prouiſo Solerter.vide infra hæreticus.§. ex quibus.

Nota quòd mulier tranſeundo ad ſecundas nuptias non reddita ratione tutelę omnia bona ſua, & mariti ſecundi tacitè ſunt filijs obligata.C. in quibus cauſis taci. pign. contra.l. ſi mater,& in auth.de nup.col.iiij. §. ſi ante tutelam.vide glo.in c.ex parte,de appellatio.

Item ponitur ſimilis quæſtio. quidam frater profeſſus exiuit ordinem & accepit vxorem,quæritur an inquiſitor hæreticæ prauitatis poſſit de hoc cognoſcere, & contra talem procedere. Butrica. in l.iij.C.de ſum. trini.& fide catholi. diſtinguebat, & dicebat de iſta quęſtione illud quod dictũ eſt in §.ſupra proximo,faciendo illam diſtinctionem, aut contraxit clam,aut palam.& ſic iſta deciditur per ſupradictam.

ADDITIONES.

a *Nunquã licuit, etiam de iure naturæ plures vxores ſimul habere niſi ex diſpenſatione diuina.dicente Deo,Erunt duo in carne vna. Gen.2. Et in arca, tot viros, quot fœminas Deus ſeruari iuſſit,vt vide licet eſſet vnica vxor vnius, Gen.7. & Gen.2. dicitur. Et adhærebit vxori ſuæ, non aũt vxoribus, & magiſter ſentẽ.in 4. diſt. 33.c.3.inquit, quòd veniẽte plenitudine tpis.quo Chriſti gratia vbiq; eſt dilatata.reducta eſt lex nuptiarũ ad priorẽ, honeſtiorẽq; inſtitutionẽ, vt vnus vni in figura Chriſti coniungatur. Et dixit S.Bonauentura in d. diſt.q.2. quòd contra legem naturalẽ eſt quòd quis plures ſimul habeat vxores. Ad hoc qđ hic deciditur, quòd inquiſitor procedere poſſit cõtra habentem duas vxores,vel mulierẽ habentem duos maritos, remitto te ad Alber. epiſc.pacen.in tract.de agno.aſſer.catho. quæſt.23.à nu.14.verſi.his tamen.vſque ad fin.d.quæſt.qui pro hac parte concludit reſpondens ad contraria. Q. M.*

Addc. Nuptiæ ſunt cõiunctio maris, & fœminę,conſortium omnis vitæ, diuini & humani iuris cõicatio.l.1 ff.de ritu nup.eadem propè definitio,inſtit.de nup. & 29.q.1.c.1.quæ ratæ,et canonicæ ſint hodie nuptiæ,vide S. Syn.Trid.ſeſſ.24. de reforma.matrimo. P. V.

Continentia & thori coniugalis fidelitas nimis laudabilis eſt inter cõiugatos, & fornicatio nimis deteſtabilis, & odioſa,vt patet per multa dicta, & autoritates ſanctorum. [a] & vt magis

ſeruetur inter omnes[b] continẽtiæ fidelitas, fuit facta quædam conſtitutio a fratre Guillermo dei permiſſione epiſcopo Sabinenſe apoſtolicæ ſedis legato facta, & ædita in concilio apud Vallẽ Moleti Palentinæ diœceſis, &c. Anno[c] a natiuitate dñi Milleſimo. cccc.xxij. iiij. nonas Augusti. quare præfatũ concilium fuit factũ. Sequitur dicta conſtitutio ad literã, quæ ſic dicit, Lex cõtinentiæ, & thori coniugalis fidelitas quandoque per concubinarum abuſum, quandoque per ſecundas nuptias, quas plerique de facto, cum de iure nõ poſſint, contrahunt, cõtra legis diuinę pręcepta indebitè violatur. Ideoq; ſtatuimus, vt quicunque coniugatus concubinam publicè detinere præſumpſerit, vel coniugatus aut non coniugatus conſanguineam, aut ſanctimonialẽ, vel alteri coniugatam; ſeu coniugatus, aut non coniugatus concubinã infidelem præſumpſerit detinere, tã ipſe quàm ipſa eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Pręlati verò ſẽtentiã hui⁹ i ecclesijs faciant ſæpius publicari. vide ſupra caſtitas, & ſupra adulterium, & ĩ. fornicatio.

ADDITIONES.

a *Suſanna pro ſeruanda fide matrimonij expoſuit ſe infamiæ, & morti, niſi ei per Danielem iuſtus dominus prouidiſſet. Dan. c. 13. Quantũ ad actum cõiugalem ad paria vel ſimilia iudicat apoſtolus virum & vxorẽ, Mulier ſui corporis poteſtatẽ non habeat ſed vir. ſimiliter & vi. 1. ad Corin. 7. in prin. Cõiugalis thori fidus cuſtos Vliſſes, teſte Homero, & Ariſtot. Oecono li. 2. c. 3. rogante Atlãtis filia, vt ſecum maneret, ac ſempiternitatẽ pollicente, nec ob id quidẽ prodere voluit vxoris affectum, & amorem, ac fidem. Cũ Circe item ſociorum ſalute promittente manere noluit, reſpõdens ſe magis optare mortalem vxorem, filiumque videre, quàm fieri ipſum immortalem; ſic fidiſſima ſuo Vliſſi Penelope iuuenis pulcherrima ſæpiſſimè a pluribus infinitis vijs tẽtata ſuper pudicitia nouis artibus ſeſe caſtam, & pudicam Vliſſi ſuo tandem redeunti ſeruauit. Quid dicendum de Hipſicratea Põti regina, de Iulia Põpei vxore, & de alijs, quas recẽſeo in 37. c. gratitudinis, & ingratitudinis coniugũ? omni igitur iure (vt dicit hic autor) extollendus eſt amor coniugalis thori, & damnanda, ac vindicanda adulteria, & ſimilia delicta. Quint. Mand.*

b *Sancta Syn. Trid. conſtituit in concubinarios, tã ſolutos, q̃ vxoratos, tu vide eius conſtitutionem ſeſſ. 24. de refor. c. 8. Continentia, quãdoq; nomen eſt generis, temperantiamq; ſignificat. Temperantia verò eſt, autore Cic. de Inuent. lib. 2. rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. Aliter eſt virtus animi, qua nos a corporis voluptatibus continemus, & auocamus, Vall. li. 4. elegan. c. 4 Cic. Tuſcu. 5. ita capitur a Clem. Alexand. ſtrom. lib. 3. qui ſic ait. Non oportet conſiderare continentiam in vno ſolũ genere, nempe in rebus venereis, ſed ẽt in quibuſcunq; alijs, quæ luxurioſa cõcupiſcit aĩa non contenta neceſſarijs. &c. Quandoq; temperantiæ ſpecies eſt, vt ſit a rebus venereis cohibitio, & temperantia, et incorruptę corporis integritatis retentio, quẽadmodũ accipit Lactan. li. 6. c. 23. Tull. eo. loco finit, vt continentia ſit per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur, dicta à continenti, quod continuũ ſignificat & coniunctum, a re corporea ad animum*

mum ducta ſignificatione, vnde continentia cauſæ pro coniunctione & integritate ſumitur in iure. diuidiq; prohibetur. l. nulli C. de Iud. Hinc autem continentia ſtrictiori ſenſu intra limites coniugalis pudicitiæ coercetur. P. V.

c *Nota tempus autoris, ſed ex citatione doctorum poſtea conſtat fuiſſe. P. V.*

Continuò. qualiter iſtud aduerbiũ intelligatur, quãdo aliquis venit ad vnitatem eccleſię vide infra miſericordia, & infra rediẽs, & infra venia. Et circa iſtud verbum, Continuò, eſt notandum quòd de conſuetudine ab aliquibus obſeruatur de prima ſeſſione iudicij a prima die, qua examinatur eius cauſa, ita etiam quòd hoc faciat ſponte, & non propter metum probationum, nec cruciatuum ſecundùm glo. Ray. in ſum. conf. lib. j. ti. xv. q. iij. vbi hæc notantur ſecundùm Rai. ideo Prouiſo Solerter. vide in §. ſe. & de iſto verbo, continuò, vide Abb. in c. cęterũ, de reſcript.

Incontinẽti. qualiter intelligatur hoc [a] verbum, Incontinenti, vide infra miſericordia, & infra rediens. Sed verbum, Cõtinuò [b] ſignificat ſtatim vel incontinenti, ſecundùm doct. in c. cæterum, de reſcrip. & vide in. l. iij. ff. pro ſocio. aliquãdo exponitur pro integro. text. eſt in l. Paulus. §. Caius. ff. de libe. cau. aliquando etiam intelligitur cum temporis interuallo. gl. eſt & ibi Bar. in l. ſtipulatus ſum Dauiam ff. de ver. ob. vide etiam text. in l. Ariſto. ff. de dona. vbi exponitur cõtinuò. i. incontinenti. aliquando exponitur. i. tempore congruo. c. fi. de verb. ſign. lib. vj.

ADDITIONES.

a *Incontinenti eſt iuriſconſultis locutio familiaris, idem ſignificat quod ſine vlla tẽporis interpoſitione, extemplo. continuò vlp. l. 23. §. quod ait Scæuola. l. 135. §. 2. ff. de verb. oblig. Pet. Vend.*

b *Continuò, pro ſtatim, ſeu confeſtim, vt apud Terẽ. in Eunu. Continuò occurrit ad me. nonnunquã recipit aliquod interuallum, vt infra, & in § ſedebunt. in aut. de iud. & c fi. iuncta glo. in verb. continuò de verb. ſig. lib. 6. quæ vult continuos cõmenſales dici etiam ſi ad tẽpus recedant, & ſuper ea latè Geminianus. Q. M.*

Continuò et confeſtim vt accipiantur, in hæretico, continuò, vel confeſtim ad fidei catholicæ vnitatem ſponte recurrẽte, iux. c. ad abolendam. de haret. Pan. in c. excõmunicamus. eod. extra gl. diſtinguit Siman. de carc. perp. tit. 57. in Enchirid. Cald. de hære. c. 16. P. V.

Contritio An ſit [a] neceſſaria in cõfeſſione, ad hoc vt hęreticus recipiatur ad miſericordiam, vide ſup. cõfeſſio, & j. miſericordia & infra redeuntes. & Prouiſo Solerter.

ADDITIONES.

a *Conſtat eſſe neceſſariam pœnitenti, & vnam de partibus pœnitentiæ. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. iij. de pœnit. part. & c. iiij. de contriti. Catechiſ. de ſacr. pœnit. c. quod autem contritio. eod. definiente Concil. ibid. c. 4. Contritio eſt animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo cum propoſito nõ peccandi de cætero. huius definitionis explicationem videas in Catechiſ. de ſacram. pœnit. c. ſed quoniam. vberimam & ſalutarem. Pet. Vend.*

Contumacia [a] An dicatur hæreſis? & dicendum ꝙ ſic, vt eſt gl. xl. diſ. ſi papa. tex. xxij. diſ. §. porrò, de hæreti. cum contumacia l. vj. Nam omnis hæreticus, & infidelis dicitur contumax, vt lxxxi. diſ. ſi qui præsbyteri. xxix. diſ. nulli fas. eſt enim talis contumax in non faciendo, quod iubet eccleſia, & ſic poteſtati dei, & eccleſiæ, quæ a deo eſt, reſiſtit. ſed non ſic intelligendum de illo qui eſſet cõtumax in non comparendo coram iudice, quia pœna talis cõtumacis ſtatuta eſt a iureſcripto, vel cõſuetudine in ſuis caſibus, quia abſurdũ eſſet ſi quis pro qualibet cõtumacia, dum eſſet vocatus, non veniret quòd eſſet hæreticus. nam ſic deſtruerētur omnes tituli, de requ. reis. vnde oportet intelligi in contumace hæretico, quando non venit, nec cõparuit coram iudice vilipendendo eum in obbrobrium fidei, credens nõ eſſe poteſtatem a deo, vt dicit Apoſtolus ad Romanos. xiij. c. & xxiij. q. i. qui culpatur ſpernendo claues eccleſię, & Romanam eccleſiam, & eius miniſtros & pręlatos, quia omnes ab ea sũt xxij. diſ. omnes, ſm And. de Iſ.

Item contumax dicitur infidelis, vt xxxviij. diſt. nullus.

Nota ꝙ ex cõtumacia ſtatim conſurgit vehemens ſuſpitio, licèt crimẽ non ſit plenè probatum. ſed oportet ꝙ ad hoc ꝙ ex contumacia ſurgat vehemẽs ſuſpitio, quòd in citatione exprimatur iſta clauſula, ſcilicet quòd veniat reſponſurus de fide, vel ſe excuſandum ſuper inquiſitione hæreſis formata contra eum: & tunc cum non comparuerit, & conſtiterit de eius contumacia, poterit excommunicari. ſi verò eſt plena probatio contra eum, etiam non facta aliâ monitione, nec alia contumacia expectata, in qua ex communicatione ſi ſteterit per annum animo indurato, tunc illa ſuſpitio vehemens tranſit in violentam præſumptionem, & tãquam hæreticus poterit condemnari. caſus eſt expræſſus in c. cum contumacia, de hære. libr. vj. & in c. excommunicamus, el i. extra eod. tit. §. i. & de præſumpti. c. literas, & c. veniens & C. de hære. auth. Gazaros, & auth. credentes, quæ ſunt approbatæ per c. vt inquiſitionis, in princ. de hæret. in vj. & nota. quòd ſi abſens contumax dedit fideiuſſores, quòd poterit eis indici pœna pecuniaria, vt. ff. de cuſ. reo. l. ſi quis reum. vide infra præſumptio, & infra ſuſpitio. & vide infra excõmunicatio. Ideo Prouiſo Solerter. vide ſupra abſens. §. ſed nunquid.

No. ꝙ ſi quis accuſatus vel conuẽtus ciuiliter vel criminaliter & contumax excommunicatus per annũ ſteterit, eo lapſo pro conuicto habetur, vt xi. q. iij. rurſus, & c. quiſquis. tamẽ veniens tempore elapſo ſi ſe vult defendere, auditur de crimine: ſed bona non recuperat, vt ff. de requi. reis. annus. ergo in hæreſi ſola præſumptione, quamuis vehementi, non tamen probabili de tanto crimine non condemnatur quis, ex quo negat, & paratus eſt eccleſiæ obedire. ſed ex ſuſpitione & obſtinatione, & lapſu anni, per quem ex communicatus ſtetit contemnendo eccleſiã & ſt Petri claues, vt dicitur in ti. de pę. c. vl. & de ex ceſ. prælato. c. vl. aliâs ſi ſola ſuſpicio habetur quãuis vehemens & paratus ſit hæreſim abiurare, recepta tamẽ ſecuritate cũ iuramento, ꝙ timore pœnę tẽporalis debeat coercere, admittitur

titur & imponitur ei diſcreta pœnitẽtia, ex qua appareat, vtrũ in tenebris ambulet an in luce. Et ſi bene agẽdo pœnitentiam Catholicum, & bene conuerſum ſe oſtenderit, non debet indebitè moleſtari. aliàs ſi fictam pœnitentiam agat, tanquam hæreticus condemnatur. Ideo Prouiſo ſolerter. de hoc vide de præſumpti. literas, & Hoſtien. in ſumma, titul. de præſumptio. §. vlti. ver. & eſt notandum, & in tit. de hæreticis. §. qualiter deprehendatur, ver. ſed nunquid, & verſi. ſequenti.

Sed qui contumaciter ſe abſentat prouiſum eſt de remedio, vt debeat excommunicari. & ſi per annum [b] in excommunicatione perſiſtit, quòd talis velut hæreticus puniatur, vt in d.c. cum contumacia, de hæreti. libr. vj. ſed ponamus ꝙ in rei veritate iſte, qui videtur cõtumax, nõ eſt hęretic[9], nunquid huiuſmodi pœna in eum inflicta a iure teneat? & dicẽdum ꝙ ſic. quia contumax fuit & in rei veritate cõparere tenebat corã iudice; cũ ſententia excõicationis iuſta, vel iniuſta timenda eſt, vt ỹ. excõicatio, & ſupra abſens, & dicto §. ſed nunquid.

Cõtumax enim venire tenetur coram iudice, vt in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & ff. de iuriſdic. om. iudi. l. ij. vbi hoc tenet Bal. ſed Bar. in d. l. abſentẽ. ff. de pœ. dicit ꝙ talis habetur pro confeſſo propter cõtumaciam. ſed ſi poſtea conſtaret iudici de innocẽtia contumacis, nõ poſſet ad punitionẽ criminis procedere. de quo vide ſupra confeſsio, in. §. an & quando, & §. ſequenti, & vide ſupra abſens.

Nota quod dicit Ant. de Bu. in Cl. i. de dolo & contu. ꝙ aliud eſt conſtare manifeſtè de contumacia: & aliud conſtare de contumacia manifeſta. vnde iſta ſimul ſtant, ſcilicet ꝙ cõſtet manifeſtè de crimine, vel de cõtumacia alicuius, licèt dictum crimen, vel contumacia non fuerint manifeſta, ſeu manifeſtè commiſſa, vt ibi per eũ & etiam in ſimili dicit Bar. ff. ſolu. matrim. l. Titia. quem communiter ſequuntur canoniſtæ, ꝙ quando dubitatur ſuper matrimonio, vel vſura, & ſimilibus, facit differentiam an dubitetur in iure, vel in facto. & plenius per Domi. c. fi. in fi. de fo. com. lib. vj.

ADDITIONES.

a *Cõtumax eſt, ait Hermogenianus, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgò peremptoriũ appellant, literis euocatus præſentiã ſui facere contẽnit. l. 53. §. 1. ff. de re iud. l. 5. ff. de pœn. l. 7. & 8. C. quom. & quan. Item qui non obtemperat imperio prætoris l. 1. §. propter. ff. de poſtul. l. 19. ff. de dol. l. 3. §. condemna. ff. de tab. exhib. inde contumacia illè contemptus, Contumax dicitur pertinax, propoſiti tenax, & propriè inferiorũ eſt in ſuperiores, Cic. ad Heren. lib 4. in ſuperiores contumax, in æquos & pares faſtidioſus. contumax inquit Donatus, dicitur contemptor potiorum, Dictum volũt a contemnendo, vel vt alijs placet, a tumore. i. ſuperbia, Contumax autore Philone de Temulentia, eſt qui negligit parere virtuti vel legi, qñ cõtentioſus euadit eſt peior. qñq; proteruus fit, qñq; temulentus, & ita per gradus diſtinguitur quadripartitò. quod valde notandũ eſt. Item quidam verus dicitur, quidam præſumptus, l. ex cõſenſu §. vlt. cũ gl. ff. de appel. De cõtumacia hæretici. c. cũ contumacia. de hæret. lib. 6. Siman. in Enchir. tit. 46. Cald. de hæret. tit. 9. Pet. Vend.*

Abbas

b *Abbas in c.cum P.de purg. can. Fel. in c.excommunicamus. 1.col.2. verſ.no. in §. qui aũt pœnam non currantis ſe purgare de hæret. Vmbert. in indic.inqui.in verb.contumax. verſ. datur etiam alius poſt nu.4. Simanc. Enchir. titu.45. de abſentibus.* Q. M.

Conuinci & [a] cõuictus. quibus modis quis conuincatur de hęreſi, vide infra probationes.

An leuia [b] ſigna ſufficiant ad conuincendum quem de hæreſi? & dicendum quòd ſic, vt in c. literas, de præſump. ſed hoc debet intelligi ſecundũ notata in l.ij.C. de hære. & ſic tranſit Io. de Imo. in Cle. i. eo. ti.

An & quando conuictus recipiatur ad miſericordiam, vide infra miſericordia, & infra redeuntes. Et dicẽdum quòd non conuictus, ſed ſola ſuſpitione notatus, non aliter eũ eccleſia recipit, niſi propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerit, vt in c. ad abolendam. §. qui verò. c. excommunicamus. §. i. & in auctent. Gazaros. C. de hæreticis. ergo multò minus conuictus per teſtes recipiendus erit, vel abſoluendus propter ſuam ſolam negationem, quia aliàs ſuam innocentiam non demonſtrat, ſicut nec demonſtrare poteſt, ex quo conuictus eſt per teſtes idoneos, cõtra quos nihil dicit: nec aliàs ſe defendit. Ideo PROVISO SOLERTER. vide infra miſericordia, & infra rediens.

Sed hæreticus per hæreticum conuinci poteſt, vt in quadam conſt. Fri. Imperatoris, quæ incipit, Gazaros.

An conuicto de hæreſi poſſit ſibi imponi pœnitentia pecuniaria, cum omnia bona ſua veniant confiſcanda? vide infra pœnitentia.

ADDITIONES.

a *Cõuictus is poſſe dici videtur ex l. qui ſententiã. C. de pœni. qui ſic in obiecto flagitioſo ſit deprehẽſus, vt vix etiam ipſe, ea quæ commiſerit, negare ſufficiat, quod & comprobatur ex l. cum reis, eod. titu. & l. vltima de probat. & l. vbi. de fal. C. Vnde Cic. 2. in Catil. conſcientia conuictus reticuit. Confiteri verò quis in iuditio non tantùm voce ſua, ſed & literis, et quocunque modo poteſt, conuinci autem non niſi ſcriptura, aut teſtibus poteſt I. Pau. lib. 5. ſenten. recept. tit. 5. de conuictis, extat Egidij Boſsij tractatus, cum ſi libet vide.* P. V.

b *Leue argumentum pro probabili capit Hoſtien. in ſum. tit. de hær. c. qualiter. §. ſed quod vocas.* P. V.

Copia. [a] An in generali inquiſitione detur copia articulorũ? & dicendum quòd non, vt tenet Arc. in c. deus omnipotens. ij. q. i. gloſſ. de accuſa. ſicut olim.

Sed an inquiſito debeat dari copia articulorum, antequam reſpondeat ad inquiſitionem? tex. eſt, & qđ nota. iij. q. ix. decreuimus. Hoſtien. de ſimo. licèt Heli. vide infra inquiſitio. ſed dicendum quòd ſi accuſatus in inquiſitione petat copiam accuſationis, quòd debet ſibi dari & non denegari, ſicut ſolet dari in alijs criminibus, in quibus imminet minus periculum quàm in inquiſitione, vt extra de accu. qualiter. & quando. §. debet cum ſuis concor.

Sed an copia interrogatoriorũ ſit danda parti? & dicendum quòd non, ſecundùm docto. de teſt. per tuas. nota. in c. præſentium, de teſti. li. vj. glo.

in ver. interrogatorium. ſecùs in cõpia articulorum, ſuper quibus ſunt teſtes examinandi. Inn. in c. per tuas de teſti.

An nomina teſtium ſint danda in ipſa copia quæ datur ipſi delato, vide infra nomina, & infra teſtis.

Copia defenſionis eſt danda delato antequam ſubijciatur torturæ, vt tenet Bar. in l. fi. ff. de quæſtionibus.

Item ex teſtibus in generali inquiſitione receptis non poteſt quis condemnari, niſi prius ſibi detur copia defenſionis, & iterum probationes ſufficientes fiant, vt voluit Innoc. de elec. bonæ. el. 1. & ſpe. in titu. de nota. crimi. in prin. de quo vide ĩ. teſtis.

Item ſciendum quòd copia abiurationis debet mitti per inquiſitores ad omnes illas eccleſias, quæ fuerũt ſcandalizatæ ex tali antequam hæreſim abiuraret: vt quæ malè fuerunt ædificatæ de peruerſo, gaudeant, & ædificentur de conuerſo, vt eſt textus in c. conuenientibus. 1. q. vij. & ibi gl. vide ſupra abiuratio.

ADDITIONES.

a *Copia inditiorum in generali inquiſitione, aſſumptorum non eſt danda parti, c. qualiter. §. debet. de accuſ. c. cum oporteat. & ibi communiter Doct. & c. Inquiſitionis. in fin. eod. Phil. Franc. in c. 1. & 2. eod. lib. vi. Aegid. Boſſ. prax. crim. tit. de delinquen. nu. 4. vbi atteſtatur de communi, vide tamen in tit. de inquiſitione. nu. 70. & ſeq. vbi plenius. & quòd iuxta conſuetudinem non detur copia, atteſtatur Ant. de Cana. de quæſt. in 2. mẽbro poſt nu. 52. & Iul. Clar. ſent. lib. 5. q. 49. verſic. Hæc autem omnia. idem voluit Vmbert. in Iudi. inquiſito. hoc ipſo verbo Copia. Quint. Mandoſius.*

Copia propriè pro abundantia accipitur, vnde copię, exercitus multitudo. hic autem pro facultate aliquid faciendi, velut legendi teſtimonia, quemadmodum capitur apud Virgil. in eo verſu. Poſtquam introgreſſi, & corã data copia fandi. non autem vt vulgus intelligit accipienda, pro exemplo, niſi impropriè. Elicitur ex l. 1. ff. eden. vtriuſque probatio. ait enim. copiam deſcribendi facere. Præterea pro præſentia, vel exhibitione ſui. Martian. in l. 1. ff. de requi. re. vt copiam ſui præſtet. inquit, et l. prætor. 2. & l. hęc autem. 5. ff. quibus. ex cau. in poſſ. eatur. & pro cibarijs quæ publicè præbentur, accipiuntur copiæ, in l. ob negocium. 10. ff. de nego. geſt. Val. max. lib 5 c. 1. Plin. in Panegy. Per. Vend.

Conuocare poſſunt inquiſitores clerum & populum, vt interſint ſententijs officij vel alijs opportunis dicti officij, in quibus ipſis viſum fuerit ꝙ debent conuocari, vt in c. vt commiſſi, de hæreticis in vj. & etiàm poſſunt conuocare peritos pro examinatione proceſſuũ vt infra periti. Item poſſunt inuocare bailiuum, ſeu poteſtatem vt eis aſſiſtant tempore ſentẽtiæ cum aliquis eſt relaxandus, vel condemnandus, vt dicto. c. vt commiſſi, & vide infra de forma quæ teneri debet, quando aliquis eſt tradendus curiæ ſæculari.

Cor Deus reſpicit. a de vſuris, in ciuitate. vbi glo. allegat con cor. xv. q. vj. c. i. in fi. gloſſ. in l. ij. ff. de donatio inter vi. & vxo. ij. q. iiij. conſuluiſti. xxxij. q. v. Chriſtiana. Nam b deus eſt qui ſcrutatur renes, & corda & qui interrogat cor & audit in corde, & nihil ignorat, vt dicta. xv. q. vj. c. j.

c.i.& de iudi.c.nouit vide infra deus.

Sed fides principaliter conſiſtit in corde: ſecundariò in ore. de quo vide infra, fides.

An ex corde, & ex mente iudicetur quis hæreticus, vide infra hæreticus.

An homo poſſit de corde iudicare, vide infra iudex. & iudicare.

Sed cor debemus habere ad deum dum miſſa celebratur. de conſe. diſ.i. quando autem ſtamus.

ADDITIONES.

a *Reg.1.c.16. Homo enim videt ea quæ apparent dominus autem intuetur cor. & 3.reg.8. poſt medium. Quia tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominũ. Hinc patet quantum errent, qui affirmant dæmones ſcire cogitationes noſtras, quod & ſentire viſus fuerat D. Auguſt. vnde meritò ſe correxit lib.2. retract.c.30. ſuper quo etiam habemus tex. in c. quodam loco dixi dæmones aliquando hominum diſpoſitiones, non ſolùm voce prolatas, verùm etiã cogitatione conceptas, &c. 26.q.4. Quint. Mand.*

b *Hoc caput eiſdem verbis legitur apud Calde. de hære c. ex quibus inditijs. nu.4. Pet. Vend.*

Corrigere. a Nè pudeat vos errores veſtros corrigere, in c. qualiter, & quando, el j. extra de accuſatio. ſed ſi in aliquo errauit iudex, non debet ſponte fateri errorem ſuum, nè vileſcat eius autoritas: nec debet errorem ſuum defendere, ſeu in eo perſeuerare. aliàs eſt pertinax. Abbas in dicto. c. qualiter & quando, el j.

Corrigũtur homines ſi vitia odio habeant. lxxxvj. diſt. odio.

Qui alios vult corrigere de eodem crimine, in quo ipſe corrigens ſtat inuolutus, non mouetur bono zelo ad correctionem alterius, ſi prius ſeipſum non corrigit, qui nõdum eſt cor rectus. nam, vt ait Cato, turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum, & iij.q.vij. qui fine, & ea.q. §. porrò, in fi. & c. iudicet, & j.q.j. multi, & xxv. diſtin. c. vlt. & xxxv.q.vj. epiſcop⁹ in ſinodo, & extra de teſt. cogẽ. præterea. & de ſpon. cũ in tua, & ij.q.j. ſi peccauerit, & gl. fin. in c. nouit, de iudicijs.

An volens ſe corrigere ſit iudicandus hæreticus, vide j. hæreticus.

An, & quando liceat iudici recipere teſtem volentem corrigere dictum ſuum, vide infra teſtis, & vide Bar. in l. ſi poſtulauerit. §.j. ff. de adult. & l. repeti. ff. de quæſtio. & l. qcquid aſtringendæ. ff. de verb. obli.

Sed malos quos non poteſt eccleſia, corrigere ſæcularis poteſtas debet coercere. xxiij.q.v. principes, & c. inceſtuoſi.

Sed pater ſciens filios, vel vxorem facere aliqua contra fidem, debet eos corrigere, & acrius reprehendere, & caſtigare, aliter non excuſatur a pœna filiorum, vt de ſimo. licèt Heli, vide infra Heli, & infra error.

Pater corrigere tenetur filiorum exceſſus, aliàs peccat: & tenetur enim ad hoc. xxiij.q. iiij. duo iſta. vide bonum tex. xlvij. diſt. in §. neceſsè. facit c. non putes. xxiij.q.v. Abb. in c. licèt Heli, de ſimo. in j. col. facit illud Salomo. qui parcit virgis filium odit, & quos de⁹ diligit corrigit, & caſtigat, vide bonũ text. in c. cum beatus xlv. diſt. & ibi bona glo. vide j. Heli.

Quien vno caſtiga, ciento hoſtiga. vide j. executio. §. qualiter autem.

Maritus

Maritus poteſt vxorem ſuam leuiter caſtigare, licèt dederit cautionem propter ſæuitiam de qua timebatur, vt not. in. c. quemadmodum. de iureiuran. & ibi plenè per Abb. in glo. vlti. & vide gl. in c. ſicut. vij. q. i. & textus iuncta glo. in c. placuit. xxxiij. q. ij. & Lu. Ro. in notabilibus ſuis, in verbo maritus. & vide notata in c. ex tráſmiſſa, de reſ. ſpo. vbi eſt materia.

A correctione malorum non eſt ceſſandum. xxiij. q. iiij. ſicut non eſt, & c. ipſa pietas.

Corrigendi ſunt pauci, vt multi ſaluentur. xxiiij. q. iij. ecce autem crimina.

Qui vult ſe corrigere de delicto, an ſit puniendus, nota. de exceſ. prælat. c. inter dilectos, in glo. prima.

Vſque ad quantum tempus poteſt hæreticus ſe corrigere? vide Archi. in c. commiſſi, de hære. li. vj. Matthæ. in Cle. fin. eod. titu. gloſſ. xxiiij. q. i. quæ dignior.

Corrigendi ſunt delinquentes mãſuetudine, & non ſeueritate. de quo vide. xlv. diſ. licèt, & c. nõnunquam. & c. recedite. ſed contrarium credo in crimine hæreſis, vt infra executio, & infra pœna.

ADDITIONES.

a *Corigere eſt dirigere quem ad virtutẽ & a vitio reuocare, vel emendare adimendo vitia, inſerendoq; virtutẽ. quod fit aliquando docendo, monendo, comminando, corpus affligẽdo, vel bona, vel res auferẽdo, vel ſimilia grauiora ve in rebelles irrogando. quibus corrigendi rationibus nos vti ſacri canones & veteres 45. diſtin. 94. c. vlt. 95 c. eſto ſubiectus. c. debet extra. de off. ordin. nouiſſimè S. Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. 21. c. 6. & 8. 25. c. 14. de reforma: D. Aug. lib. 1. c. 9. & libr. 9. c. 16. vbi de eius vtilitate. Correctio ſanè cum ſit emendatio quædam, quod in orationis emendatione. li. 10. c. 4. Quin. exigit, id ad emendationem vitæ transferamus, vt ſit huius operis adijcere, detrahere, mutare quod placeat vel diſpliceat, orationi, ſic etiam pari ratione moribus noſtris, ſed facilius in his, ſimpliciuſque iudicium, quæ replenda, vel deijcienda ſi n , premere verò tumẽtia, humilia extollere, luxuriantia adſtringere, inordinata digerere, ſoluta componere, exultantia coercere, duplicis operæ. Hæc autem emendatio quædam ſui, quædam aliena: nos enim primò ſicut autor docet corrigere debemus. Aliena verò quædam competit priuatis, vt in filios, ſeruos, vxorẽ, familiamque noſtram, in diſcipulos, C. de emen. propin. l. locum. §. ex eo. cum ſeq. de vſuf. Inſt. & ff. de his qui ſunt ſui, & de pat pot. C. de emenda. ſeruo. C. l. ſed ſi. 5. §. ſi magiſter. ff. ad l. acquil. & l. item quæritur. §. ſi quis. cum ſequ. ff. locat. in vxorem (quod præterieram) l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſolu. matri. item creditori, l. eleganter. 24. §. vlt. de pignorat. actio. Quatenus ea procedere liceat, in citatis comprehenditur, & l qui ſeruum, de verb. oblig. l. quid ergo. §. ſi hæres. de leg. 1. & de pigno. ſeruus quem ff. Aſcribitur enim modus, intra quem priuata conſiſtere debeat, emendatio. Quædam verò correctio, & emendatio competit tantùm magiſtratibus, non ſufficiente vel locum ſibi non vendicante priuata, quæ paſſim in legibus in pœnam eas tranſgredienti ſtatuta eſt, maximè tit. de pœnis. ff. & C. nominatim verò de off. præfecti vrb. l. 1. §. cum patronus. & l. vlti. de in ius vo. leuis coertio priuatis permittitur ex locis iuris allegatis, potiſſimùm, C. de emend.*

emend. propin. & de emend. ſeruo. quæ quanta poſſit eſſe ibidem declaratur. & l. prætor edixit. §. præterea. ff. de iniur. & l. locum. § ex eo. ff. de vſuf. Ea quam dixi priuatam non vtimur, niſi in eos, in quos iuris aliquid habemus, Eſt alia latior, cui locus eſt in amicos amicitiæ iure, de qua ſcribitur a Cic. de offic. quędam alia longè potentior eſt, in extraneos, quæ fraterna correctio appellatur, a iure canonico prodita, c. nouit. de iud. & ad ipſum Panor. D. Auguſt. de ciui. dei. li. 15. c. 6. lib. 1. c. 9. fratres enim ſumus omnes hoc iure, Matth. c. 23. Apoſt. ad Epheſ. c. 5. & in oratione Dominica, Quinimo, & inter nos cognationem quãdam natura conſtituit. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Cic. de fin. lib. 5. nihil inquit, eſt tam illuſtre, nec quod latius pateat, quam coniunctio inter homines &c. Verùm duo poſtrema genera in monitione, & reprehenſione verſantur nec vltra vagantur. Sciendum quoque in iure ciuili correctionem, quæ pœnas adhibet, appellari ferè ſemper nomine caſtigationis, vt ex iuribus allegatis apparet, in canonico non itẽ Correctio demum, eſt figura verborum. Quint. 9. c. 3. P. V.

Corpora cęleſtia [a] an poſſint imprimere in intellectum & voluntatem directè? & reſponderi poteſt [b] quòd impoſſibile ẽ corpora cœleſtia, ſicut ſunt planetæ, & alia, imprimere directè in intellectum, & voluntatem, ſed tantùm indirectè in quibuſdam beſtialibus hominibus, qui rationem & intellectum ſubijciũt appetitui ſenſitiuo. Huiuſmodi vani homines, & inſani recurrunt ad dæmones, a quibus per quædam occulta pacta multa futura intelligunt: vnde Augu. ij. ſuper Gene. ad literam dicit, fatendum eſt quomodo a mathematicis vera dicuntur, inſtinctu quodam occultisſimo dici, quem neſcientes humanę mentes patiuntur, quòd tamen ad decipiendos homines fit ſpirituum immũdorum, & ſeductorum operatione, qui quædam vera de temporalibus noſſe permittũtur, de hoc vide J. dæmones inuocantes.

Curſus ſtellarum, vel planetarum fallaciam an liceat attẽdere? & dicendum quòd non licet nobis in noſtris agendis inſpicere curſum ſtellarum, vel inanem fallaciam planetarum, cum omnia quę agimus verbo, aut opere in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facere debeam [c], & ei gratias agere, vt ſupra in proœmio.

ADDITIONES.

a Corpora cæleſtia quædam, alia terreſtria etiam D. Paulus ad Corint. 1. c. xv. ſcribit eſſe. item D. Ieron. ad Pammachium aduer. erro. Ioan. Ieroſ. Cæleſtia quæ ſint de quibus hic agitur, autor ipſe declarat, & D. Ieron. ibid. Omne quod poteſt videri corpus dicitur, Seru. in Aeneid. Virg. vi. Cic. 2. de orat. corpus intelligi ſine loco non poteſt, vnde in iure dicuntur quædam res eſſe corporales, quæ tãgi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis. incorporales quæ tangi non poſſunt qualia ſunt ea, quæ in iure cõſiſtunt, ſicut hæreditas, vſusfructus, obligationes quoquo modo contractæ ſunt l. 1 ff. de rer. diuiſio. ex quo intelligitur ſola indiuidua rerum corporalium nomine contineri, quod ea ſola ſub ſenſus cadant, non ſpecies vel genera, videlicet intelligendum eſt de hoc fundo puta Tuſculano. hoc homine puta Petro. Corporum genera tria eſſe traduntur a Paulo in l. rerum. 30. ff. de vſur. &

in

*in l.rem.ff.de rei vend. Vnum quod conti
netur vno ſpiritu, & grecè ἡμωμένον
vocatur, vt homo, lignum, lapis, & ſimi
lia, alterum quod ex contingentibus, hoc
eſt pluribus inter ſe cohærentibus conſtat
quod συνημένον, vocatur, vt ædificium,
nauis, armarium, tertium quod ex diſtan
tibus conſtat, vt corpora plura ſoluta, ſed
vni nomini ſubiecta, veluti popul⁹, legio
grex. ad hæc collegium. l. 1. §. in collegia.
ff. quod cuiuſq. vniuer. nom. hinc titulus
de collegijs, & corporibus illicitis. ff. lib.
47. pro parte populi Liui. 1. ſui corporis
creari regem volebant. pro corpore ciui-
tatis. Liu. 26. corpus nullum ciuitatis nec
ſenatum, nec plebis conſilium, nec magi-
ſtratus eſſe, Inde etiã pro volumine. Cic.
ad Lucceium. libr. 5. à principio vnius ra-
tionis vſque ad redditum noſtrum vide-
tur mihi modicum quoddam corpus cõ-
fici poſſe. Conuenit generi primo quod ait
Cic. pro Marcello. Vita corpore & ſpiri-
tu continetur. Item pro carne ſola. Cic.
Gallo. Vires & corpus amiſi. Scribit &
D. Ieron. citato loco diuerſis modis acci
pi corpus, inquit enim, corpus quãquam
& caro dicatur, interdum tamen æthe-
reum, vel aereum nominatur, quod ta-
ctui, viſuique non ſubiacet, & plerun-
que viſibile eſt atque tangibile, et ſubiun
git exempla. Hanc diſtinctionem corpo-
rum a Plutarco de cõnu. præcep. deſum-
pſiſſe iuriſconſultum ait Alcia. li. 2. præ
termiſ. primum verò genus φισιxὸν vo-
cari, grecè τεχνικὸν, verò ſecundum,
& ita græca verba reponenda in præcita
ta lege, itaque primum naturale, ſecun-
dum artificiale dici Latinè. Diſolertici
definiunt corpus id quod tribus dimenſio
nibus conſtat altitudine, latitudine, pro-
funditate. T. V.*

b *De his per xi. capita priora libr. 5. de
ciui. dei. confutatis opinionibus erroneis
diſſeruit acutiſſimè D. Augu. aliquid &
de Iero. aduerſus Ioui. lib. 2. & Elbidiæ.
quæſt. 10. Genethliacorum genus, qui &
mathematici, horoſcopi, & aſtrologi ap-
pellantur, edito Chriſto reprobatum eſt.
26. q. 4. c. 1. Vide quæ annotaui ad vo-
cem Aſtrologia, vide Albertin. de aſ-
ſertio. Cath. q. 16. nu. 1. & 8. T. V.*

Credentes [a] hæreticorum [b] pro
ximi ſunt hæreticis,
& pari paſſu ambulant, vt de hæreti-
cis. excommunicamus. §. credentes.
C. eo. ti. aut. credẽtes. quæ fuit Fride
rici imperatoris, in x. coll. & eſt ap-
probata e. ti. vt inquiſitionis, in prin.
li. vj. & in quadam conſtitutione Ale
xandri, quę incipit, Nouerit vniuerſi
tas. §. credentes.

Credens hæreticorum propriè di-
citur ille qui ſequitur errorem, quem
aliquis gignit. & hæc eſt differentia
inter credentes, & hæreticos. nam hæ
retic⁹ propriè dicitur ille qui gignit
errorem vt infra detegitur, & credẽs
eſt qui adhæret errori illius, & ſequi
tur illum: & eſt ratio. nam hęreticus
eſt principium erroris, & credens ap
probat illum errorem, quem alius in
uenit. & ſic intelligendum eſt quòd il
lud quod dicitur de hæretico, debet
intelligi de credente, quia ſunt pares
in ſcelere, & ita debent eſſe in pœna,
vt de hęreticis, in c. penul. & meritò
quos par facinus coinquinat, & æ-
quat, eos quàm par pœna percellat,
vt. C. de epiſcopis & clericis, ſi quem-
quam, vt ſupra dictum eſt.

Item illi [c] dicũtur credentes hære
ticorum, qui verbis, vel factis oſten-
dunt ſe credere erroribus, quos alij
genuerunt. Nam per ſua verba & per
ſuam aſſertionem iudicatur credens,

quia

quia ex verbis detegitur intentio voluntatis, vt. ff. de ſuppel. lega. l. Labeo. & propria voluntas in confesſione monſtratur, vt xxij. q. ij. is autē. Ideo PROVISO SOLERTER.

Item factis oſtenditur quis credēs hæreticorum, dum id facit in quo monſtratur ipſe error, & ſe credens illum: vt puta quia ſcienter adorat hæreticos, & vadit ad prædicationes eorum. vel exhibet eis reuerentiam ſecundùm ſuos mores: vel recipit ab eis conſolationem, vel communionem, imò verius deſolationem, vel manus impoſitionem, vel alia faciūt quæ pertinent ad ritum, ſeu ſectam ſuperſtitioſæ religionis illorum. Nā talis dicitur eſſe credens hæreticorū, vt de hæreti. li. vj. in c. filij. Ideo PROVISO SOLERTER. quia videre meo iſti qui tranſeunt ad ritus Iudæorum bene poſſunt dici credentes hæreticorum.

Non enim refert an quis declaret opinionem ſuam verbis, an factis vt ff. de legi. l. de quibus, in fin. xx. q. i. quem progenitores. xi. q. iij. exiſtimant. Nam ex factis præſumitur de effectu, vt. ff. de dolo. l. dolum, & . ff. de excep. do. l. i. in princ. ff. de condi. inſti. l. quidam teſtam, in fin. extra de biga. nuper. xxxij q. v. qui viderit, & c. ſicut enim. imò plus eſt facto, quā verbis aliquid facere ad declarādam voluntatem ſuam, vt de appella. c. dilecti, & dicto c. exiſtimant. & concor. de conſti. c. cum acceſſiſſent, & c. i. in fi. lib. vj. & ſignanter dico quòd quis detegitur credēs ex factis, in quibus exprimitur ipſe error: nam ſi in ipſis factis non exprimeretur error, non cenſeretur propterea credens. Hinc eſt quòd quantuncunque quis perſiſtat, publicè in peccato mortali, puta ſi eſt publicus vſurarius, vel ſimiles: contra tales tamen nō poſſet procedi tanquam contra hæreticos, vel credentes, niſi alia ſubſint, vt de hæreti. c. accuſatus. §. ſanè, li. vj. de quibus infra dicetur. Et ex prædictis cōcluditur quòd tales credentes verè cenſentur hęretici. & pari pœna cum hæreticis iudicantur, vt de hæret. c. penul. §. fi. de verbo. ſign. c. ſuper quibuſdam, in prin. & C. de epiſc. & cler. & de hoc vide infra pœna. Ideo Prouiſo Solerter. vide infra detegitur, & infra facto.

Sed circa prædicta quæritur, ponamus, quòd aliquis [d] ſaltem viſitauit hęreticum, vel ei præſtitit alimoniā, nunquid ex prædictis cenſebitur credens, vel hæreticus? Et dicendum quod non, niſi talis fuerit relapſus, vt in dicto. c. accuſatus. §. ille quoque. ſed reputatur aliàs fautor, & receptator, vt infra apparebit de fautoribus, & receptatoribus. Et per hoc oſtendit ſe ſuſpectum de hæreſi, adeò quòd erit ſibi purgatio indicenda, vt de hæret. c. excommunicamus, & c. qui autem. de quo vide infra de fautoribus, & receptatoribus, & infra de purga. Ideo Prouiſo Solerter.

Sed ponamus quòd aliquis vadit ſcienter ad audiendum prædicationem hæreticorum, vel dogmata eorum, nunquid erit cenſendus credēs? vide ſupra ſuper parte, bis. Et dicendum quòd ſi iuerit vltra quàm ſemel quòd cenſendus eſt credens, cum par crimen, & par culpa ſit diſcere, & docere, vt C. de male. & mathe. in l. culpa, quia ex binario actu videtur crimen trahi ad conſuetudinem, vt. C. de epiſco. audi. l. nemo, ver. ſed is.

ad

ad quod de vi.& ho.cle. vt clericorũ. Si verò iuerat tantũ ſemel, & poſtea vlterius noluerit redire ad audiendũ vel diſcendum talia dogmata, tunc non iudicabitur credens:quia non videtur approbaſſe quod poſtea euitauit, vt de præſumpti.c.ex ſtudij.ff. de ritu nup.l.plenam. & de diuor.l. diuortium. de hoc no.Arch.e.ti.c.ii.li. vj. Quis credens, vel hæreticus intelligitur verè, quãdo ſcienter, & penſatè quæ audit continuando videtur approbare verbis, vel factis. vide ĩ. detegitur. Ideo Prouiſo Solerter.

An credens aliquid per errorem dicatur hæreticus, vide infra hæreticus §.vnde dicatur.

Credens pertinax, & hæreticus eſt ille, qui conuictus tenaciter credit, & defendit illum errorem, nec vult eũ recognoſcere, & deteſtari, & redire ad eccleſiæ vnitatem: imo recuſat hæreſim abiurare, vel ſe purgare ad arbitriũ epiſcopi, vel inquiſitoris. hoc probatur.xxiiij.q.v. qui in eccleſiam extra de hær.c.ad abolendã.§.laicus de ver.ſig.ſuper quibuſdã, in prin.de hære.ex.dicamus.§.ſi q̃s verò, & per Archi. extra eo.c.ij.in prin.l.vj.

An qui pertinaciter credit ꝙ exercere vſuras non ſit peccatum, ſit hæreticus, vide infra hæreticus.

Infideles ideo non credunt in ſanctam fidem catholicam, quia eis deſuper non eſt data gratia, vt xxiij.q. iiij.in c.Nabuchodonoſor.§. nemo, & in §.item Auguſt.

An omnes Chriſtiani teneãtur credere trinitatem explicitè, vide ſanct. Tho.ij.ij.q.ij.ar.viii.& ar.v.

Non eſt credendũ illi qui fidei veritatem abiecerit.ij.q.vij. non poteſt & lxi.diſt.epiſcopum.

Quæ ſint credenda de fide trinitatis, & diuinæ vnitatis, vide de conſec. diſ.ij.omnes quos.

No.ꝙ creditur vni reuelãti inſidias factas eſſe papæ, ſeu cõſpirationem, & idem in crimine læ.maie.vt.lxxix. diſ.ſi quis papa.vj.q.j.§.verum, in c. ſunt plurimi.

An accuſatio habeat locum poſt mortem contra credentes hæreticorum, ſicut habet locum contra hæreticos, vide ſupra accuſatio ſed dici põt ꝙ non, vt ĩ.defunctus, eo quia morte eorum huiuſmodi crimina extinguuntur, vt probat tex.in c.accuſatus.§.porrò, de hæreti.li. vj.

An bona credentium ſint ipſo iure cõfiſcata ſicut bona hæreticorum, vide ſupra bona, & ſupra cõfiſcatio. ſed dici poteſt ꝙ bona credentiũ hæreticorum non ſunt ipſo iure confiſcata, vt in d. c. accuſatus.§. ſi verò. quam concluſionem tenent Archi.& Io.Mo.& Io.An.in dicto.§. ſi verò.

Non credit eccleſiæ qui ſemel in anno non confitetur ad minus peccata ſua, vt in c.omnis, de pœni.& remiſ. & nec qui in hæreſim labitur, ſi ſponte, & incontinenti non cõfitetur errores ſuos, vt in.c. ad abolendam. & vide infra confeſsio.

De his quę quilibet fidelis tenetur credere explicitè de fide, vide infra. ſcire, & infra errans, & infra hæretic⁹.

An credere ꝙ dæmones in operabilibus habent virtutem vltra illud qđ ſibi pertinet, ſit error qui inducat hæreſim, vide ĩ.dæmon, & ĩ.hæreſis.

Credens illud de quo eſt publica, vox, & fama, dr̃ probabiliter credere: & idẽ in eo q accuſat ꝯ aliquẽ de maleficio, de quo eſt publica vox, & fama.no.Bar.in l.cũ quidã.§. qđ dr̃. ff.

de acqui.hęr. ꝙ no. Et PROVISO ſo-LERTER. pro promotore fiſcali circa ſuam clamoſam inſinuationem.

Quę pœnę deſcendant in credentes, fautores, & receptatores hæreticorum? & dicendum ꝙ quilibet talis eſt excõicatus. & ſi intra annum non ſatisfecerit, ex tunc ipſo iure eſt infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligẽdos alios ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniũ debent tales admitti: nec pñt condere teſtamentum, nec ad alicuius hæreditatis ſuſceptionẽ accedere. nullus quoque eis ſuper quocunque negocio, ſed ipſi alijs reſpondere cogantur. ſi iudex eſt eius ſententia non valet: ſi aduocatus nõ admittitur eius patrociniũ: ſi tabellio, non valẽt eius inſtrumenta: & ſic in ſimilibus. ſi credens fuerit cleric⁹, ab omni officio, & beneficio debet deponi. Itẽ qui tales poſtquã fuerint ab eccleſia denotati, euitare contemp ſerint, debent excõicari. hęc oĩa probantur in c. excommunicamus, el. i. §. credentes, extra de hęreticis.

Itẽ clerici qui talibus credentibus ſcienter exhibẽt eccleſiaſticam ſepulturã, vel ſacramenta, vel eleemoſinas ſeu oblationes eorum receperint, priuari debent officio, & beneficio, ad quod nũquam reſtituẽtur ſine indulto ſpeciali ſedis Apoſtolicæ. & hæc, licẽt tales clerici ſint regulares, ſi ſpeciale piuilegium habeant ꝙ non debet in hoc ſibi ſeruari, vt in §. ſanè, dictũ c. excommunicamus.

Credẽtes hæreticorũ hæretici ſunt dicendi, vt d. c. excommunicamus, & d. §. credẽtes. vbi ſic dicit, Credentes eorum erroribus hæreticos ſimiliter iudicamus.

Itẽ tales credentes hæreticorũ pñt inquiſitores eos priuare, vel denunciare priuatos officijs publicis, & beneficijs eccleſiaſticis, & honoribus, vt d. c. vt commiſſi, lib. vj. & defenſores ipſorum, eorumq́; filios, & nepotes, & eſt de diœceſanorum, vel eis abſentibus, vicariorum ſuorum conſilio faciendum: niſi ipſi ſcienter contuliſſent dicta beneficia pręfatis credentibus, vel hæreticis, ſeu complicibus, & tunc ipſi diœceſani nõ ſunt ad hoc requirendi, ſed potius a ſuis iudicibus puniendi, vt d. c. vt cõmiſſi, li. vj.

Non ſolùm ille reus eſt qui falſum de alio profert, ſed etiam is qui citò crimina credit. vide infra mendaciũ, vt habetur. xj. q. iij. non ſolùm.

ADDITIONES.

a *Credentes hæreticorum, ſeu hæreſis, illis proximi ſunt, & vt de hæreticis de illis iudicatur, & qui ſint, & qua pœna puniendi veniant tractant Io. Cald. de hær. c. 3. & in forma procedendi rub. de hær. creden. & c. ac rub. de pœnis hære. & ſimilium. Ludo. Carrer. eo. ti. de hære. nu. 20. & 46. Paul. Ghirlan. dicto ti. q. 9. nu. 3. Nic. Arelat. hoc ipſo tit. not. 5. nu. 2. Credentiũ plures ſpecies ponit Simã. in Enc. tit. 13. de creden. & Vmber. Iud. inqui. hoc ipſo verb. credentes. Q. Mand.*

b *Calder. hæc ipſa ſcribit c. 3. in prin. de hæret. Pet. Vend.*

c *Eadem apud Calder. de hæret. c. 3. de creden. verſi. credentes igitur. ex quo reſtitui, quę ſequitur, clauſulam: nam per ſua verba, & per ſuam aſſertionem. legabatur enim antea, nam ſuper verba proſcripta aſſertione. P. V.*

d *L. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. ædi. l. reprehendenda. iunct. glo. in verb. cõprobaſti. C. de inſtitu. & ſubſti. & ad alia*

quę

quæ adduco in 26.q.xxxij.reg. nume.3. Aduerte tamen hic parum infra verſic. & ſignanter dico, ꝙ litera videtur mendoſa, nec verus ſenſus elici poteſt. Q. M.

Hic locus mēdoſus à me reſtitutus eſt ex Calder.c.3. de hæreti. vbi ad verbum hæc ipſa deſcripta ſunt, nam clauſulam. Nam ſi in ipſis factis non exprimeretur, non cenſeretur, & quæ ſequuntur, ex eo ſuppleui, quæ deerat, & quandocunque pro quantumcunque, & perſiſtens, pro perſiſtat corruptè legebatur. P. V.

e *Saltem, pro ſociauit mendoſè legi puto, nam Calde. loco præcitato, vbi hæc eadem referūtur, ita legitur. Pone quòd aliquis viſitauit, vel aſſociauit hæreticum. &c. Pet. Vend.*

f *Vide ſupra in verb. confeſſio. verſi. nota ſexdecim, ibi, ſed ad minus quilibet tenetur confiteri, & ver. ſi quis ſemel in anno. & Vmber. in iud. inquiſi. in ver. ſuſpitio. poſt nu. 27. verſi. Quintò qn̄ nunquā ſacramenta eccleſiæ recipit. Q. M.*

g *Calumniator accuſator præſumitur niſi probet. c. cum dilectus. de calumnia. excipitur, niſi excuſetur ex officij neceſſitate, vt tutor l.2. C. qui accuſ. non poſ. excipiuntur, & alij caſus ab Abb. Pan. in c. alleg. poſt glo. & Barth. in l.1. ff. ad Turpil. & in l. athletas §. præuaricator. ff. de his qui not. infa. Adde Fel. in ipſum c. eadem propè repentem, & ſequentem. Pet. Vend.*

Crimen [a] hæreſis eſt tā enorme crimē, ꝙ poſt ſanatum vulnus remanet cicatrix, vt. 1. quæſi. ventum.

Crimen hæreſis eſt crimen exceptum, vt habetur in quadam extrauagante Vrbani quarti, quæ incipit. Quia ſuper nōnullis, poſt principiū.

Item crimen hæreſis eſt crimen publicū, [b] vt habetur i ſpe. in ti. de teſte. §. i. ver. quid de portantibus. & tale crimen inter crimina publica numeratur, vt habetur in quadā conſt. Fri. imperatoris, quę incipit, Incōſutilē tunicā. §. ſtatuimus, vbi ſic dicit: ſtatuimus in primis, vt crimē hæreſeos & damnatæ ſectę cuiuſcunque nomine cenſeantur ſectatores, prout veteribus legibus eſt inductum, inter crimina publica numeretur.

No. ꝙ omne [c] crimen dicitur publicū, vt vi. q. i. infames. Item crimen hæreſis eſt eccleſiaſticū, [d] vt in c. vt inquiſitionis, de hær. l. vj. & vj. q. i. c. i. & per totam. q. & xii. q. ii. nulli liceat. de iudi. nouit, & de vſuris, quoniā. & de fo. compe. cū ſit. no. in glo. vlt. iſte eſt ergo, & de hæreti. c. vergentis, & c. ad abolendam, & eod. ti. c. vt inquiſitionis, li. vj. & c. cum ſecundùm.

Item crimen hæreſis eſt merè eccleſiaſticum, nec ſub laicorum iudicio cadere poteſt, vt. d. c. vt inqſitionis. §. prohibemus, de hæreticis, li. vſ.

Crimen eccleſiaſticum in vtroque foro poteſt puniri, vt depę. c. felicis. li. vj. & ibi archi. v. q. v. præsbiteri. & quod ibi no.

Crimen hæreſis non requirit diffamationem ad hoc vt ſuper eo poſsit formari inquiſitio, de quo vide infra inquiſitio.

Crimen hæreſis debet ab omnibus horribilius iudicari quā oīa alia crimina, & etiā quā crimen læſæ ma. vt habetur in dicta conſtitutione Frederici, Incōſutilem tunicā, & d. §. vbi ſic dicit: ꝙ inter crīa publica numeretur. imò crīe læſę ma. noſtræ debet ab oībus horribilius iudicari, ꝙ in diuinā iniuriā noſcitur attentatum. & habetur ēt in c. vergentis, de hęreti. vbi dicitur. cum longe ſit grauius ęternā

quàm temporalẽ lædere maieſtatẽ.

Propter crimina rei publicæ eſt neceſſaria punitio, vt cęteri metu pœnæ arceantur a ſimilibus committẽdis, vt xxiii.q.v. non eſt innocentiæ. de vi.& honeſ.cle.c.vt clericorum. & inde eſt ꝙ vt magis iſta in plurimorum exemplum veniant publicè debent maletactores puniri, vt l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœnis.vij. q.i. denique, ver.thuribula quoque.

Crimina eccleſiaſtica ſunt epiſcopis reſeruata, vt xxvi.q.v.contra idolorum, & de pœn.& remiſ.c.ij.li.vi.& habetur in quadã extrauag. Bonifa. papæ, quæ incipit, Inter cuncta.

An teneatur quis crimen propriũ celare propter caritatem? & dicendũ ꝙ in alijs criminibus ſic, vt in c. ſacerdos, de of.or.& i.q.i.Chriſtus ſed hoc fallit ĩ crimine quod pertinet ad correctionem communitatis ſpiritualẽ vel corporalem, ſicut in caſu hæreſis, hoc.n.caſu tenetur quis propalare teſtificando, vel denunciãdo, vt di.Th. ij.ij.q.lxx.ar.i.idem ſentit Inn.de teſ. cogẽ.c.i. & ponit exemplum in hæreſi. quod vt patet ex præmiſis, ſpirituale detrimentum inferre communitati eſt apertisſimum. Ideo PROVISO SOLERTER.

No.ꝙ non tenetur quis committere crimen, etiam modicum, vt euitet mortem temporalem. item vt euitet mortem æternam. nam ẽt venialiter non debet quis peccare, vt ali⁹ euitet mortale, vt plenius notat̃ xiiii. diſ.in ſum.in c.quod ait.& tenet Abb. in c. ſup eo, de vſuris.vide infra mẽdaciũ.

An opponens crimen contra aliquem teneatur exprimere circunſtãtias [d] criminis, vide de pur.ca.accepimus, de teſti.pręſentium, libro. vj. Io.An.de procuratoribus.c.tuæ.

Nota ꝙ crimen læſæ maieſtatis, & crimen hæreſis pari paſſu ambulant, vt in quadam conſtitutione Friderici Imperatoris, quæ incipit, Inconſutilem tunicam. vbi dicit, quamuis iudicij poteſtate alterum alteri nõ excellat, vt in l.quiſquis C.ad l.Iul.maieſ. ſed magis eſt diuinam quàm humanam lædere maieſtatem, vt in c. vergentis, de hęreticis.

Nota ꝙ ſi quis cedit hoſtibus munitiones, vel literas, vel nuncium, vel aliquod ſignum eis mittit, ꝙ incidit in crimen læſæ maieſtatis, vt ff.ad l. Iul.maieſta. l.i.ij. iij. ergo a fortiori qui hæreticis cedit munitiones, vel literas, vel nunciũ mittit, cũ magis ſit diuinam quàm humanam lędere maieſtatem, vt in c.vergentis, de hæret. ergo Prouiſo Solerter circa illos qui ſcribunt hæreticis, vel faciunt eis aliquod ſignum, vel eis mittunt nuncios. nam vltra illud quod ſunt excommunicati, & incidunt in fautoriam, vt infra fautores, incidunt in crimen hæreſis. vide xxiii.q.i.in c.de forma, in gl.munitionibus.

An crimen lęſæ maieſtatis committatur aduerſus regem? & videtur ꝙ non, quia in rege eſt poteſtas, & nõ maieſtas, vt.ff.de origi. iuris.l.ii.§.initio. ſed dicendum eſt contra, per.l. ſi familia.ff.de iuriſ.omn. iud. imò ꝙ plus eſt, crimen lę. mai. dicitur committi aduerſus dominum ciuitatis, vt.C.de epiſ.audien.l. nemo.

Crimen hæreſis, & idololatrię sũt diuerſa, vt ſupra comburi.

Crimen vſurarum eſt mixti fori. vide infra vſura.

Quę crĩa ſint [e] reſeruata ſolis epĩs, & ꝙ inquiſitores nõ poſſint ſe intromit-

mittere de illis, vide ſupra blaſphemus, & ſupra cognoſcere, & infra incantatores, & infra diuinatores, & infrà magici, & infra ſortilegi, & infra vſura.

Nemo ſine crimine viuit, de renunciati. niſi cum pridem. §. propter cõſcientiam, & ibi concor. gl. ſuper verbo, forſitan.

A D D I T I O N E S.

a *Criminis appellatio latè patet complectens omne peccatum, quod ex deliberatione deſcendit. D. Iero. in Epiſt. ad Tit. & 25. diſt. c. vnum ora. D. item Auguſt. ait trac. 41. ad c. 8. Ioan. Crimen autem eſt graue peccatum accuſatione & damnatione digniſſimum. ſicut eſt homicidiũ, adulterium, aut aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, ſacrilegium, & cætera huiuſmodi. ſic capitur a ſacris Doctο. ſed a iureconſultis crimen a delicto, ſiue maleficio declarationis gratia, ſic plerunque diſtinguitur, vt nomine criminis noxia capitalis intelligatur, vt maieſtatis quod hæreſis excedit, adulterium, parricidium, falſitas. & c. quibus reſpub. læditur. Delicti verò priuata, qua priuatim quiſque læditur, veluti furtum, iniuria, rapina, damnum. Vlpia. l. 17. §. 16. ff. de ædili edict. tit. de priua. delict. ff. & inſt. de oblig. quæ ex deli. naſcun. & item quæ ex quaſi deli. aliquando tamen accipitur, & crimẽ pro delicto priuato. Vlp. l. 1. §. 1. ff. de pœn. quandoque pro criminatione l. 7. ff. de accuſ. l. nullum. 109. ff. de regu. iur. l. 2. ff. de concuſ. l. 21. ad ſen. conſ. Sill. ff l. 3. C. de calumniato. ita crimen ſuſpecti pro accuſatione capitur. l. 1. § 1. ff. de ſuſpect. tut. Cic. Verr. 3. Quærat non ſolùm quemadmodum noſtro crimini verùm, & etiam quo pacto ſuæ cõfeſſioni poſſit mederi. interdum pro cõtẽtione, & diſcordia. Virg. Aeneid. 7. ſere crimina belli. pro ſuſpitione nonnunquã. Donat. in Hecy. ſce. 2. act. 5. Crimina quoq; ſic diuiſionem accipiant, vt quædam ordinaria dicantur, vt maieſtatis, adulteriũ, et cętera prædicta quædam verò dñr extraordinaria, ff. de extraor. crimi. et ti. ſeq ad tit. vſque de iudi. publi. T. V.*

b *Crimen ſeu delictum publicum, quod principaliter fit in offenſam Dei, & quilibet de populo hęreticum accuſare poteſt, ad tex. in l. manichæos. C. de hæreti. & hæc eſt communis opin. vt per Ant. Gomez. c. 1. delictorum. poſt prin. Iu. Clar. ſenten. li. 5. §. 1. in prin. Quòd autem tripliciter crimen publicum dici poſſit, tractat Marian. Sozzi. in c. veniens. col. 3. verſi. primò igitur. de accuſa. & Aegid. Boſſ. prax. crimi. tit. quomo. proceda. per act. in deli. nu. 5. Q. M.*

c *Hæreſis eſt crimen eccleſiaſticum, cuius cognitio ad eccleſiaſticum iudicem tantùm ſpectat, vt per omnes in c. cum ſit generale. de for. compe. Maſuer. in prac. forenſi titu. de remiſ. ver. ſi. & hanc conclu. omnes tenere affirmat Alcia. in c. 1. nu. 73. de offi. ordina. & Siman. in Enchi. tit. 66. de indi. ſæcula. nu. 1. Q. M.*

d *Adde c. vt circa. de elect. lib. 6. Phili. Fran. in c. pręſentium. alleg. §. teſtes. Veſtrium in praxi. Cu. Ro. lib. 5. c. de reſpon. rei. ad poſitiones. & quando & quomodo deduci, & tradi poſſint idem Veſtri. eod. c. Felin. in c. olim. de reſcrip. nu. 10. Deciſ. Ro. 1. de excep. in anti. deciſ. 4. de re iud. in no. & deciſ. 6. in anti. eod. deciſ. 2. in antiquio. de exceptio. Petrus Vendramenus.*

e *De criminum reſeruatione, S. Synod. Triden. 14. ſeſſ. c. 7. & cano. xi. Petrus Vendramenus.*

Crux [a] Attende an habeamus ab ſcripturis, quare fideles debeant ſe ſignare ſigno crucis?& Archi.xj.diſ.in c.eccleſiaſticarum, & de conſe.diſt.iiij. poſtea ſignatur, & glo.de conſe.di.v.nunquid,quòd nõ habetur ex aliqua ſcriptura, ſed potius ex aliqua conſuetudine fidelium ꝙ fidelis crucis ſignaculo ſe muniat ſed autoritas illa nos docet facere ſignum crucis.ſ.egreſſus eius a patre. regreſſus eius ad patrem. excurſus eius vſq; ad inferos,recurſus eius vſque ad ſedem dei. hæc in d.glo. vide infra no.ꝙ ſignum.iſta dictione.

Quare in celebratione miſſę debet adeſſe crux,vide de conſe. diſ.ij. corpus,in glo.& no.quòd cùm ſacerdos ſacris veſtibus induitur,debet habere oratorium ad modum crucis, vt. xxiij.di.eccleſiaſtica.

No.quòd cruce [b] ſignati ad exterminationem hæreticorum gaudent priuilegio conceſſo cruce ſignatis in ſubſidium terræ ſanctæ, ſcilicet ciuitatis Ieroſolymitanę,& habent multa priuilegia, quæ fuerunt deciſa in c.ad liberandam, de Iudæis. & inter cætera habent remiſſionem pœnę,& culpæ.& habetur in ſpe.ti. de hæreti. in fauorem. & habetur conſuetudo inducta per inquiſitores, & religioſos, ꝙ aſſumentes ẽt hanc crucẽ tpe pacis,gaudent hoc priuilegio & alijs Ab.& Io.de Ana.in c.excommunicamus,el i.in prin. & in ver. catholici, de hęreti.vide infra indulgentia. §.i.

No.ꝙ Iudæi portãdo crucem, vel inuocando nomen crucis videntur facere in contemptum Chriſtianæ religionis,vt infra Iudæus.§.no.ꝙ Iudæi inuocando.

An inquiſitor poſſit procedere cõtra Iudæos qui conſpuunt crucem, vel pedibus conculcant, vide infra Iudæus.§.an inquiſitor poſſit.

Cruce ſignatis in voto vltra marino poteſt papa omnem delicti pœnã remittere.Paulus in Cle. religioſi,de priuilegijs. adde quod nota. de Iudæis ad liberandam.

Qualiter redeuntes ab hæreſi vt exterminentur ab alijs, debent vltra aliàs pœnitentias cruce ſignari, ſcilicet iniungi eis vt portẽt ſuper veſtes ſuperiores cruces amplas ex panno factas,& ſupertas [c] ſuper capucia, vt ſupra comburi,& ĩ. de pœnitentialibus pœnis quæ redeũtib⁹ infligũtur.

No.ꝙ ſignum crucis traxit originem ex veteri teſta. quia cum Angelus deberet occidere primogenita Ægipti, præceptum eſt filijs Iſrael vtrũque poſtem liniri de ſanguine agni ad modũ Tau literæ,quæ eſt ad modum crucis:& dicitur quòd Iacob cãcellatis manibus ſuis benedixit filijs Ioſeph ſcilicet Efraim, & Manaſſe. Itẽ in Ezechiele legitur ꝙ cum apparuiſſent ei ſex viri vaſa habẽtes in manibus,& quidã vir apparuiſſet in medio eorum habens atramentum ad renes,dominus dixit ad eum ſigna Tau in frontibus gementium, & dolentium,ſed illud fuit tantùm in figura. præceptũ habetur in decretis. xj. diſ.in c.eccleſiaſticarum,in glo.

Cruci Chriſti debetur idẽ honor, qui debetur Chriſto. ſanctus Tho.ij. ij.q.ciij.ar.iiij. ſed alię cruci non debetur latria,quę ſoli deo debetur,ſed dulia quæ debetur creaturis. de quo vide per magiſtrum ſententiarum li. iij.diſ.ix.& de conſe.diſ.iii. c. perlatũ & c.venerabilis.no.per gl.in Cle.i.de ſum.tri.in ver.cruci.vbi vide d. Car.

de

de Flor. aliter tamen dicit do. Gemi. in c.ſi canonici.§.fi.de of.ordi. in vj. vbi dicitur quòd cruci veræ debetur hyperdulia,& debet adorari. ſed aliæ cruces factæ ad eius repreſentationē non. ſed eis debetur latria.

ADDITIONES.

a *De titulo ſacræ Crucis locutus ſum in 2.q.vij.reg.cancel nu.2.& ſeq.& de ſigno crucis,quo circa prophana abuti non debemus tracto in 21.q.Reg. de non iudi. iux.for.ſup.poſt nu.2. Q. M.*

Adde multi antiqui patres de ſigni Crucis vſu,potentia,et virtute, ſcripſere celebriter, in primis hic ab autore citati qui ſunt. D.Augu. Paſqualis pont.max. & Rabanus. præter hos & Cyrillus, archiep.Ieroſoli.in catech.4.c.de aſcenſi. & xiij.c.antepenul. & pen. & in princ. Lactan.inſtitu.diui.lib.4.c.27. D.quoq; Ieron.epiſtola 8.ad Demetriadē fol.76. in impreſſione Romana,in parua forma. in Pauli Hæremitę vita.fol.368. in Hilarionis item vita fol.394. Ad Marcellum denique epiſt.17.fol.180. His iunge Nicephorum hiſt.eccle.lib.8.c.3.& 32. lib.10.c.3.Leonem.1.pont.max.ſermo. 8.& 19.de paſſio.dom. Crux eſt patibulum quod,& gabalum antiqui dixerunt cui damnati defigebantur. Nonius a κρονέιν, ideſt a feriendo dicta,ante paſſionem domini ignominioſa, & maledicti pendentes,in ea Deute.21.poſt autem paſſionem glorioſa,transijt in benedictionem. Pet. Vend.

b *De cruce ſignatorum officio, Cald. de bar.tit.de officio cruce ſignatorũ. P. V.*

c *Sutas forſan legendum. Petr. Vend.*

Crudelitas [a] nõ eſt, ſed pietas crimen punire pro deo, vt xxiij.q.viij.legi Syromaſtem, vbi ſic dicit, Legi Syromaſtē Phinees autoritatē Hęliæ, & zelũ Simonis Cananęi,Petri ſeueritatem Ananiam,& Saphyram trucidantem, Pauli conſtantiam qui Elymā magum vijs dñi reſiſtentem æterna cęcitate damnauit.nõ eſt crudelitas crimina pro deo punire,ſed pietas. vnde in lege dicitur,Si frater tuus, & amicus, & vxor quæ in ſinu tuo dormit,deprauare tę voluerit a veritate,ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguinē ipſorũ. & dicit gl. Legi Syromaſtem, ideſt zęlum indignationis,ſiue vindictā. Helię,cum petijt vt ignis deſcenderet de cœlo,qui duos quinquagenarios exusſit. Simonis, qui vltus eſt in duos magos retorquendo in eos ſerpētes, quos magicis artibus ſuper eum miſerunt.Pauli xlv.diſt.§.Salomon.vide de hoc ſupra comburi, & infra fornicatio,& ſupra conqueruntur. §.ij.

Crudelitates multas permittebat deus in veteri lege propter malitias, & ſcelera hominum. vide ſupra comburi,& ſupra conqueruntur.

Non eſt crudelis qui malos percutit, ſed dei miniſter. vide infra mali. §.malos qui percutit.

ADDITIONES.

a *Crudelitas a cruditate deriuatur, vt quemadmodum in pomis, quæ mitia non ſunt, cruda dñr, ita & homines immites crudeles dñr.Virg.in 2.Aeneid.immitē Achillem appellat, qui non pepercit ſeni Priamo.Cic.pro Roſ.Ame. Populus Roma. qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborat, quidam aiunt a cruore dici,ſic metaphoricè ſumitur.Crudelitatis exēpla videas apud Val. Max.lib.2. c.ij.*

c.ij.& in offi.Ranif.lib.2. Crudelitas ab abundantia rerũ gignitur, auto.Cic.contra Rullum.Ora.1.fo.125. Eſt hominum naturæ, quã ſenſui debemus, maximè inimica crudelitas, idem ait offi.3. vnde crũdelis hominis metus iuſtus l.mortis ij. ff. de donat. cauſ.mortis. Crudelitas videtur cũ ſupra modũ in quẽ ſæuit, aut ſine cauſa legibus cogita. l.1. §.ſed hoc tpe ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. & inſt. eod.tit. §. ſed hoc tempore. & l hodie.ff. de pœn.& l.1.C.de emend ſer. Aut cum plus iuſto quis punitur. l.reſpiciendum in prin ff. de pœn. maior enim pœna non debet eſſe delicto. aut ſi cuius damno vel calamitate quis non moueatur. l.2.C. de infan.expon.& extra eod.tit.c.1.aliave re, qua homines commoueri ſolent; quæ ſint eiuſmodi ex locis Rethor. de concitando in aliquem odio, doceri potes Eſt quidem oppoſita clementiæ crudelitas. Cic. pro Liga. clemẽtia verò eſt, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. Cic.2. de Inuent.cum ſit autem inimica naturæ præſumetur non ineſſe ei qui talis eſſe dicetur, niſi contrarium probetur, gl.in c.ſi fortè.in verb ſcientię de elect.li.vi. Alc. de præſump reg.1. V anti. de nullita. ex defe.iuriſd.nu.3. P. V.

Culpa[a] claudit oculos, quos aperit pœna.xxvij.q.i. ſi cuſtos, quia omnis culpa per pœnitentiam dimittitur.i.q.vj.ſi quis.

Bonarum mẽtium eſt ibi culpam timere vbi culpa non eſt, ſecundùm Grego.vj.diſ.ad eius verò, & c.conſilium, de obſeruatione ieiuniorum, extra.

Qui ſunt ſimiles in culpa, debent eſſe ſimiles in pœna.C.de epiſ. & cle, l.ſi quemquam.

Culpa geminata in leuibus inducit depoſitionem, vt c.accuſatus, de hereticis, l.vj.& eo.ti.& li.c. ſuper eo. vide infra deponere. & frequentia delicti inducit contemptum, ſm Matthæ.& Imo.de ſepul. in Cle. i. in ver. ſcienter. allegat ad hoc beatum Auguſ.de doctri.Chriſti. vide ſupra bis, & infra miſericordia.

In culpa eſt qui facit quod facere non debet. ff. de regu.iuris.l.culpa, & l.qui non fecit, in regula, ſine culpa, li.vj. Item ſi intempeſtiuè facit. ff. ad l. Aquil.l.ſi putator; &. l. item ſi obſtetrix. item ſi facit loco, & tempore incongruis. ff.ad l.Aquil.qui foueas, &.l.ſeq.item ſi modum excedit.ff.locati.l.item quęritur. §.item Iulianus & ff.ad l.Aquil.l.ſed & ſi quęcunque, §.fi. Item ſi ignorauit quod ſcire debuit.ff.ad l.Aquil.l.idem iuris. §. pe. ff.de furtis. l. ſi ſeruus comm. IDEO PROVISO SOLERTER.

Vt euitetur culpa aliquid agendo ſufficit probare alios ſic publicè facere.vide.C.de pigno.actio.l.pignus in bonis.ff.ad Macedo.l.iij.

In culpa eſt qui miſcet ſe rei ad ſe non pertinenti.ff.ad l.Aquil.l.in lege Aquilia.ff.de regul.iu.l.culpa. IDEO PROVISO SOLERTER.

In culpa eſt qui vtitur opera malorum.glo.inſti. de obligati. quæ ex quaſi delic. §.Item ſi exercitor. Ideo Prouiſo Solerter.

Caret culpa qui ſcit, ſed non poteſt prohibere. ff. de reg. iur. l. culpa caret.

Diligentia excuſat a culpa.ff.ad l. Aquil.l.ſi putator.ff.locati. l. ſi merces, §.qui columnam.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Culpa, Dona. ait in Hecy. Terent. eſt eius, qui neſciens alterũ lædit. opera qui ſcieas. Vigelius eam lib. 1. excep. form. c. 10. ita definit. Culpa eſt læſio per imprudentiam facta, quæ tamen humana ratione regulariter euitari poteſt. Triplex ei⁹ eſt diuiſio, quædam enim lata, quædam leuis, quædam læuiſſima dicitur. Paul in l. latæ. 223. ff. de verb. ſigni. ait latę culpæ finis eſt non intelligere id quod omnes intelligunt, quæ dolo comparatur. l. quod Nerua. ff. de po. aliquando tamen nõ comparatur. vide glo. in l. in actionibus. §. 1. ff. de in lit. iur. Leuis culpa ſic ab Alciat. in l. eandem definitur, vt ſit negligentia, qua quis in rebus alienis eam curam non adhibet, quam cæteri patresfamilias ſolent, tametſi in ſuis minimè diligẽtior ſit, Culpa leuiſſima eſt ſimplex negligentia Alcia. in l. magna. 126. ff. de verbo. ſigni. ſed melius ita finitur. Cum is, qui ſummam diligentiam debebat, non eam præſtitit, ſed mediocrem tantùm; ſumma verò diligentia eſt quam diligentiſſimus quiſque, & maximè frugalis, & induſtrioſus pater familias rebus ſuis adhibet l. ſocius. 72. ff. pro ſocio. l. in lege. 44. ff. ad l. Aquiliam. & in l. in rebus. 18 ff. commo. l. 25. §. qui col. ff. loca. l. 1. §. is quoque. ff. de verbor. obliga. Culpa verò cum ſimpliciter in lege ponitur, accipitur pro leui, niſi ſubiecta materia repugnet, Alcia. vide in cita. ll. de verbor. ſignifi. & alios, qui de verb. iuris conſcripſerunt. c. 1. de commoda. An culpa noſtra ſi quid accidat, exaudiri mereamur, vide Inno. ad c. quia vniuerſitatem. de conceſ. præben. Culpa item capitur pro animæ macula, quam quis contrahit ex peccato. Immo. in Cle. 1. de priuil. Quãdò, remittatur, vide Conc. Triden. ſeſſ. 6. can. 30. an ſine pœna 14. c. 8. & cano. 12. Pet. Vend.*

Curia, curiales. a Curia quid ſit. Ioã. An. in c. vnico, in §. porrò, remittit ad not. per glo. in Cle. ne in agro. in §. quia verò, in ver. curias principum, de ſtatu mon. & dicit, quòd quando iſta dictio, Curia, producit ſecundam, ponitur pro meretrice, & datur verſus, Curia ius curat: meretrix eſt dicta curia. Curia curarum genitrix, nutrixque malorũ: Ignotis notos, inhoneſtos æquat honeſtis. Lap. Ab. dicit quòd philoſophus interrogatus quid eſſet curia, reſpondit, Curia eſt determinatus locus ad decipiendum: ita refert ibi Dominicus.

Curiales appellantur canes deuoratores communium bonorum, ſecundùm Bart. in l. omnes populi, in xviij. col. ff. de iuſtitia, & iure. Boe. tamen in li. de conſo. philo. in j. lib. vocat eos comites palatinos, & vide Alberi. de Roſa. in dictio. ſuo, in verbo curiales.

ADDITIONES.

a *De Curia & curialibus videre poteris quæ ſcripſi, in 1. quæſt. v. Reg. Cancel. nu. 2. 10. & alijs ſequen. & de Curia Roma. in 28. quæſt. 16. reg. & in 2. & 33. q. v. regulæ. Curia plerunque ſenatorum & decurionum dicitur, iuxta tex. in l. 3. ff. quod cuius. vniuer. & in l. ſi quis aliquid. 38. verſi. Iudices pedanei. ff. de pæ. Quint. Mand.*

Curia eſt locus, inquit feſtus, vbi publicas curas gerebant, item ſedes ad rem plũ publici conſilij, curia duplex ſacrorũ; ſcilicet,

ſcilicet,& ſenatus,In curijs enim, vel ſacerdotes res diuinas,vel magiſtratus humanas curabant, vnde & noſtra tempeſtate Curiæ principum,et magiſtratuum laicorum,& eccleſiaſticorum,vt ſummi aliorumque pontificum,Imperatoris,Regum, Reipublicæ Venetæ; Ducumque, & id genus cæterorum. Sumitur & pro hominibus,& pro loco,l.3.& 38.ab annotatore paulò ſuperius citatis. Curiæ ſunt etiam dictæ tribus,partesve in quas Romulus populum diuiſit ſic dictæ,quòd Reipub.curam per ſentētias partium earum expediebat.l.2 ff.de orig.iu.Curialis autem capitur etiam pro eo, qui eiuſdem ſit curiæ tribusve. Petrus Vendramenus.

DAre [a] & donare, inter hæc eſt differentia. nam donare dicitur quando ex liberalitate,& certa ſciētia aliquis dat aliquid, vnde epiſcopus nō dicitur [b] donare prębendas,ſed dare, vt C. de donatio. l. nec ignorans.

An rex posſit dare ipſi hæretico propter bona,quæ propter delictum amiſit,vide ſupra bona.

Nota quòd immane peccatum eſt dare, vel donare res ſuas hiſtrionibus,& meretricibus,vt lxxxvj.diſ.donare,& ibi no.in gl.an ſit licitum audire, vel tangere inſtrumenta, vel tangētibus ipſa aliqd dare, & in ſeq. c.ea diſ.circa venatores vide ī.vox.

Habenti dare nihil aliud eſt quàm perdere.habetur.i.q.ij.c. paſtor. Abbas in diſputatione ſua incipiente, Ticius clericus.

Beatius eſt dare quàm accipere: xvj.q.i prædicator.glo.in l.i.ff.commo.de celebra.miſſa. cum Marthæ,& ibi Ab.in iiij. notabi.& idē Abbas.in c.i.de donatio. Pro non dato habetur quod ab eo datur, qui dare non poteſt.de iure patronatus, quòd autem,in fin.

Datum non videtur quod eſt reuocabile. nota.ff. de in diem addic. l. ꝙ autem Sabinus,in gl.i.ff.de act.emp. l.ideo,in glo.i.

Nemo dat quod non habet.l. traditio.ff.de acqui.re.domi.i.q.vij.Dalbertum.text. & ibi Abbas in c. quòd autem,de iure patronatus.

An liceat accuſato dare aliquid accuſanti. [c] glo.ii.q.i.prohibentur. facit de ſimonia.c.dilectus.

Qui dat aliquid ſecretè inquiſitoribus, nè puniatur, dicitur hæreticus pertinax. de quo infra hæreticus.§.i.hæreticus pertinax,in fi.

Qui dat cauſam damni, damnum dediſſe videtur,in c.fi.de iniur.

A D D I T I O N E S.

a *Dare eſt accipientis fieri,dominiumq; transferre,§.ſic itaque.inſt. de actio. ſtipulationes itaque de dando cōceptæ vim habent faciendi dominum ſtipulatorem, l.vbi aut.75.in fi ff.de verb.oblig. Dare facere vetus fuit formula actionis in perſonam,qua id quod aliqua de cauſa debebatur peti ſolebat,ſiue in dando ſiue in faciendo conſiſteret, l.actionum.25.ff.de actio.& oblig.ſoluta enim pro ſeparatis in ea formula accipiuntur.l.ſæpe.53.de verb.ſign.l.18.§.1.de accep.l. 13.de in offic. teſtamento.ff. Dare vinditias, dare actionem, dare nomen, dare iuditium quid ſint,vide Bud.in anno. ad Pand. itē ex parte Alcia.in l.pecuniæ.§. actionis. ff.de verb.ſigni.& in l.verbum oportere. 35.eod.quandoq; tamen interpretatione legis dare dicitur. qui permutat, vel cōpenſat.*

penſat.l.ſi ei nup.ff.de iur.dot. Alcia. in l.dediſſe 76.de ver.ſigni.pro tradere quoque ſumitur interdum.inſti. quibus alienare licet vel non.§.ideoque. iuncta glo. Donari videtur, Papinianus inquit, qđ nullo iure cogente conceditur, l.29. ff. de donatio. Donare dictum quaſi dono dare, l. ſenatus 35.ff.de mort.cauſ.dona. Donandi verbum ſimpliciter loquendo omnem donationem cõprehendiſſe videtur, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit.l.67.ff.de verb.ſig. ſunt enim multæ donandi ſpecies, l.1.ff.de donatio. & l. 1.ff.de mort.cau.dona.& C.eod.itẽ propter nuptias.C.de don. pro. nup. Aleia. vide in l.alienatum, § donationis .ff. de verb.ſign. Donationis nomen vſurpatur cum quid liberalitatis cauſa datum eſt. Dare habet alias ſignificationes, vide Nonium. P. V.

b *Vitioſa videtur lectio. P. V.*

c *De vexatione redempta ducentis panibus, duobus vtribus vini, & alijs rebus habemus 1.Reg.c.25. Et de redemptione a vexatione tracto ſuper 5.formula commiſ. in verb.vexare. Q. M.*

Damnatus. An damnati careãt cognitione Dei, & an ſciant gloriam beatorum, vide ſanctum Tho.in prima parte, q.lxij. ar.iiij.& diſ.l.ar.v.& in quę.de quotlibe.q.vij.ar.xvj.

Omnis volũtas damnatorum eſt mala, & vellent non eſſe, & gaudent de pœnis inimicorum, & vellent omnes eſſe damnatos.Tho.in prima parte q.lxiiij.ar.ij.& in i.ſecundæ.q.lxxviij.ar.iij.& in di.l.ar.v.

Damnati odiunt deum, nec poſſunt demereri. Tho.in iiij.diſ.l.ar.v. & in.q.de quotlibet.q.iij. ar. xxiiij.

Quæ ſit pœna damnatorum, & an fletus eorum ſit corporalis, Sanctus Tho.in iiij.diſ.l.ar.vii.& in q.de quotlibet.q.vii.ar.xviij.& q.xj.ar. xiii.

Nota, quòd damnationis æternæ pœnam quandoque incipit deus dare in hoc mundo illis qui inter flagella indurantur.

Si papa erraſſet (quod abſit) damnari poſſe per concilium generale.de quo ſupra concilium.

Poſtquam quis eſt damnatus de hæreſi per epiſcopum, vel inquiſitorem, an poſſint amplius ſe intromittere, & monitiones ei facere ad eum reducẽdum? & poteſt dici quòd poſtquam iam relictus eſt iudicio ſæculari, ꝙ eccleſia nõ habet amplius quid faciat circa illum, tex.de iudi.cũ non ab homine, in fin.& ex quo eiectus eſt de gremio eccleſiæ, non intromittit ſe amplius eccleſia de eo, quia nihil ad eccleſiam de his quæ foris ſunt, vt extra de diuor.gaudemus, & de hoc de hæreti.ad abolendam. §. pſite, in glo.videtur.facit eo.ti.ſuper eo, li.vj. vide infra hęreticus, & ſupra credentes.ſed hęc debent limitari, & intelligi quòd inquiſitores, & epiſcopus non ſe amplius intromittant quò ad corpus, ſecus tamen quò ad animã, quia ad hoc bene poſſunt, & quilibet fidelis ad hoc tenetur, vt illa anima non damnetur. & ideo dum portãtur ad executionẽ, debent ſibi dari perſonæ religioſæ quæ eos aſſociando exhortent, vt reducantur ad tenẽdum, & credendum fidem catholicã.

Damnandi ſunt ad mortem hæretici qui ante ſententiam non confitentur verè ſuos errores, pœnitentiã de his petendo, & miſericordiam, vt infra miſericordia.

An damnatus de hęreſi per inquiſitorem

torem poſſit vltra in certa pœna, determinata quantitate damnari, vel an illa pœna poſſit per inquiſitorem in aliquo commutari, vel aggrauari & alterari, vide infra pœna.

Debitum [a] coniugale an vxor poſſit denegare marito propter vitium ſodomiticum? & dicendum ꝙ ſic, & petere diuortium. Sed hoc intelligendum quando illud vitium eſt notorium, vt eſt gl. ſingularis in c. omnes cauſationes. xxxij. q. vij. idem dicit Tho. in quarto, diſ. xxxv. ar. i. ad. iiij. vide ĩfra ſodomiti.

Nota, quòd ſi quis fuit electus in papam, & tempore electionis habebat vxorem, ignorantibus cardinalibus, quòd tenetur reddere vxori debitum, ſi ipſa petat. de quo vide infra Papa.

ADDITIONES.

a *Debitum eſt cum quis aliquo iure tenetur ad quid dandum, vel faciendum ex quacunque actione, vel perſecutione, vel iure ciuili ſine vlla exceptionis perpetuæ rẽmotione, vel honorario, vel extraordinario, ſiue purè, ſiue in diẽ vel ſub conditione, quòd ſi natura debeatur non eſt quis loco creditoris, ſed ſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus, creditor accipitur. l. creditores. x. ff. de verb. ſign. licèt anguſtè ſumptum debitum intelligatur, cum ab inuito exigi pecunia poteſt, Vnde plura genera debiti eſſe colliguntur, vt quoddam ciuile, quoddam naturale, quoddam vtrunque, vide Alcia. in ipſas leg. poſt glo. & Bart Debitũ hic coniugale, non omne debitum, ad quod alter alteri tenetur, accipitur, ſed nominatim quod vxorio complexu & commiſtione carnali, ſicut ſumitur in c. 1. & c. vir 33. q. 4. & c. ij. de coniu. lepro. quod inuicem præſtare ex generali apoſtoli præcepto tenentur eod. c. P. V.*

Declaratio [a] eſt neceſſaria per ſententiam ſuper confiſcatione bonorum hæreticorum, vt ſupra, confiſcatio, & infra ſententia.

Neceſſaria eſt declaratio in ſententia ſuper his quæ ſapiunt hęreſim. nã inquiſitor debet exprimere, quòd illa de quibus infamia orta eſt, ſapiũt hæreſim manifeſtè, & ſufficit quòd talis qualitas deducatur expreſsè, vel comprehendi poſſit ſub generalibus verbis inquiſitionis, ſicut in ſimilibus caſibus dicunt docto. maximè Anto. de But. & Ioan. de Imola, de iudi. c. cæterum. & per docto. in. l. ij. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. vide infra de ſapientibus hæreſim.

ADDITIONES.

a *Declaratio eſt aperta monſtratio, plus enim eſt, quàm ſignificatio. Cic. Luccio. Hoc ſæpius dicendum, tibique non ſignificandum ſolùm, ſed etiam declarandum arbitror. Hic accipitur pro ſententia iudicis declaratoria, ea verò dici poteſt eſſe definitio iudicis, per quam quis antea ipſo iure condemnatum eſſe ad quid faciendum, vel dandum veluti pænam commiſſam l. commiſſa, & l. vltima. § diuus. ff. de vectiga. amittendumve, veluti bona dignitatem, officium, vel honorem c. cum ſecundùm. de hære. lib. 6. l. cum ancillis. et l. ſequen. C. de inceſt. nup & aut. eod. ti. l. quiſquis. C. ad l. Iul maie. Seu quid aliud patiendum vt verbera, aut. cit. vel contra ſtatutum eſſe ad quid obtinẽdum, vt abſolutionem, præmium, & honorẽ, pro-*

pter

pter ſui vel alterius delationem, l. quiſquis.præcitata.& l.edicto.& l.ſenatus. de iu.fiſ. vel propter alterius condemnationem, puta ob delictum patris. liberationem a patria poteſtate. auten. præcitata,& inſt.quibus.mo.ius patr.poteſta. ſol.vel ab alia re.l.Lucius 47.§.tutellæ. ff.de adminiſt.tuto.vel cum quid nullum fuiſſe, & eſſe pronuntiat. tunc enim per eam quid nouum non determinatur, ſed iam ipſo iure determinatum eſſe demonſtrat,arg.l.hæredes palam.ff.de teſtamē. l.ſicut.§.ſed quæritur.ff.ſi ſerui.vendi.l. ſi donatæ.37.§.1.ff.de dona.inter vi.& vxo.Cum quid enim a iure definitur,non eſt neceſſe adire prætorem.l. quæ ſub. §. de hoc.ff. de condi. inſtitu. declaratoria tamen ſentētia oportet præcedat, ob executionem iuris.c.cum ſecundùm. de hær. lib.vi.& vis eius retrotrahitur ad tēpus latæ a iure ſententiæ. De hac ſententia declaratoria in caſu prauitatis hæreticæ, ſentit idem Albert.de catho.aſſer.queſt. 33.num 4.poſt Abb.in c.vlt.de hæreti. & alios ab eo citatos. Item & generaliter de ea,& eius effectibus Felin. in c.Rodulphus. de reſcrip.num.35.cum ſequen. Vant.de nulli.ex defe.proceſ.nu.93.vbi multos allegat. Quo ordine ad eam procedēdum ſit, vide Herrigum de ordine iudiciario tit.42. Aduerte tamen huic ſemper non eſſe locum regulæ. Feli. & alios ſupra cita.vide. Pet. Vend.

Defenſores [a] hæreticorum dicunt [b] dupliciter. vno modo qui defendit perſonam. alio modo qui defendit errorem, ſed primus [c] eſt damnabilior illo qui defendit ſimpliciter errantem. nam talis dicitur hæreſiarca.xxiiij.q.iij. qui aliorum.& ſic loquitur.xj q.iij. qui conſentit, [d] & de illo, ſcilicet qui errorem defendit,& errantem per dictum c.qui aliorum, aliàs nō eſt acrius puniendus quàm errans. ſecundus caſus eſt quando quis perſonam defendit viribus, vel potētia nè ad manus iudicis examinandus veniat, vel puniendus. & de ſimili defenſione loquitur xxj.q.per totum,& xxvij.q.j.ſi cuſtos.& tales excommunicari poſsūt, & putat Archi. quòd poſſit etiam eis indici purgatio propter talem ſuſpitionem, quæ inſurgit ex iniuſta defenſione. hæc Domini. in c. quicunque, de hæreti. lib.vj. & quando quis publicè defendit errorem, talis dicitur hæreticus, vt de verb.ſigni.ſuper quibuſdam.imo talis non ſolùm appellatur hæreticus, ſed hæreſiarca, vt d. c.qui aliorum.defenſio autem perſonæ poteſt fieri multis modis, ſcilicet præſtando ſibi auxilium ad ſuæ perſonæ defenſionem, videlicet tenendo familiam volentem capere hæreticū, vel impediendo captionem, vel per obiectum ſui corporis, vel coadunationem gentium, vel viciniæ, vel etiā cum ſolis clamoribus, vel his ſimilia faciēdo. nā per talia dicitur qs defendere perſonam, vt.ff.ad Sill.l.1.§.excuſatur,& l.cum dominus, eo.tit. Et ſicut prim⁹ dicitur defenſor erroris, ita & iſte propriè dicitur defenſor hęretici, vt xxj.q.v.ſi quis cuiuſlibet, & c.ſi fortè, & quaſi per totum.xxvij.q. j.ſi cuſtos. Vnde inter illos eſt differentia ſignanda, quia primus ſcilicet defenſor erroris damnatur quaſi hæreticus, vt ſupra credens,& d.c.ſuper quibuſdam. Sed alius defenſor, ſcilicet hæretici, vel perſonæ non damnatur pro hæretico, quamuis ſurgat ingens ſuſpitio contra eū propter quā eſt ſibi purgatio indicenda, vt infra

purga-

purgatio.& ſupra credẽtes.Sed quid ſi aliquis defendit conſanguineum ſuũ an ſic videatur potius facere af-fectione ſanguinis [c] propter non præſumptionẽ, vt.ff.pro ſocio.l.nemo. & ad hęc certè dicunt quidam ꝙ nihil ſibi proderit ad vitandum pœnã, vt tenet Arch.xxvij.q.i.de filia.quod intellige verum vt eximatur a tota. ſed [f] eximitur propter illud a tanta, quia mitius punietur. vt.ff.de recepta.l.fi.Nam quędam ratione ſanguinis tolerantur quæ aliàs non tolerarentur,vt dicta.l.fi.& ff.de ſuſpec.tuto.l.ſi tutor,& ibi notatur.

Sed de pœna defenſorum vide ſupra credentes,& infra fautores, & receptatores.quia iſti pari paſſu ambulant in pœnis, præter credentes errores, quia credentes hæretici ſunt cenſendi,& ſicut contra hæreticos procęditur contra eos, vt in c.contra Chriſtianos,de hęreticis,li.vj. & eo.tit.in c.excommunicamus.§.credentes,& habetur in quadam extrauagãte quę incipit, Admodum dolẽter.& in alia extrauagante Alexandri papæ, quæ incipit,Nouerit vniuerſitas. vbi multę pœnæ explanantur de ſupradictis.

Defendẽs doctrinam prauam pertinaciter cenſetur hæreticus.xxiiij.q.iij.qui eccleſia.

Eccleſia debet bona ſua defendere non armis,ſed iuribus.xvi.q.v. conſuetudo.

Defenſio eccleſiæ ſpectat ad principes.xcvi.diſ.boni principis.

An ad defenſionem defuncti qui de hæreſi accuſatur, admittantur ſui filij,& ſucceſſores vide infra filij,& infra defunctus.

An aduocatus dicatur defenſor, & an, & quando poſsit hæreticos defendere,vide ſupra aduocatus.[g]

An poſsint ſe iuſtè defendere hęretici, vt non capiantur ab auguazilo inquiſitionis, vide ſupra carcer.

Qui aliorum defendit errores,dãnabilior eſt illis,qui tales errores faciunt, vt d.c.qui aliorum.xxiiij.q.iij.& xxvii.q.i.ſi cuſtos.

Defendere debet eccleſia ſuos pœnitentes.ad hoc facit quod notat Io. An.extra.de of.ordi.c.i.ſuper vlt.gl. vide infra eccleſia, & infra pœnitentia. & ẽt defendere debet ſeruos ſuos factos liberos.lxxxvii.di.libertos,& c.liberti.ea.diſ.c.ſi expoſitus.

Defenſio cum ſit de iure naturali [h] nemini eſt deneganda,vt in Cle. paſtoralis.§.cæterum, de re iudi. ideo nemini eſt deneganda, licèt excommunicato,vel quantuncunque criminoſo,vt de excep.cum inter, & c.fin. fallit tamen hoc in relapſo, quia ſine aliqua audientia relinquẽdus eſt brachio ſęculari.de quo vide infra relapſus,ſed defenſio a natura, vel æquitate conceſſa nunquam tolli poteſt. Bal.per quæſ.per eundem diſputatã ꝙ incipit,ſtatuto cauet,ꝙ fœnerator.

Cuilibet ante condemnationem dandus eſt locus ad defenſionem.iij.q.ix.c.habetur, & c.qui accuſare, & c.dignum.

An quis poſsit vti defenſionibus iniuſtis?gl.fi.iij.q.iiii. nullus xxiij.q.ii.dominus glo.in c.cupientes.§.malignantium,de elę.li.vj.

Qñ quis fouet iuſtam cauſam poteſt aduocatus, vel quilibet alius per malitias,& cauillationes defendere, aduerſarium repellendo: non tamen debet falſas probationes immiſcere. gl.eſt notabilis. xxiii.q.ii. dominus. alia gl.in c.cupiẽtes,in ver.malignantium,

tium, de elec.li.vj.Bal.ſuper rubrica, de fide inſtru.in xiiii.col.

Qui pro defenſione eccleſię, vel patriæ moritur, cæleſte regnum conſequitur.xxiii.q.viii.c.omni timore.

Defenſionis terminus quando datur, vide in ſpe.de acc.§.i.ver.porrò.

Defenſio rei confeſſi crimen, licèt non opponat ipſe, debet per iudicem ſuſcipi, inqri.& fieri.Bar.in cõſ.A do. Cy.de Bononia. Nam iudex debet inquirere defenſiones pro reo etiã non petente cõdemnato, & ſic etiam poſt ſententiã, Bar.in l.iiij.§. hoc autem, & in l.ij.C. de eden. & in l.fi. ff. de ferijs, & omnino per Pau.de Caſ. cõſil. xxxi.& conſil.ccv.& Bar.in l.diui, de pœ.& in l.abſentem, eo.ti.

Defendere debet eccleſia paruulos expoſitos ante eccleſiam.lxxxvij. diſ.c.fi.

Defendere debet eccleſia ſeruos ſuos factos liberos.lxxxvii. di. libertos, & c.liberti, & expoſitos, vt ſupra §.proxi.in c.ſi expoſitus.

Eccleſia defendit infidelem fugientem ad eam.vide infra eccleſia.

ADDITIONES.

a *Deſenſores in iure, licèt propriè dicantur, qui in iudicio defendunt, prout in l. nam poſtea, quæ eſt 9.§. iuſiurandum, & in l.iuſiurandum.34.ff.de iureiur. & in l.pater dotem.verſi.quod ſi ratum.ff. de dot.præle.hic tamẽ largius accipiuntur, & deſenſorum hæreticorum plures ſunt ſpecies, vt hic, et per Siman.in Ench. tit.xiiij.de deſenſo. Q. M.*

b *Hoc caput ex duobus capitibus autoris innominati poſt Calder.opus impreſſi conflatũ eſt, videlicet ex c.de hære.cred. deſen.nu.15.libro de forma procedendi. & ex c.4.de deſenſo.hæretico. initio libri de hæreti.ſæpius citati, vbi leges hæc ipſa purius, et emendatius, vnde ipſe quæ hinc comperi abeſſe reſtitui. Petrus Vendramenus.*

c *Legendum. Interdum, & ſimpliciter errante; ſexto caſu, non quarto, ex cod. Pet. Vend.*

d *Hic ex eodem ſuppleas. Quamuis ibi videatur loqui de illo qui deſendit errantem, ſed intelligo de illo &c. P. V.*

e *Hæc lectio vt intelligis eſt vitioſa indigetque verbis ad ſenſus expletionem, ſic itaque reſtituas ex eod.Cald.c.4.quã contẽptu fidei, nam in dubio præſumetur hoc ſeciſſe ſanguinis affectione, ob notabilem pręſumptionem.&c. & non legas, propter non præſumptionem. pro An.legebatur, vt. & vox. potius, deſiderabatur. Pet. Vend.*

f *Adde non, ex eo ipſo c. Calderini. Pet. Vend.*

g *Vera, & eſt cõmunis opinio pro hæreticis nõ poſſe interuenire aduocatum ſeu procuratorem, nec aliquem eorum patrocinium ſuſcipere poſſe, abſque inquiſitoris licentia, & hoc iure vtimur. vt etiam per Afflict.ſuper 1.par.conſtitu.tit.1.nu. 43.& per Iul.Clar.ſenten.lib.5.§.hæreſis.nu.18.verſ. Vlterius pro hæreticis non poteſt aduocatus. Q. M.*

h *L.vt vim.& ibi omnes.ff. de iuſt.& iur.l.1. C.vnde vi.Gandi.de defenſio. a reo facien. & quòd defenſio ſit de iure naturali, etiam brutis competens communem affirmat. Io. de ami. de Venaſ. conſ.4.nu.1. Q. M.*

Deferre [a] tenetur inquiſitori, vel epiſcopo hæreticum, vel errantem in fide, quicunq; eum ſciuerit, vt ſupra accuſatio, & j. iudicare.

ADDI-

ADDITIONES.

[a] *Deferre hic idem eſt quod indicare,& accuſare,iuxta tex.in l. indicaſſe reum. quæ eſt 197 ff. de verb.ſigni. & ad alia quæ adduco in glo.facul. §.conſiderantes.in verbo deferuntur. Et quòd omnes hæreticos prodere, & indicare teneātur probatur in l.Manichæos.C.de hæreti. in c.præſumunt.& c.ſequ.2.q.7.c.nos qui. 6.q.1. Quint. Mand.*

Adde,deferre reum, inquit Alcia.idē eſt quod poſtulare,ideſt coram iudice nocentem nominare, & vt cognitionem ſuſcipiat,petere,& quomodo id fieret,ſubiungit. Nonius autem ait, deferre quandoque accipi pro celatum prodere, affert de Lucilij xxiij.exemplum hoc.Quapropter certum eſt facere cōtra,ac perſequi, & nomen deferre hominis,videtur idem quod nuntiare, ſicut accipitur de iure fiſci.ff.l.1. & l. deferre. Sciendum tamen non idem eſſe deferre. quod accuſare, ſicut et Alci.in l.indicaſſe,197.ff. de ver. ſign.ſentit,& lex ipſa.& l.3.ff.ad l.Iul. de adult.oſtendere videntur,& ſignificare.ex Aſcon. etiam in 2.Verr.idem confirmari videtur,Notandum quoque hoc ipſum verbum, ſi etymon eius conſideremus,indicare quid ad aliquem ferri.propterea id quod primò ſignificat, interdū quod ex conſequenti notat, oſtendit,& tunc aliquando de rebus corporalibus dicit,& tunc ſignificat afferre,Virg.Enei. 4.celeres mandata per auras detulit. in quam ſignificationem ſumitur. l. 1.ff. de ſer.ſug.quæ verò deferimus in lucem prodimus, inde factum vt ex conſequentia prodere vel nuntiare ſignificet. ita capitur in l.1.& l.deferre. præcitatis. Aliquando transfertur ſignificatio ad incorporalia, & pro tribuere per quādam conſequentiam accipitur in iure, vt quando dicitur hæreditas, vel bonorum poſſeſſio deferri.l.1.ff.ſi ſub.teſta.nul.l.2. & 3.ff. vnd. lega.l.1.vnde cogn.l.1.de ſucceſſor. edi.ff.Preterea deferri iuriſditio pro tribui vel dari l.quia.ff.de iuriſd.om.iudic. ſed ſi propriè intelligantur, vt hæreditas in alium lata a lege teſtamentove dicatur,aut ab inteſtato,iuſiurandum itidem in aduerſarium dicamus eſſe latum, non arbitror erit abſurdū, imo res perſpicua magis fiet. Scio quandam eſſe diſtantiā, inter obuenire,& deferre hæreditatem l. obuenire.130 ff.de verb.ſignifi. Delator inquit Conſtātinus, Harme. in epito.iur. ciu.dicitur autor ac miniſter ſignificandi alicuius facti, vel negotij qđ antea ignorabatur,poſtea ab ipſo pateſit ac indicatur, In Theodo.C.lib.x.c.5. delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderunt alienas, aut caput impetunt alienum. Petrus Vendramenus.

Deficiens in purgatione [a] An debeat puniri eadem pœna, qua veniret puniendus ſi fuiſſet conuictus de crimine,not. de hæreti.excommunicamus,el grande,de accu.accedens.de cohabi.cle. & mulie.tua,in ſi.glo.ij.q.iiij. præsbyteri, el.ij. & ibi per doc. & extra. de accu. cum Petrus,& extra de ſimo.inſinuatum,& de purgati.cano cum. P.

Nota quòd deficienti in purgatione cui venit imponenda pœna ac ſi fuiſſet conuictus, illa pœna debebit imponi ſecundùm modum agendi per quem inducta eſt infamia. vnde ſi per modum accuſationis,vel inquiſitionis ſecundùm illum taxabitur pœna.nota.Arch.ij.q.1.in primis lo.An.de purga.cano.inter in ſi.vide infra pœna.§.deficienti.

An

An in purgatione debeat fieri ſpecificatio criminum, vide infra purgatio. in §. ali in purgatione.

Deficiens in purgatione videtur confiteri, glo. eſt ſingu. in aut. de exhi. reis §. ſancimus. glo. in narratione in fi. Bal. refert in l. ij. quando fiſ. vel priu. & ſic debet puniri tanquã cõuictus, vel confeſſus, gl. in c. præsbyteri, el. ij. ij. q. iiij. & de accu. cum P. & de ſimo. inſinuatum, & de pur. ca. cũ P. & ibi de hoc. & ſic deficiens in purgatione punitur ac ſi conuictus eſſet, de hæreti. ad abolendam. §. qui verò de accu. accedens. ij. de pur. cano. d. c. cum P. & c. cum dilectus, vbi habes gl. quæ reddit rationem. ſimilem. gl. habes de ſimo. in d. c. inſinuatum, & in c. de hoc. text. in d. c. accedens, de coha. cle. & mulie. tua, in fin. de offic. ordi. ex parte. gloſſ. fin. & ibi docto. de purga. cano. inter. adde gloſſ. iij. quæſt. ix. decreuimus. nota. de iudi. at ſi clerici, in glo. i. vide infra pœna, & pœnitentia, & infra purgatio. vide infra §. vlti.

No. ꝙ ſi ſtatuto cauetur quòd cõuictus de tali crimine puniatur tali pœna, ꝙ deficiens in purgatione non debet puniri illa pœna ſtatutaria, quia illa non eſt vera conuictio, ſed præſumptiua & interpretatiua, & ſtatuta habent locũ dũtaxat in caſu vero. ff. de neg. geſ. l. iij. & c. in noſtra de iureiuran. facit quod no. Bar. in l. i. ff. de ſic. ꝙ cũ ſtatuta hodie puniant communiter maleficia, non ſufficie͏ᵇ attentaſſe ſeu feciſſe actũ propinquũ ſicut de iure videbatur ſufficere. l. ſi quis cum telo. C. de ſic. canonizata, de pœ. di. i. §. ſi quis cum telo. Ab. in c. inter ſolicitudines, de pur. ca. in fi. vide Sali. in d. l. is qui cum telo.

Deficiens in purgatione punitur vt conuictus. nõ enim punitur ex prę ſumptione probabili tantùm, quia illa non ſufficit ad condemnandũ quẽ de crimine, vt in c. literas de præſum. ſed præſumptio probabilis quæ orta eſt ex infamia, tranſit in violentã, cũ reus deficit in ſe purgando, & violentia ſufficit ad condemnationem, vt in c. afferte, de pręſum. & in l. iudicia. C. de rei vendi. quæ ſic debet intelligi ſecundũ Abb. in c. tertio loco, de probati. faciat gl. in c. cõtumacia, de hęr. l. vj. vbi præſumptio orta cõtra ſuſpectum de hæreſi tranſit in violentam, ſi ſtat in excommunicatione per annum. ſimile in c. rurſus, & in c. quicũque, el ij. xj. q. iij. & ſic ex infamia orta contra aliquem oritur probabilis præſumptio. Abb. in c. ſignificatum, de ſimonia. vide infra, præſumptio.

No. ꝙ qui recuſat adimplere pœnitentiã ſibi iniunctam per inquiſitorẽ de his quæ manifeſtè debentur, talis dicitur deficere in purgatione, & poterit inquiſitor cõtra talẽ tamq̃ contra deficientem in purgatione procedere, vt in c. ꝙ͏ᶜ quicquid, de pœ. & remiſ. circa finẽ dicti. c. & de hæreti. excommunicamus §. ſi quis ex his. de pręſum. literas, in fi. de purgati. canoni. inter ſolicitudines. vide infra pœnitentia, & infra purgatio. Ideo Procediſo Solerter. Nam de facto accidit in inquiſitione epiſcopatus Carthaginẽſis cuidam Leonorę mulieri cuiuſdã doctoris Moſſen Iaime de Liminanna, quæ recuſauit adimplere pœnitentiam ſibi per inquiſitores iniunctam, tandem quòd in fine, tanquam deficiẽs fuit relaxata brachio ſæculari. quòd ego proprijs oculis vidi, & fui notarius ſui proceſſus.

10 An dicatur deficere in purgatione ſi aliquis de numero compurgatorũ non purget compurgandum, vide xviij.q.ij.in decima,& ij. q. iiij. ſi legitimi,& Ab.in c.inter,de pur. ca. in §.fi.vide infra numerus, per totum.

11 Nota ſingulare, quòd deficiens in purgatione in crimine hæreſis nunquam traditur curiæ ſœculari, quia hæc eſt probatio præſumptiua,& nõ vera, & directa, & volens redire ad fidem debet recipi, & parcitur ſibi quoad mortem.Abb.in c.inter ſolicitudines,de pur.ca.in iiij.col.licèt aliter dicat ibi Hoſ. quòd ad quãcunq; pœnam agatur, deficiens in purgatione debet puniri vt conuictus. ſed gl.aliter ſentit,quæ poteſt ſecundùm Abb.adduci ad ſtatutum quo caueatur ꝙ cõuictus de tali crimine puniatur tali pœna,ꝙ deficiẽs in purgatione non debet puniri illa pœna ſtatutaria,quia illa non eſt vera cõuictio, ſed præſumptiua, & interpretatiua, & ſtatuta habent locum tantũ in caſu vero c.in noſtra, de iniuri. & in l. iij.ff.de nego.geſ.facit quod no.Bar. ff.de ſicarijs, ꝙ cum ſtatuta puniant hodie communiter maleficia,non incidit in pœnã ſtatutariam,niſi perfecerit delictum, & ideo non ſufficit inchoaſſe,ſeu feciſſe actum propinquũ ſicut de iure videbatur ſufficere. l. ſi quis cum telo.C.de ſic.cano.de pœn. diſ.i. Ab. in d. c. inter ſolicitudines, circa fin.vide Sali. in d. l. ſi quis cum telo,& vide Io.An.in regula, in pœnis,de reg.iur.in vj.& vide text. in c. omnis.iij.diſ. in verbo qui cædem fecerit,capite plectatur.vide Io.de Im: in c.i. de præſumpti. Angel. in l.i. §. fin.ff.quòd quiſque iur.ſpec. in tit.de accu.§.i.ver.quid ſi accuſatus.Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C.de epiſ.& cle. & in l.iij. C. de ſer. fu. & in l.& ſi certus,ver.ſi appetitus ſic.ff.ad Sill. & vide ſingulare dictum Io. An. in c.perpetuæ, de electio.li.vj. vbi dixit, ꝙ vbicunque ſtatutum apponit pœnam ipſo facto, tunc nunquã habet locum delictũ initiatum, niſi ſit cõpletũ, & conſummatũ. refert Bal. in d.l.ſi quis non dicã rapere, & Ab. in c.i.de eo qui mit. in poſ. in vj. col. faciat quod voluit Arch.xvj.q.i.§.ſi ergo,& Ponta. in repetitione aut. ſimiliter.C.ad l.Fal.& Io. An.& Domini.in c.fi.de iureiuran.li.vj.

ADDITIONES.

a *Purgare ſe nolens, ſeu in purgatione deficiens pro conuicto habetur,c.tua nos de cohab.cler.& mul.Inno.Ab.& alij, in c.cum P.Mançonella. de purga. cano. & communiter Doct. in c. inter ſollicitudines.eo.Siman.in Enchir.tit.54 de pur. nu.10.cum alijs ſequ.Abb. in c.veritati de dol. & contu. Q. M.*

Deficere hic abſolutè pro deeſſe vel non ſufficere ſumitur. Propriè deficere dicitur in vniuerſum,ſi notationem eius,et etymologiam explices,qui non facit. De enim præpoſitio cõpoſita huic verbo priuationem vel negationem ſui ſimplicis oſtendit.Inde per tranſlationem & conſequentiam ſignificatus,in alias producitur ſignificationes,qui enim non facit q̃d tenetur conſequenter deeſſe vel non ſufficere intelligitur, vt hic; qui aut nullam, aut inſufficientem purgationem ſui non præſtitit. A Hircius,neque tanti ſum animi,vt ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeã, neque tanti timoris,vt ipſe defitiam.Vnde deficere facultatibus dicitur cui ipſe, deſunt omnino, vel minimè ſufficiunt ei

de

de quo quæritur. Sic accipitur in l. cura. 4. ff. de mune. & hono. inde quoque factum, vt qui deſiſcunt a rege principeve ſuo, deeſſe, & à ductu vel regimine alterius recedere, & ita deficere dicantur. Quamobrem Paulus in l. amiſſione. 5. de cap. diminut. ff. deficere autem dicuntur, inquit, qui ab his, quorum ſub imperio ſunt deſiſcunt, & in hoſtium numerum conferũtur. Sed & ij, quos ſenatus hoſtes iudicauit, vel relegati, vtiq; vſque adeo vt ciuitatem amittant. Tibi non deſunt, exempla de Liuio, Cæſare, & ex alijs Latinis. Socius deficere, parens prodere, patronus deſerere, propriè dicitur, Donatus ait in Adelph. Teren. & ſic de alijs huius verbi ſignificatibus dicendum. Hinc defectus, non pro culpa vitæ, & menda ſicuti vulgò accipitur, ſicut a glo. in l. hæres. 52. ff. de acquir. hæred. ſed pro eius abſentia, qui adeſſe deberet, veluti ſcribæ, ſeu medici defectu, quid eueniſſe dicimus Latinè; ſi eorum præſentia defuit, non vitium, quemadmodum vulgus intelligit. Defectio verò eſt receſſus, & rebellio militum. De purgatione ſuo loco infra Purgatio dicetur. In purgatione deficere quis dicatur, ex Simanc. titul. 54. numero. 13. & ex alijs præallegatis, item ex his quæ prædixi, non inuenire poſſe qui conteſtentur ſe credere ab eo, de quo agitur, crimine, ſeu criminibus alienum vel immunẽ eſſe reum, vel qui crederet eum qui purgatur dicere veritatem ſuper innocentia ſua cap. 13. & vlt. de pur. can. Petrus Vendramenus.

b *An ſufficiat & quando conatus niſi ſequatur effectus, vide hac de re tractatum a Feli. poſt commentarium in decreta. Per. Vend.*

c *Cap. quod quidam. arbitror citare voluiſſe. P. V.*

Defunctus. [a] an & quando poſſit procedi contra defunctum, & an poſt mortem poſsit quis accuſari de crimine, & intra qđ tempus, & ad quem effectũ inquirat̃ ſeu procedatur contra defunctum ſuper crĩe, & de quibus crĩbus poſſit accuſari poſt mortem, & de forma procedendi contra defunctos, habet J. in inſtruct. inquiſitio. xx. inſtructio.

Primò eſt videndum an contra eum poſſit procedi, & videtur ꝙ nõ, quia crimina morte extinguuntur [b] quò ad temporales pœnas, vt xxiij. diſ. quorundã. mortuis. n. eſt ignoſcẽdum, & nõ iniungendum. xxvj. q. vij. c. i. ad quod. C. ſi reus vel accu. mort. fuè. l. i. & ii. ff. de accu. l. ex iudiciorũ, cum ſi. Sed dicendum eſt contra. qa imò mortuꝰ poterit accuſari, [c] & cõtra eum inquiri poſt mortem nec obſtant iura prędicta, quia ſpeciale eſt in hoc crimine hæreſis, vt patet. xxiiij. q. ii. ſanè & quaſi ꝑ totum. C. de hæreti. l. Manichæos, & c. ſi qs eṗs, e. ti. c. filij, e. ti. l. vj. nec eſt mirum quia idem eſt in crimine lę. mai. vt. C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. & l. fi. vnde multò fortius in iſto tam graui crimine. vt e. tit. c. vergentis. quod tamen limita eſſe verum vbi dicitur quem fuiſſe verum hæreticum taliter: ꝙ bona eius veniant confiſcãda. Nam ſi ſolùm viuendo fuit ſuſpectus de hæreſi, tunc eiꝰ crimen eſt extinctum morte, vt in c. accuſatus. de hære. l. vj. §. porrò. vide ĩfra iſta litera. §. item quæritur.

Sed quæro intra qđ tempus poſt mortem defuncti poterit inquiri cõtra eum de iſto crimine? & quidam dicunt ꝙ intra quinquennium tantũ a tempore mortis, vt C. de apoſtat. l. ſi quis defunctũ, & ibi Bar. & C. de ſta.

defun.per totum,& Ange. de Are.in tractatum de maleſi. ver. traditore. alij dicunt ꝙ in fauorem fidei, & in deteſtationē huius maximi criminis inquiri poterit ſine temporis præfixione, cum nulla iura inueniantur, quæ in hoc crimine præfiniant tēpus, vt infra præſcriptio,& nos erubeſcere debemus, cū ſine lege loquimur, vt C. de coll.l.illam.& nè ſe.va.c.ij. prima tamen opinio videtur tutior.

Item quęritur an poſt mortē poſſit quis accuſari de hęreſi? & dicendū ꝙ ſic,vt ſupra.§.proxi.dictum eſt,& habetur xxiiii.q.ii.c.ſi.& c.filij,de hæreti.l.vj.de quo eſt bona gl. xxiiij.q.ii.in ſum.hoc tamen limitat gl.xxiii.q.iiij.c.ipſa pietas niſi illi tales defuncti dum viuerent eſſent bonę famæ, per.c.in primis.ii.q.i. ſed intellige eā in caſu in quo loquitur,ſ.quando ille qui accuſat,eſſet hæretic⁹,vel aliàs inhabilis,& ſic etiam loquitur in d.c. in primis.aliàs autem crederē ꝙ huiuſmodi accuſatio etiam contra non infamatū eſſet poſt mortem admittēda,& hoc judicio meo probatur ſatis apertè per ea quę j.dicentur, & p ea q̄ dicta ſunt ſupra.vide ſupra accuſa.

Memoria hoīs mortui dānari pōt in caſibus notatis per gl.In ſt.de hær. quæ ab inteſ.defe.§ per contrarium. Bar.in l.qui a latronibus §.i.de teſt. & Ange.in l.ſi.C.ad l.Iul. ma.

Memoria hoīs mortui quando dānetur,Bar.in d.l. qui a latronibus.§.i.ff.de teſta.& Ange.in l.ſi.C.ad l.Iul. ma.vide infra §.ſupradictū eſt.

An poſt mortem poſſint accuſari credentes,defenſores,fautores,receptatores hæreticorum eo modo, ſicut hæretici?& dicendum,vt ſupra dictum eſt in litera,accuſatio.ibi vide.

Sciendum quòd accuſatio contra defunctum admittitur ad finem occupandi bona ipſorum,& vt memoria eorum damnetur in deteſtationem crīs, & non vt alia pœna puniatur, vt voluit gl.in ſum. xxiiii.q.ii. & nè mirum de hoc, cum etiam ſi contra viuentem in alijs criminibus prę ter hæreſim inſtituta eſſet accuſatio, ſi antequā ſibi inferretur pœna, mortuus fuiſſet,quia tunc non eſſet in ei⁹ corpus aliqua executio facienda,per tex.notabilem in l.defuncto.ff.de publi. iudi, & eſt notandū ꝙ aſſeſſores, ſeu iudices maleficiorum, qui in defunctos faciunt executionem pœnæ capitalis,manifeſtè conuincūtur errare,& hoc tenet Ange.in dicta.l.defuncto.& idem per Cy. in l.ii. C. qui teſta.face.poſ.caueāt igitur ab hoc, aliàs tēpore ſindicatus cōueniri poſſent tanquam inferentes iniuriam cadaueri,vt in l.j.§.quotiens ff.de iniurijs.dicit tñ Io.de Imola in d.l.defuncto,q̃nque de facto p̄ſertim in grauib⁹ delictis, & vbi eſſet talis cōſuetudo,toleranda eſſet in odiū,& deteſtationē crīs,& pp facti memoriam,ar. eius qđ habetur xv.q.i.c. mulier. vbi ēt animal irrationale punitur pp facti memoriā:nā ibi pecus occiditur, ad quod accedit mulier,& ar.eius qđ habetur in c.cū ad monaſterium, de ſta.regula.vbi monachus qui non reſignauit pecuniā quā tenebat tāquā propriā ſine cōſenſu abbatis, ꝓpter qđ iubetur ſepeliri extra cęmeteriū cū pecunia ī ſterquilinio ī ſignū pditionis. vide ſ.cadauer,& j.executio.

An quis poſt mortem poſſit excōmunicari? & dici pōt ꝙ hęretic⁹ poſt mortem pœna excōicationis pōt aſtringi,vt xxiiij.q.ii.ſanè, & gl. in §. his

his autoritatibus, eo.ti.& de hæret.ſi quis epiſcopus.& talis excommunicatio non ideo fertur vt ille amplius ligetur, cũ ille iam æternaliter eſt dãnatus, ſed in criminis deteſtationem, vt cœteri hoc iudicium eccleſiæ audientes ſimilia committere cõtremiſcant, ſm Archi. xxiiij.q.ij. in d.ſum. hodie tamen non eſſet neceſſe in eos ferre ſententiam, cũ a iure ſint excõicati, vt de hær. excõicamus, li. vj. non tñ tollitur propterea cũ posſint etiã ab hoie excõicari, iuxta notata p gl. & docto.in c. ita quorundam, de Iudęis. vide infra iſta litera, in §. ſupradictum eſt.

Si accuſans defunctum ſuccũbat in accuſatione, an puniatur ſimili pęna? ſupponitur, vt habetur in gl. d. c. ſanè. xxiiij.q.ii.& ne mirũ, cum grauius ſit peccare, ſeu offendere mortuum, q̃ viuum, vt C. de ſepul. vio. l. qui ſepulchra. ſed ego dubito an illud ſit verũ, cũ accuſator ſuccũbens puniatur ſimilitudine ſupplicij, vt C. de accu. l. fi. imo ab hac pœna in multis caſibus excuſatur, licèt ſuccũbat accuſator, de q̀bus per gl. notabilem in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui notan. infa. vide ſupra calũmnia.

An hæretici, & receptatores, credẽtes, defenſores, & fautores hæreticorum poſt mortem careant eccleſiaſtica ſepultura? & de pœna eorum qui eos ſcienter ſepeliunt, vide infra pœna, & infra ſepultura.

De forma pronunciãdi de hoc crimine, & ſimilibus contra defunctum vide gloſſ. ii. in §. per contrarium, Inſti. de hęredi. quæ ab inteſta. def. & infra ſententia.

Item ſciendum ꝙ quando inquiſitor vult procedere cõtra defunctum & ſuper eius crimine, primò faciet citare hęredẽ ad defenſionẽ bonorum, & famæ ipſius defuncti, cum ei⁹ hæredis interſit ꝓp bona quę ſibi veniunt auferenda, & cum pater, vel auus dãnatur, quędam pœnę deſcendunt in filios, & nepotes, de quo vide ſupra, confiſcatio, & infra filij. Et ſi defunctus exhumatur, fit iniuria hæredi, vt ff. de acq. hær. l. pro hęrede. §. fi. ff. de ſe. vio. l. qui ſepulcra, in prin. Vnde ni mirum ſi citandus eſt hęres, cũ ſnĩa eũ tangit p. l. de vnoquoq;. ff. de reg. iu. ad qđ extra de appel. c. per tuas, de conſti. eccle. ſanctę Mariæ, in fin.

Supra dictum eſt ad quem finẽ inquiritur, ſed admittitur accuſatio cõtra defunctum. & nunc ꝓſequẽdo dicẽdum, ꝙ multiplex erit effect⁹, vt ſ. dictum eſt. primus quia dãnabit memoria defũcti hæretici. f gl. eſt Inſti. de hær. q̃ ab inteſ. nobis deferuntur, & d. c. dãnationis, in fin. xxiiij.q. ij. & in l. Manichæos. C. de hæ. & C. de ep. & cle. l. qm̃ venerabilis. ꝙ limita niſi poſt quinquẽnium de iure ciuili, ſm Bar. in l. ſi quis. C. de apoſta. ſed ſecus de iure canonico, vt in prędallegatis iuribus, in ij. §. & alijs ſeq. iſta dictione, defunctus. & etiam poterit anathematizari qualitercunque ſit defunctus infamatus de hæreſi, vt d. g c. ſanè. xxiiii. q. ii. Nam quandoque in excommunicatione decedens abſoluitur, vt de ſent. exc. a nobis, el. ii. cum talis excommunicatio foret ſuperflua, cum ipſo iure fuerit excommunicatus, vt infra excommunicatio, & infra hæreticus, & infra pœna. Secundus effectus erit bonorum adẽptio. nam propter bona proceditur hoc crimine poſt mortẽ cõtra defunctũ, vt patet in iuribus ſupra allegatis,

tis,& C.ſi penden.appel.l. quamuis, & no.in d.c.a nobis,el ij.in glo. puta in hæreſi,& vt patet in quadam conſtitu.Friderici imperatoris,quę incipit,Inconſutilem tunicam, & de hæreti.c.accuſatus.§.in eo. & ſic hæredibus auferuntur bona defuncti . qđ eſt intelligendum verum eſſe, niſi bona ipſa eſſent apud filios, qui filij eſſent fideles,& catholici, ſi poſſiderēt ea per quadraginta annos,& vltra,& cum ille defunctus de cuius crimine nunc agitur reputabatur catholicus tempore quo deceſſit. nā his, & alijs de quibus infra dicetur in litera prę ſcriptio, concurrentibus,gauderent eorum filij vel hæredes eorum bonis vt in c.ſi.de hær.in vj.Tertius effectus erit,quia ſi talis reperitur in cœmeterio catholicorum tumulatus, debet exhumari,& inquiſitores hoc debent mandare.nam ſicut ſi viuens fuiſſet, & damnaretur, non debuiſſet eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi, vt in ca.i. de hæret.l.vj. ita ſi poſt mortem reperitur hæreticus.[h] nam cui cōmunicari nō debuit in vita, nec ēt in morte cū fidelibus debet participare, & ideo inter ipſos exhumandus eſt,ſi diſtinctè ſeparari poteſt ab eis, vt extra de ſepult. c.ſacris. cum ſuis concor.Sed hoc eſt verum,cum eius oſſa poſſunt diſcerni ab oſſibus fidelium, vt in d. c.ſacris.Ad alium autem effectū non inquiritur ſuper crimine defuncti,cū aliæ pœnæ nō poſſint defunctis infligi vt ĩ.dicetur de pœnis hæreticorū.

Conuincitur defunctus de crimine ſi poſtquàm erat accuſatus, ſeipſum occidit.nā tūc conſcientia criminis ſe videtur occidiſſe, pro quo eſt gl.notabilis in l.ſi.C.de iure fiſ.l.x. & ibi tenet Bar. iſtud tamen limita niſi hęres vellet innocentiā defuncti purgare, vel id quod pro innocentia reputatur, vt eſt q̄libet iuſta defenſio, vt puta præſcriptio,vel quòd erat demens,vel furioſus tempore commiſſi delicti.vel in alijs criminibus ſi aliquē occidit, ꝙ poteſt dici ꝙ fecit ad ſui defenſionem,& ſimilia. Nam eius factum poteſt defendi , quamuis in omni excuſari non poſſit.ff.ad l. Iul. repetunda.l.lege Iulia.§.ſi. ita tenet Bal.in l.ii.C.qui teſtamen. face. poſ. Sed in crimine hæreſis difficilè innocentia poſſet probari,cum in animo conſiſtat hæreſis , niſi eſſet caſus vbi ex aliquo particulari facto , vel dicto illa concluderetur . & etiam hoc eo caſu,quo illi quando deceſſerunt, erant bonæ famę, & nō erant ſuſpecti nec diffamati de hæreſi,quia ſi hæc deficerent, null' ad eorū defenſionē admitteretur,aliàs ſec', vt in c.filij , de hęret.l.vi.Et ſic procedendo quærit, an quilibet admittatur ad defendendum defunctum?& gl. tangit quęſti. xxiiii.q.ii.c.damnationis, & tenet ꝙ ſic,& ff.de procura. ſeruum quoque. §.publicè. & maximè cum in cauſa criminali pro inuito quis poſſit appellare,vt.ff.de appellati. non tantū. ſed opponit glo.quando admittetur cum non poſſit cauere de rato,ad qđ reſpondet quòd ſatis videtur habere ratum , ex quo non opponit obicem contrariæ voluntatis,de conſec.diſt. iiii.quęris.ſed hoc debet limitari hoc caſu,vt ſupra.ſ. quando illi defuncti in vita non erant diffamati:nam tūc non eſſent aliqui,etiam filij, vel hæredes ad eorum defenſionem admittēdi, ꝓ quo videre meo eſt textus apertus in d.c.filij.ſed illo caſu aduertendū eſt,ꝙ etiam ſi pro defunctis nō ad

mittan-

mittantur defenſores ad excuſandũ delictum,vel ad opponendum ſe cõtra probationes ad contrarium probandum,admittendi tamen ſunt ad probãdum corruptionem , vel falſitatem illius probationis factę cõtra defunctum,ita, ꝙ concludant illam non eſſe legitimam probationem,q̃a ſolummodo a iure excluduntur ad probandũ contrariũ directũ eius q̃d probatũ fuerat, ſecus autẽ ſi per modum indirectum . ſic determinat Io. An.in nouel.in dicto.c.filij,quem ſequitur ibi Dominicus.& per hoc habes notabilem intellectũ ad omnia, iura quæ volunt ſtari alicui probationi,& nõ admittũt contrariã probationẽ nã debẽt intelligi modo prædicto.facit in ſimili,quod no.gloſ.& Bar.in l.iuriſgentiũ. §.ꝙ ferre. ff. de pac. limitari poteſt ẽt & ſecundò ille tex.vt intelligatur tm̃ in filijs,vel hæredibus ipſi⁹ hæretici defuncti, qui ſunt admittẽdi illo caſu,ſecus aũt in alijs extraneis, arguendo ex illo tex. per locũ a ſpeciali propter deteſtationẽ tanti crĩs,ſicut multa alia ſpecialia reperiunt ſtatuta ꝑ eorũ deteſtationẽ.ad q̃d ẽt ſeruit rõ gl. ibi poſitę quæ dicit, ꝙ aliorũ nõ intereſt ſe opponere huic defenſioni,& defenſio q̃ admittitur ex fauore publico ꝓ quocũq; præſtita,vt in dicto.§.publico , excluditur ꝑ eundẽ fauorem publicũ,cuius maximè intereſt tam nefandum crimen indilatè punire , & cum in alijs criminibus quis poſſit ꝓ cõdemnato reſpondere, & etiam appellare in ſui fauorem,vt in dicta.l. non tm̃.ff. de appella. ſed in hoc tam graui crimine etiam ipſi condemnato appellationis remediũ interdicitur, v. ſupra dictũ eſt in lr̃a, appellatio.

Nota ꝙ communicãs mortuo excommunicato ita incurrit excommunicationem , ſicut ſi communicaret viuo. vide infra excõmunicatio.

ADDITIONES.

a *Defunctus accipitur hic pro eo, qui ex hac vita deceſſit,& tranſlatè; defungor enim,vnde defunctus flectitur, expedior, & liberor, ab aliquo munere vel officio ſignificat. Virg. libro. 6. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. Liui. libr. x. at ex parte altera pontifex Liuius, cui lictores Decius tradiderat, iuſſeratque proprætorem eſſe, vociferare, viciſſe Romæ nos defunctos conſulis fato. quo ſignificatu capitur. in l. emptorem. 12. aliàs eſt §. l. xi. ff. de act. emp. vide in eã l. Bud. inde qui moriuntur, quoniam ſoluti ſunt,& expediti ab huius vitæ muneribus, ex eadem ratione defuncti eſſe dicuntur. Ita ſæpiſſimè huius vocabuli ſignificatio ſumitur in iure, ſicut in l. plenũ. § ſed & ſi. de vſu. & tradita in leg. ab autore ſubcitatis. item l. ſi ſponſus. 5. § ſi quis de don. inter vir. & vx. l. ex facto. 35. §. verum. de hær. inſtitu. & in l. Ariſto. 28. de acqui hære. ff. Quia verò q negocio explicantur, et eximũtur intelliguntur id finire, fit vt capiatur pro q̃d abſoluere & finire, vt cum dicitur quis opera defunctus. vt in l. 3. de proxe. Quẽadmodum, & ſimplex eius fungor accipitur interdum, veluti quãdo iudex. off. ſuo functus dicitur dicta ſententia. l. iudex. ff. de re iud. & l. diem de aſſ. ff. ſimplex autẽ indicat aliquod munus obire, vti, vel onus ſuſtinere, cum de tempore loquitur inſtanti, l. filij. 22. §. vlti. ff. ad municip. l. prætoriæ. 7. de prætor ſtipu. ff. l. 3. de off. eius cui. & l. 3. ff. de collati. do. eius autem compoſitum defungor, cũ præ*

poſitio, De. priuationis, vel negationis vi fungatur, illud muneris, onerisve ceſſare peractumque ſignificat. Hinc defunctoriè agere, pro languidè & remiſsè. l.2.ff.ad Tertyll. ſuſcipere verò defunctoriè quis dicitur, quaſi defungendi gratia hoc eſt parcè & more delibantis. l.vnica.C. Qui tute. ſignificat enim ibi ex animo tutelas eſſe ſuſceptas, quamuis leues vt in numerum cadant, & grauioribus eximatur eo prætextu. pro defunctoriè vſurpauit Vlpian. in l.atque.ff. quod vi aut clam. perſunctoriè. Bud. in Pande. Hinc functio pro permutatione, ſeu vice ſumi videtur, in l.2.ff.ſi cert. peta. iuncta l.ſed ſi certos. 54. de lega.1.quandoque geſtionem, vel vſum.l.^.& l.x.C.de vectiga.Cic.2.Tuſcu. Labor eſt functio quædam.&c. P. V.

b *Crimen, & pœna morte extinguitur, & l.defuncto.ff.de pub.iud.l.1.& ſequ. C.ſi reus, vel accuſa. & hāc eſſe communem opinionem affirmant. Iero. Cagnol. in l. pupillum qui. quæ eſt 113. §. in hæredes. poſt nume. 4. verſic. ex prædicta communi concluſione. ff. de reg. iur. & Iul.Clar.ſenten.lib.5.quæſt.51.nu.13. Siman. in Enchir.tit.62.de mortu.nu.1. Iodo. in Enchirid. parium aut ſimilium iur. in verb. furioſus, & mortuus. rurſus in verb. mortuus & furioſus. Quintilianus Mandoſius.*

c *Contra hæreticos etiam poſt mortem inquiritur, & ſi de hæreſi conſtiterit illi condemnātur, ac ſi viui forent, eorumque bona publicantur, prout habetur in for. proced. contra inqui. de hære. rub. de pœn. hæreti. poſt mortem. per Anto. Gomez. in c.1. delicto. nu. 8c. vbi hanc communem affirmat, ſequitur Iul. Clar. ſenten. lib.5.§.fin.quæſt.51.num.14.verſi.ſunt tamen aliqua crimina excepta. Idem etiam voluit Siman. in Enchir. titu. 62. de mortuis.nume.3.& ſequen. & Ioan. Calderi.de hæreti.c.24.num.1.& ſequ. Quint. Mand.*

d *Prima opinio, quòd infra quinquennium a die mortis defuncti, inquiri, ſeu procedi poſſit, non poſt, quam tenuit glo. in l.Manichæos. in verb. ſubire.C. de hæreti. eſt communis prout affirmant. Ant. Gomez. in c.1. delicto nu.81.& Iu.Cla. ſent.lib.5.§.fin.q.51. ante nu.16. verſi. ſcias autē quòd in caſibus. ſequitur Emanuel Soarez. Theſa. recep.ſent. in verſi. mors illius qui accuſatus eſt. vbi etiam alia præmiſſis conferrentia tractat, & quòd prima opinio videatur tutior, affirmat Ioan. Calderi. in tract. hæreti.c.24. Quint. Mand.*

e *Exemplum vnius, qui cum pecunia defoſſus eſt lege in epiſtola D. Ieroni. ad Euſtachium. tomo 1. alterius ex dialogo. D. Gregorij. tranſlatiuè verò in Decret. Iuo. in xvij. part. c.67. de monaco, vnà cum pecunia ſepulto in ſterquilinio, mādante D.Gregorio. Eius pœna & damnatio qui diues obijt, narratur a D.Iero. epiſt.4. de viuendi forma ad Ruſticū monacum. Pet. Vend.*

f *In for. proce. contr. inqui. de hær. rub. de pœn. hæreti. poſt mor. & Siman. in præallega. Enchir. tit. 62. de mortuis. nu.4. & ſequ. Q. M.*

g *Sepeliri non poteſt, & ſepultus exhumari debet, præallega. for. pro. contr. inqui. & Siman. vbi ſup. nu.4. verſi. neque corpora eorum cum cadaueribus catholicorum. Q. M.*

h *In eo capite recenſentur quidam poſt mortem anathematizati. Alios tibi narrat Nicephorus. hiſt. lib. 17. c. 27. vt Theodorum Mopſueſtiæ. Theodoricum Cyri epiſcopos, & Ibam Edeſenum. anathemate poſt obitum fuiſſe iugulatos Imperantibus Zenone, & Anaſtaſio, Hermiſdæ*

miſſæ ſummo pontificatu, nè tibi nouum ſemelve factum eſſe videatur. Petrus Vendramenus.

Degradatio. [a] An clericus, vel religioſus deprehenſus in hæreſi ante condemnationem debeat prius per epiſcopum degradari? Et dicendum quòd quando clericus, vel religioſus etiam in alijs criminibus tranſiuit in profundum omnium malorũ, & prorſus ſe oſtendit incorrigibilẽ, ꝙ tunc debet degradari, vt in c. cum non ab homine, de iudi. cum ſim. ſed qui deprehenditur in hæreſi, licèt abiurauerit, & pœnituerit anteq̃ perpetuò incarceretur, dẽt a ſuis ordinib⁹ degradari, iuxt. c. qm̃ epiſcoporum, de hæret. lib. vj.

Sed poteſt dubitari an iſta degradatio debeat fieri ſolummodo, quando quis eſt tradendus curiæ ſæculari, & mortis ſupplicio deputãdus, an etiam ſit idem quando debet perpetuò carceri mancipari, iux. formam. c. ex cõicamus, el ij. de hæret. Pan. mouet ibi iſtam quæſtionem, & tandem concludit ꝙ etiam talis degradatio habeat locũ etiam in illo, qui debet emãcipari perpetuo carceri, pro quo facit apertè tex. in d. c. ibi, dum dicit, Aut perpetuò immurandus.

Cui autem competat facere talem degradationem? Et dicendum quòd poſtquam per inquiſitorem facta eſt depoſitio ab officio, & beneficio, relinquitur degradatio epõ, & nõ pertinet inq̃ſitori taliã facere, vt ĩ. pœna.

Sed qualiter iſta degradatio [b] debeat fieri per ipſum epiſcopum? & dicendum ꝙ olim epiſcopi illam faciebant cõuocatis, & præſentibus alijs plurib⁹ epiſcopis, ſed hodie fieri põt per ſolùm epiſcopum diœceſanũ, vel per alium ex ſui licentia, & hoc reperitur ſpecialiter in hoc crimine ſtatutum, vt non requiratur numerus epiſcoporum. de quo in c. degradatio, de pœnis, lib. vj. niſi ſolus epiſcopus, vt dictum eſt, ſine alijs epiſcopis conuocatis tamen abbatibus, ſuę diœceſis, & alijs prælatis viris & religioſis, & peritis, qui interſint dictæ degradationi, vt patet in c. quoniam, de hæreticis, libr. vj. Et licèt iſte textus dicit quòd illę perſonæ quæ debent conuocari, ſint de diœceſi: vbi tamen nõ reperiuntur, recurrendum eſt ad aliam diœceſim, vt dicit ibi Ioan. An. in nouella.

Forma autẽ degradationis [c] talis eſt. nã ſi degradandus fuerit in ſacris ordinibus cõſtitutus, vel etiã cuiuſcunque religionis, ſeu ordinis tali obumbratione obfuſcatus, debet eſſe indutus omnibus veſtimentis ordinis clericalis, quę pertinent ſuis ordinibus, ac ſi dẽret in ſuo ordine miniſtrare. Et facto primò ſermone, ſit epiſcopus, qui eum debet degradare, indutus pontificalibus, non incipiet talẽ degradare ab omnibus, quæ per epiſcopum recepit a principio ſui ordinis, ſed debet fieri ordine retrogrado, ſcilicet incipiendo a ſupremo ordine, & ab illo quem degradãdus poſtremò ſuſcepit. Et poterit vti verbis contrarijs illis quibus in conferendo ordines epiſcopi vti conſueuerunt. in qua degradatione publicè legantur culpę, facto ſermone ante degradationem, quibus lectis feratur ſententia per inquiſitorem, vt ĩ. ſñia. vide ĩ. iſta litera in §. degradatio autem, vbi magis extenſè dicitur.

Cleric⁹, vel religioſus taliter degradatus

datus propter hæreſim, vel huiuſmodi cum tradi debet poteſtati ſæculari, talis degradatio celebrãda eſt præſente poteſtate ſęculari, quo facto dicetur ei, ſcilicet poteſtati, vt in ſuum forum recipiat degradatum, & ſic intelligitur tradi, ſed pro eo debet eccleſia intercedere efficaciter, vt non moriatur, de verb.ſign. nouimus. vide infra rogare.

An omnis degradatus ſit tradendus curiæ ſæculari? & reſpondetur ꝙ non, niſi ſolùm in tribus caſibus. primus in crimine hæreſis, vt de hær. ad abolendam. §.j. & ij. niſi incontinenti ad pœnitentiam redire voluerit, vt de hære. excommunicamus. §. damnati. vbi tamen dicitur quòd ſunt ꝑpetuò carceri mancipandi, ſi redire noluerint poſtquam fuerint depreheſi. ſecundus caſus in falſario literarum domini papæ, de crimine falſi, ad falſariorum. tertius caſus cũ quis deponitur propter calumniam, quã intulit ſuo epiſcopo. xj.q.j. ſi quis ſacerdotum. idem caſus notatur in ſu. con.li.j.ti.v.q.x. ſecundùm Hoſtien. ſed in d.c. ſi quis, ponũtur plura alia. dicitur enim ibi, ſi quis ſacerdotum, vel reliquorum clericorum ſuo epiſcopo fuerit inobediens, aut ei inſidias parauerit, contumeliam, aut calumniã, vel conuitia intulerit, & conuinci poterit, mox depoſitus curiæ tradatur, & recipiat qđ iniquè geſſit.

An clericus actualiter degradatus poſſit contrahere matrimonium? & dicendum quòd non, quia licèt perdat omne priuilegium clericale, vt in c.ij. de pœnis li.vj. tamen ſemper retinet characterem, ratione cuius ſi de facto celebraret, conficeret verũ corpus Chriſti, vt ibi no. Ioan. An. & Ab. in c. non poteſt, de re iudi. in no. ij. & docto. in c. ij. de cleri. excom. mi. Ab. in c. j. qui clerici, vel vouẽtes. vide in repertorio Alb. ſuper parte, clericus actualiter.

Degradatio autem eſt duplex. quædam enim eſt verbalis, quædam verò eſt actualis, ſiue ſolennis. verbalis, ſcilicet depoſitio ab ordinibus, ſeu gradibus eccleſiaſticis eorum qui ſunt in ſacris ordinibus. & fieri debet a proprio epiſcopo aſſiſtentibus ſibi canonicis, numero epiſcoporum, ſcilicet ad minus duodecim in degradatione epiſcopi. in præsbyteris verò ſex, in diaconibus trib⁹, & cõſequenter in ſubdiacono totidẽ, & proprio epiſcopo eorum, vt xv.q.vij. fœlix, & c. ſeq. & de pœnis lib. vj. in c. degradatio. ſupra allegato. ſi verò deponendus non eſſet in ſacris, ſufficit ſententia proprij epiſcopi ſine aliorum pręſentia. quædam verò eſt degradatio actualis, ſiue ſolennis quæ debet ſic fieri. Clericus degradandus debet eſſe indutus ſacris veſtibus, habẽs in manibus vas, vel aliud inſtrumẽtum ſeu ornamentum ad ordinem ſuum ſpectans, ac ſi deberet in officio ſuo ſolenniter miniſtrare, & tunc adducatur ad epiſcopi pręſentiam, & tũc calix, liber, ſeu quæuis alia res, quę in ordinatiõe ab epiſcopo fuerat ei tradita, ſingulariter auferatur, incipiendo ab eo qđ ei vltimò datum fuerat, & ſic gradatim procedendo vſque ad primã veſtem quę traditur in collatione tonſurę, & poſt radetur, vel tondetur. poterit autem vti epiſcopus verbis aliquibus ad terrorẽ, oppoſitis illis quę in collatione ordinũ prolata ſunt, hoc modo, vel ſimili, Auferimus tibi veſtem ſacerdotalẽ, & te

& te ordine ſacerdotali priuamus. & ſic de alijs. & vltimò dicendo, Autoritate dei omnipotentis patris, & filij, & ſpiritusſancti, ac noſtra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, & degradamus, & ſpoliamus & exuimus te omni ordine, & beneficio, & priuilegio clericali. hęc omnia habentur in c. degradatio, de pœnis, libro vj.

Quæ crimina ſunt depoſitione digna, vide glo. magiſtrales. lxxxj. di. c. j. & xv. q. viij. in ſumma.

Item ſi clericus redierit ad vnitatē eccleſiæ poſtquam ab eccleſia recipitur, nō debet deponi ab officio, & beneficio, vt xxiiij. q. iij. dicit apoſtolus, & no. xxj. diſt. nunc autem, in glo. ſed poterit ſuſpendi ad tempus. ita not. Archi. in c. vt commiſſi, ſuper verbo confiſco, de hære. li. vj. vide ſupra confeſſio. §. item nota ſi clericus.

Item no. ꝙ epiſcopus negligens extirpare hęreticos a ſua diœceſi, deponitur, & loco ſui ſubſtituitur alius, qui hoc velit, & poſſit, vt in c. excommunicamus. §. ſi. de hęre. ibi dicitur, Adijcimus inſuper vt quilibet epiſcopus, vel archiepiſcopus per ſe, aut archidiaconum ſuū, vel alias honeſtas idoneasque perſonas bis, aut ſemel in anno propriā parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, &c. vide infra epiſcopus.

ADDITIONES.

a *Degradatio a degrador verbo latinis incognito nomen deductum. neque patribus antiquis in vſu fuit, vt in decretis eorum a Gratiano collectis apparet, ſed à neotericis inuentum. in Concil. namque Maguntienſi 81. diſtin. legitur præsbiteros canonicè degradatos in c. dictum. a poſterioribus autem patet vſitatum, c. degradatio. de pœn. lib. 6. c. quoniam. de hæreti. eod. lib. a Gregorio item ix. in c. excommunicamus. ij. de hæret. vſurpatū. in recentioribus canonici iuris autoribus frequentior eius vſus, pro degradatione depoſitionis appellatione, pro degradari verò deponendi verbo ſæpius vtebantur, quod multa capita, 81. diſt. & alibi paſſim in decretis antiquorum patrum iura. canonica demonſtrant vnde & ti. de cler. excom. depoſito miniſt. Pro degradari quandoque a gradu decidat, vel gradum amittat, vel ſuſcepti gradus officio priuetur, aut ab officio pellatur, ſiue ſpolietur agebant. ſed nouum verbum iuniores ex De, præpoſitione graduque formauere, vt eo quem gradu dimotum ſignificarēt. Degradatio igitur inde dicta, quòd cleri cum deijciat, ſeu deponat, a gradibus ad quos veluti per ſcalarum gradus aſcenderit, ordinum ſacrorum ſiue minorum, ſi ad eos tantùm fuerat promotus. fit vt exauctoratio eius qui militiæ ſeruit armatæ, cui militaria detrahunt inſignia, ſicq; a militia remotus, caſtris abijcitur, priuatus conſortio, priuilegioque militari. c. degradatio. de pœn. lib. vi. l. 4. §. non omnis. ff. de re milita. l. 2. §. 2. de his qui not. infa. ff. exautorationis exempla non nulla Budeus in anno. ad Pande. accumulauit. Eſt & gradatio figura dicendi, in qua non ante ad conſequens verbum deſcenditur, quā ad ſuperius conſenſum eſt. Cic. lib. 4. ad Heren. Quint. lib. 9. c. 3. de figuris verbo. inde ſumas exempla. ex eo nomine dici poteſt degradatio, addita præpoſitione, quæ detractionē ſignificat, componi. Scito denique duplicem eſſe degradationem inferius vtranque declarauit autor. Prægradat ēt pro prægreditur in Pacuuio legi, Nonius refert.* P. V.

Pro

b *Pro hac forma, & qualiter hæreticus degradari debeat Alber. de Roſa. in Dictionario, hoc verb. degradatio. Con. Trident. ſeſſ. 13. c. 4. in decret. de reform. Siman. Enchir. tit. 67 de pœnis. num. 7. Iul. Clar. ſenten. lib. 5. §. fin. quæſt. 36. nu. 36. & ſequ. verſi. ſcias autem. & verſ. ſcias etiam. & eod lib. tota quæſt. 74. Guindiſal. de hæret. queſt. nu. 2. & ſequen. Vmber. in Iudic. inquiſi. hoc ipſo verbo Degradatio. Quint. Mand.*

Delegatus. [a] An inquiſitores hæreticę prauitatis ſint iudices delegati principis? & do&o. in c. vt commiſsi, de hęre. l. vi. & in Cle. ii. eo. ti. tenent quod ſic. [b]

Delegatus per vxorationem amittit poteſtatem cognoſcendi de cauſa ſpirituali ſibi antea delegata. Pau. in Clem. & ſi principalis. de reſcrip. ſuper glo. ij.

An delegatus ſuper iniurijs, & violentijs factis alicui poſsit ſuper illis procedere per inquiſitionē, vide Fri. de ſe. con. ſuo. xxxvj. plenè per doct. in c. venerabili, de of. delega. vbi concluditur quòd non. ratio colligitur ex notatis per Inno. de iureiuran. ad noſtrã, el ii. vbi dicit quòd in his quę concernunt principaliter priuatum intereſſe, non poteſt procedere per inquiſitionem, quod nota.

Item an dicantur delegati ad vniuerſitatem cauſarum, & reſpondetur quòd ſic, vt in c. per hoc, de hæreti. li. vj. ex quo habetur bona limitatio ad c. ſtuduiſti, de of. delega. vt non habeat locum in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, pro quo eſt gloſ. in c. per hoc. facit in ſimili quod notat Bar. in l. i. C. de of. præfi. hæc limitatio venit ad hoc, quòd propter poteſtatem attributam delegato ad vniuerſitatem cauſarum non propterea videtur in illis cauſis adempta poteſtas ordinarij, vt infra ordinarius.

An iuriſditio delegati poſsit extendi vltra ſuos terminos, vide infra iuriſditio, & infra excedere.

Iudex delegatus papæ licèt ſit maior omnibus [c] quò ad cauſam ſibi cõmiſſam, in alijs tamen remanet ſubiectus ſuis ſuperioribus, Abb. in c. paſtoralis. §. cum autem, de offi. ordi.

Iudex delegatus an poſsit punire impedientes ſuam iuriſditionem, vide infra impedientes.

Nota quòd iudex delegatus [d] poteſt ſubdelegare, ad hoc l. more maiorum. ff. de iuriſdi. om. iudi. fallit in [e] delegato a principe ex ſpeciali priuilegio ſibi a iure conceſſo, de offi. de lega. c. paſtoralis., & facit vt nullus alijs committere poſsit vices ſuas, vt tenet Abbas in c. fi. de offic. delegat. vide ſupra commisſio, & ſupra cognoſcere.

Delegatus repræſentat vices papæ in cauſa ſibi commiſſa, & ideo ſicut ipſi papæ obtemperandum eſt, & ordinarius tenetur ad parendum ipſius mandato. Abbas in c. cum cõtingat, de reſcrip.

Item nota quòd iudex delegatus committens vices ſuas alteri non poteſt amplius commiſsionem ſuam reuocare. quod intellige, ſi ſubdelegatus vti cæpit iuriſditione, ad hoc. c. quamuis, de officio dele. lib. vj. & Abbas in c. venerabili, de offi. deleg.

Nota quòd epiſcopus diœceſanus habet vltra ſuam iuriſditionem ordinariam, etiam delegatam iuriſditionem a papa contra hæreticos exemptos in ſua diœceſi exiſtentes, vt

de

de hæreticis, in c. ad abolendam.

Item an delegatus epiſcopi, vel capituli ſede vacante poſſit cognoſcere de crimine hereſis? & dicendum quòd ſic, vt in Clemẽ. 1. §. j. de hæreti. de hoc vide ſupra cognoſcere, & ſupra commiſſio.

An delegatus epiſcopi, vel capituli ſede vacante poſſit perſonalem capturam facere, & an poſſit citare perſonaliter; vide ſupra carcer.

An delegatus poſſit commutare pœnam a iure ſtatutam?[f] & reſpondetur ꝙ non, ſed ſolùm per delegantem, ſcilicet per papam qui poteſt ſuper ipſo crimine diſpenſare, vt de pœni. c. ij. & ibi nota. & vide infra pœna. Ideo Prouiſo Solerter.

An inquiſitores poſſint cauſas hæreſis delegare, & conſtituere ſibi vicarios generales, vide ſupra cõmiſſio.

ADDITIONES.

a *Delegare, eſt quempiam meo loco officio, negotiove exequendo præficere. Col. lib. 4. quis non imprudentiſſimũ quemq; huic negocio delegat? Cic. poſt delegatam mihi hanc prouintiam. vnde delegare in iure, eſt aliũ vice ſua dare iudicem, vel executorem litigaturis, ſiue litigãtibus, cui iuriſditionem ſuam mandat. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. l. 1. & 3. hinc delegatus dicitur, qui alienam iuriſditionem exequitur, l. 3. ff. eod. vel alterius iudiciario munere fungitur. l. a iudice. C. de iudi. Hinc etiam delegare ait Vlp. eſt vice ſua alium reum dare creditori, vel cui iuſſerit. l. xi. de Nouatio. Hinc delegatio, eſt alterius debitoris in ſuum locum ſubſtitutio. Quamquã verò non memini me legiſſe in iure digeſtorum verbum delegandi pro mandare iuriſditionem: definitio tamen delegandi debitoris, mutatis mutandis, & ad eũ cui iuriſditio mandatur aptè protrahi põt a ſimili, Dictus itaque delegatus, ad differentiã eius qui iure ſuo propriove iudicat, & exequitur. d. l. 1. & 3. de off. eius. & l. 5. ff. de iuriſd. om. iudi. & l. 5. C. de iudi. id autem iure magiſtratus competit. l. 1. de off. eius. quod a lege vel principe. l. moræ cum ſeq. ff. eod. vel conſuetudine tribuitur l. 6. C. de emancipatio. l. cum præter. 12. §. 1. ff. de iudi. ſunt qui dicant, & a collegiis eam dari, l. vlt. C. de iuriſdi. omn. iud. item ab vniuerſitate. auth. de defenſo. qui ſint magiſtratus. vide l. 2. ff. de orig. iur. §. quod ad. & Feneſtel. Inquiſitor autem dicitur delegatus, qui datus eſt iudex a pontifice max. ſiue papa. ſcilicet ad cauſas hæreſeos, vel eam ſapientes manifeſtè. c. vt officium. c. per hoc. & c. accuſatus. §. ſanè. de hæret. lib. 6. Qui iure proprio cognoſcit appellatur ordinarius, qui alieno delegatus, vnde tit. in iure pontificio. de off. iud. ordi. & ille de off. iud. deleg. Sunt adhuc aliæ huius verbi ſignificationes, quas petas ab his, qui de verborum ſignificatione ſcripſerunt.* P. V.

b *Idem voluerunt Ioan. Cald. in tract. hæreti. c. 30. nu. 1. & Simanc. in Enchiri. tit. 7. de Inquiſito. nu. 4. ſubdens quòd in negocijs ſibi commiſſis parum differunt ab ordinarijs.* Q. M.

c *Iudex delegatus eſt maior, & dignior ordinario. c. ſanè. ij. de off. deleg. & glo. rub. eod. tit. c. ſtuduiſti. de off. lega. l. fin. ff. de off. eius. cui. man.* Q. M.

d *Hic ex citata lege, negatio deſideratur.* P. V.

e *An & quis delegatus poſſit alteri mãdare iuriſditionem, ſiue ſubdelegare, cur etiam princeps, qui habuit a populo iuriſditionem, poſſit, vide Vaconium a Vacuna melius q̃ cæteros, mea quidẽ ſententia,*

tia,declarantem. lib. ij. declaratio.iuris ciuilis.declara.237.vſque ad 240. Pet. Vendramenus.

f Idem Io.Calderi.de hæret.c.19.circa prin.verſ.ſecunda eſt, quia ex quo damnat eum de hæreſi. & c.21. rubr. an & quando poſſit pœnas remittere, vel eas mitigare,ſeu mutare. Generaliter autē an & quando iudex poſſit pœnam a iure impoſitam,ſeu aliās cōmutare, vide plenè per Iul.Clar.ſentent.lib.5.c.85.num. 10.verſi.vlterius quæro nunquid iudex. Quintil. Mand.

Delictum. [a] Nota ꝙ in omnibus delictis attenduntur iſta,ſcilicet ſcientia,& propoſitum,vt ff.ad l.Cornel.de ſica.l.dicū tur,& de fur.l.quæ in iure,de ſenten. excom.cum in voluntate. ideo PROVISO SOLERTER.

Item in delictis principium,& propoſitum eſt conſiderandum, & non exitus,vt in dictis iuribus in §.præcedenti allegatis.

Sed in delictis maximè attenditur [b] voluntas.ff.de furtis.l.qui iniuriæ,in prin.& ff.ad l.Cornel.de ſica.l. diuus.

Sed omnia iſta aggrauant delictū ſcilicet cauſa, vt ff.de his quæ notan. infa.l. ictus fuſtium.ff. mandati.l.ſi procuratorem,in princi. cum ibi notatis.ff.de pœnis.l.aut facta.§. i.

Item aggrauant delictum circunſtantiæ,vt in dicta.l. aut facta. nota. xl.diſ.homo Chriſtianus,ar.xix.diſt. nulli,& l.diſtin.quia tua, & xi.q.iii. præcipuè,de pœni.diſtint.v. conſideret.xxxii.q.v. qui viderit. de teſti. ca. fin.lib.vj.

Item aggrauat delictum perſona, vt in dicta.l.aut facta.§.perſona, & l.capitalium.§.i.ff. de pœnis.C. de epiſc.audi.l.præsbyteri, & quod ibi no.xxxii.diſtin.c.i. & ibi Archi.ff. de off.præſi.l.i.ff. de iniurijs.l.i.§.i.& l. prætor.§.i.eo.ti.

Item aggrauat delictum locus,vbi res agitur,dicta.l.aut facta.§.loc⁹ ff.de religi.& ſum.fune. & quòd nor. i.q.i.placuit.xxvii.q.i.neque viduas ii.q.viii.libellorū,& ibi Archid.Inſti. de iniurijs. §. atrox.ff. de iniurijs. l. prætor. §.fi.de homicidio.c.præsbyterum.

Item aggrauat delictum, tempus vt dicta.l.aut facta.§. tempus. ff. ad l.Aquil.l.itaque.ff.de ſica.l. furem.

Item aggrauat delictum,qualitas vt dicta.l.aut facta,Inſti. de publi. iudi. §.item lex Iulia.

Item aggrauat delictum, quantitas,vt dicta l.aut facta.§.quantitas. ff.de abige.l.i.i.q.i.iudices, de ſimo. & ſi.quæſtiones.

Item aggrauat delictum,perſeuerantia,vt.ff. de re militari.l. iii. §. de ſertorem.ff. de pœnis.l. capitalium. §.ſolent.

Item aggrauat. iteratio [c] delicti, vt C.de epiſco.audien.l. nemo, & ꝙ no.ff.de pœnis.l.ſi diutino.

Item aggrauat delictum,cumulatio alterius delicti.C.de rap. virgi. l. i.§.i.ff.de re mili. l. nō omnes.§.qui deſertorem.

Item aggrauat delictum, contumacia,vt ff.de pœnis.l.relegati,& qđ ibi nota.ff. de re milit.l. omne delictum.§.i.

Item aggrauatur delictum ratione exempli, vt d.l. omne. §. i. ff. de re milit.

Item aggrauat delictum, publicatio.ff.de iniurijs.l.prætor.§.fin.ff.de re

re mili.l.omne §. qui in acie. ideo in omnibus ſupradictis, & in quolibet ipſorum PROVISO SOLERTER.

Et ſic concludendo cum iſtis quę dicta ſunt, vbi maius delictum inuenitur, maior vltio eſt exercenda, vt xxiiii.q.i.non feramus.Abb.in c. vergentis,de hæreti.

Item manifeſta delicta, manifeſta correctione indigent,de pœ.& re.c.i.

Pro delictis publicis eſt pœna limitata.nota.Bart.in l.i.ff. de pœnis.

Quæ delicta cadãt in impuberé,[d] vide in c.i.& ii. de delictis pu. & vide infra filij.§.circa prædicta.

Per quę, vel in quo quis delinquit poteſt torqueri, vt de iure patronat' in c.paſtoralis,cum ſimilibus.

Ratione delicti quis ſortitur forũ, vt per totum tit. de for. compe. & in aut.ſi qua in prouincia.C.vbi de cri. agi opor.

An inquiſitor poſſit procedere cõtra alienigenas ibi delinquentes, vide infra domicilia, & ĩfra procedere.

Item an delinquens pluribus locis ibi veniat puniendus, vide infra, domicilia mutantes, & infra puniri.

An propter delictum maternum tranſeat pœna in filios ſimili modo ſicut propter delictum paternum, vide infra filij,de pœnis quæ deſcendũt in filios.

An filij infantes qui ſunt ſub poteſtate paterna, dum habent liberum arbitrium ſi delinquant in fide,deuiãdo a recto tramite fidei propter doctrinam parentum, an propter hoc excuſentur,vide infra filij.§. ij.

A D D I T I O N E S.

a *Delictum quid differat a crimine ſupra ad crimẽ annotauimus ex iure. inter etiam delictum & peccatum videtur eſſe diſtantia, vt delictum ſit a bono declinare, vel deſertio boni, peccatum verò ſacere malum, vel perpetratio mali, quod vtriuſque notatio, vel etymon oſtendit, lib.2.ſenten.diſt.42.ex Augu.quæſt. in Leuit.confunditur tñ hæc differentia, qa ſumitur alterum pro altero, ſine diſcrimine. Duo verò ſunt genera peccatorum, mortalium ſcilicet & venialium. quæ ſint vtraque definiuntur ex ſacris autoribus.ibid. & 25.diſtin.c.vnum orariũ. vbi quæ mortalia, ſiue capitalia, quæ venialia ſiue minuta peccata ſint recenſentur. fit & alia delictorum ſectio, in generale ſcilicet & ſpeciale, generale, quod vno generali nomine plurima eiuſdem naturæ crimina complecti poteſt, vt furtum, homicidium, falſum, quod & doctores noſtri, nominatum delictum appellant, ſpeciale delictum, quod innominatum vocant, vt cum quis in ius vocatus non paret & huiuſmodi. cætera Alciatus in l. aliud.131.ff. de verb. ſignifica. Petrus Vendramenus.*

b *Voluntas enim non exitus inſpicitur, alleg.l.diuus, vide Brocand.Azo.rub.1. & 89. Voluntas autem eſſe definitur a D.Augu.lib de duab.natur.tranſlatiuè verò lib.2.ſent.diſt. 26. animi motus cogente nullo ad aliquid non amittendũ, vel adipiſcendum. Alia item eiuſdem ex lib.retracta.1.c.15. tranſlatiuè verò xv.q.1. voluntas eſt animi motus ad aliquid imitandum vel non imitandum, vel adipiſcendum, quæ in idem recidere videtur, & forſan legendum, amittendum pro imitandum. Voluntarium quid ſit, & non volũtarium, differre tradit Clem. Alex. ex ſacris gentilibusque ſcripturis Strom.ij. pag 63. in impreſſ. Florentina. Ariſt. illud dupliciter appellat, & quod*

vtrunque ſit deffinit & diſtinguit, lib.3. & item 6.ethic.& Rhetor.1. appoſitiſſimè quidem ad noſtri iuris ciuilis intelligentiam, & enarrationem. quem, cæteroſque philoſophos illi ethnici iuris ciuilisconſulti legumq; latores videntur imitati. nimirum, propterea quòd veram philoſophiam, non ſimulatam affectant. l. 1. ff. de iuſtitia, & iure. non enim cupiunt vt ſciant ciues definitiones partes que virtutum: Hoc enim modicum reipublicæ prodeſſet, ſed vt per eam boni efficiantur; quod eſt altera pars philoſophiæ moralis, quæ in actione conſiſtit. vide ſcholia Græcorum iuriſcon ad l.Corn.de ſica.lib.60 Baſil.conſtitu ad c. 3. & ad c.27. vbi non indocta voluntarij, inuoluntarijq; diſtinctio. P. V.

c *L. deſertorem. ibi quis iteratò. & l. non omnes. ibi iterum deſerendo, capite puniendus. & ad alia quę adduco ſuper ſignat.grat.tit.de abſolu.ab homici.verſ. Notan.eſt.& ad hoc. Q. M.*

d *De quocunque delicto tenetur impubes præterquã de lapſu carnis. arg.tex. in l.1.§.hæc actio.verſi. cæterùm ſi iam doli capax. iuncta glo.in verſi.contra.ff. nè vis fiat ei, qui in poſſ. & ad alia quæ adduco in tract. Aetat.min.c.4. de pueritia.nu.29. Q. Mand.*

Dæmon [a] interpretatur quaſi multa ſciens per antiquitatem, quia futura prenoſcunt, vt xxvj.q.iiii.ſciendum.

Proprium dęmonis eſt tentare. vnde Matthæ.iiij. ſaluator noſter vocat eum tentatorem.

An dæmones habeant fidem, vide ſanctum Tho.ij.ij.q.v.ar.ij.

Dæmon nec ſanctus, nec dei amicꝰ eſt, de quo infra dicetur iſta litera.

Dæmones ſe habent in ſuis operationibus diuerſis modis. quidã enim operantur ſecundùm ordinem naturalem, cum propter ſubtilitatem ingenij ſui naturas rerum ſciant, quæ hominibus propter groſſiciem ingenij miraculoſa videntur, eo quòd illorum cauſas non attingunt. non tamen dęmones pręter naturæ ordinem quicquam efficere poſſunt. de quo optimus.tex.Aug.in c.nec mirũ xxvj.q.v.

Dæmon enim qui intendit perditionem hominum, etiam ſi aliquando vera dicat, intendit hominem aſſuefacere ad hoc vt ei credatur, vt ponit Tho.ij.ij.q.xcv.ar.iiij.

Si quis verò huiuſmodi futura a dęmonibus quoquo modo prænoſcere, aut prænunciare pręſumpſerit, niſi deo reuelante, manifeſtè vſurpat ſibi quod dei eſt, vt ponit Tho. ij.ij. q.xcv.ar.i. de quo etiam vide eũdem Tho.ibidem.q.clxxii.ar.iij. cum agit de prophetia, & in ſum. contra gentiles, li.iij.c.cliiij. vbi ſubiungit, quòd etiam maligni ſpiritus veritatem fidei corrumpere molientes ſic abutũtur operatione miraculorum, vt errorem inducant hominibus, & argumentum veræ fidei debilitent, non tamen verè miracula faciendo, ſed ea quæ hominibꝰ miraculoſè apparẽt, ita etiam abutuntur prophetica pronunciatione, non quidem verè prophetando, ſed prænunciando aliqua ſecundùm ordinem cauſarum huiuſmodi occultarum, vt videantur futura prænoſcere in ſeipſis quæ hominibus perſuadent, qui occultas rerum cauſas non cognoſcunt. hęc Thom. vbi ſupra.

Dæmõ ſepiſſimè vera dicit in ſuis reſponſis, vt homines aſſuefaciat ad

hoc

hoc vt ei credatur. vnde Athanaſius exponens illud quod habetur Lucæ iiij. increpauit illum dicens, obmuteſce, dicit: quamuis vera fateretur dæmon, compeſcebat tamen Chriſtus eius ſermonem, nè ſimul cum veritate etiam ſuam iniquitatē promulget, vt nos etiā aſſuefaciat, nè curemus de talibus, etiam ſi vera loqui videātur; nefas. n. eſt, vt cū adſit nobis ſcriptura diuina, a diabolo inſtruamur.

Interdū ēt dānanda cū dæmonibus ſocietate deteſtabile idololatriæ ſcel⁹ ſępisſimè incurritur. dęmon. n. ſuper biæ caput ſuū opere ab omnibus adorari deſiderat, vt patet Matthæi. iiij. vnde quibuſdam auidisſimè his vanitatibus deditis taliter perſuadet, & talibus modis eos allicit, vt ſacrificium vel reuerentiam ei exhibeant, contra quos dicit Iſa. xxviij. dixiſtis, percuſſimus fædus cum morte, & cū inferno fecim⁹ pactū. & in ſum. q talibus ſocijs ſe miſcet nō valet illæſus euadere.

Dęmones ſunt ſubtilioris intellectus quā hoīes. & ideo ſi dicti dęmones, vel ſpiritus ſubtilitate intellect⁹ ſui magis poſſunt cognoſcere quā homines quoquo modo, & qualiter effectus naturalium cauſarum impediri pōt, & cauſas effectus aliquos producentes: & ideo in prænunciando futura mirabiliores, & veraciores apparent, quā hoīes quātuncunque ſcientes. hęc Tho. ij. ij. vbi ſupra ī §. ſi quis verò. ꝓ quibus allego bonū tex. xxvj. q. iiij. ſciendū. vnde quidā aſtrologi q homines ſe gerentibus oſtentare volunt, cū videāt ꝙ per principia illius ſcientiæ de futuris actibus hoīm, qui ex arbitrij libertate procedunt, aliquod certum, ſeu firmum determinare non valent. cum enim intellectus, aut ratio non eſt corpus, nec actus organi corporei, & ꝑ cōſequens nec voluntas quæ eſt in ratione, vt patet per philoſophū in. iiij. de aīa, nullum, autem corpus pōt imprimere in rem incorporeā ex quo ſequitur ꝙ impoſſibile eſt corpora cęleſtia directè imprimere in intellectū, & voluntatem, ſed tm̄ indirectè in quibuſdā beſtialibus hoībus qui rōne, & intellectum ſubijciunt appetitui ſenſitiuo. huiuſmodi vani hoies inſani recurrūt ad dęmones, a quib⁹ per quędā occulta pacta multa de futuris intelligunt, vt ſupra dictū eſt ī litera, corpora. vnde Aug. ij. ſuper geneſis ad literā dicit fatēdū eſt quando a mathematicis vera dicūtur, inſtinctu quodā occultisſimo dici, quē neſciētes humanę mentes patiuntur ꝙ tn̄ ad decipiendos hoīes fit ſpirituū immūdorū, & ſeductorū operatione q quædā vera de tꝑalibus rebus noſſe permittūtur. Vnde concludit qua ꝑp bono Chriſtiano ſiue mathematici ſiue qlibet impiè diuinantiū, & maximè dicentes vera cauendi ſunt, nè conſortio dæmoniorum animam deceptam pacto quodā ſocietatis irretiant. & pōdera illud qđ Aug. dicit illos diuinatores maximos qui vera dicunt maximè fore vitandos. dæmon. n. qui intendit perditionem hominum, & iuxta apoſtoli Petri vocem tāquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret. Quare deus permittit ea quę a demonibus prædicuntur, peruenire? & dicēdum ꝙ deus ea permittit vt ipſi qui hoc audiūt, & vidēt probentur, & appareāt qualē fidē, vel deuotionē erga deū hn̄t. ſicut legit Deut. iiij. Moiſen ex ꝓcepto dñi pręcepiſſe dicentē: ſi ſurrexerit in medio tui ꝓpheta, aut qui dicat ſomniū

Q ſe

ſe vidiſſe, & prædixerit ſignũ, atque portẽtum, & euenerit quod locutus eſt, non audies verba prophetię, aut ſomniatoris, quia tẽtat vos domin⁹ deus veſter, vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non. de hoc vide in c. nec mirũ. xxvj. q. v. qui eſt tex. Aug. Quibus præmiſſis quò ad quæſtionem propoſitam videtur dicendum, ꝙ ſi quis inuocat dæmones, vel vtitur ſortilegijs, & diuinationibus, & credit dęmones aliqua de futuris ſcire, ad quorum cognitionem non pertingũt. aut in operabilibus credit eorum virtutẽ ad aliqua ſe extẽdere, ad quæ ſm rei veritatem ſe non extẽdit, huiuſmodi error cũ pertinacia hæreſim induceret, & ſic intelligi debet tex. ĩ d. c. epiſcopi. ad quod ẽt bonus tex. xxvj. q. vij. in c. nõ obſeruetis. qđ ſatis apertè dominus inſinuare voluit, Deuter. xviij. vbi inter abhominationes gentilium prædicta maleficia, & ſortilegia connumerauit. Si tamen iſta credulitas falſa ceſſaret, licèt res ſit valde illicita, non tamen hæreſim ſaperet, in quo ratio hæreſis conſiſtit ex ſuperioribus patet, ex quibus manifeſtè deprehenditur quàm magnum inſtet periculum his qui ad has vanitates, & ĩſanias falſas ſe conuertunt & huiuſmodi.

Vtrum dæmones inuocãtes [b] ſint habendi tanquam ſortilegi, vel tanquã hæretici, ſeu ſuſpecti de hæreſi? & dicẽdũ ꝙ ſm varietatem modi inuocãdi ſumitur varietas ad huiuſmodi [c] reſpondendum. Inuocantes namque dæmones quemadmodũ trifariè variantur, vt apparet in libro qui Salomoni inſcribitur, qui tabulę Salomõnis intitulatur, ſuper quo iurant dæmones aduocatos [d] de dicenda veritatẽ, ſicut nos Chriſtiani ſuper quattuor euangelia dei, & ſicut Iudæi per legem dei, quam dedit Moyſi. in quo libro poteſtas luciferi, & aliorum dæmonum mendaciter eſt inſerta, & orationes nefariæ a dæmonibus reuelatæ, lucifero, & alijs dæmonibus exhibendæ. apparet etiam in libro qui Honorio necromantico inſcribitur, qui theſaurus necromantiæ a necromanticis appellatur. Quos quidem libros Nicolaus Almeinc dicit ſe cępiſſe a necromanticis; & eos comburi feciſſe, vt ponit in ſuo directorio inquiſitionis. q. xlij. Ex quibus libris, & alijs confeſſionibus per tales factis apparet quod quidam dæmones inuocantes manifeſtè exhibent honorem latriæ dæmonibus inuocatis, vtpote eis ſacrificando, adorando, õrationes execrabiles [e] infundendo, ſe dæmonibus deuouendo, obedientiam promittendo, aliquid ſe facturum pro dæmonibus aſſerẽdo, per talem dæmonem iurãdo, per nomen alicuius ſuperioris dæmonis [f] inſtrui, quem inuocat adiurando, laudes dæmonum, vel cantus in eius reuerentiam promendo, genua flectendo, proſtrationes faciendo, caſtitatem [g] procerando, veſtibus nigris, vel albis pro dæmonis, reuerentia, & artis innominata [h] inducẽdo, per caracteres, & ſigna, & ignota nomina obſecrando, luminaria incendendo, thurificando [i] de thure, vel ambra, & lignis aloes, & ſimilibus aromaticis ſuffumigando: aues, vel animalia alia [k] ſeu eorum partes comburendo, ſal in ignem mittendo: holocauſtum de quouis faciendo. omnia enim prædicta, & quàmplurima alia nefaria in prædictis inueniũtur

a dæ-

a dæmonibus conſulta, & concupita; in quibus omnibus, & quolibet prædictorum honorũ [l] latriæ, ſi prędicta conſiderentur, dæmonibus exhibetur. ſi benè enim antiquæ legis ſacrificia deo exhibita contempletur, illicò inuenietur quòd ſupra dicta non demonibus, ſed deo ſunt ſolummodo tanquã vera ſacrificia exhibenda. & iſte ſupradictus eſt primus mod[9] dæmones inuocãdi, [m] & iſto modo ſacerdotes Baal ipſum inuocabãt, ſanguinẽ propriũ, & aĩalia alia offerẽdo, vt legit. iii. Re. c. xviij.

Quidam autem dæmones inuocãtes exhibent dæmonibus inuocatis honorem duliæ, & non latriæ, vtpote nomina dęmoniorum inter nominã ſpirituum beatorum, vel ſanctorum in ſuis quibuſdam nefarijs orationibus im miſcendo, mediatores in illis orationibus a deo exaudiendis [n] ponẽdo, cereos incendendo, & deũ per eorum nomina, vel merita obſecrãdo: hæc enim prædicta, & multa alia execrabilia in prædictis libris inueniuntur conſulta, in quibus honor dulię dæmonibus exhibetur. ſi enim modus ſanctos exorandi ab eccleſia inſtitutus diligentius cõtempletur; videtur ꝙ prædicta non ſunt demonibus, ſed ſanctis, & beatis ſpiritibus exhibenda. Ecce ſecundus modus dęmones inuocandi, & iſto modo Saraceni inuocant Mahometum tanquã dei ſanctum. Et nonnulli Begardi Fratrem Petrum Ioannem, & alios per eccleſiam condemnatos.

Alij autem dæmones inuocantes quędam in inuocando faciunt, in q̃bus non apparet, ꝙ honorem nec latrię, nec dulię demonibus inuocatis exhibeant, vt circulũ in terra deſcribentes, puerum in circulo ponendo, ſpeculum, enſem, amphorã, vel aliud corpus paruum corãm puero ſtatuẽdo, ipſo necromantico librum tenente, & legente, & dęmones inuocante, & ſimilia multa, vt prædicta ars, & talium multorum confeſsio ſatis docet. Ecce tertius modus dæmones inuocandi. & iſto modo Saul per Pithoniſſam ſpiritum Pythonicum inuocauit, i qua inuocatione nullus honor legitur interueniſſe nec duliæ, nec latrię, vt legitur xxviij. Reg. c. j. patet ergo quod dęmones inuocantes tripliciter variantur.

His viſis, ac pręmiſsis proponuntur tres caſus, ſeu concluſiones, ſecũdum ꝙ tripliciter diſtinguuntur dæmones inuocantes. Primus caſus, ſeu concluſio eſt quòd ſi dæmones inuocantes exhibeant dæmonibus honorem latriæ quoquo modo, & de hoc clarè ſint conuicti iudicialiter, vel confeſsi, tales non vt ſortilegi, ſed vt hęretici iudicio eccleſiæ ſunt habendi; & per cõſequens ſi reſipiſcant, hæreſi primitus abiurata, ſunt vt pœnitẽtes hęretici perpetuò immurãdi. Si aũt nolũt deſiſtere, vel ſi dixerint deſiſtere, & pęnitere, & tamẽ noluerint abiurare, vel ſi abiurauerint, & poſt modum relabantur, poſtmodum ſunt ſæculari iudicio relinquendi, vltimo ſupplicio puniendi per omnia, ſicut de alijs hęreticis iudicant canonicę ſanctiones, vt infra hæreticus, & de ſapientibus hæreſim. Ideo PROVISO SOLERTER. Hęc concluſio ſeu caſus poteſt deduci tripliciter. primò ex dictis ſanctorum doctorũ, theologorum, beatus nanque Auguſt. x. de ciuitate dei. loquens de ſacrificijs ſoli deo, & non dæmonibus

exhibendis, dicit ſic. videmus in omni republica obſeruari, ſummum rectorem aliquo ſingulari ſigno honorari, quòd ſi aliquis alicui alteri offerret, criminis læſæ maieſtatis obnoxius eſſet. Et ideo in lege diuina inſtituitur pœna mortis his qui diuinum honorem alijs exhibent, exteriora ſacrificia ita ſunt ſigna interiorũ, ſicut verba ſonantium ſunt ſigna rerum. quocirca ſicut orantes, atque laudantes, ad deũ dirigimus ſignificãtes voces; cui res ipſas ĩ corde quas ſignificamꝰ offerimus, ita ſacrificantes non alteri viſibile ſacrificium offerendum nouerimus, quàm ei cuius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificium noſipſi eſſe debemus. Sacrificium certè nullus eſt qui audeat dicere deberi niſi ſoli deo, dicente & angelo Manue, qui volebat ſibi afferre, vel offerre hædum de capris ſic, ſi me cogis, non comedam panes tuos. ſi autẽ vis holocauſtum facere, offer illud deo. viſibile ſacrificium exterius inuiſibilis ſacrificij interioris eſt ſignum, quis enim ſaficare cenſuit niſi illi quem, vt deum ſciuit, aut credidit, aut finxit? Ex quibus verbis Auguſtini clarè patet, ꝙ ſacrificium ſoli deo debetur & qui alteri quàm deo illud exhibet, ex huiuſmodi facto oſtendit ſe credere fore deum, quod eſt hereticum. qui igitur dęmonibus ſacrificium offerunt, dęmonem ſe habere in deum, ac credere ſe eſſe eorum deum exteriori facto profitentur, & oſtendunt, quare hæretici habendi ſunt. Ideo Prouiſo Solerter.

Item beatus Auguſtin. ſecundo de doc. Chri. pręmiſſis multis diuinationum, & inuocationum generibus dicit ita, oẽs igitur artifices ꝑ huiuſcemodi vel nugatoriæ, vel noxię ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & dęmonum quaſi pacta quędam infidelis, & doloſæ amicitię conſtituta pœnitus ſunt repudianda, & fugienda Chriſtiano, nõ quòd idolum ſit aliquid vt apoſtolus ait, ſed quę immolant dęmonibus, & non deo immolãt, ſuperſtitioſum eſt, quicquid inſtitutum ab hominibus eſt ad facienda idola pertinẽs, vel ad colendam ſicut deum creaturam, par tẽve creaturæ, vel ad conſultationes, & pacta quędam ꝗ ſignorũ cũ dęmonibus, placita atque fœderata. hęc Auguſ. Ex his verbis Auguſt. patet, ꝙ dęmonibus ſacrificantes Auguſt. vocat infideles, & ſuperſtitioſos, infidelitas autem quę accidit Chriſtianis, hæreſis eſt. ſuperſtitio etiam eſt vitium oppoſitũ de directo religioni Chriſtianę, ſeu latrię. ergo in Chriſtianis hęreſis eſt. & per conſequens dæmonibus ſacrificantes hæretici ſunt habendi. Et ſanctus Thom. in poſtilla ſuper Iſaiam ſuper iſto verbo, Ecce dominator dominus exercituum auferet ab Ieruſalem, & Iuda validum, & fortẽ, omne robur panis, & omne robur aquę: fortem, & virum bellatorem, & iudicem, & prophetam, & ariolum, Iſaię. iij. c. & ſuper iſto verbo, ariolũ, mouet quæſtionem, an inquirere futura ab ariolis ſit illicitum, & in fine loquens de ſcientia dæmoniorum, & quæ ſcire poſſunt, & quæ nõ, dicit ita. tamen ſemper eſt peccatũ inquirere ab eis, aut apoſtaſia a fide, vt dicit Auguſtinus. hęc beatus Thom. & intelligo ꝙ intelligit dicere de iſto verbo. Auguſt. ſ̃m quod recitat. xxvj. q. vij. nõ obſeruetis, vbi expreſsè hoc dicit. ex qbꝰ apparet ꝙ a dęmonibꝰ futura in-

inquirere eſt apoſtaſia a fide, ergo lōgè fortius ſacrificare: apoſtaſia autē a fide Chriſtiana hęreſis eſt. ergo apoſtata à fide hæretic⁹ eſt. igitur dæmonibus ſacrificās apoſtata a fide Chriſti, & hęreticus eſt habendus.

Item idem ſanctus Tho. ij. ſententiarū, diſ. vij. ar. vl. in corpore qōnis quærit, vtrum ſperare in auxilio dæmonis ſit peccatum. cui qōni reſpondendo dicit, ꝙ ea q̃ ſunt ſupra facultatem humanæ naturæ, a ſolo deo requirēda ſūt: & ideo grauiter peccāt q̄ illud qđ eſt dei, creaturę impēdūt per idololatriæ cultū. ita ēt grauiter peccāt, q̄a ea q̃ a deo expetenda ſunt auxilio dęmonū implorant. & huiuſmodi eſt vaticinatio de futuris, vt dicit Iſaias viij. c. nunquid nō populus a deo ſuo requiret viſionē ꝓ viuis, & mortuis &c. & ſiſr ēt ī alijs operibus magicis, in quibus cōplementū opis ex virtute dæmonis expectatur. ī omnibus. n. eſt apoſtaſia a fide propter pactū initum cum dæmone vel verbo tenus, ſi inuocatio interſit, vel facto aliquo, etiam ſi ſacrificia deſint. nam nullus poteſt duobus dominis ſeruire, vt dicitur Matthæi. viij. hæc beatus Tho. vide īfra dominus. §. fi.

Itē dominus Albertus doctor magnus ordinis fratrum Prædicatorū, qui fuit archiepiſcopus Ratiſponenſis ſuper ſecundo ſententiarum, diſ. vij. ar. vlti. in corpore quęſtionis. vbi quærit. vtrum magicis, & mathematicis intendere ſit peccatum, & apoſtaſia a fide? & ſic reſpondet, in talib⁹ ſemper eſt apoſtaſia, verbi, vel operis ſi. n. inuocationes, coniurationes, ſacrificia ſuffumigationes, & adorationes fiant, tunc apertè pactum initur cū dęmone, ꝙ tunc apertè eſt ibi apoſtaſia oris. ſi autem non ſit niſi opere ſimplici, tunc eſt apoſtaſia operis, q̄a iſtud opus expectatur a dęmone: nā cum aliq̄d expectatur a dęmone vel aliquid per ipſum percipere, ſemper eſt fidei cōtumelia, & ideo apoſtaſia eſt. hęc Albertus.

Item frater Petrus de Tarentaſia ordinis prædicatorum, qui poſtmodum fuit papa, Inno. v. ſuper ſecundo ſententiarum, diſti. 1. d. ar. quo q̄rit, vtrū liceat vti dæmonum miniſterio ſiue arte? & tñ idē ꝙ dñs Alber. addit tñ ſic reſpōdēs ad tertiū argumētū. Ad illud de libro reſpōdeo, ꝙ quāuis liber ꝑditus requiri poſſit: nō tñ a dæmone, quia dęmō interrogatus nō reſpondet ſuper talibus, niſi ſuper quędā pacta, & venerationes, & adorationes, & inuocationes hæc ille.

Item dñs Petrus de Bonauentura, qui fuit cardinalis, & ēt Alexander de Ales de ordine fratrum Minorū, qui omnes prędicti aſſentiunt ſup ſecundo ſententiarū, di. viij. & nonnulli alij magiſtri in ſancta theologia, & dñs frater Guido đ ordine beatæ Mariæ de Carmelio eps Maioricen. & Cluen. q ad mandatū dñi papę Ioannis qōnē ſuper hoc edidit ſpecialem. ſecūdò ꝓbatur hæc eadē cōcluſio ex dictis doctorū canoniſtarū Io. An. in c. accuſatus. §. ſanè, de hęr. l. vj. dicit, ita, ſaperent, ſicut circa aras idolorū nefarias preces emittere ſacrificia offerre, dęmones conſulere eorumque reſponſa recipere, & xxvj. q. ij. hi qui, & q. iiij. igitur vel aſſociant ſibi propter ſortes exercēdas, hæreticos, vel faciūt prędicta cum corpore, vel ſanguine Chriſti, vel in ſortibus, vel vt poſſint habere reſponſa, puerum rebaptizant, vel in his ſimilia.

hæc Io. An. Archi. vero ſuper eodem c.& §.dicit ita, Saperent, vt xxvj. q. iiij.dicto.c.i.circa principium, ſuper ver. ariol. & quando aliqua faciunt vt habeant reſponſa a dæmonibus, vt eo.c.hi qui.xxvj.q.ij. nã tales multo magis peccant, quã in caſu poſito in eo.c. §.ille, quia magis hoc videtur hæreticum quã illud. hæc Archi.

Item Io. Monachus ſuper eodem c.& ſuper verbo, ſaperent. dicit ita, ſaperent, ſicut circa aras idolorum nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones colere, eorum reſponſa accipere.xxvi.q.ij.hi q,& d.c.i.xxvi. q.iiij.in ver. ariol.& eſt rõ. nã ſi adorare hęreticos eſt hæreticum, vt dictum eſt in d.c. §. ille, & hoc non eſt propter perſonam ſed propter vitiũ. ergo adorare dæmonem erit maius peccatum, iuxta illud, propter vnum quodque tale, & illud magis.C.de ſacroſan.eccle.hæc Io.Mo.

Item Oldra.in compilatione qõnum, quam fecit, in conſil.200.& 6. quęſtio. qua quęrit: An Ioann. de Poliaco qui dedit pocula amatoria mulieri, ſit ſuſpectus de hæreſi vehementer? in reſponſione quæſtionis dicit ſic. nunc ergo vidẽdum eſt, an dare pocula amatoria mulieri, hæreſim ſapiant manifeſtè. iſtam q. inuenies. infra de ſapientibus hęreſim ibi vide.

Ex prędictis nota. ꝙ expectare reſponſa a dæmonibus ad ſciendum futura, hæreſim ſapit manifeſtè, nã qđ pertinet creatori, attribuit creaturæ, iuxta illud Iſaiæ xlj. Annunciatę nobis quę ventura ſunt, & dicem⁹ quòd dij eſtis vos.

Si enim dæmones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris, tamen quia inuocantur ad iſtud, quod eſt proprium eius, ſicut ſaluator in euãgelio eum tẽtatorem nominat, licèt hoc ſit turpe facere fœdus, & peccatum mortale: non tamen cenſetur hæreſim ſapere manifeſtè: quia hæc inuocatio procedit per modum imperij, & non adorationis. ſi enim adorare hęreticum, eſt hęreticũ, vel ſapit hæreſim manifeſtè, & hoc non eſt ꝑp perſonam, ſed propter vitium. ergo vbi erit maius vitiũ q̃ eſt in adoratione diaboli, maius erit peccatum, vt habetur in d.c.accuſatus, de hære. lib.vj. §.ſanè, & ibi not. per Domi. & Io.Mo.hæc dominus Oldrad.

Tertiò eadem concluſio, ſeu caſus probatur ex dictis eccleſię, & eius determinationibus. nã xxvj. q.v.c.epiſcopi. dicitur ibi epiſcopi, eorumq́; miniſtri omnibus modis elaborare ſtudeant, vt pernitioſam, & a Zabulo inuẽtam ſortilegam, & magicam artem ex parochijs ſuis penitus eradicent, & ſi aliquem virum, aut mulierem huiuſmodi ſceleris ſectatorẽ inuenerint, turpiter dehoneſtatum de parochijs ſuis deijciãt. Ait enim apoſtolus hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam monitionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, quia huiuſmodi ſunt ſubuerſi, & a diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore ſuo diaboli ſuffragia quærunt, & ideo a tali peſte debet mundari eccleſia. Ex ſupradictis apparet, quòd magicam artem ſectantes, & exercentes vt hęretici ſunt habendi, & vitandi. ideo dæmones inuocantes, & eiſdem ſacrificãtes, & magicam artem exercentes, & in hoc ſuper ſectantes vt hęretici ſunt habendi, & ab eccleſia euitandi.

Quãtò ergo creatura magis elõgatur

gatur a perfectione diuina, tantò eſt grauius ſcelus honorem latriæ impē dere ei. Et cū dæmones ſi nō ratione naturæ, ſaltem ratione culpæ magis elongentur a deo, quā aliæ creaturæ, idcirco grauius eſt eos adorare colere, vel ſacrificare, quā alteri creaturæ. Et cum ſerpentes colere, Caym adorare, & angelos colere ſit hæreſis ſcelus, & tales ſint per ſupra allegata inter hæreticos computati, multò fortius dæmones colere, & adorare, & quouis alio modò ſacrificare.

Qui enim [u] Mahometum in ſuum auxilium requireret, licèt aliud non faceret ei, hoc enim manifeſtè hæreſim ſaperet ſi in honorē eius aram ſibi conſtitueret, & alia quæ de dæmone dicta ſunt. nam quodlibet illorū, ſcilicet inuocare, aram conſtruere, ſacrificare, & cæteri actus ſunt latriæ qui ſoli deo debent offerri. ſi ergo aliquis illorum actuum fiat diabolo, vel Mahometo, tale ſapit hæreſim manifeſtè.

Secundus caſus, vel concluſio eſt, q ſi dæmones inuocantes non exhibeant ipſis dæmonibus inuocatis honorem latriæ, ſed exhibeāt honorem hyperduliæ, vel duliæ modo ſuperiꝰ explicato, & de hoc ſint clarè confeſſi iudicialiter, vel conuicti, tales non vt ſortilegi, ſed vt hæretici iudicio eccleſiæ habendi ſunt, & per conſequēs ſi reſipiſcāt errores ſuos, & hereſi primitus abiurata ſunt perpetuò murādi, & vt hæretici pœnitentes feriendi. ſi aūt non reſipiſcant, ſunt vt hæretici impœnitentes feriendi, vel ſi abiurant, & relabantur, ſunt plectēdi per omnia ſicut cæteri hæretici. hic caſus ſeu concluſio qq. ex prima concluſione ſatis pateat antefacta, poteſt breuius ſic conuinci. Honor. n. duliæ exhibetur alicui dupliciter, vel duplici de cauſa. Prima eſt in ſignum ſanctitatis, & hac de cauſa Abraā, Loth, & Manue angelos adorarunt, & de Abraam patet Gene. x.c. & de Loth: xviij. & de Manue, iudicum xiij. Hac ēt de cauſa Aſſuerus Mardochæum, Salmanaſar, Tobiam ſuper alios honorarūt. de Aſſuero patet Heſter iiij. & de Salmanaſar Tobiæ. j. hac etiam de cauſa angeli, beati, & ſancti q ſunt in gloria, a nobis adorantur, & honore duliæ feſtiuantur. Secūda cauſa eſt ī ſignū gubernationis, iuriſditionis, & poteſtatis: hac de cauſa Nathā propheta, & Berſabeæ mater Salomonis Dauid regem adorauerunt, vt patet libro iij. Regum. c. j. hac etiam de cauſa pōtifices, reges, & alij regimini præſidētes, vt dei vices in regimine gerentes a ſuis ſubditis honore duliæ venerātur. [x] Si ergo aliquis honorem duliæ exhiberet, ſanctum, & dei amicum fore vel gubernatorē, vel rectorem per deum conſtitutum eſſe, & ſic deum in eo tanq̄ in ſibi caro. & amico, vel in vicario ſuo principaliter honoraret. Nam cum ſancto honor duliæ exhibetur, deus in ſancto principaliter honore latriæ adoratur. & cum pōtifex, rex, vel regimini præſidēs honore duliæ reueretur, deus in ſuo vicario honore latriæ veneratur. Et ideo in hmōi honoribus q ſanctis, & eccleſiæ rectoribus exhibentur, & mūdi principibus, nō ipſi, ſed deꝰ in ipſis principaliter venerat̄.

Exhibens ergo honorem duliæ dæmoni inuocato, & huiuſmodi facto, & opere exterius conuincitur ſe corde, & mente reputare, ac credere interius dæmonem fore ſanctū, & dei

amicum, & a ſanctitate venerādum; vel fore in mundo rectorem, & gubernatorem a deo conſtitutum, & ideo iuriſditione, & poteſtate reuerēdum: quorum duorum vtrunq; patet eſſe hæreticū, & peruerſum, quia ſacræ ſcripturæ contrarium tenent, & determinationibus eccleſiæ abſonum, cū dæmon nec ſanctus, nec dei amicus eſt, vt ſupra dictum eſt. imò in culpa, & malicia obſtinat⁹ eſt, nec in mūdo a deo gubernato, nec rector conſtitutus eſt: imò ſeruus captiuatus, falſator, & deceptor, vt in ſacris canonibus, & in p̄cedentibus cōſtat plenè: quare cōuincitur ꝙ dæmonibus honorē duliæ exhibentes non vt ſortilegi, ſed vt hæretici ſunt habēdi, & hęreticorū legibus non procul pulſis alijs anfractibus feriendi.

Tertius caſus, ſeu concluſio eſt ꝙ ſi dæmones inuocantes, & conſulentes talia peragant, & taliter ꝙ in eorum inuocationibus, & conſultationibus non apparet manifeſtè, ꝙ aliquis honorem latriæ, vel duliæ exhibeat dæmonibus inuocatis, modis explicitis ī ſuperiorib⁹, vel alijs ſimilibus quibuſcūq; tales nihilominus, vt dicit, nō vt ſortilegi, ſed vt hære. iudicio eccleſiæ ſunt hēdi qđ ſic patet.

Inuocare.n. in ſacra ſcriptura pro actu latriæ ſumitur. vnde gl. ſuper illud Gen. iiij. iſte incępit inuocare nomen dn̄i, dicit ſic, Inuocare idē eſt qđ colere, & deprecari. Itē gl. ſuper iſtud Johelis ij. Omnis quicunque inuocauerit nomen dn̄i, ſaluus erit; dicit ſic, Inuocauerit ſe ſubijciendo, & colendo. & Papias exponendo quid ſit inuocare, dicit ſic, Inuocat, adorat ſuppliciter, prece poſcit.

Inuocare etiā vt actus latriæ a deo præcipitur. ps. Imola deo ſacrificiū laudis, & redde altisſimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis, eruā te, & honorificabis me: & Iſa. 51. quærite dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt.

Inuocare inter actus latriæ enumeratur, & ponitur. Vnde in pſal. Audi popule meus, & loquar Iſrael, nō in ſacrificijs arguam te: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper, non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregib⁹ tuis hircos, & enumeratis actibus latrię, poſt multa dicit ita, Imola deo ſacrificium laudis, & redde altisſimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis.

Ex quibus no. ꝙ inuocare vt actus latriæ fieri dęmoni a deo interdicit. Vnde Iudicū. x. Reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos, ite & inuocate deos, quos elegiſtis, & in 3. Reg. 18. dixit Helias Sacerdotibus Baal, inuocate noīa deorū veſtrorū: & ego inuocabo nomē dn̄i dei mei. vnde cū inuocare pro actu latriæ ſumatur, & inter actus latriæ numeretur, & ponaẗ, & vt verus actus latriæ deo exhiberi præcipitur, & dæmonibus fieri interdicitur, ſi dęmō a chriſtiano inuocet̄, vbi aliud non appareat, actus latrię dæmoni offertur, ꝙ ſapit hęreſim manifeſtè, & tales vt hęretici ſunt habendi iuxt. primam concluſionem.

Nonne inuocantes Mahometum ſunt vt hæretici habendi? vtique concordat B. Tho. vt dictū eſt ſupra prima cōcluſione iſtius quęſtionis Dir. concluſionis, in qua cōcludit ꝙ ſic; eo ꝙ eſt apoſtaſia a fide propter pactum initum cum dęmone. modò autem ſi inuocatio interſit, verbotenus vel etiā ſi facto aliquo ſacrificia deſunt,

ſunt, cum non poſſit homo duobus dominis ſeruire, vt dictum eſt ſupra, & habetur Matth. viij. hæc Thomas.

Ad euidentiam aũt tertiæ concluſionis eſt diligẽtius attendendũ. nam ſi petitur qđ excedit dæmonis facultatẽ, vt ſunt futura a dei, vel hoĩs arbitrio merè dependentia vel voluntate vt reſuſcitatio mortui, qđ petiuit Saul per Pytoniſſam, vel certificatio mortis, vel vitæ, qđ Elizabeth a Beezebub petijt Ochozias, vt patet. iiij. Reg. j. vel hoĩem cogere ad pc̃tm̃, & ſimilia. & tũc ex huius modi petitione hæretici iudicantur, qa proteſtantur ſe credere dęmonem fore deum.

ADDITIONES.

a *Dæmon quaſi δαήμων, ideſt ſciens a Græcis dicitur, qui & diabolus, a διαβάλλειν, verbo Gręco, ideſt a calumniando, et decipiendo, inde diabolus calũniator, & deceptor appellatur, quandoq; dæmoniũ vocatur, vtroq; nomine vbicunq; reperitur in ſacra ſcriptura, non niſi malignus ſignificatur ſpiritus hominib⁹ infeſtiſſimus, D. Aug. de ciui. Dei. li. 9. c. 18. & 19. eſt autẽ angelus præuaricator cui Luciferi, nomẽ fuit. De angelorũ creatione, auerſione Luciferi, & ſequacium angelorum a Deo, de eorum ruina, & caſu de cælo, damnatione ſcientiæ, vide lib. 2. ſenten. diſt. 5. 6. & 7. adde Catech. in art. primum Symboli in verb. Creatorem. De diaboli Imperio Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 1. §. 1. de eius aſtutia ad nos perdendum ſeſſ. 14. c. de ſacram. extr. vnct. de tentationibus eius, & inſidijs, c. 2. de effect. huius ſacram. propriũ eius officium tentare, Quare tentator appelletur, & quibus verbis vtatur ad tentandum, Catechiſ in Orationis. Dominicæ petitionem. Ne nos inducas. eius dominatus crudelis, idem ibi. item de eius impetu, & impreſſionibus ibid. Quomodo in ethnicis dæmones accipiantur autoribus, non eſt hic dicendi locus, à gentibus, quidem ipſe cum cæteris immundis ſpiritibus, eius conſortibus, & aſſeclis colebantur vt Dij. P. V.*

b *Pro his vide Io. Calder. in tract. de hære. c. 22. tit. de diuinato. incantato. & ſimil & Alberti. de agnoſcen. aſſer. cath. quæſt. xi. ver. & ideo pro nunc dico quod dæmon. nu. 4. cum alijs ſequen. Q. M.*

c *Aliàs legitur in Directorio. quæſtioni huic reſpondendi. P. V.*

d *Aduocati ibidem. P. V.*

e *Effundendo legi ſcriptum in Directorio hic citato. P. V.*

f *Pro Inſtrui, legitur, Ipſum, in directorio. Petr. Vend.*

g *Obſeruando. Alijs poſtea quæ hic ommiſſa ſunt interpoſitis ſequitur in directorio veſtibus &c. P. V.*

h *Monito inducendo legitur in direct. in margine verò legitur induendo ibi. P. V.*

i *De thure, vel ambra non legitur ibid. & pro Et lignis. legitur. Et de arbore. Petrus Vendramenus.*

k *Adde. Imolãdo: ſanguinem proprium ex ſe emittere procurando: aues vel alia animalia, & quæ ſequuntur. Dir. Petr. Vendramenus.*

l *Honor. in Dir. P. V.*

m *Seu aduocandi Dir. P. V.*

n *Habet in margine directorium aliam lectionem, videlicet ad eos exaudiẽdos. Petrus Vendramenus.*

o *Sumptum ex xiij. c. Iudic. vbi legitur faciamus hædum. quare videtur recta lectio facere non aſſerre. P. V.*

p *Aliàs legitur Artes. Augu. P. V.*

q *Significationum legitur 26. q. 3. illud vbi ſingulariter de ſuperſtitionibus loquitur Auguſt. P. V.*

In-

r *Innocare verò dæmonia, & eorum reſponſa expetere ad ſciendum &c. ita in Directorio. P. V.*

s *In manu ſcripto Dir. legitur ſicut pro quàm. P. V.*

t *Scias quamplura præcedere huic concluſioni in eod. Dir. P. V.*

u *Hæc ratio non eſt proximè dictorum, ſed aliorum quę hic omiſſa non leguntur. Pet. Vend.*

x *In Directo. pro venerantur, legitur, exhibentur. poſtea ſequitur. Vt facto ſe credere oſtenderent illi, cui talem honorem duliæ exhibe ent, ſanctum &c. Petrus Vendramenus.*

Denunciatio [a] eſt criminis alicuius apud iudicem ſine inſcriptione legitimè facta delatio ad pœnitentiam peragendã, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrunque. hæc eſt diffinitio Hoſti. vt habetur in additio. ſpec. ſuper rubrica de denunciatione.

Ex denunciatione, & ex publica fama præſumitur ſcientia. Bart. in l. quidam decedens. §. fin. ff. de admi. tu. facit etiam. c. fin. qui matrim. accuſ. poſſ.

Item denunciatio nihil aliud eſt quàm intimatio ſine cõcluſione. Bal. in l. i. C. ſi ex deli. defuncto. in iij. col.

Quid operetur denunciatio, vide in l. penul. C. de pœ. & l. quædam. §. i. ff. de eden. & in l. fundum. C. de rei vẽdi. Bar. in l. non ſolùm §. morte. ff. de no. ope. nun. gloſ. in l. ſi maior. C. de reſcin. vendi.

An denunciatio pręcedens impediat accuſationem, & an poſt inquiſitionem admittatur denunciatio, vide ſpe. tit. de inquiſitione §. i. ver. itẽ obijciat. Qualiter debet fieri denunciatio, vide Bar. in l. i. C. de peri. & cõmo. rei vendi. & plenius in l. non ſolùm. §. morte ff. de no. ope. nũ. & per Bal. in l. emptor fundi. C. de euicti.

Nota quòd denunciationem debet pręcedere teſtium inductio. Sanctus Tho. ij. ij. q. xxxiij. ar. iij.

In cauſa denunciationis creditur vni teſti, vt de teſ. c. in omni. & de iudi. c. nouit.

Item denunciatio poteſt fieri tam in iudicio quàm extra iudicium, ſecundùm Inn. de pur. can. cũ inter. & ſufficit denunciationem fieri extra iudiciũ, vt in l. qui vxori. & ibi Bart. ff. de adul.

An denuncians in inquiſitione poſſit recipi in teſtẽ? vide infra teſtis. §. an iudex procedens.

An denunciatio poſſit fieri ad domum, vel amicis, ſiue vxori, nota in l. aut qui aliter. §. ſi forte ff. quòd vi aut clam, in glo. ad domum. cũ gloſ. ſeq. & ibi Bar.

Denũciatio vt aliquis faciat id ad quod eſt obligatus, nihil operatur. Item denunciatio ad tollendum ius alteri quęſitum non valet. ff. de conſti. pecu. l. cum mandatori. ſpe. tit. de fideiuſſ. §. i. ver. quid ſi fideiuſſoria mutuauit.

An in cauſa denunciationis, & inquiſitionis requiratur libellus. Inn. dicit quòd ſic in c. i. de libe. ob. Bart. & Bal. in l. edita. C. de eden. ſed in denunciatione in qua de plano proceditur, libellus nõ eſt neceſſarius, ſpe. ti. de denuncia. §. ſi. ver. penulti.

Iudex procedens ad denunciationem alterius nõ dicitur propriè procedere per inquiſitionem, cũ denunciatio ſit loco accuſationis, vt in l. cũ

patro-

pronum. §.i.ff.de iure patr. Io. And. in addi. ſpe. ti. de denun. §.i. vbi dicit quòd ſi per ſtatutum debetur medietas pœnę accuſanti, idem debetur denuncianti, qui eſt loco accuſatoris. quòd nota.

Nota quòd in crimine hæreſis poteſt procedi vno de tribus modis, ſcilicet per denunciationem, inquiſitionem, & accuſationē. de quo vide infra inquiſitio. §. circa formam.

An quando proceditur in crimine hæreſis per viam denunciationis, debeat pręcedere euangelica monitio[b] iuxta illud euāgelij, Si peccauerit &c. & de iudi. c. nouit, vbi dicitur quòd debet pręcedere illa monitio, & qui eam non pręmitteret, a denunciatione repelleretur, vt de accuſa. c. ij. & c. qualiter el ij. & c. ſuper his. Hoc tamen limita verum cum peccatum eſſet occultum, ſecus autem ſi eſſet publicum. nam eo caſu pręmonitio nō requiritur ſecundùm illud apoſtoli, j. Ti. v. peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: quod intelligitur de peccatis publicis, vt dicit Auguſtin. in li. de verbis domini.

Item non haberet locum talis monitio, vbi poſſet imminere periculū in dilatione, vt quia eſt talis hæretic⁹ occultus, qui vult quòd ciuitas tradatur hoſtibus, quòd etiam celerrimum expectat remedium: his caſib⁹ enim nullo alio expectato ſtatim pcedendum eſt ad denūciationem. ſed etiā hoc debet intelligi niſi fortè aliquis firmiter omnia mala poſſet impedire, vt dicit ſanctus Tho. ſecundā ſecundę. q. xxxiij.

Generale tamē eſt in omnibus denunciationibus, quòd ſi crimen eſt adeo occultiſſimum quòd nequeat probari, non habet locum huiuſmodi denunciatio, in tātum quòd etiā ſi prælatus contrarium mandaret, nō eſſet ſibi obediendum, cum ſit cōtra præceptum domini, qui delicta fratrum occulta noluit reuelar: imò eo caſu peccaret præcipiē, & obediēs, obedire. n. oportet magis deo, q hominibus, iuxta illud Actuum. v. Et ſi generaliter prælatus perciperet, q ſibi dicatur, quòd quis ſciuerit corrigendum, intelligendum eſt ſanè illud pręceptum, ſcilicet ſaluo ordine iuris, & fraternæ correctionis: quia tamē medicus corporalis ſanitatem ægroto cōfert, ſi poteſt ſine alicuius membri abſciſione: ſi autem non poteſt, abſcindit membrum minus neceſſariū, vt vita potius conſeruetur: ſic & medicus ſpiritualis agere debet; ſi enim poteſt emendare fratrem quantùm ad conſcientiam ſalua fama, & illæſa, illud faciet, vt prędictū eſt. Si tamen hoc non poteſt, tunc q a conſcientia prǽferenda eſt famæ voluit dominus vt etiam cum diſpēdio famę conſcientia fratris per publicā denūciationem a peccato liberetur. Vbi tamen de occultis aliqua indicia apparent, puta per infamiam, vel per alias ſuſpitiones, poſſet prælatus pręcipere iſta ſibi reuelari eo modo, ſicut & iudex inquirit contra infamatum, quia iam illud non eſt omnino occultū, nec ab hoc deuiat id quod in capitulis religioſorum fit, vbi etiā ſine aliqua pręambula monitiōe denunciantur ſecreta proximi delicta, nam illa ſunt de aliquibus leuibus quæ famæ non derogant. Et ſi eſſent talia de quibus frater infamaretur, contra pręceptū domini faceret qui

per

per hunc modum peccatum fratris publicaret, quod eſt intelligendum modo prędicto. Iſta omnia ſunt de mēte ſancti Tho. 2.ij.q.xxxiii.ar.vij. & quarto ſententiarum diſ.xix.tenet idem dicens etiam in peccato omnino occulto regulam euāgelij locum habere, & inducit quod Auguſt.in regula dicit, Innocentes non eſtis ſi fratres veſtros quos iudicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittatis. vide de hoc ſupra conſentiens. nec ex hoc aliquis efficitur proditor criminis, quia non manifeſtat crimē ad infamandum, ſed ad corrigēdum. ſed Io.An. in c.nouit, de iudi. tenet quod in peccato omnino occulto taliter quod probari non poteſt, nō habet locum iſta denunciatio. talia enim omnino occulta iudicio dei ſunt relinquēda. vj.q.j.ſi omnia. & hoc videtur voluiſſe glo. in dicto.c. ſi peccauerit. ſed Panor. ibi dicit quòd ſtante hoc ſecreto licèt in publicum non debet res produci, pro quo videtur bonus text. in dicto c.ſi peccauerit, & ibi glo. debet tamen fieri diligens exhortatio, & fraterna monitio erga ipſum in ſecreto vt ſe emendet, vt dicit ibi tex. & adhuc ſi opportuerit, poterit hoc reuelare, ſeu ſignificare præsbytero ſuo ſeu pręlato in ſecreto, qui monēdo, & orando poterit prodeſſe, & nō obeſſe. pro quo bonus tex. xxij.q.v. hoc videtur, & quia ſanctus Tho. tenuit cōtrarium vbi ſupra, ad motiua ſua ſtat reſponſio, quòd debent intelligi modo prædicto. & ad prędicta multum facit tex. in Cle.ij. de hęretic. vbi probatur quòd delictum quod probari non poteſt, non debet iudici denunciari. ad idem induco etiam tex. in c.qualiter, & quādo. el j. de accuſ. in fi. vbi iudex qui generaliter inquirit ſuper ſtatu eccleſię, non debet ad occulta reuelāda aſtringere teſtes in inquiſitione deponentes, pertinet.n. ad debitum caritatis crimen fratris celare, de offi. ordi. ſi ſacerdos. j.q.j. Chriſtus quid fecit, eo pręcipuè, quia cum res eo modo eſt occultisſima, iudicialis autoritas nil prodeſſe poteſt, nec probationibus iſte cōuinci queat, nec ſubijci torturę vt inuitus confiteatur, ex quo indicia non præcedūt, de quo vide infra indicia, & infra tortura.

Ex his infertur ad iſtas generales monitiones quę fiunt a iudicibus in eccleſijs ſub pœna excommunicationis, vt ſcientes furta, vel alia delicta huiuſmodi debeant reuelare. per prędicta enim colligere poteris qualiter illę ſint intelligendæ, & quomodo, & ad quid aſtringant.

An eo ipſo quòd denunciator nō probet, cōuincatur propterea de calumnia, & Abbas tenet quòd ſic, in c. dilectus, de calum. & idem primo tenet Bar. in l.j. ad Turpil. & in l. athletas. §. pręuaricator. ff. de his qui no. infam. & ibi eſt gloſſ. ſingularis. ſed ab iſta regula excipiuntur aliqui caſus.

Primus caſus [d] eſt quādo quis accuſauit, vel denunciauit ex necesſitate officij, [e] vt dictū eſt ſupra accuſatio, & habetur in l.ij. C. qui accuſa. non poſſunt.

Secundus caſus quando ex neceſſitate hoc facit, vt quia hęres qui tenetur vindicare necem defuncti, vt l. fratrē. C. de his quibus vt indignis.

Tertius caſus ratione immenſi doloris, vt quando maritus accuſat vxorē de adul. vt in l. quis, de adul. C.

Quartus

Quartus caſus propter immenſitatem delicti, vt quando accuſat de falſa moneta. nam vt facilius reperiatur accuſator, ius non vult, vt deficiens incontinenti præſumatur calumniari, vt l.j.C.de fal.mon. de hoc vide s̃.calũnia, & ſupra defunctus.

Non valet receptio teſtiũ, niſi denũciatio ſuper hoc ſit facta parti aduerſæ; vt de teſti.in c.in nomine dñi, & de fideiuſ.conſtitutus, & vt li.non conteſt.quoniam, & iij.q. ix. chartę. quod eſt verum. item ar. ꝙ facta denunciatione ſiue veniat ad vidẽdum teſtes, ſiue non, valet receptio teſtiũ, vt in d.c.in nomine domini.& de hac denunciatione debet fieri publicum inſtrumentum, vt ſi dubitatur de denunciatione forſitan, quia ſi ab aduerſario negaretur, probaretur per inſtrumentum.

ADDITIONES.

a *Denunciatio dicitur criminis delatio, & nonnunquam pro accuſatione accipitur, l.abſentem.C.de accuſ.l.4.ff. ad ſen. con. Tertu. De Denunciatione vide Boſ. in pract.crim.tit.de Denuntia. nu.1. & ſequen. Iul. Clar. ſenten lib.5.nu.1.q.7. vbi etiam, quòd denũtiatio aperit viam iudici ad inquirendum, de Denuntiatione.Caſſon.in quæſt.crim. c.7.num.17.de Denuntiatione tractat etiam Vmbert.in Iud.inquiſito.hoc eod.verbo. Q. M.*

Adde, ꝙ Denuntiatio pro prędictione apud.Cic.2.de Diuina.accipitur.ibi.quę eſt iſta a Dijs profecta, quaſi denũtiatio. Accipitur etiam, ꝙ idem quod prædictio ſignificat, pro certioratione, ſiue notifica tione.l.20.§ petitã.ff.de petitio.hæred. & in l.abſentem, meo iudicio, ſupra ab annotatore allegata. in multis quoque legibus de oper.no.nuntia.de agnoſcen.lib. & de euict.ff. Alciat.vide in l. deteſtatio.40.ff de verbor. ſignificati. item pro nuntiatione, & ſignificatione criminis, quæ fiebat ab ijs qui inſcriptioni non ſubijciebantur, vt in muliere, irenarchis, & criminum nuntiatoribus publicis, vt colligitur ex l.diuus.20.ff.de inſt. & ex bib.re.l.4.6.& 7.ff.ad ſena.conſ.Turpi. probari videtur, ex l.ea quidem.C.de accuſa.ſic & in iure canonico ſumitur cum ſine inſcriptione procedat. pro accuſatione niſi per abuſionem P. V.

b *Opin.negatiuam ſeruari vidi in crimine hæreſis, & ſic ommiſſa fraterna monitione ad denuntiationem & inquiſitionem in hoc crimine proceditur, teſtibus etiam Alphon.a Caſtro.lib.2.de iuſt.hære.pun.c.25.Siman.in Enchi.c.23.de denuntiatio.nu. 6. qui etiam alios ad idem citat. Idem voluit Guindiſal. de hæreti. q.10.num.6. Q. M.*

c *Et conſequenter denuntiator ratione calumniæ in expenſis condemnabitur, prout voluit Cy.in l.ſeueriter in fin. C.de iud.Gui.pa. deci. Delph. 369. Catal. de ſindica.q.182.& hanc communem affirmat Grat.reſp.47.num.2.lib.1. Q. M.*

d *Vide annotationes ad vocem Accuſatio. P. V.*

e *Ceſſat enim tunc calumniæ præſumptio, & ita ſeruatur, vt per Amad. de ſindi.nu:85.& Iul.Clar.ſenten.lib.5.§. fin.q.7.ad fin.vbi ſubdit, quòd ſi appareret de vera calumnia, contrarium concludendum eſſet, & eſſet locus communi opin. vt in expenſis condemnari deberet. Quintil. Mand.*

Detegitur. [a] No. quibus modis detegitur quis, & ex quibus indicijs quis cenſeatur hæreticus. [b] Et dicẽdum quòd hæreticus

ticus duobus modis detegitur, ſcilicet verbis, & factis.

Ex verbis quis detegitur, puta qa dicit aperte verba hæretica, vel quæ ſapiunt hæreſim manifeſte: quæ autē verba ſunt, infra dicetur in litera hæreticus. ſed hic poteſt dici, ꝙ ex ſola prolatione verborū hæreticorū ſcienter, & ex propoſito facta oſtendit quis ſe errare, & hæreticus eſſe; quia propria voluntas in cōfeſſione mon ſtratur, & talis eſt intētio, qualia verba ſonant. de hoc multa iura fuerunt ſupra allegata in litera, credētes, per totum. Ideo PROVISO SOLERTER: quia ex verbis detegitur intentio voluntatis. ff. de ſuppel. lega. l. Labeo.

Item ex facto detegitur quis hæreticus, vtquia componit libros erroneos, vel erronea continentes, & etiam ex factis detegitur error, ſicut fit iſtis temporibus, & apparet in iſtis qui deſcendunt ex genere Iudæorum vel qui fuerunt conuerſi de Iudaiſmo & poſtea tranſierunt, vel redierunt ad ritus, & cœremonias Iudæorum: nam ex tali facto detegitur error ſuæ mentis, & de primo conuincūtur ex ſuis codicibus, habendo libros erroneos, eos componendo, vt extra de. ſum. tri. & fi. catho. damnamus, & extra de hæreti. c. fraternitatis. & de ſecundo habetur in c. contra Chriſtianos, extra de hæreti. li. vj. Ideo Proviſo Solerter. vide infra liber.

Sed ponamus quód quis non edidit, nec compoſuit librum erroris vel erronea continētem, ſed talem librū ab hæretico compoſitum ab hæretico recepit ſcienter, & eum tenuit penes ſe, nunquid cenſebitur per hoc hæreticus, ſiue credens? & dicendū ꝙ nō: de quo vide ꝟ. liber, & ſupra cōburi.

Item quis detegitur facto, qui recipit conſolationem ab hæreticis, vel vadit ad audiendum prædicationem, vel doctrinam hæreticorum, vel alia ſimilia facit, per quæ ſuum errorem demonſtrat, vt ſupra credentes. §. non enim, & vide infra factum. per totum.

Et etiam facto detegitur quis cum tranſit, vel redit ad ritus, vel cœremonias Iudeorum, vel Saracenorum, vt in c. contra Chriſtianos, de hæretic. li. vj. & vide infra rediens, & infra reiudaizantes.

Item detegitur hæreticus, & inſurgit vehemens ſuſpitio contra aliquē, ſi cum hæreticis conuerſatur.

Item ſi euitet communicationem, & conuerſationem fidelium.

Item ſi nunquam audit diuina officia, omnia iſta probantur extra de hæreti. in c. excōmunicamus. §. adijcimus, & eo. ti. in c. accuſatus, eo. ti. lib. vj. vbi not. per Arch. in ver. circa proœmium: & propter hoc enim non erit damnandus tāquam hæreticus, cum non probetur errare per prædicta, ſed propter ſuſpitionem exinde ortam erit ſibi purgatio indicenda, in qua ſi defecerit erit tanquam hæreticus puniendus, vt ſupra deficiens, & infra purgatio.

Ex his igitur factis probatur error mentis, & intentio voluntatis. nam euidentiſſima eſt facti probatio, quæ non poteſt aliqua tergiuerſatione, celari, vt ij. q. i. in §. quando autem, & ibi nota. in glo. non ſedentis, & extra de accu. c. euidentia. Cum enim error conſiſtat in anima, & in mente, nō poteſt de eo conſtare, niſi per extrinſecos actus, & per exteriora indicia, extra de vſuris, in ciuitate. xxxij. di. eru

beſcât. ij.q.iiij.cõſuluiſti,ff.de condi. inſtitu. l. qui teſtamento, & ff. de acqui.re.do.l.naturaliter. §.iij. cum ſimilibus.

Item quandocunque apparet quẽ malè de fide ſentire, licèt nihil dicat, vel neget ſed taceât, tamen talis detegitur, & cenſetur hæreticus. nam ex corde, & ex mente cenſetur quis, ſeu iudicatur hæreticus, vt extrà de hære ticis.c.i. & xxiiij. q.iij. hæreſis. Deus enim eſt ille qui ſcrutat renes, & corda, & interrogat, & audit in corde, & nihil ignorat.xvij.q.vj.c.i.& de iudi. c. nouit. Iudex autem qui eſt homo, non poteſt de corde iudicare, niſi per hos actus extrinſecos, vt ſuperius eſt oſtenſum.

Sed pone quòd quis vadit ad hæreticos non vt inſtruatur ab eis, ſed potius vt eis prædicet, & eos inſtruat, & reducat, & certè iſto caſu, licèt ſit prohibitum diſputare de fide catholica, vt C.de ſum.trinita.l.nemo, ad quod xxiij.q.iiij.ſi ea de quibus. tamen hoc non prohibetur, nec propterea cenſebitur infidelis, vt xj.q.iij.anteceſſor. ad quod.de ſen.ex.c.reſponſo. & meritò [d] ex tali propoſito, vel negligentia ſcienter puniri non debet. de quo vide infra fautores.

Pro declaratione prædictorũ quæritur, nunquid ſi aliquis non ex propoſito, vel appenſatè, ſed ex lubrico linguę, vel per iocum ſeu calorem iracundiæ protulit aliquod verbum hæreticum, an propterea vt hęreticus ſit damnandus? & dicendum ꝙ non, vt. ff.ad l.Iulia.maieſ.l.famoſi, & C.ſi qs impera.male.l.i.xxij.q.ij.quòd ait.ff. de acti.& obli.l.obligationum.ij.in fi.ff.de ędi.edic.l.ſciendum.§.niſi, & ff.de regu.iuris, quod calore. Et dicit canon, quòd conſideranda ſunt ea quæ ex mente, & non ex ore procedunt.xxiiij.q.iij.deus qui. ad quod extra de ſenten.excom.cum ex voluntate. Et ex prædictis liquet quòd ſi talia proferens eſſet furioſus, vel non ſanæ mentis, quòd non punietur, vt extra.eo.c.filij, lib.vj. ad quod etiam de ſucceſſione ab inteſta.extra.c.fin.nã furioſus ſatis ſuo furore punitur, vt ff.de offi.praſi.l.diuus, in fi.

Sed ponam' quòd talia verba proferens erat ebrius, nunquid punietur pro hæretico? vide infra ebrius.

Item notãdum quòd ſi aliqui ſponte detexerunt aliquem hæreticum, de cuius perfidia manifeſtè probatur, ꝙ tales detegentes, ſi ſunt filij, in fidei præmium quam cognouerunt, famæ priſtinæ imperiali clementia reſtitutionis beneficium in integrum conſequuntur. ita patet in quibuſdam cõſtitutionibus Friderici imperatoris, quarum vna incipit, Patarenorum. & alia incipit, Commiſſi, circa finem. vbi ſic dicit, Nec quidem a miſericordiæ finibus duximus excludendum, vt ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint, quacunque reatus illorum animaduerſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceât. de quo vide infra filij, & ſupra confiſcatio.

Qui detegit, præmiatur. ff. de.cuſ. reorum.l.in eos.ff.de re mili.l.nõ omnes. §.penul.quandoq; tamen punitur, vt.ff.depoſi.l.i.§. ſi quis tabulas.

Qui detegit nihil noui facit, ſed oſtendit quod eſt.ff. de acquiren. rerũ domi.l.adeo.§.cum quis. quod not. ff.de iuſti.& iure.l. manumiſſiones.

Qualiter detegatur iudaizans, vide infra reiudaizantes.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Detegitur, ideſt aperitur, & nudatur quod erat tectum, per tranſlationem a re corporali, quod propriè ſignificat, vt ſumitur in l. adeo. §. cum quis ff. de acqui. rer. domi. ad animi affectus obditos, l. 2. §. & cum placuiſſet. ff. de orig. iur. & l. in quæſtionibus. 8. ff. ad l. Iul. maie. & l. 1. 2. pen & vlt. ff de coll detegen. & extra cod. tit. & l. quamuis. C. de adulter. oppoſitum quidē ſimplici deſignat, Hanc detegendi hæreticas alicuius opiniones partem latè proſequitur Albertin. de catho. aſſert. 30. q. vbi xix. modos quem conuincēdi hęreticum, in vnum redegit: Pet. Vend.*

b *De præſumptionibus, & inditijs contra hæreticum habes apud. Siman. Ench. titu. 40. & 41. Et quòd in cauſa hæreſis ſufficiant minores probationes, quàm in alijs delictis, non modò ad inquirendum, ſed ad conuincendum, adducitur text. in c. in fidei. de hære. lib. 6. quem ita Docto. communiter intelligunt, vt per Boſſ. in tit. de hære. nu. 5. & per Iul. Clar. ſenten. lib. 5. §. hæreſis. nu. 19. ver. habet etiam hoc crimen. Q. M.*

c *Quæ ſequuntur ad §. vſque. Item notandum. eiſdem verbis omnia ferè leguntur in Calderi. de hæret c. 7. quamuis ordinatius ibi, quàm hic. P. V.*

d *Hic locus mendoſus eſt, & ita legitur apud Calderi. c. 7. de inditijs &c. num. 4. Et meritò dictum ſuit ſupra, ſcienter, & ex propoſito, nec aliter ignorantia puniretur, quod fieri non debet. &c. Exinde etiam caſtigaui clauſulam huius §. ibi. Tamen hoc non prohibetur. antea legebatur, Tamen ſi. Petrus Vendramenus.*

Deus. [a] Plus amat inuocātem quàm pœnitentem. Sanctus Tho. in iij. diſt. xxxij. ar. v. & ibi vide an deus plus amet angelum quā hominem, & iniuſtum præſcitum, q̃ peccatorem prædeſtinatum.

Deus reſpicit voluntatem, & non opus. lex autem econtra. xv. q. j. ſi qs non iratus. ideo Prouiſo Solerter.

Item deus an ſit cauſa mali? & dicendum ꝙ non, vt tenet Tho. in j. parte. q. xlviij. ar. ij. & in ſumma contra gentiles, lib. iij. q. xiij. & xiiij.

Solus deus eſt qui ſcrutatur renes & corda, vt dictum eſt ſupra in litera, detegitur. §. item quandocũque.

Deus prouocatur ad iracundiam propter blaſphemiam, vt mittat terremotus, peſtilẽtias, & fames. de quo vide ſupra blaſphemus.

Deus non iraſcitur [b] licèt humano more dicamus ꝙ iraſcitur. nam deus eſt incommutabilis, vt xxij. q. iiij. incommutabilis.

Deus in ſanctis ſuis laudatur, inquantum laudantur opera quæ deus in ſanctis ſuis fecit, [c] & ſic blaſphemantes in ſanctos ſimiliter in deum redũdat illa blaſphemia, vt tenet Th. ij. ij. q. vij. ar. ij. nam a ſimili videtur, vt qui in conſiliarios principis committit, in ipſum principem committere videatur, quia pars corporis ipſius ſunt, vt. C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. vide ſupra blaſphemia.

Solus deus ſcit futura antequam fiāt, & nullus alius, quia ſolus in ſua æternitate videt ea quæ futura ſunt tanquam præſentia. Iſai. xlj. Annunciate nobis quæ ventura ſunt, & dicemus, quia dij eſtis vos. & vt ait Cato, Mitte arcana dei, nè cures inquirere quid ſint &c. & ſic cõcluditur ꝙ nullus

lus

lus poteſt ſcire futura niſi ſolus deus. & ſi quis huiuſmodi futura prænoſce re aut prænũciare quoquo modo præ ſumpſerit, niſi deo reuelante, manife ſtè vſurpat ſibi quod dei eſt. hęc Thō. ſecunda ſecundæ. q. clxxij. ar. i. cum agit de prophetia. vide ſupra dæmō.

Si aliquis qui vult plus ſapere quã oportet ſapere cõtra doctrinam apo ſtoli quæreret, quare deus quoſdam eligat, alios autem reprobet, iuxta il lud Iacob. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. & ſi etiam aliquis quære ret, quare deus permiſit primum hominem peccare, cum poſſet eius voluntatem vertere in bonũ, quia omnipotens eſt, & alia multa quæ quis poſſet interrogare. Et dicendũ quòd iſta quæ in ſecretis dei conſiſtunt, nõ ſunt a nobis inquirenda, iuxta illud Eccle. iij. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatꝰ fueris, ſed quæ præcepit tibi deꝰ, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. & poſtea ſubdit. multos. n. ſupplantauit ſuſpitio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus eorum, & ec cleſi. vij. Quid neceſſe eſt homini ma iora ſe quærere? cũ ignoret quid cõ ducat ſibi in vita ſua. & poſt pauca, Nec plus ſapias quàm neceſſe, eſt nè obſtupeſcas. de quo ſapientisſimè di citur. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ, & ſcientię dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & ininueſtigabiles vię eius, & de eodẽ Auguſtinus ſuper Ioannem in illo verbo, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui mi ſit me, traxerit eum. dicit ibi. quare hunc trahat, noli inueſtigare, ſi non vis errare. per idem reſpondet magiſter ſecundo ſentẽtiarum, diſt. xxiij. vide infra hæreſis. & concludendo ad iſtas vanas interrogationes reſpondere poſſumus, quòd re vera omnia poteſt. ſed cur non fecit? quia noluit. Cur noluit? ipſe nouit. & ſic non debemus plus ſapere, quàm oportet ſapere. hoc vnum in huiuſmodi debet nobis abundè ſufficere, vt dicit Auguſtinus in Enchiridio. Deus omnipotens cui rerum eſt ſumma poteſtas, cum ſummè bonus ſit nullo modo ſineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotens, & bonus, vt bene faceret etiã de malo. Quomodo illud intelligatur, & qualiter ex malis deus eliciat bona, latisſimè proſequitur magiſter primo ſententiarum, diſt. xlvj. & per prędicta ſatis ſufficienter etiam reſpondetur ad id, quod multi petũt, cur deus permittat legem Moſaicam & ſectam Mahometi intantum præualere. vide infra ſapere.

Deus facilius parcit quàm eccleſia, quæ non niſi ſemel ignoſcit. deus verò ſeptuagies ſepties, vt Matthæi. xviij. & de iureiuran. c. quemadmodum, quia mitius agitur cum lege, quàm cum miniſtro legis, vt. ff. de ar bitris. l. Celſus. vide infra mitius, & infra rediens, & infra relapſus. §. nũc autem videndum. Sed poteſt aliquis petere, quomodo dominus dixit Petro, quòd parceret peccanti petenti veniam de peccatis ſuis non ſolùm ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. & ad hoc dicendũ ſm Th. ij. ij. q. xj. ar. iiij. in reſponſione ſecũdi arti. ꝙ in iudicio dei recipiuntur redeuntes, quotieſcunq; vult redire quis petendo veniam a deo, eo quia deus ſcrutator eſt cordiũ, & cognoſcit verè reuertẽtes. ſed hoc eccleſia immitari nõ põt, Nam præſumitur eos nõ verè reuer-

R ti,

hæc Io. An. Archi. vero ſuper eodem c.& §.dicit ita, Saperent, vt xxvj. q. iiij.dicto.c.i.circa principium, ſuper ver. arioli. & quando aliqua faciunt vt habeant reſponſa a dæmonibus, vt eo.c.hi qui.xxvj.q.ij. nā tales multomagis peccant, quā in caſu poſito in eo.c. §.ille, quia magis hoc videtur hæreticum quā illud. hæc Archi.

Item Io. Monachus ſuper eodem c.& ſuper verbo, ſaperent.dicit ita, ſaperent, ſicut circa aras idolorum nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones colere, eorum reſponſa accipere.xxvi.q.ij.hi q,& d.c.i.xxvi. q.iiij.in ver. arioli.& eſt rō. nā ſi adorare hęreticos eſt hæreticum, vt dictum eſt in d.c. §. ille, & hoc non eſt propter perſonam ſed propter vitiū. ergo adorare dæmonem erit maius peccatum, iuxta illud, propter vnum quodque tale, & illud magis. C.de ſacroſan.eccle.hæc Io.Mo.

Item Oldra.in compilatione qōnum, quam fecit, in conſil.200.& 6. queſtio. qua quęrit. An Ioann. de Poliaco qui dedit pocula amatoria mulieri, ſit ſuſpectus de hæreſi vehementer? in reſponſione quæſtionis dicit ſic: nunc ergo videndum eſt, an dare pocula amatoria mulieri, hæreſim ſapiant manifeſtè. iſtam q. inuenies. infra de ſapientibus hęreſim ibi vide.

Ex prędictis nota.ꝙ expectare responſa a dæmonibus ad ſciendum futura, hæreſim ſapit manifeſtè, nā qđ pertinet creatori, attribuit creaturæ, iuxta illud Iſaiæ xlj. Annunciatę nobis quę ventura ſunt, & dicem⁹ quòd dij eſtis vos.

Si enim dæmones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris, tamen quia inuocantur ad iſtud, quod eſt proprium eius, ſicut ſaluator in euāgelio eum tētatorem nominat, licèt hoc ſit turpe facere fœdus, & peccatum mortale: non tamen cenſetur hæreſim ſapere manifeſtè: quia hæc inuocatio procedit per modum imperij, & non adorationis. ſi enim adorare hęreticum, eſt hęreticū, vel ſapit hæreſim manifeſtè, & hoc non eſt ꝓpter perſonam, ſed propter vitium. ergo vbi erit maius vitiū q eſt in adoratione diaboli, maius erit peccatum, vt habetur in d.c.accuſatus, de hære. lib.vj.§.ſanè, & ibi not.per Domi. & Io.Mo.hæc dominus Oldrad.

Tertiò eadem concluſio, ſeu caſus probatur ex dictis eccleſię, & eius determinationibus.nā xxvj. q.v.c. epiſcopo. dicitur ibi epiſcopi, eorumq́ miniſtri omnibus modis elaborare ſtudeant, vt pernicioſam, & a Zabulo inuctam ſortilegam, & magicam artem ex parochijs ſuis penitus eradicent, & ſi aliquem virum, aut mulierem huiuſmodi ſceleris ſectatorē inuenerint, turpiter dehoneſtatum de parochijs ſuis deijciāt. Ait enim apoſtolus hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam monitionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, quia huiuſmodi ſunt ſubuerſi, & a diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore ſuo diaboli ſuffragia quærunt, & ideo a tali peſte debet mūdari eccleſia. Ex ſupradictis apparet, quòd magicam artem ſectantes, & exercentes vt hęretici ſunt habendi, & vitandi. ideo dæmones inuocantes, & eiſdem ſacrificātes, & magicam artem exercentes, & in hoc ſuper ſectantes vt hęretici ſunt habendi, & ab eccleſia euitandi.

Quātò ergo creatura magis elōgatur

gatur a perfectione diuina, tantò eſt grauius ſcelus honorem latriæ impē dere ei. Et cū dæmones ſi nō ratione naturæ, ſaltem ratione culpæ magis elongentur a deo, quā aliæ creaturæ, idcircò grauius eſt eos adorare colere, vel ſacrificare, quā alteri creaturę. Et cum ſerpentes colere, Caym adorare, & angelos colere ſit hæreſis ſcelus, & tales ſint per ſupra allegata inter hęreticos computati, multò fortius dæmones colere, & adorare, & quouis alio modò ſacrificare.

Qui enim Mahometum in ſuum auxilium requireret, licèt aliud non faceret ei, hoc enim manifeſtè hæreſim ſaperet ſi in honorē eius aram ſibi conſtitueret, & alia quæ de dæmone dicta ſunt. nam quodlibet illorū, ſcilicet inuocare, aram conſtruere, ſacrificare, & cæteri actus ſunt latriæ qui ſoli deo debent offerri. ſi ergo aliquis illorum actuum fiat diabolo, vel Mahometo, tale ſapit hęreſim manifeſtè.

Secundus caſus, vel concluſio eſt, q ſi dæmones inuocantes non exhibeant ipſis dęmonibus inuocatis honorem latriæ, ſed exhibeāt honorem hyperduliæ, vel duliæ modo ſuperius explicato, & de hoc ſint clarè confeſſi iudicialiter, vel conuicti, tales non vt ſortilegi, ſed vt hęretici iudicio eccleſiæ habendi ſunt, & per conſequēs ſi reſipiſcāt errores ſuos, & hereſi primitus abiurata ſunt perpetuò murādi, & vt hæretici pœnitentes feriendi. ſi aūt non reſipiſcant, ſunt vt hæretici impœnitentes feriendi, vel ſi abiurant, & relabantur, ſunt plectēdi per omnia ſicut cęteri hæretici. hic caſus ſeu concluſio q̄q̄ ex prima concluſione ſatis pateat antefacta, poteſt breuius ſic conuinci. Honor. n. duliæ exhibetur alicui dupliciter, vel dupliciter de cauſa. Prima eſt in ſignum ſanctitatis, & hac de cauſa Abraā, Loth, & Manue angelos adorarunt, & de Abraam patet Gene. x. c. & de Loth. xviij. & de Manue, iudicum xiij. Hac ēt de cauſa Aſſuerus Mardochæum, Salmanaſar, Tobiam ſuper alios honorarūt. de Aſſuero patet Heſter iiij. & de Salmanaſar Tobiæ. j. hac etiam de cauſa angeli, beati, & ſancti q ſunt in gloria, a nobis adorantur, & honore duliæ feſtiuantur. Secūda cauſa eſt ī ſignū gubernationis, iuriſdictionis, & poteſtatis: hac de cauſa Nathā propheta, & Berſabeæ mater Salomonis Dauid regem adorauerunt, vt patet libro iij. Regum. c. j. hac etiam de cauſa pōtifices, reges, & alij regimini præſidētes, vt dei vices in regimine gerentes a ſuis ſubditis honore duliæ venerātur. Si ergo aliquis honorem duliæ exhiberet, ſanctum, & dei amicum fore vel gubernatorē, vel rectorem per deum conſtitutum eſſe, & ſic deum in eo tanq̄ in ſibi caro. & amico, vel in vicario ſuo principaliter honoraret. Nam cum ſancto honor duliæ exhibetur, deus in ſancto principaliter honore latriæ adoratur. & cum pōtifex, rex, vel regimini præſidēs honore duliæ reueretur, deus in ſuo vicario honore latriæ veneratur. Et ideo in hmōi honoribus q ſanctis, & eccleſiæ rectoribus exhibentur, & mūdi principibus, nō ipſi, ſed de' in ipſis principaliter venerat̄.

Exhibens ergo honorem duliæ dęmoni inuocato, & huiuſmodi facto, & opere exterius conuincitur ſe corde, & mente reputare, ac credere interius dæmonem fore ſanctū, & dei

amicum, & a ſanctitate venerãdum; vel fore in mundo rectorem, & gubernatorem a deo conſtitutum, & ideo iuriſditione, & poteſtate reuerẽdum: quorum duorum vtrunq; patet eſſe hæreticũ, & peruerſum, quia ſacræ ſcripturæ contrarium tenent, & determinationibus eccleſiæ abſonum, cũ dæmon nec ſanctus, nec dei amicus eſt, vt ſupra dictum eſt. imò in culpa, & malicia obſtinat⁹ eſt, nec in mũdo a deo gubernato, nec rector conſtitutus eſt: imò ſeruus captiuatus, falſator, & deceptor, vt in ſacris canonibus, & in pcedentibus cõſtat plenè: quare cõuincitur ꝙ dæmonibus honorẽ duliæ exhibentes non vt ſortilegi, ſed vt hæretici ſunt habẽdi, & hęreticorũ legibus non procul pulſis alijs anfractibus feriendi.

Tertius caſus, ſeu concluſio eſt ꝙ ſi dæmones inuocantes, & conſulentes talia peragant, & taliter ꝙ in eorum inuocationibus, & conſultationibus non apparet manifeſtè, ꝙ aliquis honorem latriæ, vel duliæ exhibeat dæmonibus inuocatis, modis explicitis ĩ ſuperiorib⁹, vel alijs ſimilibus quibuſcũq; tales nihilominus, vt dicit, nõ vt ſortilegi, ſed vt hære. iudicio eccleſiæ ſunt hẽdi qđ ſic patet.

Inuocare.n. in ſacra ſcriptura pro actu latriæ ſumitur. vnde gl. ſuper illud Gen. iiij. iſte incępit inuocare nomen dñi, dicit ſic, Inuocare idẽ eſt qđ colere, & deprecari. Itẽ gl. ſuper iſtud Johelis ij. Omnis quicunque inuocauerit nomen dñi, ſaluus erit; dicit ſic, Inuocauerit ſe ſubijciendo, & colendo. & Papias exponendo quid ſit inuocare, dicit ſic, Inuocat, adorat ſuppliciter, prece poſcit.

Inuocare etiã vt actus latriæ a deo præcipitur. ps. Imola deo ſacrificiũ laudis, & redde altisſimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis, eruã te, & honorificabis me: & Iſa. 51. quæ rite dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt.

Inuocare inter actus latriæ enumeratur, & ponitur. Vnde in pſal. Audi popule meus, & loquar Iſrael, nõ in ſacrificijs arguam te: holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper, non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregib⁹ tuis hircos, & enumeratis actibus latrię, poſt multa dicit ita, Imola deo ſacrificium laudis, & redde altisſimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis.

Ex quibus no. ꝙ inuocare vt actus latriæ fieri dęmoni a deo interdicit. Vnde Iudicũ. x. Reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos, ite & inuocate deos, quos elegiſtis, & in 3. Reg. 18. dixit Helias Sacerdotibus Baal, inuocate noĩa deorũ veſtrorũ: & ego inuocabo nomẽ dñi dei mei. vnde cũ inuocare pro actu latriæ ſumatur, & inter actus latriæ numeretur, & ponat, & vt verus actus latriæ deo exhiberi præcipitur, & dæmonibus fieri interdicitur, ſi dęmõ a chriſtiano inuocet, vbi aliud non appareat, actus latrię dæmoni offertur, ꝙ ſapit hęreſim manifeſtè, & tales vt hęretici ſunt habendi iuxta primam concluſionem.

Nonne inuocantes Mahometum ſunt vt hæretici habendi? vtique concordat B. Tho. vt dictũ eſt ſupra prima cõcluſione iſtius quęſtionis Dir. concluſionis, in qua cõcludit ꝙ ſic; eo ꝙ eſt apoſtaſia a fide propter pactum initum cum dęmone. modò autem ſi inuocatio interſit, verbotenus vel etiã ſi facto aliquo ſacrificia deſunt,

ſunt, cum non poſſit homo duobus dominis ſeruire, vt dictum eſt ſupra, & habetur Matth. viij. hæc Thomas.

Ad euidentiam aūt tertiæ concluſionis eſt diligētius attendendū. nam ſi petitur qđ excedit dæmonis facultatē, vt ſunt futura a dei, vel hoīs arbitrio merè dependentia vel voluntate vt reſuſcitatio mortui, qđ petiuit Saul per Pytoniſſam, vel certificatio mortis, vel vitæ, qđ Elizabeth a Beezebub petijt Ochozias, vt patet. iiij. Reg. j. vel hoīem cogere ad pc̄m̄, & ſimilia. & tūc ex huius modi petitione hæretici iudicantur, q̄a proteſtantur ſe credere dęmonem fore deum.

ADDITIONES.

a *Dæmon quaſi δαήμων, ideſt ſciens a Græcis dicitur, qui & diabolus, a διαβάλλειν, verbo Greco, ideſt a calumniando, et decipiendo, inde diabolus calūniator, & deceptor appellatur, quandoq; dæmoniū vocatur, vtroq; nomine vbicunq; reperitur in ſacra ſcriptura, non niſi malignus ſignificatur ſpiritus hominib⁹ infeſtiſſimus, D. Aug. de ciui. Dei. li. 9. c. 18. & 19. eſt autē angelus præuaricator cui Luciferi, nomē fuit. De angelorū creatione, auerſione Luciferi, & ſequacium angelorum a Deo, de eorum ruina, & caſu de cælo, damnatione ſcientiæ, vide lib. 2. ſenten. diſt. 5. 6. & 7. adde Catech. in art. primum Symboli in verb. Creatorem. De diaboli Imperio Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 1. §. 1. de eius aſtutia ad nos perdendum ſeſſ. 14. c. de ſacram. extr. vnct. de tentationibus eius, & inſidijs, c. 2. de effect. huius ſacram. propriū eius officium tentare, Quare tentator appelletur, & quibus verbis vtatur ad tentandum, Catechiſ. in Orationis. Dominicæ petitionem. Ne nos inducas. eius dominatus crudelis, idem ibi. item de eius impetu, & impreſſionibus ibid. Quomodo in ethnicis dæmones accipiantur autoribus, non eſt hic dicendi locus, à gentibus, quidem ipſe cum cæteris immundis ſpiritibus, eius conſortibus, & aſſeclis colebantur vt Dij. T. V.*

b *Pro his vide Io. Calder. in tract. de hac re. c. 22. tit. de diuinato. incantato. & ſimil & Alberti. de agnoſcen. aſſer. cath. quæſt. xi. ver. & ideo pro nunc dico quod dæmon. nu. 4. cum alijs ſequen. Q. M.*

c *Aliàs legitur in Directorio. quæſtioni huic reſpondendi. T. V.*

d *Aduocati ibidem. T. V.*

e *Effundendo legi ſcriptum in Directorio hic citato. T. V.*

f *Pro Inſtrui, legitur, Ipſum, in directorio. Petr. Vend.*

g *Obſeruando. Alijs poſtea quæ hic omiſſa ſunt interpoſitis ſequitur in directorio veſtibus &c. T. V.*

h *Monito inducendo legitur in direct. in margine verò legitur induendo ibi. T. V.*

i *De thure, vel ambra non legitur ibid. & pro Et lignis. legitur. Et de arbore. Petrus Vendramenus.*

k *Adde. Imolādo: ſanguinem proprium ex ſe emittere procurando: aues vel alia animalia, & quæ ſequuntur. Dir. Petr. Vendramenus.*

l *Honor. in Dir. T. V.*

m *Seu aduocandi Dir. T. V.*

n *Habet in margine directorium aliam lectionem, videlicet ad eos exaudiēdos. Petrus Vendramenus.*

o *Sumptum ex xiij. c. Iudic. vbi legitur faciamus hædum. quare videtur recta lectio ſacere non afferre. T. V.*

p *Aliàs legitur Artes. Augu. T. V.*

q *Significationum legitur 26. q. 3. illud vbi ſingulariter de ſuperſtitionibus loquitur Auguſt. T. V.*

In-

r *Inuocare verò dæmonia,& eorum reſponſa expetere ad ſciendum &c. ita in Directorio*. P. V.

s *In manu ſcripto Dir. legitur ſicut pro quàm*. P. V.

t *Scias quamplura præcedere huic concluſioni in eod. Dir*. P. V.

u *Hæc ratio non eſt proximè dictorum, ſed aliorum quę hic omiſſa non leguntur*. Pet. Vend.

x *In Directo. pro venerantur, legitur, exhibentur. poſtea ſequitur. Vt facto ſe credere oſtenderent illi, cui talem honorem duliæ exhiberent, ſanctum &c*. Petrus Vendramenus.

Denunciatio [a] eſt criminis alicuius apud iudicem ſine inſcriptione legitimè facta delatio ad pœnitentiam peragendã, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrunque. hæc eſt diffinitio Hoſti. vt habetur in additio. ſpec. ſuper rubrica de denunciatione.

Ex denunciatione, & ex publica fama præſumitur ſcientia. Bart. in l. quidam decedens. §. fin. ff. de admi. tu. facit etiam. c. fin. qui matrim. accuſ. poſſ.

Item denunciatio nihil aliud eſt quàm intimatio ſine cõcluſione. Bal. in l. i. C. ſi ex deli. defuncto. in iij. col.

Quid operetur denunciatio, vide in l. penul. C. de pœ. & l. quædam. §. i. ff. de eden. & in l. fundum. C. de rei vẽdi. Bar. in l. non ſolùm §. morte. ff. de no. ope. nun. gloſ. in l. ſi maior. C. de reſcin. vendi.

An denunciatio pręcedens impediat accuſationem, & an poſt inquiſitionem admittatur denunciatio, vide ſpe. tit. de inquiſitione §. i. ver. itẽ obijciat. Qualiter debet fieri denunciatio, vide Bar. in l. i. C. de peri. & cõmo. rei vendi. & plenius in l. non ſolùm. §. morte ff. de no. ope. nũ. & per Bal. in l. emptor fundi. C. de euicti.

Nota quòd denunciationem debet pręcedere teſtium inductio. Sanctus Thō. i j. ij. q. xxxiij. ar. iij.

In cauſa denunciationis creditur vni teſti, vt de teſ. c. in omni. & de iudi. c. nouit.

Item denunciatio poteſt fieri tam in iudicio quàm extra iudicium, ſecundùm Inn. de pur. can. cũ inter. & ſufficit denunciationem fieri extra iudiciũ, vt in l. qui vxori. & ibi Bart. ff. de adul.

An denuncians in inquiſitione poſſit recipi in teſtẽ? vide infra teſtis. §. an iudex procedens.

An denunciatio poſſit fieri ad domum, vel amicis, ſiue vxori, nota in l. aut qui aliter. §. ſi forte ff. quòd vi aut clam, in glo. ad domum. cũ gloſ. ſeq. & ibi Bar.

Denũciatio vt aliquis faciat id ad quod eſt obligatus, nihil operatur. Item denunciatio ad tollendum ius alteri quęſitum non valet. ff. de conſti. pecu. l. cum mandatori. ſpe. tit. de fideiuſſ. §. i. ver. quid ſi fideiuſſoria mutuauit.

An in cauſa denunciationis, & inquiſitionis requiratur libellus. Inn. dicit quòd ſic in c. i. de libe. ob. Bart. & Bal. in l. edita. C. de eden. ſed in denunciatione in qua de plano proceditur, libellus nõ eſt neceſſarius, ſpe. ti. de denuncia. §. ſi. ver. penulti.

Iudex procedens ad denunciationem alterius nõ dicitur propriè procedere per inquiſitionem, cũ denunciatio ſit loco accuſationis, vt in l. cũ patro-

pronum. §.i.ff.de iure patr.Io.And. in addi.ſpe.ti.de denun.§.i. vbi dicit quòd ſi per ſtatutum debetur medietas pœnę accuſanti, idem debetur denuncianti, qui eſt loco accuſatoris. quòd nota.

Nota quòd in crimine hæreſis poteſt procedi vno de tribus modis, ſcilicet per denunciationem, inquiſitionem, & accuſationē. de quo vide infra inquiſitio.§.circa formam.

An quando proceditur in crimine hæreſis per viam denunciationis, debeat pręcedere euangelica monitio, iuxta illud euāgelij, Si peccauerit & c. & de iudi.c. nouit, vbi dicitur quòd debet pręcedere illa monitio, & qui eam non pręmitteret, a denunciatione repelleretur, vt de accuſa.c.ij.& c. qualiter el ij. & c.ſuper his. Hoc tamen limita verum cum peccatum eſſet occultum, ſecus autem ſi eſſet publicum. nam eo caſu pręmonitio nō requiritur ſecundùm illud apoſtoli. j.Ti. v. peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. quod intelligitur de peccatis publicis, vt dicit Auguſtin. in li. de verbis domini.

Item non haberet locum talis monitio, vbi poſſet imminere periculū in dilatione, vt quia eſt talis hæretic⁹ occultus, qui vult quòd ciuitas tradatur hoſtibus, quòd etiam celerrimum expectat remedium: his caſib⁹ enim nullo alio expectato ſtatim pcedendum eſt ad denūciationem. ſed etiā hoc debet intelligi niſi forte aliquis firmiter omnia mala poſſet impedire, vt dicit ſanctus Tho. ſecundā ſecundę.q.xxxiij.

Generale tamē eſt in omnibus denunciationibus, quòd ſi crimen eſt adeo occultiſſimum quòd nequeat probari, non habet locum huiuſmodi denunciatio, in tātum quod etiā ſi prælatus contrarium mandaret, nō eſſet ſibi obediendum, cum ſit cōtra præceptum domini, qui delicta fratrum occulta noluit reuelari: imò eo caſu peccaret præcipiēs, & obediēs, obedire.n.oportet magis deo, q hominibus, iuxta illud Actuum.v. Et ſi generaliter prælatus perciperet, ꝙ ſibi dicatur, quōd quis ſciuerit corrigendum, intelligendum eſt ſanè illud pręceptum, ſcilicet ſaluo ordine iuris, & fraternæ correctionis: quia tamē medicus corporalis ſanitatem ægroto cōfert, ſi poteſt ſine alicuius membri abſciſione: ſi autem non poteſt, abſcindit membrum minus neceſſariū, vt vita potius conſeruetur: ſic & medicus ſpiritualis agere debet; ſi enim poteſt emendare fratrem quantùm ad conſcientiam ſalua fama, & illæſa, illud faciet, vt prędictū eſt. Si tamen hoc non poteſt, tunc qa conſcientia pręferenda eſt famæ voluit dominus vt etiam cum diſpēdio famę conſcientia fratris per publicā denūciationem a peccato liberetur. Vbi tamen de occultis aliqua indicia apparent, puta per infamiam, vel per alias ſuſpitiones, poſſet prælatus pręcipere iſta ſibi reuelari eo modo, ſicut & iudex inquirit contra infamatum, quia iam illud non eſt omnino occultū, nec ab hoc deuiat id quod in capitulis religioſorum fit, vbi etiā ſine aliqua pręambula monitiōe denunciantur ſecreta proximi delicta, nam illa ſunt de aliquibus leuibus quæ famæ non derogant. Et ſi eſſent talia de quibus frater infamaretur, contra pręceptū domini faceret qui

per

per hunc modum peccatum fratris publicaret, quod eſt intelligendum modo prędicto. Iſta omnia ſunt de mẽte ſancti Tho.-j.ij.q.xxxiii.ar.vij. & quarto ſententiarum diſ.xix.tenet idem dicens etiam in peccato omni no occulto regulam euãgelij locum habere,& inducit quod Auguſt.in regula dicit, Innocentes non eſtis ſi fratres veſtros quos iudicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittatis. vide de hoc ſupra conſentiens. nec ex hoc aliquis efficitur proditor criminis, quia non manifeſtat crimẽ ad infamandum, ſed ad corrigẽdum. ſed Io.An. in c.nouit, de iudi.tenet ꝙ in peccato omnino occulto taliter ꝙ probari non poteſt, nõ habet locum iſta denunciatio. talia enim omnino occulta iudicio dei ſunt relinquẽda. vj.q.j.ſi omnia.& hoc videtur voluiſſe glo.in dicto.c.ſi peccauerit.ſed Panor.ibi dicit quòd ſtante hoc ſecreto licèt in publicum non debet res produci, pro quo videtur bonus text. in dicto c.ſi peccauerit,& ibi glo. debet tamen fieri diligens exhortatio, & fraterna monitio erga ipſum in ſecreto vt ſe emendet,vt dicit ibi tex.& adhuc ſi opportuerit,poterit hoc reuelare, ſeu ſignificare præsbytero ſuo ſeu pręlato in ſecreto, qui monẽdo, & orando poterit prodeſſe, & nõ obeſſe.pro quo bonus tex.xxij.q.v.hoc videtur, & quia ſanctus Tho. tenuit cõtrarium vbi ſupra, ad motiua ſua ſtat reſponſio,quòd debent intelligi modo prædicto.& ad prędicta multum facit tex.in Cle.ij.de hęretic.vbi probatur quòd delictum quod probari non poteſt, non debet iudici denunciari.ad idem induco etiam tex. in c.qualiter, & quãdo. el j.de accuſ. in fi.vbi iudex qui generaliter inquirit ſuper ſtatu eccleſię, non debet ad occulta reuelãda aſtringere teſtes in inquiſitione deponentes,pertinet.n. ad debitum caritatis crimen fratris celare, de offi. ordi. ſi ſacerdos.j.q.j. Chriſtus quid fecit, eo pręcipuè, ꝗa cum res eo modo eſt occultisſima, iudicialis autoritas nil ꝓdeſſe poteſt, nec ꝓbationibus iſte cõuinci queat, nec ſubijci torturę vt inuitus confiteatur,exquo indicia non præcedũt, de quo vide infra indicia, & infra tortura.

Ex his infertur ad iſtas generales monitiones quę fiunt a iudicibus in eccleſijs ſub pœna excommunicationis, vt ſcientes furta, vel alia delicta huiuſmodi debeant reuelare.per prędicta enim colligere poteris qualiter illę ſint intelligendæ,& quomodo,& ad quid aſtringant.

c An eo ipſo quòd denunciator nõ probet,cõuincatur propterea de calumnia,& Abbas tenet quòd ſic,in c. dilectus,de calum.& idem primo tenet Bar.in l.j.ad Turpil.& in l.athletas.§.pręuaricator.ff.de his qui no. infam. & ibi eſt gloſſ. ſingularis. ſed ab iſta regula excipiuntur aliqui caſus.

d Primus caſus [d] eſt quãdo quis accuſauit,vel denunciauit ex necesſitate officij, [e] vt dictũ eſt ſupra accuſatio, & habetur in l.ij. C. qui accuſa. non poſſunt.

f Secundus caſus quando ex neceſſitate hoc facit, vt quia hęres qui tenetur vindicare necem defuncti, vt l.fratrẽ.C.de his quibus vt indignis.

Tertius caſus ratione immenſi doloris, vt quando maritus accuſat vxorẽ de adul.vt in l.quis, de adul.C.

Quartus

Quartus caſus propter immenſitatem delicti, vt quando accuſat de falſa moneta. nam vt facilius reperiatur accuſator, ius non vult, vt deficiens incontinenti præſumatur calumniari, vt l. j. C. de fal. mon. de hoc vide ſ. calũnia, & ſupra defunctus.

Non valet receptio teſtiũ, niſi denũciatio ſuper hoc ſit facta parti aduerſæ; vt de teſti. in c. in nomine dñi; & de fideiuſ. conſtitutus, & vt li. non conteſt. quoniam, & iij. q. ix. chartę: quod eſt verum. item ar. ꝙ facta denunciatione ſiue veniat ad vidẽdum teſtes, ſiue non, valet receptio teſtiũ, vt in d. c. in nomine domini. & de hac denunciatione debet fieri publicum inſtrumentum, vt ſi dubitatur de denunciatione forſitan, quia ſi ab aduerſario negaretur, probaretur per inſtrumentum.

ADDITIONES.

a *Denunciatio dicitur criminis delatio, & nonnunquam pro accuſatione accipitur, l. abſentem. C. de accuſ. l. 4. ff. ad ſen. con. Tertu. De Denunciatione vide Boſ. in pract. crim. tit. de Denuntia. nu. 1. & ſequen. Iul. Clar. ſenten lib. 5. nu. 1. q. 7. vbi etiam, quòd denũtiatio aperit viam iudici ad inquirendum, de Denuntiatione. Caſſon. in quæſt. crim. c. 7. num. 17. de Denuntiatione tractat etiam Vmbert. in Iud. inquiſito. hoc eod. verbo. Q. M.*

Adde, ꝙ Denuntiatio pro prędictione apud. Cic. 2. de Diuina. accipitur. ibi. quę eſt iſta a Dijs profecta, quaſi denũtiatio. Accipitur etiam, ꝙ idem quod prædictio ſignificat, pro certioratione, ſiue notificatione. l. 20. § petitã. ff. de petitio. hæred. & in l. abſentem, meo iudicio, ſupra ab annotatore allegata. in multis quoque legibus de oper. no. nuntia. de agnoſcen. lib. & de euict. ff. Alciat. vide in l. deteſtatio. 40. ff de verbor. ſignificati. item pro nuntiatione, & ſignificatione criminis, quæ fiebat ab ijs qui inſcriptioni non ſubijciebantur, vt in muliere, irenarchis, & criminum nuntiatoribus publicis, vt colligitur ex l. diuus. 20. ff. de inſt. & ex hib. re. l. 4. 6. & 7. ff. ad ſena. conſ. Turpi. probari videtur, ex l. ea quidem. C. de accuſa. ſic & in iure canonico ſumitur cum ſine inſcriptione procedat. pro accuſatione niſi per abuſionem. P. V.

b *Opin. negatiuam ſeruari vidi in crimine hæreſis, & ſic ommiſſa fraterna monitione ad denuntiationem & inquiſitionem in hoc crimine proceditur, teſtibus etiam Alphon. a Caſtro. lib. 2. de iuſt. hære. pun. c. 25. Siman. in Enchi. c. 23. de denuntiatio. nu. 6. qui etiam alios ad idem citat. Idem voluit Guindiſal. de hæreti. q. 10. num. 6. Q. M.*

c *Et conſequenter denuntiator ratione calumniæ in expenſis condemnabitur, prout voluit Cy. in l. ſeueriter in fin. C. de iud. Gui. pa. deci. Delph. 269. Catal. de ſindica. q. 182. & hanc communem affirmat Grat. reſp. 47. num. 2. lib. 1. Q. M.*

d *Vide annotationes ad vocem Accuſatio. P. V.*

e *Ceſſat enim tunc calumniæ præſumptio, & ita ſeruatur, vt per Amad. de ſindi. nu. 85. & Iul. Clar. ſenten. lib. 5. §. fin. q. 7. ad fin. vbi ſubdit, quòd ſi appareret de vera calumnia, contrarium concludendum eſſet, & eſſet locus communi opin. vt in expenſis condemnari deberet. Quintil. Mand.*

Detegitur. [a] No. quibus modis detegitur quis, & ex quibus indicijs quis cenſeatur hæreticus. [b] Et dicẽdum quòd hæreticus

ticus duobus c modis detegitur, ſcilicet verbis, & factis.

Ex verbis quis detegitur, puta qñ dicit aperte verba hæretica, vel quæ ſapiunt hæreſim manifeſte: quæ autẽ verba ſunt, infra dicetur in litera hæreticus. ſed hic poteſt dici, ꝙ ex ſola prolatione verborũ hæreticorũ ſcienter, & ex propoſito facta oſtendit quis ſe errare, & hæreticus eſſe; quia propria voluntas in cõfeſſione monſtratur, & talis eſt intẽtio, qualia verba ſonant, de hoc multa iura fuerunt ſupra allegata in litera, credẽtes, per totum. Ideo PROVISO SOLLERTER: quia ex verbis detegitur intentio voluntatis. ff. de ſuppel. lega. l. Labeo.

Item ex facto detegitur quis hæreticus, vt quia componit libros erroneos, vel erronea continentes, & etiam ex factis detegitur error, ſicut fit iſtis temporibus, & apparet in iſtis qui deſcendunt ex genere Iudæorum vel qui fuerunt conuerſi de Iudaiſmo & poſtea tranſierunt, vel redierunt ad ritus, & cæremonias Iudæorum: nam ex tali facto detegitur error ſuæ mentis, & de primo conuincũtur ex ſuis codicibus, habendo libros erroneos, eos componendo, vt extra de. ſum. tri. & fi. catho. damnamus, & extra de hæreti. c. fraternitatis. & de ſecundo habetur in c. contra Chriſtianos, extra de hæreti. li. vj. Ideo Prouiſo Sollerter. vide infra liber.

Sed ponamus quod quis non edidit, nec compoſuit librum erroris vel erronea continẽtem, ſed talem librũ ab hæretico compoſitum ab hæretico recepit ſcienter, & eum tenuit penes ſe, nunquid cenſebitur per hoc hæreticus, ſiue credens? & dicendũ ꝙ nõ. de quo vide ſ. liber, & ſupra cõburi.

Item quis detegitur facto, qui recipit conſolationem ab hæreticis, vel vadit ad audiendum prædicationem, vel doctrinam hæreticorum, vel alia ſimilia facit, per quæ ſuum errorem demonſtrat, vt ſupra credentes. §. non enim, & vide infra factum. per totum.

Et etiam facto detegitur quis cum tranſit, vel redit ad ritus, vel cæremonias Iudeorum, vel Saracenorum, vt in c. contra Chriſtianos, de hæretic. li. vj. & vide infra rediens, & infra reiudaizantes.

Item detegitur hæreticus, & inſurgit vehemens ſuſpitio contra aliquẽ, ſi cum hæreticis conuerſatur.

Item ſi euitet communicationem, & conuerſationem fidelium.

Item ſi nunquam audit diuina officia, omnia iſta probantur extra de hæreti. in c. excõmunicamus. §. adijcimus, & eo. ti. in c. accuſatus, eo. ti. lib. vj. vbi not. per Arch. in ver. circa proœmium. & propter hoc enim non erit damnandus tanquam hæreticus, cum non probetur errare per prædicta, ſed propter ſuſpitionem exinde ortam erit ſibi purgatio indicenda, in qua ſi defecerit erit tanquam hæreticus puniendus, vt ſupra deficiens, & infra purgatio.

Ex his igitur factis probatur error mentis, & intentio voluntatis. nam euidentiſſima eſt facti probatio, quæ non poteſt aliqua tergiuerſatione, celari, vt ij. q. i. in §. quando autem, & ibi nota. in glo. non ſedentis, & extra de accu. c. euidentia. Cum enim error conſiſtat in anima, & in mente, nõ poteſt de eo conſtare, niſi per extrinſecos actus, & per exteriora indicia, extra de vſuris, in ciuitate. xxxij. di. eru beſcant.

beſcât. ij.q.iiij.cõſuluiſti,ff.de condi. inſtitu.l.qui teſtamento, & ff. de acqui.re.do.l.naturaliter. §.iij. cum ſimilibus.

Item quandocunque apparet quẽ malè de fide ſentire, licèt nihil dicat, vel neget ſed taceat, tamen talis detegitur, & cenſetur hæreticus. nam ex corde, & ex mente cenſetur quis, ſeu iudicatur hæreticus, vt extrà de hæreticis.c.i. & xxiiij. q.iij. hæreſis. Deus enim eſt ille qui ſcrutat renes, & corda, & interrogat, & audit in corde, & nihil ignorat.xvij.q.vj.c.i. & de iudi. c. nouit. Iudex autem qui eſt homo, non poteſt de corde iudicare, niſi per hos actus extrinſecos, vt ſuperius eſt oſtenſum.

Sed pone quòd quis vadit ad hæreticos non vt inſtruatur ab eis, ſed potius vt eis prædicet, & eos inſtruat, & reducat, & certè iſto caſu, licèt ſit prohibitum diſputare de fide catholica, vt C.de ſum.trinita.l.nemo, ad quod xxiij.q.iiij.ſi ea de quibus. tamen hoc non prohibetur, nec propterea cenſebitur infidelis, vt xj.q.iij.anteceſſor. ad quod.de ſen.ex.c.reſponſo. & meritò [d] ex tali propoſito, vel negligentia ſcienter puniri non debet. de quo vide infra fautores.

Pro declaratione prædictorũ quæritur, nunquid ſi aliquis non ex propoſito, vel appenſatè, ſed ex lubrico linguę, vel per iocum ſeu calorem iracundiæ protulit aliquod verbum hæreticum, an propterea vt hęreticus ſit damnandus? & dicendum ꝙ non, vt. ff. ad l.Iulia.maieſ.l.famoſi, & C.ſi qs impera.male.l.i.xxij.q.ij.quòd ait.ff. de acti.& obli.l. obligationum. ij. in fi.ff.de ędi.edic.l.ſciendum.§.niſi, & ff.de regu.iuris, quod calore. Et dicit canon, quòd conſideranda ſunt ea quæ ex mente, & non ex ore procedunt.xxiiij. q.iij. deus qui. ad quòd extra de ſenten.excom.cum ex voluntate. Et ex prædictis liquet quòd ſi talia proferens eſſet furioſus, vel non ſanę mentis, quòd non punietur, vt extra.eo.c.filij, lib.vj. ad quòd etiam de ſucceſsione ab inteſta.extra.c.fin.nã furioſus ſatis ſuo furore punitur, vt ff.de offi.praſi.l.diuus, in fi.

Sed ponam' quod talia verba proferens erat ebrius, nunquid punietur pro hæretico? vide infra ebrius.

Item notãdum quòd ſi aliqui ſponte detexerunt aliquem hæreticum, de cuius perfidia manifeſtè probatur, ꝙ tales detegentes, ſi ſunt filij, in fidei præmium quam cognouerunt, famæ priſtinæ imperiali clementia reſtitutionis beneficium in integrum conſequuntur. ita patet in quibuſdam cõſtitutionibus Friderici imperatoris, quarum vna incipit, Patarenorum. & alia incipit, Commiſſi, circa finem. vbi ſic dicit, Nec quidem a miſericordiæ finibus duximus excludendum, vt ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint, quacunque reatus illorum animaduerſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceât. de quo vide infra filij, & ſupra confiſcatio.

Qui detegit, præmiatur. ff. de.cuſ. reorum.l.in eos.ff.de re mili.l.nõ omnes. §.penul.quandoq; tamen punitur, vt.ff.depoſi.l.i.§. ſi quis tabulas.

Qui detegit nihil noui facit, ſed oſtendit quod eſt.ff. de acquiren. rerũ domi.l.adeo.§.cum quis. quod not. ff.de iuſti.& iure.l. manumiſſiones.

Qualiter detegatur iudaizans, vide infra reiudaizantes.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Detegitur, ideſt aperitur, & nudatur quod erat tectum, per tranſlationem a re corporali, quod propriè ſignificat, vt ſumitur in l. adeo. §. cum quis ff. de acqui. rer. domi. ad animi affectus obditos, l. 2. §. & cum placuiſſet. ff. de orig. iur. & l. in quæſtionibus. 8. ff. ad l. Iul. maie. & l. 1. 2. pen & vlt. ff de coll detegen. & extra eod. tit. & l. quamuis. C. de adulter. oppoſitum quidẽ ſimplici deſignat, Hanc detegendi hæreticas alicuius opiniones partem latè proſequitur Albertin. de catho. aſſert. 30. q. vbi xix. modos quem conuincẽdi hęreticum, in vnum redegit. Pet. Vend.*

b *De præſumptionibus, & inditijs contra hæreticum habes apud. Siman. Ench. titu. 40. & 41. Et quòd in cauſa hæreſis ſufficiant minores probationes, quàm in alijs delictis, non modò ad inquirendum, ſed ad conuincendum, adducitur text. in c. in fidei. de hære. lib. 6. quem ita Docto. communiter intelligunt, vt per Boſſ. in tit. de hære. nu. 5. & per Iul. Clar. ſenten. lib. 5. §. hæreſis. nu. 19. ver. habet etiam hoc crimen. Q. M.*

c *Quæ ſequuntur ad §. vſque. Item notandum. eiſdem verbis omnia ferè leguntur in Calderi. de hæret c. 7. quamuis ordinatius ibi, quàm hic. P. V.*

d *Hic locus mendoſus eſt, & ita legitur apud Calderi. c. 7. de inditijs &c. num. 4. Et meritò dictum fuit ſupra, ſcienter, & ex propoſito, nec aliter ignorantia puniretur, quod fieri non debet. &c. Exinde etiam caſtigaui clauſulam huius §. ibi. Tamen hoc non prohibetur. antea legebatur, Tamen ſi. Petrus Vendramenus.*

Deus. [a] Plus amat inuocãtem quàm pœnitentem. Sanctus Tho. in iij. diſt. xxxij. ar. v. & ibi vide an deus plus amet angelum quã hominem, & iniuſtum præſcitum, q̃ peccatorem prædeſtinatum.

Deus reſpicit voluntatem, & non opus. lex autem econtra. xv. q. j. ſi qs non iratus. ideo Prouiſo Solerter.

Item deus an ſit cauſa mali? & dicendum ꝙ non, vt tenet Tho. in j. parte. q. xlviij. ar. ij. & in ſumma contra gentiles, lib. iij. q. xiij. & xiiij.

Solus deus eſt qui ſcrutatur renes & corda, vt dictum eſt ſupra in litera, detegitur. §. item quandocũque.

Deus prouocatur ad iracundiam propter blaſphemiam, vt mittat terremotus, peſtilẽtias, & fames. de quo vide ſupra blaſphemus.

Deus non iraſcitur [b] licèt humano more dicamus ꝙ iraſcitur. nam deus eſt incommutabilis, vt xxij. q. iiij. incommutabilis.

Deus in ſanctis ſuis laudatur, inquantum laudantur opera quæ deus in ſanctis ſuis fecit, [c] & ſic blaſphemantes in ſanctos ſimiliter in deum redũdat illa blaſphemia, vt tenet Th. ij. ij. q. vij. ar. ij. nam a ſimili videtur, vt qui in conſiliarios principis committit, in ipſum principem committere videatur, quia pars corporis ipſius ſunt, vt. C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. vide ſupra blaſphemia.

Solus deus ſcit futura antequam fiãt, & nullus alius, quia ſolus in ſua æternitate videt ea quæ futura ſunt tanquam præſentia. Iſai. xlj. Annunciate nobis quæ ventura ſunt, & dicemus, quia dij eſtis vos. & vt ait Cato, Mitte arcana dei, nè cures inquirere quid ſint &c. & ſic cõcluditur ꝙ nul-

lus

lus poteſt ſcire futura niſi ſolus deus. & ſi quis huiuſmodi futura prænoſcere aut prænũciare quoquo modo præſumpſerit, niſi deo reuelante, manifeſtè vſurpat ſibi quod dei eſt. hæc Thó. ſecunda ſecundæ. q. clxxij. ar. i. cum agit de prophetia. vide ſupra dæmõ.

Si aliquis qui vult plus ſapere quã oportet ſapere cõtra doctrinam apoſtoli quæreret, quare deus quoſdam eligat, alios autem reprobet, iuxta illud Iacob. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. & ſi etiam aliquis quæreret, quare deus permiſit primum hominem peccare, cum poſſet eius voluntatem vertere in bonũ, quia omnipotens eſt, & alia multa quæ quis poſſet interrogare. Et dicendũ quòd iſta quæ in ſecretis dei conſiſtunt, nõ ſunt a nobis inquirenda, iuxta illud Eccle. iij. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris, ſed quæ præcepit tibi de⁹, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. & poſtea ſubdit. multos.n. ſupplantauit ſuſpitio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus eorum, & eccleſi. vij. Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere? cũ ignoret quid cõducat ſibi in vita ſua. & poſt pauca, Nec plus ſapias quàm neceſſe, eſt nè obſtupeſcas. de quo ſapientiſſimè dicitur. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ, & ſcientiæ dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & ininueſtigabiles viæ eius, & de eodẽ Auguſtinus ſuper Ioannem in illo verbo, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. dicit ibi. quare hunc trahat, noli inueſtigare, ſi non vis errare. per idem reſpondet magiſter ſecundo ſentẽtiarum, diſt. xviij. vide infra hæreſis. & concludendo ad iſtas vanas interrogationes reſpondere poſſumus, quòd re vera omnia poteſt. ſed cur non fecit? quia noluit. Cur noluit? ipſe nouit. & ſic non debemus plus ſapere, quàm oportet ſapere. hoc vnum in huiuſmodi debet nobis abundè ſufficere, vt dicit Auguſtinus in Enchiridio. Deus omnipotens cui rerum eſt ſumma poteſtas, cum ſummè bonus ſit nullo, modo fineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotens, & bonus, vt bene faceret etiã de malo. Quomodo illud intelligatur, & qualiter ex malis deus eliciat bona, latiſſimè proſequitur magiſter primo ſententiarum, diſt. xlvj. & per prædicta ſatis ſufficienter etiam reſpondetur ad id, quod multi petũt, cur deus permittat legem Moſaicam & ſectam Mahometi intantum præualere. vide infra ſapere.

Deus facilius parcit quàm eccleſia, quæ non niſi ſemel ignoſcit. deus verò ſeptuagies ſepties, vt Matthæi. xviij. & de iureiuran. c. quemadmodum, quia mitius agitur cum lege, quàm cum miniſtro legis, vt. ff. de arbitris. l. Celſus. vide infra mitius, & infra rediens, & infra relapſus. §. nũc autem videndum. Sed poteſt aliquis petere, quomodo dominus dixit Petro, quòd parceret peccanti petenti veniam de peccatis ſuis non ſolùm ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. & ad hoc dicendũ ſm Th. ij. ij. q. xj. ar. iiij. in reſponſione ſecũdi arti. ꝙ in iudicio dei recipiuntur redeuntes, quotienſcunq; vult redire quis petendo veniam a deo, eo quia deus ſcrutator eſt cordiũ, & cognoſcit verè reuertẽtes. ſed hoc eccleſia immitari nõ põt, Nam præſumitur eos nõ verè reuer-

ti,qui cũ recepti fuiſſent, ſunt iterum relapſi. & ideo eis viam ſalutis non denegat,ſed a periculo mortis eos nõ tuetur. vnde quantũ ad contrarium dicit,quòd dominus loquitur Petro de peccato in eum commiſſo, quòd eſt ſemper dimittendum. ſed quãdo redeunti parcitur,non eſt intelligendum de peccato in deum commiſſo, vel in proximum, quia non eſt noſtri arbitrij dimittere, vt Hieronimus dicit. ſed in hoc eſt a lege modus ſtatutus ſecũdùm ꝙ congruit honori dei, & vtilitati proximorum ſm Tho. vbi ſupra ideo PROVISO SOLERTER.

ADDITIONES.

a *Dei nomen omnipotentem, ac ſempiternam maieſtatem vnius & trini numinis ſignificat. Catechiſ. in Decalogi præcep. Non aſſumes. D. Iero. Amando epiſtol. 147. Dei nomen eſt ait, proprium trinitatis. & tam ad patrem, quàm ad filium, & ſpiritum ſanctum referri poteſt, Decem eius explicat nomina epiſt. 136. ad Marcellam. Eſt inquit Aug. 5. de trinita. c. 2. ſine dubitatione ſubſtantia, vel ſi melius hoc appellatur, eſſentia, quam Græci ὀυσίαν, vocant. Vide in lib. 1. ſenten. diſtin. 8. deſcriptiones eius. De eo Catechiſ. in Symbol. & in Decalogi præceptum. Non aſſumes. Quidam a verbo Græco, quod timore ſignificat dictum putant. Hæc pauca libaſſe ſufficiat, cum neq; cogitare dignè de eo poſſimus. P. V.*

b *De ira Dei, Lactant. Firmia. librum compoſuit, quem D. Ieron. de ſcriptor. eccleſiaſt. vbi de ſcriptis eius loquitur; commendat his verbis, & pulcherrimum de ira Dei, ſubintellige librum, habemus. Petrus Vendr.*

c *Hinc pſal. 67. ad fin. ſcribitur. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. & pſalm. 150. Laudate dominũ in ſanctis eius. Quint. Mandoſius.*

d *Sequũtur. Sed qui præcepit tibi Deus illa cogita ſemper, poſtea legitur. Et in pluribus &c. & ita ſenſus eſt integer, & clarus. præterea ſequentia ex omiſſis melius percipies. P. V.*

Dies Ægyptiaci non ſunt a fidelibus obſeruandi. xxvj. q. vij. non obſeruetis, ea. cau. & q. c. qs exiſtimaret.

An obſeruatio [a] diei dominicę ſuccedat in loco ſabbati legalis, vide per ſanctũ Tho. ſecunda ſecũdę. q. cxxij. qui dicit ꝙ non ſuccedit ex vi præcepti, ſed ex conſtitutione eccleſiæ, & conſuetudine totius populi Chriſtiani. adde ꝙ tali die licet coquere panes, piſcari, & itinerari, vt in pręallega. q. cxxij. ar. iiij. vide infra ſabbatũ. §. no. ꝙ loco ſabbati.

Nunquid die dominico liceat ſcribere, legere, & audire, panem, & carnes coquere? & dicendum ꝙ ſi neceſſitas fuerit quantum ad decoctionem panis, ꝙ ſic de quo vide Arch. de conſecrati. diſ. iij. peruenit.

Nota ꝙ dies in factis eſt de ſubſtãtia: ſecus in damnis. ff. de verbor. obligation. l. ita ſtipulatus, & ibi per Bartolum.

Dies quò ad eſum carnium incipit a termino cœnæ pręcedentis: ita tamen ꝙ fiat cęna ante [b] mediam noctem, & terminetur in alia media nocte. & ſic intelligitur. c. de eſu, de conſe. diſ. iij. vide Anto. Curſe. in repertorio Ab. in dictione dies, ver. iij.

An dies termini computetur in termino, [c] Gemi. in c frequens, de reſtituti. ſpolia. li. vj. & in c. pia, de except.

co.

eo.lib.& ibi docto.canoniſtæ, & plenè per legiſtas, & ibi do. Alexand.& Bart.in l.j.ff.ſi quis cau. & in l. j. §.ſi maritus.ff.de libe.agno.adde notata in c.pia,de excep.lib.vj.Bal.in l. eos. §.ſinautem.C. de appella. Bart.in l. milles.§.ſexaginta. ff.de adulte. glo. ij.q.vj.anteriorum.glo.de appell.ſuper eo.ij.& ibi Abb. & ibi Barbatius cum alijs concor.glo.in c.ſtatutum, de præben.lib.vj.gl.in Clemen. quãuis,de appella.Ioan.An.in c.fœlicis, de pœnis,lib.vj.Paulus in Clem.cãuſam, de electi. ver. ab interpoſitione. gl.iiij.q.v.c.i. & lxxxviij.diſ.perlatũ. Et nota ꝙ cum quis citatur ad diem certum,tota dies illi cedit.ij.q.vj.anteriorum.ſpe.ti.de appel.§.fin.ver.illud. & de hoc vide plenè fo. legũ per Montaluum, ti. delos enplazamientos.l.iiij.li.ij.

An dies ſit apponendus in libello, vide Io.An.de re iudica.in c.Abbate, libro.vj.nota.Inſtitu.de publi.iudic. in gloſſ.

In materia obiectiua requiritur exacta ſpecificatio nominis,loci,mẽſis,& aliarum circũſtantiarum: dies verò,& hora non ſunt neceſſarij, niſi eſſent de ſubſtantia materiæ in articulis deductæ, quia licèt in materia obiectiua requiratur exacta, & magna ſpecificatio criminum,videlicet nominis,loci,& temporis,& aliarum circunſtantiarum, de quibus in l. libellorum,canonizata.ij.q.viij.& in. c.vt circa,de electio.& in Cle. eod.ti. conſtitutione, tamen de neceſſitate non requiritur ſpecificatio diei, & horæ,dummodo menſis,& annus bene ſpecificẽtur,vt in d.l.libellorum. Licèt Hug.& Bernar. in verſibus ſuis poſitis in c.tuæ, de procura. in prin. videantur innuere diem ſicut menſem fore exprimendum:tamen in fin. illorum verſuum videntur ab hoc dicto recedere,dicendo ſic, & licèt hora, dies, non menſes prætereantur. Quam opinionem, ſeu cõcluſionem domini de Ro.credebant veram, niſi dies, vel hora eſſent de ſubſtantia materiæ in articulis deductæ. tunc enim neceſſariò eſſent exprimendæ, quia alias non fierent concludentes, & ſic non admiſſibiles, de officio. delegat.cum contingat. de hoc domi.de Ro.in ſuis nouis deciſionibus, deciſi.cclv. vide infra locus, & infra tempus.

Sed dies receptionis literarum nõ computatur in termino aſſignato iudici ad litem finiendam.nota.de appella.ſuper eo.

Sed ſi dies maleficij ſit appoſitus in articulis,& non in libello, nihilominus debet ſequi condemnatio, ſecundùm Bald.in l.in cauſis.C. de accuſatio.

ADDITIONES.

a *Vide Catechiſ.in præcep.decalo.Memento vt diem Sabbati. ad verba. Septimo autẽ dic. vbi feſtis diebus quibus operibus ſe debeãt exercere Chriſtiani. Qũo. item celebrandi ſunt, & a Sacerdotibus, & a populo ex ſynodicis decretis Tridẽ. hab. s.ſeſſ.22.in decret. de obſer. & euitan.in cele.miſſ.25.c.de Inuocatio.&c. §.illud verò. & c.de delect. cib. ieiu. & dieb.fe. Pet. Vend.*

b *Ita Romani dies in publicis, & priuatis numerabant actionibus. l.8.ff. de fer. Aul. Gell.ex Varrone,& Quint. Mutio iuriſconſ. de dierum obſeruatione,& numeratione,quos ciuiles appellat, copioſè*

ſcribit li.3.c.2.Macro.Saturna.lib. 1.c. 3. Virg.Eneid.5. principium diei ciuilis ita deſcribit,Torquet,inquit,medios nox humida curſus, & me ſæuus equis oriens afflauit anhelis. Noctis initium in6. Hac vice ſermonum roſeis aurora quadrigis, in medium. &c. De varia diei acceptione Alciat.in l.2.de verb.ſigni.para.li.4. c.xi.et lib.x.c.3. Dies itaque duplex eſt, naturalis, & ciuilis, Naturalis eſt temporis ſpacium ab ortu ſolis, ad eius occaſum, Ciuilis autem eſt tempus viginquatuor horarũ, quo dies verus, & nox continetur, ſiue a media nocte initiũ capiat & in mediam noctem finiat, ſiue ſecundũ Athenienſium, & Eccleſiæ morem ab occaſu ſolis incipiat, & in ſequentem finiat occaſum.c.2.de feri. Dies in iure quidam dicuntur vtiles, quidam continui, Item dies alia certa, alia incerta, l.1.ff. de diuer.& tempo.præſcrip.l. miles. §. quædam .ff. ad l.Iuliam adult.l.2. de collu. detegen.l. 24. ad Velleia. ff. l.8. de his qui not.infa.l.31.ff de adulter. Partiuntur, & iam dies in feſtos quibus operari non licet, & in dies operarios, quibus licet, toto tit.de feri ff.& C. & extra. Catechiſ. in Decalogi precep. Memento. diuerſis modis accipitur in ſacra ſcriptura. lib.ſent.2.diſtin. 13. Diuiditur dies rurſus in lucem, & tenebras, intellige ciuilem, et eccleſiaſticum. itẽ in horas.xxiiij. Item in matutinum & veſpertinum. vide lib.ſenten.2.Gell.& Macro. ſupracitatis locis. & l.2.ff de verb ſign. Intereſt adhæc ſi annuntietur abſolutè, maſculino genere an fœminino. vide Bud.in l.ſi neceſſarius.ff. de pigno. acti. qui & alia de differentijs dierum ſcribit ad Pandect. Tiraquellus etiam de vere. ret. §.1.glo.xi. §.3. Petrus Vendramenus.

Diffamatus [a] de hæreſi vtrũ debeat canonicè ſe purgare, vide infra purgatio.

Sed diffamatos, & ſuſpectos de hæreſi de conſuetudine inquiſitores conſueuerunt eos vocare coram ſe, & ſecretò ad conuerſionem monere. de hoc vide infra inquiſitores. de ordine procedendi per iudices.

ADDITIONES.

a *Diffamatus dicitur is cuius mala fama ſparſa vel diuulgata eſt, accipitur in malam partem, l diffamari.C. de ingenu. & manumi. Quomodo in cauſa diffamationis procedendum ſit vide Vant. de nulli. ex defec. proceſ. nu.65. qui tibi ſuggerit Docto.& iura de ea ſcribentia. Petrus Vendramenus.*

Dignitas [a] in illo qui commiſit hæreſim, excluditur, & omnis exceptio, vt C. vbi ſena. vel clariſ.l.j. in fi. ita probatur, ita de hæreticis. c. vt officium. §. denique, & c. vt commiſſi, ver. & contra, lib.vj.

ADDITIONES.

a *Dignitas, ait Cicer. 2.de Inuent. eſt alicuius honeſta & cultu, & honore, & verecundia digna autoritas. Ea competere cuipiam videtur, per in Senatum collectionem, vel per adeptionem patriciatus, magiſtratuũ, vel honorum, ſiue ij ſint cum adminiſtratione, ſiue titulotenus a republi. vel principe delati. quo in numero videntur eſſe iure Romano Conſules, Proconſules, Prætores, Præfecti vrbi, prætoriove, & alij qui C.tit. de dignita. & ſequen. referuntur. Sed Alciat. lib. Diſpunct. 3.c.4. contra ſentit.*

ſentit, vt dignitatũ nominibus, Illuſtres viros ad hæc munera, & honores aſſume rentur. Dignitas quandoque nomine honoris quandoque autoritatis oſtenditur, vt C. de digni. l. ius. 8. & l. ſi ſenatores xi. & ſeq. & l ſpurij. ff. de decuri. Cic. lib. x. Epiſt. famil. epiſt. 6. ſed quia latius honoris appellatio ſumitur ideo diſcernendi gratia in l. honor. ff. de mune. & hono. adijcitur, & cum dignitatis gradu. Aliquando ſignificat oris probitatem, morumq; præſtantiam in facie eminentem l. imperatores. ff. de decurio. quod et Cic. offi. primo confirmat, cum ait, genera pulchritudinis duo eſſe, virile, quam, inquit, dignitatem dicimus, alterum, &c. Item et elocutionis partem rhetores appellant dignitatem, eamque ſic finiunt. Cic. 4. ad Heren. Dignitas eſt, quæ reddit ornatam orationem varietate diſtinguens. vbique quandam oſtendere præminentiam videtur, aut honoris, aut corporis, aut orationis, modò propriè, modò tranſ latè. Et ſi verba interpretaremur, hoc modo rectius forſan, & facilius intelligerentur, nec idem verbum ſignificare diuerſa miraremur, cum varijs rebus eandem rationem obtinentibus applicentur ſignificandis. Dignitatum genera quatuor fuiſſe traduntur. Illuſtratus, Spectabilitas, Clariſſimatus, & Perfectiſſimatus, ætate ſcilicet Imperatorum poſtremorum, vide Alciat. in cita. lib. Diſpun. & in l. ſpecioſas, 100. de verborum ſignificatione. ff. item alios qui de verb. iuris tradiderunt. Bar. quoq; in repeti. l. 1. C. de digni. li. xij. de ordine dignitatum eod. lib. titu. 3. 4. 5. 7. & 8. & alios deinceps. Sunt & eccleſiaſticæ dignitates, vt Abbas. Archidiaconus, Prælatus eccleſiæ collegiatæ. Prior Conuentualis, Canonicus eccleſiæ cathedralis. Vicarius epiſcopi, & alij, in primis epiſcopus, & alij ſuperiores de quibus a Docto. in c. 1. de conſue. libr 6. Dignitatis autem alicuius eſſe, & in aliqua dignitate conſtitutum eſſe quem intereſt. lege interpretes Græcos, in 6. c. de donat. quæ fiunt in vi. pen. interpre. in Baſili. quare inſtitutæ, & quibus conferendæ Syn. Trid. c. cum dignitates. xij. de reforma. Pet. Vend.

Dieta. [a] Licet quis regulariter non poſſit trahi ad iudicium vltra duas dietas extra ſuã diœceſim, vt extra de reſcri. in c. nonnulli, nec etiam per literas apoſtolicas, vt ibi. fallit tamen in crimine hæreſis, vt in c. vt officium lib. vj.

ADDITIONES.

a *Dietæ nomen pro itinere vnius diei capitur, & in vulgi ſermone vſurpatur, non a Latinis, licèt in recentioribus conſtitutionibus canonicis legantur. Vicenna quidẽ millia paſſuum in ſingulos dies dinumerantur, l. 1. ff. ſi quis cautio. & de excuſ. tuto. §. qui autem. Inſtit. & c. præſenti. de præben. lib. 6. c. nonnulli de reſcrip. & l. 3. ff. de verborum ſignificat. Pet. Vendramenus.*

Directè, [a] nec indirectè Iudex ſæcularis nõ ſe poteſt intromittere ad cognoſcendum de hæreſi, niſi prius ſit requiſitus ab inquiſitoribus, vel epiſcopo. vide infra executio, & infra iudex.

Item directè, nec indirectè nullus debet impedire officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis. vide infra impedientes. & de pœna illorum qui directè, vel indirectè illud impediunt, vide infra vbi ſupra.

De his quæ dicuntur pertinere ad fidem directè, vel indirectè, vide infra fides.

ADDITIONES.

a *Directè quis agere videtur, cum non circuitu, vel orationis in ſermonibus, vel viæ in itineribus, vtitur, vel principaliter in alio opere rem aggreditur. vel cum quis aliquid dat aut conſequitur per ſe non per alium, vel ſine alterius adminiculo. Indirectè contra ſe gerit, ſed ad idē peruenire cōtendit, vtitur enim inſinuationibus, de quibus, & Cice. & Quintil. & cæteri rethores agunt, & in iure de circuitu vitando multis in locis habetur, in l. dominus. 53. §. 1. & in l. videamus. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. cum alijs a glo. in eas citatis. Itineris exempla ſumas de Hiſtorijs. & ex l. non ſolum. 12. §. 2. ff. de excuſ. tuto. & l. ſi cui. 9. ff. de ſeruitu. Item cum quis non perſonam iter facere principaliter impedit, ſed conſequenter, exemplum vtriuſq; facti videtur in l. 4. ff. ne quis eum qui in ius, & toto titu. de eo per quem fac. ſue. & titu. ſequen. ſi quis cautio. quæ iura porrigi poſſunt a ſimili, & ad hæreſeos officium impedientes. Quis directò dat in teſtamentis ſi per ſe recto iure teſtamēto quem inſtituit hæredem. Indirectè verò vel per obliquum ſi per fideicommiſſarium, qui hæreditatem alij reſtituendam promittit. Inſt. de fideicom. hære. §. in primis. & titu. ſequen. & l. 1. §. in quibus. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. ſimili modo quis dicitur conſequi, & habere, quod & in actionibus iuris videmus, vt directò quis agere dicatur, cū ſimpliciter ex verbis legis actio datur, indirectè verò ſi ut vtiliter, cum non ex ſimplicibus verbis legis, ſed ex æquo, & bono vtilitatis cauſa contra ſententiam iuris, ſeu ueritatem vel rigorem, vt aiunt, conceduntur. l. quas actiones. 7. §. 3. & l. item ſi. 9. §. 1. & 2. ff. ad l. Aquil. l. 47. ff. de nego. geſtis, Inſt. de actio. §. cæterum. Item, principaliter, & directò prohibetur, & per conſequentiam, in Brocar. Azon. abunde Rub. 104. Item patimur directò, vel per conſequentiam. l. 1. ff. de iniu. Petrus Vendramenus.*

Diſpenſare an posſit inquiſitor cū verò hæretico[a] ſuper pœna, vel cū relapſo? & dicendum quòd non, vt in c. accuſatus, de hære. lib. vj. & eo. tit. extra in c. excommunicamus, el j. §. illos. & hoc intelligendum, niſi cum eis diſpenſetur ſup bonis, & hoc ex miſericordia.

Item an posſit diſpenſari cum incarcerato in perpetuo carcere? & dicendum quòd ſic, vt in c. vt commiſſi, verſi. etiam illorum, de hære. lib. vj. vide ſupra carcer.

An cum redeūtibus ab hæreſi poſſit diſpenſari, & in quibus? & dicendū quòd de iure communi tales, ex quo reconciliati ſunt, ad eccleſiaſticā communionem recipiuntur. i. quæſt. vij. cap. j.

Item quotuplex poteſt fieri diſpenſatio cum hæreticis? & poteſt dici quòd quadruplex diſpenſatio adhibetur, ſcilicet ſemiplena, vt ſolum recipiantur in ordinibus ante hæc omnia ſuſceptis. i. q. i. ſi quis hæreticæ. ibi dicitur, Hoc pro magno beneficio habeat, ſi adempta omni ſpe promotionis, in quo inuenitur ordine, permaneat. Plena. ſ. vt poſſint ſacerdotes fieri. i. q. vij. conuenientibus. Plenior vt poſſint eſſe epiſcopi. xij. diſ. hos conſuetudinem. Pleniſſima vt etiam ad

ſuperiores

ſuperiores dignitates promoueri poſſint. xxiij. q. iiij. ipſa pietas. idem in ſum. confeſ. lib. i. tit. v. q. xv. ſecũdùm Hoſt. Rai. & Gof. vtrum prælatus hæreticus habeat poteſtatem ſpirituale.

Multa quæ de rigore iuris nõ poſſunt fieri, permittuntur, & fiunt diſpenſatiuè. vt infra reconciliatio in finem.

Cum exiſtente in apoſtaſia ſi recipit ſacrum ordinem, & ſi fiat religioſus, non diſpenſat niſi ſolus papa, de apoſta. c. vl. de tempo. ordin. cap. j. in gloſſ. vj.

An pœnitentiarij papæ poſſint diſpenſare ſuper ſequela peccati, glo. ij. q. vij. §. colligitur facit quòd not. Io. And. de fi. praesbyterorum, ad extirpandas.

ADDITIONES.

a De Abſolutione, Diſpenſatione, et Habilitatione cum hæretico, tractoſuper ſignatu. grat, titu. de Abſolu. ab hæreſi. Quint. Mandoſius.

Adde, quòd diſpenſare hic pro legibus ſoluere vſurpatur, vnde legibus ſolutus Imperator dicitur in l. 3 1. ff. de legi. Aſconi. in Corn. argum. Alc. Par. c. 7. Dio. lib. 5 3. aliqua de hac ſolutione ſcribunt, & Bud. in annotatio. ad Pande. Diſpenſare dicebantur antiquitus qui æra pendebant non numerabant, & quia hi ea diſtribuebant factum eſt, vt pro diſtribuere qui diſpenſat accipiatur, et diſpenſator dicitur ſeruus vel actor, qui dominirationes adminiſtrat, pecuniamq; diſpenſat, l. 3 5. ff de fideic. liber. l. 1 66 ff. de verb. ſig. vbi Alcia. l. vlt. §. 3, de verb. obli. l. 5 1. de ſolut. l. 12. de inſt. ff. Hinc diſpenſator legum, pro earum diſtributore tranſlatè dictus videtur. T. V.

Diſpoſitio bona corporis. Nota ſecundùm Thom. j. parte ſummæ. q. lxxxv. ar. vij. in corpore quæſtionis. vbi ſic dicit. Manifeſtum eſt enim quanto corpus eſt melius diſpoſitum, tantũ meliorem ſortitur animam; quod manifeſtè apparet in his quæ ſunt. ſm ſpeciem diuerſa. cuius ratio eſt, quia actus, & forma recipitur in materia ſecundũ materiæ capacitatẽ: vnde cũ etiam in hominibus quidam habeãt corpus melius diſpoſitũ, a ſortiuntur aĩam maioris virtutis, & intelligendi. vnde dicitur in ij. de aĩa, Molles carne aptos mẽte dicimus, & ex labore corporali redditur caro dura. & ita labores corporales impediũt ſubtilitatẽ mentis. & aĩa in ſedendo, & quieſcẽdo fit prudens, & ſapiens, & ſciens, vt vij. phyſicorum, vide ſupra anima.

ADDITIONES.

a Corpus benè diſpoſitum habere, idẽ eſt quod benè conſtitutum, quod medici benè complexionatum dicunt. ex Gale. lib. de opti. corp. diſpo. c. 1. 2. & 4. optimam conſtrutionem corporis, euchratiſſimam vocat, bonam diſpoſitionem, habitum, babitudinem, & naturam. Conſtitutum benè babentem corpus beatum vocant, vti apud Cic. 2. Tuſcula. Methodorus quidã, inquit, cùm putat perfectè beatum, cui corpus benè conſtitutum ſit. Q. M.

Diſputare. a An cum hæreticis, vel infidelibus ſit licitum publicè diſputare? & circa hoc duo ſunt conſideranda ſm Thom. vnũ, ſcilicet ex parte diſputãtis: quia ſi diſputat tãquam de fide dubius, & experiri volens veritatem, tũc peccat

 procul-

proculdubio tanquam infidelis: pro hoc eſt glo.xcvj.diſ. nos ad fidem, & in l.iiij.C.de ſum.trinita. & fi. catho li. Aliud autem eſt conſiderãdum ex parte audientium, vtrum ipſi ſint in ſtructi, & firmi in fide, & tunc nullũ eſt periculum in diſputando. Aut ſi audientes ſint ſimplices, & in fide titubantes, circa tales eſt diſtinguendum, quia ſi ſunt ſolicitati, & inultati ab infidelibus, vel hæreticis intendẽtibus in eis fidem corrumpere noſtram, tunc neceſſe eſt publicè diſputare, dummodo inueniantur aliqui ad hoc idonei, prudentes, & ſufficientes, qui errores poſſint confutare: pro quo facit glo.in dicta. l. iiij. & c. ſi ea de quibus.xxiij.q.iiij per hoc.n, ſimplices in fide firmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas. Si verò non ſunt ſolicitati, tunc periculoſum eſt publicè diſputare de fide coram ſimplicibus, quorum fides ex hoc ipſo etiam eſt firmior, cum nihil diuerſum audierunt ab eo quod credunt. hæc ſanctus Tho.ſecunda ſecundæ.q.x.ar.vij. Sed quando infideles, vel hæretici non vellent ad fidei diſputationem venire, zelo redeundi ad fidem veritate comperta, ſed potius ad quandam inanem oſtentationem, cautum eſſet eos prudenter illudere, verbaque ad aliam materiã conuertere, dũmodo ſimplices, qui aſtant, non ſentirent. & hoc nè ſecreta fidei noſtræ indignis pandamus, & contra doctrinam Chriſti margaritas ante porcos ſeminemus. nã nihil oĩno eis reſpondere auditorũ cauſa vtile non videtur, nè fortè ſimplices exiſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen, & fides eorũ lædatur ex hoc. pro quo text. cum glo.xliij. diſt. in mandatis. Quando autem liceat ſecreta fidei occultare, vide gl. notabilẽ.xxvij.q.ij.inuenta. vnde Gregori⁹ in paſtorali, ſicut incauta locutio in errorẽ[b] derelinquit (vbi tñ iſta neceſſitas ceſſaret eos qui erudire poterat in errorẽ derelinqt,) & vbi iſta neceſſitas ceſſaret, periculoſum eſt diſputare de fide: Diſcretio autem magna adhibẽda eſt in huiuſmodi diſputatione, vt in his quæ ſunt fidei, principaliter quis innitatur autoritatibus noui, & veteris teſtamenti, quia illæ ſunt diuinitus[c] reuelatæ, & theologiæ principia, & fidei noſtræ, non humana; ſed diuina reuelatione, quæ conſtat nobis per ſacras ſcripturas, fuerũt nobis tradita. iſtis autem præſuppoſitis cum gratia non tollat naturam, ſed proficiat, oportet quòd naturalis ratio voluntatis ſubſeruiat caritati: vnde dicit apoſtolus 1. Corint. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequiũ Chriſti. & per hunc modum autoritatibus philoſophorum interdum ſacra doctrina vtitur, vbi per rationem naturalem veritatem cognoſcere potuerunt, ſicut Paulus Actuum.xvij.inducit verbũ Arati dicens, ſicut quidã Poetæ dixerunt, genus dei ſumus, & ad idem facit ij. ad Titum, 1. c. in fi. vbi inducit illud Epimenidis prophetæ[d] Cretẽſes ſẽper mendaces, malæ beſtiæ, vẽtris pigri. & in prima epiſtola ad Corinth. illud Terentij. ſæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua. de quo vide bonam glo.xxxvij. diſt. c. turbat. ſed tamen ſacra doctrina his vtitur quaſi extraneis argumentis, & probabilibus: autoritatibus verò ſacræ ſcripturę pdictis tanq̃ ex neceſſitate argu-

argumentando concludentibus. Et ſi quidẽ aduerſarius nihil crederet eorum quæ diuinitus inſpirãtur, & per ſacram ſcripturam habentur, non remaneret iam cum eo vlterius via ad probandum articulos fidei per rationem, ſicut & in alijs ſcientijs contra negantes principia. & ideo contra ea negantes non eſt diſputãdum, ſed relinquantur ſuperiori ſcientiæ; ſuprema verò inter eas, ſcilicet metafiſica, diſputat contra negantem ſua principia. Si tamen aduerſarius aliquid concedat eorum quæ per diuinam reuelationem tradita in ſacris ſcripturis habentur. Si verò de prædictis aduerſarius nihil credat, non remanet amplius via ad probãdum articulos fidei per rationem: poterunt tamen ſolui rationes, quæ in contrarium inducuntur contra fidem. cum enim fides infallibili veritati innitatur, impoſſibile autem ſit, quod verò demonſtretur, quoniam verò omnia conſonant, vt philoſophus dicit primo Ethicorum. Concluditur manifeſtè quòd probationes quę contra fidem inducuntur, non ſunt demõſtrationes, ſed ſolubilia argumenta. ita dicit ſanctus Tho. j. par. q. j. ar. viij. hoc etiam cõfirmatur. nam ſi fides noſtra ratione humana poſſet oſtendi præter hoc ꝙ derogaretur dignitati ſuę, tolleretur & meritũ, cui humana ratio præbet experimentum: & ſecundũ prædicta dẽt intelligi illud quod apoſtolus ait, Parate reddere rationem omni poſcenti vobis de eo qđ in vobis eſt de fide, & ſpe. j. Pet. 3. ex quibus patet ꝗ pernitioſè conuincuntur errare qui ſe iactãt fidem noſtram rationibus intendentes fundare, quæ tñ diuina veritate, & reuelatione conſiſtit. derogant enim dignitati eiuſdẽ vt prædiximus, & inducunt infideles in deriſionem fidei. credunt. n. ꝙ hmõi rationibus inducamur, & ꝓpter eas credamꝰ. ex hoc patet ſummè reprehẽdendos eos qui qđ rõne attingere non pñt, admittere in fide catholica nolũt: cum enim illa excedat oẽm rationis humanæ ſublimitatem, ſatis temerarium eſt illa velle ratione inueſtigare. Nam, vt philoſophus dicit in metafiſica, intellectus noſter ſic ſe habet ad prima entia quæ ſunt manifeſtiſſima in notiora, ſicut oculus veſpertilionis ad ſolem. & Iob xj. Forſitan veſtigia dei comprehendes; & omnipotentem vſque ad perfectum reperies? quaſi dicat non. & xxxvj. Ecce deus magnus vincens ſcientiam noſtram: & j. Corint. xiij. ex parte enim cognoſcimꝰ. eo maximè, quoniam ex defectu intellectus noſtri quę noſtræ cognitioni ſubiacẽt, plurima ignoramꝰ, quãto magis ea quæ intellectũ noſtrum in infinitũ excedũt, cõprehẽdere non valebimus? vide in his conſultũ eſt humiliari deo, nec de ſe quicq̃ præſumere. humilitas enim ad ſapientiam diſponit, vt dicitur Prouerbiorũ. xj. vbi humilitas, ibi ſapiẽtia. valde enim admirandum eſt de iſtis hæreticis noſtri temporis, qui ſuperſtitionem Iudaicam ſequuntur, ꝙ cum in lege Moſaica multa credenda proponantur, quę rõne humana comprehendi nequeunt, illis toto corde inhęrent, & fidem noſtram abhorrent. de hoc vide infra fides, & infra miracula.

Ex prædictis no. ꝙ laicis non permittitur diſputare de fide; imo ſi publicè diſputauerint, excõmunicandi ſunt, vt probat text. in c. quicunque. §. iube-

§.iubemus, de hære. li.vj. vbi dicitur qui verò contra fecerit, ex communicationis laqueo innodetur, & habetur in quadam extrauagan. Benedicti, quæ incipit, Nouerit vniuerſitas, quaſi in fine.

Diſputando veritas inuenitur, vt ff. de muneri.& hono.l.munerum.

A D D I T I O N E S.

a *Diſputare an liceat de fide catholica & an laicis liceat, Albert in dc agn. aſſer. cath. quæſt. 13. & Vmberti. in iudi. inquiſit. hoc verbo Diſputare. Quintil. Mandoſius.*

Adde, quòd Diſputare, vt inquit Varro, eſt valde purum facere & per tranſlationem pro diſceptare diſſerere. Inde diſputare, rem aliquam agitare, ita vt verum tādem cognoſcatur. Cic. de nat. Deo. ad fin. lib. 3. Quæ diſputani diſſerere malui, quàm iudicare. Hinc diſputatio fori dicitur, in l. 2. §. his legibus. ff. de orig. iur. Item contra ſtrictam rationem diſputandi multa iure ciuili pro vtilitate communi recepta ſunt. l. ſi ita. 52. §. multa autem ff. ad l. Aquil. quia non ſubtili ratione, ſed pinguius accipiuntur. Hinc & pro argumentari, & calumniari per conſequentiam ſumitur. Dona. in And. Teren. Diſputationis gratia quod fit, non probare loquentis opinionem, not. Bal. ex l. ſenatus. §. bonæ. ff. de pet. hære. Petrus Vendramenus.

b *Huc adde ex Directorij Inquiſito. q. 10. part. 1. quæ ſunt intermiſſa verba videlicet, protrahit ita indiſcretum ſilentium eos qui erudiri poterant, in errore. Quæ ſunt incluſa parentheſi, vitioſa ſunt. Petrus Vendram.*

c *Audi Ieſu Chriſti Vicarium Petrum, epiſt. 2. c. 1. ibi. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benè facitis attendentes, quaſi lucernæ ardenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris, hoc primum intelligentes quòd omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei, hæc Petrus. Item D. Paulus, ad Timoth. c. 3. ita ſcribit. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis, eſt ad docendum, ad arguēdum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo, dei ad omne opus bonum inſtructus. P. V.*

d *In gl. infra citata legitur poetæ, pro propheta, in epiſtol. verò allegata legitur, quidam ex illis proprius propheta, ſine nomine. Huius carminis Epimenidis meminit Nicepho. in hiſt. Eccleſ. libr. x. c. 26. ante eum Clem. Alex. ſtrom. lib. 1. fol. mihi. 17. P. V.*

e *In direct. legitur, Verè demōſtrari contrarium, ſine dictione, quod. Ad huius totius §. emendatam lectionem vide directo. in x. & xi. q. pri. par. & D. Thomam in citatis hic & ibi locis, confuſus enim & vitiatus eſt in multis, vt ex lectione manifeſtatur. P. V.*

Diuerſitas opinionum quando inter ſā&os doctores inuenitur, vt ſicut [a] de aſſumptione beatæ virginis Mariæ, in cœlū, vel de Salomone damnato, licitum eſt cuipiam dicere quod vult. ſi verò nulla diuerſitas inter ſanctos inuenitur, neceſſe eſt vſque ad vnum iota ſeruare quod ipſi dicunt, vt xv. diſ. c. ſi. ſancta Romana, poſtquam opuſcula eorum a ſancta eccleſia ſunt autenticata. verba ſunt Inno. de conſtitut. in c. innitaris. quem ſequuntur doc. ibidem.

ibidem. verum dicit Hoſti. quòd hodie eſt communis opinio meritò approbata, quòd corpus dominæ noſtræ virginis Mariæ ſit aſſumptum in cœlum, vt ibi recitat dominus Franciſcus de Zabarelis. hinc dicit ibi Bal. quòd hodie tenendum eſt quòd ſit in paradiſo: de quo vide ſupra aſſumptio.

An tenens diuerſas opiniones doctorum incurrat hæreſim, vide infra, hæreticus.

Nota quòd quando ſunt diuerſæ opiniones doctorum propter iuris diſſonantiam, ſi dubietas remaneret de fide, tunc ſedes apoſtolica eſt conſulenda, vt extra qui filij ſunt legit. in c. per venerabilem. & in c. ſuper eo, de hæreti. li. vj.

Item quando inter inquiſitorem, & epiſcopum eſt diuerſitas in ſententiando, vel in alijs in quibus debent iunctim procedere, & inter ſe diſcordant, quia vnus non vult alteri conſentire, tunc enim negocium mittetur inſtructum ad papam, vt in c. per hoc, de hæreticis, li. vj.

Licet ſit diuerſitas in imponendis vel iniungendis pœnitentijs ipſis hæreticis inter inquiſitores diuerſarum prouinciarum, quò ad qualitatem, quotam, & quantitatem, tamen quò ad formam, & modum ad ipſas imponendas omnes inquiſitores ſe debent conformare. & vnus modus debet teneri p ipſos ſaltem quò ad formalitatem ipſarum pœnitentiarum. de quo vide infra pœnitentia.

ADDITIONES.

a *Item circa intelligentiam operum ſex dierum, in qua Augu. ab alijs diſcordat. Item diſcordant Ieroni. & Aug. in autore omnium Pſalmorum. Auguſt. enim omnium autorem facit Dauid. quod Ieronimus negat, Item diſcordant ſuper reprehenſione, quam fecit Paulus Petro an fuerit de mort. ili, an de veniali. Item diſcordant in ceſſatione legalium quando facta fuerit. Ieron. item in Prolo. primi reg. ſeu in quæſtionibus affirmat quòd Samuel fuit verus Sacerdos, quod expreſſè negat Auguſtinus, in lib. de quæſt. noui, & vet. teſta. aſſerens Samuelem non fuiſſe Sacerdotē, cum non fuerit de filijs Aaron, hæc & alia ſimilia diſcordantia inter Sanctos Doctores habes apud Albert. de agno. aſſer. catho. q. 30. nu. 51. verſic. ſecunda probatio ſumitur a diſcordia. Quint. Mand.*

Diuinatores

a dicūtur a diuinitate, ſeu deo, eo quòd ex quadam aſtuta fraudulētia oſtendūt ſe ſcire futura, vt xxvj. q. iiij. c. i. & dicuntur diuini, quia ex coniectura mentis ſuæ incerta futurorum quaſi vera prænunciant. xxxvij. diſ. viuo.

Diuinatio b nunquam in bonam partem accipitur. i. q. i. nunquam.

Nota quòd ſecundùm quoſdam quatuor ſunt genera diuinationis, videlicet terra, aqua, ignis, aer. xxvj. q. iiij. c. igitur, & q. v. nec mirum, vbi multi modi & genera diuinandi ponuntur.

Nota. quòd dominus per diuinatores illud hominibus permittit, vt probentur boni, vtrum in dei dilectione ſint firmi. xxvj. q. v. nec, in fi.

No. quòd diuinatores propter deteſtationem criminis in accuſationem non admittuntur. ij. quæſt. viij. quiſquis.

Item

Item diuinatores ſunt excommunicandi.xxvj.q.i.§.i.

Item ſi clerici fuerint, & ſe corrigere noluerint, ſunt deponendi.xxvj.q.v.ſi quis epiſcopus.

Diuinatores enim ad malum eſſe non debent, & contrafacientes grauiſſimè puniuntur, vt.C. de male. & mathema.l.ij. & iij. nec ire debent ad domum alterius, nec aliquis eos debet vocare ad domum, vt in allegata.l.iij.

Non licet alicui diuinare, vt C.de malef.& mathe.l.nullus.nam hoc vltra poteſtatem humanę naturę tranſcendit, cum ſit proprium ſolius dei, vt xxvj.q.v.c.i.& extra.vt eccle.bene.c.i.ad quod.ff.ſi cer.pe.l. cum patris, cum ſequ.

Vtrū inquiſitores poſſint cognoſcere, & procedere contra diuinatores? & dicendum quòd non, niſi hęreſim ſaperēt manifeſtè aliter, nec eos punire poterunt, ſed eos debent relinquere ſuis iudicibus puniendos, vt in c.accuſatus.§.ſanè,& §.ſeq. de hæreti.li.vj.& habetur in quadam extrauagante Vrbani.iiij. quę incipit, quia ſuper nonnullis. ſolus epiſcopus cognoſcit, & inquirit de occultis diuinationibus, vt dicto. c. accuſatus.

Quando autem diuinationes dicantur ſapere hæreſim, vide infra de ſapientibus hæreſim, & ſupra dæmones inuocantes.

Et circa prædictam quæſtionem an diuinatores ſint hęretici, vel ſuſpecti de hæreſi taliter quòd ſint ſubiecti iudicio inquiſitorum hæreticæ prauitatis, duo ſunt conſideranda. primum an ſint ſubiecti iudicio inquiſitorum. ſecundò, poſitò quòd ſint ſubiecti iudicio inquiſitorum, an ſint hæretici, vel ſuſpecti de hęreſi quantū ad primum dicendum, quòd diuinatores ſunt duplici genere. Quidam ſunt meri ſicut qui agunt merè ex arte chiromantiæ, qui ex manus lineamentis diuinant, & iudicant de effectibus naturalibus, & conditionalibus hominis, vel qui ex equalitate feſtucarum aliquid præſens, ſed abſcōſum ex eis iudicant diuinādo, & cōſimiles.& iſti cadunt in ti. de ſortile. & diuinationibus. & de his loquitur c.ex tenore, extra de ſortilegijs, vbi dicitur quòd Vlratius presbyter cū quodam infame, hoc eſt diuinatore, dicit gl.ad ſecretum locum pertexit, non ea intentione vt dæmonem inuocaret, quaſi dicat quòd hoc fuiſſet hęreticum, ſed cū inſpectione aſtrolabij furtum quidam inueniret, quaſi dicat quòd eſt merè diuinatio. hęc Nicolaus Almeiric in directorio inquiſitionis. Quidam autem ſunt alij diuinatores non meri, ſed ad hæreſes contracti, vt ſunt demonibus honorem latriæ, vel dulię impendentes, vel puerum rebaptizanes de quo vide ſupra demon.& hæc talia faciunt prædiuinando futura, ſeu cordis intima facientes, quæ quidē ſapiunt hæreſim manifeſtè. & tales diuinatores inquiſitorum iudicium non euadunt, ſed hæreticorum legibus vlciſcentur per allegatum. c. accuſatus. Quantum ad ſecundum conſiderandum eſt, quòd huiuſmodi diuinatores qui in ſuis diuinationibus faciūt, & admiſcent aliqua, quæ ſapiunt hæreſim manifeſtè, ſi iſti tales deprehendantur vel confeſſione propria, vel teſtium probatione legitima, vel facti euidentia, tales ſunt vt hęretici pu-

puniendi, iuxta c. ad abolendam. §. præſenti, extra de hæreti. ſuper verbo deprehenſi.

De pœnis iſtorum qui exercent diuinationes, vide infra pœna, vel pœnitentia.

ADDITIONES.

a *In prima parte tractatus Calderi. de hære. c. 22. multa huius vocis capita leguntur ad verbum propemodum, vt hoc, & caput, vtrum inquiſitores. P. V.*

b *Diuinatio a quibus inuẽta, vnde dicta & quibus rebus, & a quibus credita. Cic. lib. 1. de Diuina. Quid ea ſit, & quot eius genera, lib. 1. & 2. de Diuinatio. & 2. de legi. Diuinatio cum ſit præſenſio futurorum, an & quatenus permittatur, vide ſupra ad vocem Aſtrologia. glo. 1. in c. nunquam. hic allegata, interpretatur. nunquam pro rarò. Diuinationis genus a Perſis fertur allatum. Dixit autem Varro Diuinationũ genera quatuor eſſe, terram, aquam, aerem, & ignem. hinc Geomantiam, Hydromantiam, Pyromantiam, Aeromantiam dicta autum a it. ad duo genera rediguntur, ad artem, & furorem. Nominibus varijs ex genere diuinationis cui incumbunt appellantur diuinatores, vide 26. q. 3. & 4. c. 1. ex D. Auguſt. de nat. dæmo. & ex Iſido. de etimo. li. 8. c. 9. Cic. quoque lib. 1. & 2. de Diuinatio. ſcribit duo eſſe diuinandi genera, quorum alterum artis eſt alterum naturæ. artificioſi ſunt extiſpices, monſtra, aut fulgura interpretantes, augures, aſtrologi, ſortileg. naturales autem ſomniorum interpretes, vates, Artificioſum conſtare ait partim ex coniectura, partim ex obſeruatione diuturna; naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex diuinitate, vnde omnes inquit animos hauſtos, aut acceptos, aut libatos haberemus, Hanc partitionem videtur ſecutus Auguſt. & Iſidorus. De prohibitione diuinationis annotaui multa ſupra ad verbũ Aſtrologia. Adde Iul. Paulum ſent. recep. lib. 5. tit. de vaticinationibus, & vaticinatoribus, & mathematicis. qui cauſas prohibitionis, & pœnas affert inobedientis, Habet Diuinatio cum medicina cognationem, quia & medicus vel commoda vel incommoda in corpore futura prænoſcit, ait enim Hypocrates medicũ oportere dicere de ægroto, quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura ſequantur, Carmen Hom. Ilia. 1. de vatibus loquens. Macro. lib. Satur. 1. c. 20. ex coniectura & medicina conſiſtit, Cornel. Cel. de re medica lib. 1. in probem. Diuinatio etiam dicitur cognitio, ſiue iudiciũ, quo duobus, pluribusve accuſare quempiam ambientibus, vter, quisve accuſare debeat, conſtituitur, eligiturve, quia non de facto quæritur, ſed de futuro, quæ eſt diuinatio, & quod res agatur ſine teſtibus, & ſine tabulis, & his remotis argumenta ſola ſequantur iudices, & quaſi diuinent, quod in cæteris iudicijs non licet. Aſcon. Ped. in diuinatio. Aul. Gell. l. 2. c. 4. hæc tamen electio cauſa cognita fieri debet l. 15. ff. de accuſa. & in comparatiuum genus cadit, Quintil. lib. 7. c. 10. quæ verò in cognitionem veniant, habes ex lege præalleg. & Quintil. lib. 7. c. 4. Accedat quẽ non poſſe neque teneri diuinare. 22. q. 2. beatus. l. ſi putator. ff. ad l. Aquiliam. Pet. Vendr.*

c *Vide Siman. Enchir. titu. 8. nu 9 verſ. neque de diuinationibus, & Vmbert. in iud. Inquiſit. in verb. diuinationes. Pauli Ghirlan. de ſortile. q. 2. nu. 6. & Guindiſ. de hæret. quæſt. 9. num. 6. & ſequenti. Quint. Mand.*

Diuiſio

Diuiſio bonorum hæreticorũ [a] qualiter debeat fieri, vide ſupra bona. ſed hic poteſt dici, ꝙ vnum olim cauebatur, & aliud obſeruatur. olim etiam per Inn. & Clementem quartum fuerat cautum in quadã eorum conſtitutione, quæ incipit, ſtatuimus. §. teneatur in ſuper. iuxta finem conſtitutionis, quòd inquiſitores debent diuidere bona hæreticorum in tres partes, & partem vnam dare ciuitati, ſeu communi illius ciuitatis in qua hæretici damnãtur, & aliam partem dabunt poteſtati, & alijs officialibus qui faciunt executionem contra ipſos hæreticos, quorum bona erant, tertiã verò partem debent retinere inquiſitores ad ſuſtentandum incumbentia ſuo officio inquiſitionis. & ſi cõtrarium non oſtẽderetur, talis diuiſio deberet omnino ſeruari, vt extra de hæreti. in c. fi. in fi. li. vj. Hodie tamen inquiſitores dicunt quòd iſta confiſcatio per diſſuetudinem eſt abrogata & dicunt per apoſtolica reſcripta, quòd fiſcus in hoc caſu aliter declaratur. nã dicunt quòd Romana eccleſia vult quòd dimidia dictorum bonorum asſignetur ſuę cameræ, & alia dimidia remaneat officio inquiſitionis ꝓ incumbentibus tolerandis, & ita de conſuetudine obſeruabatur. tamen hodie cum talia bona veniant applicanda fiſco, iſti Chriſtianisſimi, & ſerenisſimi reges talia bona diuidunt in tres partes iſto modo. Primò nãq; de talibus bonis hæreticorum cameræ ſuę confiſcatis mandant primam & principalem partem expendi in ſuſtẽtationẽ officij inquiſitionis, dando ſalaria inquiſitoribus, & officialibus ipſius officij, & faciendo eis alias mercedes. Item ſecundò cum talibus bonis faciũt bella iuſta contra Saracenos, vt experientia docet vſque hodie de regno Granatenſi. tertiò & in pijs cauſis diſpẽſant, & nulla eorum bona imburſant: qua de ratione cum ipſi officijs inquiſitionis prouident abundę, iuſtè poſſunt omnia bona hęreticorum talibus regibus applicari, & nulli alij. & talis conſuetudo eſt laudanda, cum multa bona exinde proueniant, ſicut per experientiam videmus, non obſtãtibus quibuſuis alijs iuribus, & conſtitutionibus, & cum prædicta cõſtitutio quæ in contrarium loquitur, tantummodo dicat, & loquatur de inquiſitoribus Italiæ, quę ad alias prouincias non videtur extendi, iuxta notã. per Innoc. & Io An. in ſimili. in c. i. de loca.

ADDITIONES.

a *Fel. in c. irrefragabilis. §. cæterũ. poſt nu. 5. de offic. ordin. aſſerit per extrauagantes pontificias bona hæreticorum diuidi inter Romanam eccleſiam, epiſcopum, & Inquiſitorem, quam tñ practicam non ſeruari affirmat Dida. lib. 2. reſolu. cap 9. nu. 12. ſaltem in Hiſpaniis, vbi bona tam mobilia, quàm immobilia hæreticorum, & habentium beneficia eccleſiaſtica, applicantur fiſco regio, In Ducatu verò Mediolanenſi, bona hæreticorum diuiduntur æquis portionibus, inter fiſcum ducalem, epiſcopum, & Inquiſitorem, teſte Iulio Claro. ſenten. lib. 5. §. hæreſis. nu. 12. Ex præmiſſis, & ijs quæ ſcribunt Aim. conſi. 128. Boſſius in prax. crim. tit. de bon. publi. nu. 62. et Siman. Ench. tit. 56. de bon. hæreti. nu. 8. puto recurrendum eſſe ad locorum conſuetudines, & pontificias commiſſiones, ſeu declarationes. Videatur*

etiam

etiam in for. proce. contra inquiſi. de hære. rub de offi. & pote. cuius. recto. num. 15. verſi. tenetur etiam poteſtas. Quintillianus Mandoſius.

Diuortium [a] An poſſit peti inter coniuges propter crimen hæreſis per vnum ipſorum commiſſum? & dicendum quòd cum quis recedit a cultu fidei orthodoxæ, & in hæreſim labitur, quòd alter coniugum non tenetur ei cohabitare, & poteſt peti diuortium in iudicio eccleſiaſtico, vt ab illo ſeparetur propter talem fornicationem ſpiritualem, & per eccleſiam fiet ſeparatio quò ad torum, ſicut fieret pro fornicatione carnali, vt xxviij. q. i. ſimili modo, & habetur extra de diuortijs. quanto, &. c. ex literis. ad quod. xxxij. q. i. ſi quis vxorem. j. & ij. vide ſupra coniux, & infra fornicatio, & infra fidelis.

An vxor poſſit petere diuortium propter vitium ſodomię, vide ſupra debitum.

ADDITIONES.

a *Diuortium eſt omnium rerum ſeparatio, teſte Nonio. Cic. de Orat. lib. 3. ſic è communis ſententiæ iugo ſunt doctrinarum facta diuortia, Item pro deflexu de via, a diuertendo. Virg libr. 9. Obijciunt equites ſe ſe ad diuortia nota. Præterea diuortia nō coniugij diſtractionē ſolū, ſed ēt omniū inflexionum, quæ à recto detorquentur. idem Non. ſic potes extendere ſignificationem ad omnia quę ab inuicem ſegregantur. Extat in vtroque iure tit. de diuortijs matrimonij ſiue coniugij. Dirimitur matrimonium diuortio iure ciuili, l. 1 ff. de diuort. iure verò canonico ſeparatio tori fit, & mutuæ ſeruitutis, aliquando. vinculi matrimonialis, quandoque diremptio propter impedimentū perpetuum. toto tit. de diuortijs. Diuortium autem vel a diuerſitate mentium, dictū eſt; vel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium l. 2. ff. eod. titu. Diuortium igitur eſt aut diſtractio matrimonij, aut ſeparatio tori, & mutuę ſeruitutis coniugalis. A repudio differt. l. 2. cod. vid. l. 101. ff. de verborum ſignifi. Petus Vendramenus.*

Docere [a] non permittitur, nec ſentire aliud quàm Romana [b] eccleſia docet, vel ſentit, vt in c. rogamus vos fratres. xxiiij. q. 1. de hoc nota. gloſſ. ſingularem in c. i. de ſum. trini. & fi. catho. li. vj. ſuper parte, docet, & in c. tuas, de ſponſ. duorum extra.

An puniatur grauius docens hæreſim vel ſcholaris? & dicendū quòd docens punitur ad mortem, ſed ſcholaris diſcens mitius punitur. gloſſ. in c. pe. de hæretic. & Bar. in l. cunctos. vj. colum. C. de ſum. tri. & fi. catho.

ADDITIONES.

a *Docere, inquit Non. ſignificat diſciplinam vel artem quampiam magiſterio da re ſicut accipitur in l. quicunque. §. pen. C. de hære. & de maleſi. & mathe. l. culpa C. item de ſtudi libe. vrb. Ro l. 1. li. x. & de profeſſ. qui in vrb. l. 1. lib. xij. C. extr. quoque tot. tit de magiſtris, & c. & 37. diſtin. c. de quibuſdam. & c. relatum. in alijs etiam iuribus allegatis ab autore. Quidā verò ita definiunt, vt ſit alicuius rei cognitionem, alteri tradere, Agricola de inuen. dial. lib. 2. c. 4. docere, inquit, eſt rem ex ignota facere notiorem. Virg. lib. 5.*

lib.5. docuit poſt exitus ingens. item docere, dicere, ſignificare. Cic. Ap. pul. ne literas quidem vllas accepi, quæ me docerent quid ageres. Item probare. Cic. de Orat. 2. ad probandum autem duplex eſt oratori ſubiecta materies, poſtea fol. ſequenti, ad docendum ait. & in Partitio. in princ. ferè, ibi, earum duæ valent ad rem docendam, narratio & confirmatio. & l. pen. §. vlt. ff. ne quis eum. l. ſi filius. 8. ff. de probat. & l. 3. §. hoc autem ff. de itin. actuq; pri. Doctrina ſanè vel in verbis, & oratione, vel in factis conſiſtere videtur. c. nemo. 81. diſt. l. aut facta. §. vlt. ff. de pœn. xi. q. 3. æſtimant. Voluntatem enim ſuam quis declaret verbis, an ipſis rebus, & factis, non refert. l. de quibus. ff. de legib. & ſup. citato. c. æſtimant. Adde rethores ita ſcribere Agrico. de Inuen. l. 2. ca. 4. & 13. Idem ante eum Cic. & Ariſto. in rethoricis, D. Auguſt. de doct. Chriſt lib. 4. c. 27.

b *Nam Eccleſia Romana omnium eccleſiarum mater & magiſtra eſt, Con. Tri. ſeſſ. 7. de baptiſ. can. 3. ſeſſ. 14. c. 3. de miniſtro & c. 22. c. 8. et 25. de delect. cib. Catechiſ. de ord. ſacra. c. iam verò. vide infra ad vocem Eccleſia. T. V.*

Dolus, [a] & negligentia quandoque æquiparantur, vt de offi. ordi. ſignificauit, & ibi nota. vide in regula ſcienti, li. vj. Sed dolus grauius punitur, quàm negligentia, Io. An. i d. c. ſignificauit, de of. or.

Omnis dolus eſt fraus, ſed non è conuerſo. ff. de pactis. l. iuriſgētium. §. dolus. nota. lxxxi. diſ. apoſtolus.

Mortuo [b] carcerato præſumitur dolus carcerantis. vide ſupra carcer. §. item nota, quòd carcerato.

Dolus & lata culpa excluditur vbi quis facit aliquid quod iuſtum putat ſiue iuſtis rationibus, ſiue iniuſtis motus. ff. de libera. cau. l. rectiſſimè, & ibi concor.

Nota quòd dolum committit ille qui ſcit aliquid prohibitum, & illud facit aliter non intelligitur doloſus. C. eod. l. ij.

An doli capacitas ſuppleat ætatē in delictis, vide de ſpon. impu. c. vl. de delictis puerorum. c. i. & ij.

An propter dolum iudicis, vel aduerſarij tollatur facultas appellandi, vide ſupra appellatio.

Quando præſumatur dolus in iudice, vide ſupra appellatio, vbi ſupra.

Item quando præſumatur dolus aduerſarij, vide ſupra appellatio, vbi ſupra.

An præſumatur dolus in fratre profeſſo, qui exiuit monaſterium, & contraxit matrimonium, vide infra matrimonium, & ſupra contrahens.

ADDITIONES.

a *Dolus malus ait Cic. off. 3. eſt cum eſt aliud ſimulatū, aliud actum. dolum malum Seruius definit machinationē quandam alterius decipiēdi cauſa, cum aliud ſimulatur & aliud agitur, quæ definitio reprobata eſt, cum & dolo bono conueniat, ſic autem labeo definit dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallatiam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam, quæ definitio recepta eſt, l. 1. ff. de dolo. Duplex autem dolus eſt, bonus & malus ead. l. 1. vbi etiam bonus definitur de hoc etiam Dona. in Eunu. T. V.*

b *Vide quæ ibi adſcripſi. T. V.*

Dominus [a] caſtri, vel villæ tenetur hęreticū fugientem

te ad ſuum caſtrum, vel villam trahere ad manus inquiſitoris, ſi requiſitꝰ fuerit per inquiſitorem, cum ille confugiens noluit comparere citatus, vt habetur in c. vt inquiſitionis, de hæreti. li. vj. & habetur in quadam conſtitutione Friderici Imper. quę incipit, Commiſſi, in prin. & in fi.

Quę forma debet ſeruari cum dominis terrarum, qui in ſuis dominijs & terris receptarunt aliquos hæreticos; ſi poſtea illi domini petant a fiſco aliqua debita ipſorum hæreticorum, quos receperũt in ſuis villis, vel caſtris, vide xxij. inſtructionem inquiſitionis.

Item domini temporales, ſeu poteſtates ſœculares, quibuſcunque officijs fulgantur, debent moneri, & ēt ſi neceſſe eſt, compelli per metropolitanum, & epiſcopos comprouinciales, vel inquiſitores per cenſuram eccleſiaſticam, vt de ſuis prouincijs, vel locis exterminent omnes hæreticos ab eccleſia denotatos. Et cum de nouo quis eligitur in poteſtatem perpetuam, ſeu temporalem, hoc iurare tenetur. & ſi propter ſuam negligentiam talis dominus fuerit excõmunicatus, & non ſatisfecerit infra annum, debet intimari papæ, vt omnes vaſallos eius a fidelitate eius denunciet abſolutos, & terram ſuam catholicis exponat occupãdam, & illum ſi expedire videbitur, a ſua dignitate, deponat, vt extra de hære. in c. excommunicamus. §. moneatur.

Domini temporales, ſiue poteſtates non ſe debent intromittere ad cognoſcendum de crimine hæreſis. de quo vide infra iudex ſœcularis.

Nullus põt duobus dominis ſeruire, ſ. deo, & dæmoni, nec quis poteſt ſimul eſſe Chriſtianus, & Iudæus, obſeruando legem Moſaicam veraciter & monſtrando ſimulatè ſe habere fidem catholicã, vt habetur Matt. viij. & in decre. xxj. q. j. clericus.

A D D I T I O N E S.

a *Dominus dicitur cui ſeruitur, Virgil. lib. 1. Aeneid. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. pro conuiuij exhibitore, & pro amatoribus mulierum capitur. Nonij exempla de eo ſumas. pro eo qui domui praeſt, & in familiam imperium habet, vel in regnum et in ciuitatē. de priori Teren. in Eunu. apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis. & l. pronuntiatio. 195. §. familiæ ff. de verb. ſign. De poſteriori Virg. in carmine præcitato. in iure fforum. & Cod. in hanc ſignificationē pro eo qui in regnum, ciuitatem vel caſtrum habet imperium, non memini me legiſſe, præterquam in l. deprecatio. ff. ad l. Rod. & in l. pen. ff. de his quæ in teſta. del. Romanis. n. dñi nomē fuit inuidioſum, ait Seruius in 6. Aene. ſcribit ēt Dion. hiſt. li. 53. Equidē nomē eius imperij, quo oĩs penes vnicũ aliquē eſſet ptãs, adeo inuiſum Romanis fuit, vt nè dictatoris quidem appellatione Octauium Cæſ. noĩari ſuſtinuerint, cætera verò noĩa poteſtatis, vt Cõſulatus, Procõſulatus, Cenſoris ēt & Tribuni, Auguſti quoq; nõ Romuli, nec dñi lege permiſerũt. Adde & patris vocabulũ tametſi eis aliquod iuris in ſubditos tribuit quale eſt parentũ in liberos, tamen initio non in hunc finem eis, ſcilicet Imperatoribus, impoſitũ eſt, ſed honoris gratia, vtq; admonitionis eſſet ipſis, vt ſubditos liberorum loco, hiq; rurſus ipſos veluti parentes ſuos charos haberent. hæc Dion. teſtimonio ſunt eorum tituli in Conſtitutionibus ipſorum, Tradit denique Macrobius*

ſaturna. lib. 1. c. xi. A Romanis omnem dominis inuidiam, omnem ſeruis contumeliam, detrahētibus, dominum patrem familias, ſeruos familiares appellatos eſſe. vnde fit vt in iure nomine domini ſignificetur, in priuatis is qui habet in ſeruos poteſtatem. vt ff de his qui ſunt ſui vel ali. iu. l. 1. & .2. Inſti. eo. tit. & de ſtipu. ſeruo. & alibi paſſim in iure, cuius poteſtatis origo tempore Noe cæpit, ait D. Auguſt. de Ciu. Dei. lib. 19. c. 15. vel alterius rei proprietatem, modò rationem & arbitrium arg. l. fœminæ in fi. de ſecun. nupt. & l. in re mandata. C. manda. vt ff. ad ſenatuscon. Syl. l. 1. vbi & qui appellatione domini contineantur exponitur. & l in venditione. 8. ff. de bon. aut. iud. poſſ. In poteſtatem verò ſibi publicam vſurpantibus, & ſic in malam partem accipiebatur hæc appellatio, l. 2. §. & cum placuiſſet. ff. de orig. iur. teſte quoque Seruio in citato loco, qui adducit Cic. autoritatem, qui ea ſic vtitur ſæpiſſimè, vide in 2. in Catilin. in antepen. fol. de generibus hominum a Catilina coactis, In genere ſecundo dictus eſt a domo, quoniam qui domui præerat in eaque imperium habebat dominus dicebatur. et a domino dominiū deductum fuit. Vaconius in decla. iur. li. 2. declar. 78. dominus eſt duplex, naturalis & ciuilis, idem c. 67. Vlpi. inſt. lib. 1. Ieſus Chriſtus dominus appellatur, quia nos redemit, a peccatis. et quòd in res omnes habet poteſtatem, Catechiſ. in Symb. art. Et in Ieſum Chriſtū. Huius nominis in ſæculi principibus alia eſt id temporis et autoris ætate ſignificatio. Domini temporales ſunt eccleſiæ protectores & libertatem eccleſiaſticam conſeruare debent, Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 20. P. V.

Dominium. [a] An hæreticus perdat dominium bonorum ſuorum ſtatim commiſſo crimine? & ad hoc dicit dominus Dinus de Mugello quòd ipſe intelligit iura dicentia ꝙ ſtatim commiſſo crimine hæreticus perdit adminiſtrationem omnium ſuarum rerum, & poteſtatē diſponendi ſuper eis, dominium verò quod non perderet ipſo iure; ſed demum per ſententiam confiſcationis, & publicationis. ita no. ipſe. ff. de iure. fiſ. l. imperator noſter. ſed hodie videt̄ dicēdū ꝙ ſtatim cōmiſſo crimine perdit ipſo iure dominium, [b] vt extra. de hæreticis. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus, & eo. ti. & li. in c. cum ſm leges, quamuis de mero iure ciuili in bonis hæreticorum. olim aliter diſponebatur; vt in l. Manichęos, & l. quicunque, C. de hæreti. & de hoc no. Gof. in ſum. Et in hoc cōcluſio eſt ꝙ ſecundùm ius canonicū ſtatim commiſſo crimine perdit dominium oīm ſuorum bonorū, vt patet in iuribus præallegatis. & ita tenet Bar. in d. l. imperator, in fi. C. de iure fiſci.

Item apoſtata perdit dominium ſuper ſeruos vt ſupra apoſtata §. apoſtata perdit.

ADDITIONES.

a Dominium a domino deſcendit vt ſupra dictum eſt, eſt autem libera facultas faciendi, alienandi, diſponendi ve vti quis voluerit de re ſua iure permittente, l. fœminæ in fin. & l. in re mandata. C. man. Vacon. in 2. declara. in c. 77. abiecit quidem iure permittente, quia non licet omnibus alienare, Inſt. quib. alien. lic. tamē propter ſuperficiarios, & emphiteutas, quibus non directa ſed vtilis actio, a iure ciuili datur l. 1 ff. ſi ager vectiga. & l. 1. ff. de ſuperficie. Diuiditur in naturale & ciuile, naturale, quod a natura proditum eſt,

eſt, & gentium omnium cõmune eſt, quod nanciſcimur occupatione, captiuitate, traditione & alijs modis ab Imperatore dictis tit. de rer. diui. §. ſingulorum. & §. ac tit. ſeq. Inſtitu. cœpit ab humani generis conditione primæua Geneſ. 1. Inſti. eo. §. ſingu. Ciuile eſt quod Ciuium Romanorum, & cuiuſque ciuitatis eſt proprium, eius ortus fuit, cum ciuitates condi, magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt, Inſt. eod. §. ſingulo. quęritur vſucapione, Inſt. de vſucap. item iure Quiritum mancipatione, et in iure ceſſione. Vlpia. inſtitu. lib. 1. ſublata tamen eſt a Iuſtiniano illa differentia ab Vlpiano tradita, C. de nudo iure Quiri. toll. Dominium rurſus aliud directum, quod per ſe quis manu propria ſiue alterius facto ab initio acquiſiuit, aliud obliquũ vel vtile, quod manu alterius. Item aliud vniuerſum, aliud ſingulare, vide Vacon. lib. 2. declarati. c. 77. 78. & ſequen. & lib. 3. c. 106. Petrus Vendr.

b *L. fi. C. ad l. Iul. maie. Siman. Enchir. tit. 56. de bon. hæreti. nu. 4. ver. confiſcantur autem a die commiſſi criminis. vide infra in verb. pœna. verſ. Item alia pœna infligitur. Q. M.*

Domicilium. Nunquid ſi vnus commiſſit hæreſim in epiſcopatu Chartaginienſi, & poſt commiſſum delictum mutauit domicilium, & ſe transfert ad epiſcopatum alium, vel ad alium locum, ſi inquiſitor Chartaginienſis vbi delictum commiſit, poterit contra talẽ procedere? & dicendum ꝙ ſic, [a] vt in c. vt commiſſi, de hæreti. l. vj. & habetur in quadam conſtitutione Friderici imperatoris, quę incipit, Cõmiſſi. de hoc vide ſupra delictũ. ſed hoc intelligendum ſi iudex delicti præuenit in cognoſcendo: aliàs iudex loci vbi quis eſt incola poteſt quẽ punire de delicto alibi cõmiſſo. quod eſt notabile. facit ad hoc. l. i. & ij. C. vbi de crimine agi oportet, & l. iiij. de of. præſi. hæc Bar. ff. de interdic. & rele. in l. relegatorũ. §. interdicere, in iij. notabili.

No. ꝙ in criminalibus cenſetur qs habere domicilium in loco, vbi eſt oriundus, vt no. in c. accedens, el ij. vt li. non conteſta. in glo. iij.

No. ſicut mutatione naſcitur noua actio furti ad pœnam applicandam parti, ſic mutatione domicilij territorij, & iuriſditionis noua naſcitur actio ſiue accuſatio furti ad vindictã publicam, vt no. Bar. in l. ſi dominiũ. ff. de condi. fur.

Item ponamus ꝙ [b] aliquis ſciens ꝙ epiſcopus, vel inquiſitor intẽdit procedere de hæreſi contra eum ratione domicilij, & recedit de illo loco ad aliũ, & alibi eligit ſuam manſionem, an ille eṗs, vel inquiſitor poterit amodo procedere de hæreſi contra eũ? & dicendũ ꝙ ſi ille erat iam citatus, non dicitur mutare domicilium, & forum iſtius, cum iam ſit pręuentus, vt. ff. de iuriſ. om. iu. l. cũ quædã puella, & extra de for. com. c. propoſuiſti. ſi verò nõ erat citatus nec præuentus tunc nõ procedetur contra eũ ꝑ eṗm vel inquiſitorẽ rõne domicilij, ſed ꝓcedetur per illũ vel aliũ, in cuius prouincia vel diœceſi deliquit rõne ipſi⁹ delicti, vt in aut. ſi qua in ꝓuincia. C. vbi de crimine agi opor. & locus erit remiſſioni; quia oĩs delinquẽs remittitur ad ſuũ iudicẽ coercendus, vt in aut. vt nulli iudices. §. ſi quis verò cõprehenſorum. & ita determinatur, & tenuit Clemens papa quintus in quadam eius conſtitutione quæ incipit, Quoniam illis, de quo vide ſupra cita

 tio.

tio. Sed ſalua reuerẽtia tãti dñi, quia nõ remittet ad iudicẽ domicilij, ſed ipſe puniet per dictam .l.iij. ff. de offi. præſi. nam potius videtur fieri remiſſio, & punitio ad iudicem delicti, vt ff. de accuſa. l. ſi cui. §. fi. & dicto. §. ſi quis verò. Et quod quidem dicitur quòd iudex delicti debet punire, intellige verum in pœna corporali, nõ autẽ in ſpirituali, videlicet pœnitentia, quæ imponitur cõfitenti. nam imponi debet per proprium ſacerdotẽ, vt extra de pœn. & remiſ. c. omnis, & no. xvj. q. i. c. i. in glo. ſepeliant, in fi. & ibi vide. de hac autem remisſione facienda plenè notat. Inno. & Hoſti. extra de rapto. c. i. & Io. An. in compilatione Clem. de re iudi. c. paſtoralis, in gloſ. ſed nunquid. de quo vide infra remiſſio.

Sed ponẽ ꝙ aliquis deliquit in pluribus locis vbi autem debeat puniri? & dicẽdum ꝙ in omnibus in quibus deliquit cõueniri, & etiam puniri poterit. illa tamen pœna quæ eſt iterabilis, vt ſunt pœnę pœnitentiales, & aliæ ſuper bonis, de quibus ĩ. dicetur ĩ litera pœna. & ita determinauit dñs Clemens in prædicta conſtitutione, & ibi dicitur ꝙ ſecus. vbi pœna nõ eſſet iterabilis prout patet. Sed quãuis iure illa cõſtitutio omnino ſit ſeruãda: tamen bonũ eſt eã allegationibus adiuuare. vnde põt dici ꝙ vbi quis tã tùm exceſſit in diuerſis locis, ꝙ pro ſuo crimine veniat pœna hæretici puniendus, poterit in quolibet ipſorum locorũ puniri de ipſo crimine, quia ſortitur forum in quolibet illorum, vt ſupra dictum eſt. ſed ſi punitur in vno, nõ punietur in alio, quia pœna hæretici eſt talis ꝙ non põt iterari, prout plenè ĩ. dicetur in litera pęna. Et hoc caſu eſt intelligendã glo. quæ eſt ff. de fur. l. vulgares, & incipit, imo videtur. vbi dicitur ꝙ quantuncunq; quis pluribus vicibus cõmittat adulterium cum vxore alterius, non punitur tñ niſi ſemel. Nam hic contingit, ꝙ pro adulterio imponĩt pœna mortis, quæ non põt iterari. ac vbi quis taliter circa hæreſim ſæpius in diuerſis locis exceſſiſſet, ꝙ non eſſet tanquam hęreticus puniendus, ſed aliter veniret pœnis pœnitentialibus coercendus, tunc in quolibet prædictorum locorum etiam punietur, cum etiam hoc caſu pœna valeat iterari, vt ff. de pœnis. l. delegatũ, in fi. & de iur. pat. in fin. & vnum delictum non minuit pœnã alterius, vt ff. de pri. delic. l. nunquã & de iureiu. l. nũquã, maximè cũ ponam⁹ ꝙ iſte exceſſerit in pluribus locis, & ſic ſeparatim, & ex ĩteruallo, vnde non inſurgunt eius crimina ex eodẽ facto ſed ex diuerſis, quia ſępi⁹ hic commiſit, & ex quolibet ipſorum factorũ nouus reſultat effectus, videlicet quia nouam cõmittit offenſam in contumeliã creatoris, & in omniũ iniuriam per. l. Manichęos. C. de hæreti. & ideo non mirum ſi pro qualibet iniuria veniat puniendus, quia ĩdem eſſet in quolibet alio exceſſu leuiori, vt ff. de iniurijs l. prætor dixit. §. ſi plures. ff. ad l. Aquil. l. illud. §. ſi accedat. C. de epiſco. audien. l. nemo. §. his ergo in ſimili, cũ ſi. extra de iud. c. cum nõ ab homine. Et ſi dicatur, quãdo quis ſemel punitus, vel abſolutus de crimine, amplius quęreretur de illo, cum de delicto hominis ſæpius nõ ſit quærẽdũ, vt ff. nau. cau. ſta. l. vlt. in fi. extra de accuſa. de his, Et dicit canon ꝙ diuina clementia non patitur crĩa ſemel dimiſſa venire amplius

in

in vltionem, de pœni. diſ. iiij. c. i. dito quòd non obſtat, quia illa ſunt intel ligenda eo caſu quo crimen eſt per omnia idem, quòd nõ eſt in caſu propoſitæ quæſtionis, cum quæratur de crimine quod reſultat ex pluribus factis, & exceſſibus ſeparatis, ac diuiſis locis, ac ex interuallo commiſſis, vt ſupra eſt oſtenſum. Imò plus eſt dicendum, ꝙ ſi iſte poſt impoſitam ſibi pñiam in vno loco iteret delictum in alio, aggrauatur eius cõditio adeo, ꝙ cenſeri poteſt relapſus, cum quo miſericordia non eſt habenda, ſi hæreſim abiurauit, aliàs ſecus. Sed pone quòd aliquis poſt commiſſum delictum ſe abſentat, & confugit de loco, in quo deliquit, nũquid poteſt puniri rõne delicti per illum inquiſitorem, vbi illud commiſſit, vt ſic differat ab eo quod dictum fuit ſupra? & ſic concluditur ꝙ eſt ſpeciale iſto crimine, ꝙ inquiſitor poteſt procedere contra abſentes exiſtentes in alio territorio, vt extra de do. & contum. c. veniens. vide ſupra abſens.

An vxor debeat ſequi domicilium viri.[a] & dicendum ꝙ ſic. Bar. in l. imperatores. §. item reſcripſerunt. ff. ad munici. & l. cum quædam puella. ff. de iuriſ. om. iu. ſpe. ti. de fo. comp. §. ij. verſ. xx. adde. ff. ad municipa. l. de iure. §. fin.

ADDITIONES.

a *Domicilium ſingulos habere non ambigitur, vbi quis larem, rerumque ac fortunarum ſuarum ſumam conſtituit; vnde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet, vnde cum profectus eſt peregrinari videtur, quod ſi redijt, peregrinari iam deſtiſit. l. 7. de incol. C. lib. x. Alſonus item in l. 203. ff. de verb. ſigni. ita ſcribit. Igitur quæri ſoleret, vtrum vbi quiſque habitaret, ſiue in prouintia, ſiue in Italia, an duntaxat in ſua cuiuſque patria, domus eſſe rectè dicatur; ſed de ea re conſtitutũ eſſe, eam domum vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas haberet, ſuarumque rerum conſtitutionem feciſſet. hinc itaque probatur domicilium ab habitatione vel domo non fieri ſimpliciter, ſed inde vbi quis larem & cætera conſtituit. l. 5. §. domum. ff. de iniuri. id & Cic. pro Archia poeta. confirmat his verbis. At domicilium Romæ non habuit is, qui tot annis ante ciuitatẽ datam, ſedem omnium rerum, ac fortunarum ſuarum Romæ collocauit? Et qui aliqua regione domicilium ſuum contulit, incola dicitur, quẽ Græci πάροικον appellant. l. pupillus. 239. §. incola. ff. de verb. ſignifi. id genus domicilij conſtituentis mens ex varijs coniecturis ſumitur, l. prædia. §. 1. de fund. inſtru. l. 2. C. de inco. lib. x. Abb. in c. vlt. de paro. pluribus etiam in locis eodem tempore nos habere domiciliũ poſſumus. Decius. con. 283. exemplum in Regibus, l. aſſumptio. §. viris. ff. ad munic. & l. eius. 27. ff. eod. c. 2. de ſepul. lib. 6. quod ſi res de qua agitur in domicilio frequentiori ſit, illud prævalebit, vide Alciat. in §. Incola. cita. Scias autem re, & facto transferri, non nuda conteſtatione. l. domicilium 20. ff. ad municipa. item Senatores, qui liberum comeatum, id eſt vbi velint commorandi arbitriũ impetrauerunt, domiciliũ in vrbe retinere. Vidua mulier amiſſi viri domiciliũ retinet, & liberti eorumque filij domicilium manumiſſoris patroni ſequuntur. l. filij. 22. ff. eod. Miles vbi ſtipendia meret. l. ſequen. Domicilium eſt vnis de modis ſortiendi forum, vt l. hæres abſens §. proinde. ff. de iud. capitu. vlt.*

de for.compet.de crimine etiam vbi quis reperitur poteſt agi. l. 1. C. vbi de crimi. hac de cauſa de domicilio tractat autor. Sine domicilio poteſt eſſe, qui relicto domicilio nauiget, vel iter faciat quærens quò ſe conferat; aut vbi conſtituat.l.eius 27.ff. ad municipa. exemplo eſſe poſſunt Antenor, & Aeneas, qui amiſſa patria Troia, alias ſedes quæſierunt.Liui.initio lib.1.eius tē ſignificatio transfertur, & ad animum,item ad res corporales, & incorporales,velut ad ſedem quandam,& habitum. P. V.

b *Authent. vt nulli iudicum. §.ſi verò quis comprehenſorum. c. vlti. cum gloſſ. fin. in fin. de for. compet. Couaru. pract. quæſt.xi.quæſt. & in for.pro. contr. inqui. de hæreſ. Rubr.de his quæ pert. ad execu. offic. inqui. num. 14. & ſequent. verſi.D.autem Guid.Simanc.Enchir.tit. 45. de abſent. num.x, Iulius Clarus ſent. li.5.§.fin.quæſt.38.in prin. Quint. Mandoſius.*

c *Adde Innominatum autorem poſt Calderi.tracta.de hęr.de for.pro.c.1.numero.14. P. V.*

d *Et vxor ſequitur forum viri iuxta communem ſentētiam prout pęr Venaſ. con.20.nu.1.Hinc etiam communiter dicunt iniuriam factam vxori,viro factam cenſeri,Plaza.lib.1.delicto.c.6.numero 25.Iul.Clar.ſent.lib.5.§.iniuria. nume. 4.& Emanuel Soarez,recep.ſenten.numero. 121.in verſ. Vxori facta iniuria. Quintil. Mand.*

Domus [a] mea, domus orationis vocabitur.xvj.q.vij. & hoc diximus.& Iſa.lvj.& Matt.xxi. & nota ex dicto decreto quòd colūbas vendit, qui tradit eccleſias auaris, & tenacibus, & indiſciplinabilibus epiſcopis, & clericis.

Domus hæreticorum, [b] credētium defenſorum, receptatorum, & fautorum eorum, in quibus domibus ipſi hæretici docuerunt dogmata erronea, & hæretica, vel vbi manus alijs impoſuerunt, vel cōſolationem, ſeu verius deſolationem receperunt, talis domus venit deſtruenda, & nullo tempore reędificanda, vt habetur in quadam conſtitutione Friderici impera. quę incipit Gazaros, in fi. & in c. filij, extra de hęreti. lib. vj. Et talis domus non venit applicanda in confiſcationem omnium bonorum. Sed in hoc debet [c] diſtingui. nam aut illa domus erat illius qui damnatur de hęreſi, & tunc ſecundùm [f] quoſdam, cum omnia ſua bona veniant confiſcanda, & per conſequens domus, vt ſupra dictum eſt in litera, Confiſcatio. Si verò ipſe dominus domus nō damnatur de hæreſi, vt puta quia in domo aliena hęreticus talia commiſſit, & tunc aut ipſe dominus ſciuit talia in domo ſua committi, aut ignorauit. ſi ignorauit, tunc domus remanet ſibi illęſa. Si vero ſciuit, vel ſcire debuit, tunc ipſa domus confiſcatur vel confiſcata remanet arbitrio inquiſitoris, vel epiſcopi deſtruēda. qđ dicunt poſſe probari per argumentum, quia idem dicitur in minori crimine, ſicut in falſa moneta, vbi fabricatur, domus deſtruitur, vel confiſcatur, vt C. de fal. mo. in l. i. §. domus, & C. de his qui latro. l. ſi victo, & extra de hæreti. c. vergentis, & eod. ti. in c. cum ſecundùm, lib. vj. vnde multò fortius in iſto crimine. ſed tu poteris circa prędicta aliter, & melius dicere & per alia iura probare, videlicet ꝙ domus in qua fuit inuentus hęreticus morari, & in ea inuentus fuit prę-

dicare,

dicare, vel manũ impoſuit, vel hæreticum adorauit, vel conſolationẽ fecerit, vel domus in qua euaderet, nẽ caperetur, talis domus eſt penitus deſtruenda ſine aliqua ſpe reędificationis, vt ſupra in prin. dictum eſt, in principio iſtius. §. etiam ſi talis domus eſſet alta turris, ſiue ipſa domus fuerit committentis, ſiue ſcientis in ea talia committi, & patiẽtis vt ſic locus ille in quo fuit receptaculum, & latibulum hęreticorum, & ad perpetuam receptionem putredinis, & ſordium deputetur: ſecus tamen ſi talis domus fuiſſet alicuius innocentis, & ignorantis, quia tunc talis domus illæſa ſibi remaneret.

Nota circa hunc §. quæſtionem notabilem, quę talis eſt. Duo fratres habent domum communem pro indiuiſo, ita ꝙ delinquenti competit pars ſuperior, innocẽti pars inferior: ex delicto venit domus delinquentis deſtruenda, quid iuris? & reſpõde ſm gl. de pœn. diſ. i. c. ſed & cõtinuo. quæ ſic reſpondet ad literam, quòd tota domus ſit dirimẽda. de hoc vide Ab. in c. ſacris. de ſepul. & in c. ſuper ſpecula, de priuil. Bal. in l. & ſi ſeuerior. C. de inſa. & in l. ij. C. qui cau. ſeruit. præmi. lib. acci. Io. An. rubri. de iniurijs, in addi. ſpe. & in d. c. ſuper ſpecula, & Bart. in l. cum alicui. ff. de neg. geſ. & in l. ſtipulatio. § .i. ff. de no. op. nun. vbi videtur eſſe tex. & Bar. poſt Dy. in l. nõ amplius. § fi. ff. de le. i. in fi. & in l. hactenus. §. fi. ff. de aqua. pl. ar. & per Cy. in l. filium quem habentem. C. fa. er. per Bar. t Brixen. in quęſtione Vener. xliij. & per Archi. in c. fœlicis. de pœnis, li. vj. & per Io. And. in addi. ſpe. ſuper rubr. de pte.

Item eo caſu quòd domus ipſa deſtruitur, an [d] ſcindera, & lapides, & contenta in ipſa domo veniant ad fiſcum, & diuidantur ſicut alia bona quę ad fiſcum propter crimen huiuſmodi veniunt, vt ſupra dictũ eſt in litera, ꝯfiſcatio, & in litera diuiſio? & dicendũ ꝙ talia applicant fiſco, ſicut alia bona, vt habet in quadã extrau. cõſtitu. Fri. Imp. q̃ incipit, cũ Conſtitutionibus. quę cõſtitutiones Frid. licèt nõ habeantur in cõpilatiõe libro rũ tñ ſunt obſeruandę, vt extra in c. vt inquiſitionis, in prin. & c. fi. li. vj. & ita ſeruat generalis conſuetudo inquiſitionis officij. Cæterùm verò domus hæreticorũ, in quibus talia ſunt commiſſa, nõ deſtruũtur, ſed in confiſcatione bonorum veniunt, prout patet in dictis iuribus, & dictũ fuit ſupra in litera, confiſcatio.

Sed tunc quęritur an ſuper terreno talis domus deſtructæ poſſit aliquid ædificari? vide ĩfra pręſcriptiõ.

Nemo de domo ſua eſt trahendus ad carcerem pro ciuilibus, vt in l. nemo de domo. ff. de re. iur. & l. plerique. ff. de in ius vo. ſed hoc procedit in ciuili, non autem in criminali, iuxta gl. in d. l. nemo. vide ſupra carcer.

ADDITIONES.

a *Domus propriè dicitur, vbi quiſque paterfamilias ſuas ſedes, ac tabulas habet, ſuarũq; rerum conſtitutionem fecit, l. in lege. 203. ff. de verb. ſign. ſed plerunq; latius accipitur pro quouis loco in quo quis habitat ſiue proprio, ſiue alieno, vt l. 5. §. domum. ff. de iniu. l. 8. in fin. l. 22. ff. de adulter. l. 1. §. domum. ff. de ale. lu. l. 1. §. domum ff. de lib. agno. vbi Vlpianus inquit, Domũ accipere debemus hoſpitium ſi in ciuitate maneat, quod ſi*

non ſit, ſed in villa vel municipio, illic vbi larem matrimonio collocaret. l 4. §. prætor ait ff. de damn. infect. item pro familia ſumitur continens pro contento, ideſt pro iis, qui tum ex vna gente, tum etiam in eiuſdem patrisfamilias poteſtate, ſunt l. pronuntiatio. §. communi. ff. de verbor. ſignic. l. penult. §. vlti. de contra tabul. l. penu. ff. de teſtib. l. cum vnus. x. de alimen. & ciba. lega. ff. Quam obrem Ariſtol. 1. politico. definit domum eſſe ſocietatem naturalem, ex marito et vxore, patre & filio, domino, & ſeruo conſiſtentem. & cui deeſt ſeruus, bos vel aſſinus, pro ſeruo erit: eſtque conſtituta gratia quotidianæ conuerſationis, nomine itaque non re diſcrepare iuriſconſultus ab Ariſtot. videtur. hic enim ſocietatem appellauit, quod ille familiam. Vnde Virg. 5. Sergeſtusque domus tenet, a quo Sergia nomen, idem. 1. cum domus Aſſaraci. Cum pro ædificio capitur, conſtat ex ſolo & ſuperficie. l. cum qui. 24. ff. de vſuca. Domus ſic accepta tutiſſimum cuique reſugium atque receptaculum eſt, nec inde quis in ius vocari poteſt, l. plerique. ff. de in ius vocan. Cic. pro domo ſua. folio 448. Quid eſt ſanctius, quid omni religione munitius, quam domus vniuſcuiuſque ciuium? hic aræ ſunt, & foci, hic Dii pænnates, hic ſanæ religionis cæremoniæ continentur, hoc perfugium eſt, ita ſanctum omnibus, vt inde arripi neminem fas ſit. hoc in ciuilibus, ſecus in criminalibus. gloſſ. in l. nemo. ff. de regulis iuris. Domus & pro templo ſumitur in ſacra ſcriptura, vt hic, & per excellentiam pro templo primario ciuitatis, item pro eccleſia & populo fideli, eo quia ſit veluti vna familia, quam vnus paterfamilias moderatur, & in qua eſt bonorum omnium ſpiritualium communio. Catechiſ. in expoſitio. articul. Et vnam Sanctam &c. Nonius deinde ſcribit. Domum conſuetudo hominum tantum habitacula dici putat, cum autoritas, & templum, & nidos domos dixerit, Virg. Aenei. 6. Oſtia iamque domus patuere ingentia centũ, ſponte ſua. Geor. 2. Antiquaſque domos auium, Cum ſtirpibus imis eruit, ἀπο του δομεῖν, ideſt ab ædificando dicta. De domo Dei Sinod. Triden. ſeſſ. 24. ca. 1. de reform. & aliis ſcripturæ locis hic allegatis, præterea 2. reg. capitulo. 12. & 7. reg. cap. 8. Eſdræ 4. capitulo. 6. & 7. Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decre. de obſer. in celeb. miſſ. Petr. Vendramenus.

b *Hæc ferè ad literam inuenies apud Ioan. Calderi. tract. de hæretic. c. 39. titulo. de domo in qua heretici, pro his etiã latè Ieroni. Gigas. in tract. de crimi. læſi maie. quæſt. 36. & ſequ. & Io. Cald. vbi ſup. citare voluit Vmber. in Iud. inquiſi. ipſum ſequens in verb. domus hæretici, pro quibus etiam Simanc. in Enchir. tit. 67. de pæn. num. 13. & ſequ. Vide etiam infra in verb. ſententia. in formula ſententiæ ſuper deſtructione domorum. Quint. Mand.*

c *Hoc ipſum caput. c. item eo caſu. cum ſequenti inuenies deſcripta apud Cald. de hæret. c. 30. P. V.*

d *Cæmenta legitur apud Calderinum, pro Sindera. P. V.*

Donatio facta ab hęretico ante damnationẽ anteneat, vel ne, vide ſupra alienatio.[a]

No. caſus quibus donatio reuocatur ſi donatarius impias man⁹ in donatorem iniecerit ipſum vulnerãdo, aut atrocem iniuriam ei intulerit, vt ipſum vulnerãdo, vel fuſtibus cædendo, ſiue graue damnum rerum ſuarũ vel periculum vitæ inferre præſumpſerit.

pſerit. Item ſi cõditionem appoſitam non adimpleuit. de hoc. C. de reuoc. do. l. vl. & extra de dona. c. vl. in text. & in gl. & de conditio. appo. verum. Item no. ꝙ ſi mater donationem faciat filio, & poſtea tranſeat ad ſecundas nuptias, tribus caſibus eam donationem poterit reuocare, puta ſi vitæ eius inſidiatus eſt, ſi atroces manus intulerit in eã, ſi totius ſubſtantiæ ipſius molitus eſt iacturam. C. de reuo. don. aut. hæ quoque, in aut. de nup. col. iiij. §. mater. aliter non fit reuocatio, Inſti. de donati. §. aliæ, vide glo. d. c. vl. de dona.

Vtrum donationes inter viuos collatæ ante crimen commiſſum infirmentur in vxorem[b] dãnato viro? & reſpondetur ꝙ non. imo confirmantur, vt in l. i. C. de dona. inter vi. & vx. amittit tamen eas quò ad proprietatem ipſa mulier cum nubit ſecundò, vt. C. de ſecun. nup. l. fœminæ.

Quæ differentia ſit inter donare, & dare, vide ſupra in litera, dare.

An rex poſſit donare omnia bona propria ipſi hæretico, quæ ipſe propter delictum amiſit, vide ſupra bona.

ADDITIONES.

a *Donatio poteſt ita definiri, vt ſit rei in aliquem nullo cogente iure facta, collatio. l. 1. ff. de donatio. vbi pluribus verbis idem videtur dicere voluiſſe Iulianus. Donationes autem complures ſunt, quædam enim fit inter viuos, vt cum viuens in viuentem quid ex mera liberalitate confert, ait enim ibi Iulianus. Dat aliquis ea mente, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti, & propter nullam aliam cauſam facit, quàm, vt liberalitatem, et munificẽtiam exerceat; hæc ꝓpriè donatio appellatur, vt donatio inter ſponſum, & ſponſam. Altera donatio eſt, cum dat aliquis ea mente, vt ſtatim accipientis fiat, ſi tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velit ad ſe reuerti, nõ propriè donatio dicitur, ſed totum hoc donatio eſt quæ ſub conditione ſoluatur, qualis eſt mortis cauſa donatio, eadem. l. 1. quæ ſpecies donationis, iterum diuiditur in tres ſpecies, cauſa mortis donationum, l. 2. ff. de mort. cau. donatio. Primum munificentiæ ſiue donationi genus, quod ſine mortis cogitatione fit ad exemplum venditionis perficitur conſtitutione Iuſtiniani, qua donator vendere compellitur, eiuſmodi donationem ab ingrato reuocare licet donatoris certis de cauſis, lege vltima. C. de reuocan. donatio. & Inſtitu eodem. nam in actis publicis conſcribi, ſi quinquennos auros ſuperet, oportet. l. 35. & penultim. C. de donatio. Eas verò, quæ cauſa mortis efficiuntur donationes inſtar. legati obtinere oportere conſtituit Iuſtinianus, Inſtitu. de donatio. Eſt donatio propter nuptias quæ tum ante, tum poſt contractas nuptias à viro in mulierem confertur. Inſtitu. eodem. §. 3. l. 20. C. de dona. ant. nupt. Donatio ante nuptias, quem eandem ſponſalitiam appellamus, olim fuit ea, quam inter ſe ſponſi, & ſponſę conferebant Iuſtiniani lege nomine mutato, l. vlt. C. eo. Alia donatio, quę dicitur honoris cauſa. l. 42. ff. de dona. in. vi. eam marito facit vxor, ad honorem ac dignitatem aliquam conſequendam. Alia fit diuiſio donationum, vt quædam pura, alia conditionalis, alia ex die, vel in diem fieri dicatur, l. donatio. 35. C. eod. alia ſub modo contrahitur, C. de donat. quæ ſub mo. Donationis igitur verbum, ſimpliciter loquẽdo, oẽm donationẽ*

com-

comprehendiſſe videtur, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit l. alienatum.67.§.1.ff.de verb.ſignifi.& in eam Alcia. vide. Alia vide ſupra Dare. Ea videtur quibuſdam a Ciuili iure modus inuentus acquirendi dominij gratis, quòd inter modos ciuilium acquiſitionum a Iuſtiniano videatur aſcriptus Inſt. eod. tit. alij iure gentium aiunt inſtitutum, de quo non eſt hoc loco nobis differendum. Petrus Vend.

b *Et Paul. Ghirlan. de hæreti. quæſt. 5. num.8. Vmber. in Iud. inquiſito. hoc ipſo verb. nu.6. verſi. Et nota quòd licèt donatio. Q. M.*

c *In vxorē, vocibus locum eſſe vel poſt vel ante vocem, collatæ, non hic, exiſtimo. Petr. Vendr.*

Dotes[a] vxorum an propter hæreſim maritorum cōfiſcentur? & reſpōdetur quòd nō, niſi ſcienter cum talibus cōtraxiſſent. i. quia tunc ſciebant illos eſſe hæreticos, vt in c.decreuit, extra de hæreti.li.vj.in glo.ſuper ver.tunc. vbi dicit tunc, ſcilicet tempore contractus, ergò ſi tūc ignorabat, ſi poſtea ſciuerit, non habet locum pœna, vt ſic inſpiciatur initiū, vt extra. de emp.& ven.c.cum dilecti. ignorare ergo præſumitur, niſi probetur ſcire, vt.ff.de proba.ſed verius de hoc.c.ij.& infra de re.iur. pſumitur, vide infra fiſcus.§.fiſcus an præferatur.

Dos conſtante matrimonio an debeat vxori reſtitui confiſcatis bonis mariti? & dicendum quòd ſic, quia de eis debet extrahi, & confiſcata nō intelligitur.glo.& Bar.& Bal.& doc. in l.ij.ff.ſol.matri.& eſt caſus in c. ex literis, de pigno.

An dos poſsit ſequeſtrari viro malè vtenti, vide infra ſequeſtratio. §. an dos.

Nota quòd dos debet reſtitui vxori ſi maritus eſt bannitus, & bona confiſcata.c.ex literis, de pigno.glo. Bar.& Io.de por. poſt Bal. & doc. in l.ij.ff.ſo.ma.in prin.

Nota quòd propter maleficium viri mulier puniri non debet. C. de dona.inter virum & vxorem.res vxoris.C.ne vxor pro mari.l.ij.& C. ad l. Iul. ma. quiſquis. §. vxores. C. de bo.dam.ſi quis, & aut.bona. nec etiā propter delictum patris. C. ſo. ma. l. ij.in fi.de hoc eſt gloſſ.in c.ex literis, de pign. nam pro delicto patris non poteſt fieri immiſsio in dotem filiæ a patre profectæ, & nondum ad eum reuerſæ, vt in l.rem quam. C. de iu. do.& ibi not. Bal.& ideo dicit ibi, q ſi pater vſurarius maritauit filiā de vſuris, quòd debentes recipere a patre, non poterunt mitti in poſſeſſionem dotis. quod tenet Frideric[9]. de Senis in conſi. ſuo. lxi. quod incipit, quādo talis. vide Bal. in d.l.rem quā, qui remittit ad l.fi. in princ.ff. quæ in frau.credito.

Nunc autem videndum occurrit an pendente matrimonio, poſsit mulier aliquo caſu dotem repetere? & glo.in l.ij.ff.ſo. mat. reſpondet quòd ſic in quatuor caſibus. prim[9] eſt quādo maritus vergit ad inopiam, vt in l.ſi conſtante.ff.ſo.ma.in princ.& ibi plenè per Bar.& not. per Cy. & alios in l.vbi adhuc.C.eo.tit. & per text.& gl.in c.per veſtras. extra de do.inter vi.& vx. ſecundus caſus eſt quando maritus deportatus eſt in inſulam, & ſic perdit bona ſua, vt.l. ſi marito.ff. ſo. ma. nec mirum, quia per hoc factus eſt pauperimus, ideoque includitur

ditur ſub præcedenti caſu.& per hoc determinatur illá quæſtio.Si maritus fuerit de ciuitate expulſus vel bannitus,maximè eius bonis ademptis, ꝙ mulier poſſit petere dotem ipſam,vt tenet Bar.in d.l. ſi conſtante. tertius caſus eſt,quando matrimonium nullum fuit,vel non eſt ſecutũ,vt l.quem admodum.ff.de iure.dot. differt tamen hic caſus a præcedẽtibus in qualitate actionis:nam hoc caſu repetitur dos per petitionem ſine cauſa vel ob cauſam,vt l.ſi.cum ſi. ibi notatis.ff.de condi.ſi cauſa.& in l.qui contra.C. de inceſ. nup.in alijs autem caſibus repetitur per actionem ſtipulati.quartus caſus eſt idem cum præcedenti,de quo in l.i.C.de repudi.

Item nota.quòd mulier conſtante matrimonio poteſt dotem repetere, & eam diſpenſare pro anima patris ſui.Io.de Im.in l.quamuis ff.ſol. ma. ar.l.ſancimus, de ſac.ſan.ec.

Nunc quęritur, an ſi mulier, quæ cõtraxit matrimonium cum viro inope, & egeno, deinde pendente matrimonio vult dotem repetere, quia vir eius laborat inopia,per l.vbi adhuc.C.de iure do.& in l.ſi conſtante. ff.ſol.ma.in princi.an tali mulieri debeat ſibi reſtitui dos, vel ſequeſtrari? & dicendum quòd talis mulier non auditur,vt nota.per Cy.in d.l.vbi adhuc in iiij.q. cum a principio ille cũ quo contraxit illa mulier,erat pro tali egeno, & paupere habitus & reputatus, & pro tali perſona inter omnes habebatur, ideoque non poterit ex eadem cauſa reprobari,ad hoc vt propter eius inopiam poſſit mulier repetere dotem durante matrimonio,nec ſequeſtrari,vt traditur,& habetur in.l.ſi creditores,ver.planè, & in l.ait pretor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.cre.facit.l.ſi is a quo,in fin.ff. vt in poſ.le. cum ſi. quod ſecus eſt in marito vergẽte ad inopiam poſt matrimonium contractum,cuius bona pro dote ſequeſtrãtur, vt l. ſi cum dotem.ff. ſolu.matrimonio.

Item nota.quòd verum eſt quòd viro vergente ad inopiam poteſt mulier repetere dotem conſtante matrimonio, vt ſupra dictum eſt. ſed hoc verum, dummodo ipſa mulier non ſit eam conſumptura,de quo vide in d.c.per veſtras, de donat. inter vi.& vx.& in dicta l. vbi adhuc. C. de iud. do. & vide in ſum. Angel. in litera dos.§.xiiij.

De priuilegijs dotis mulieribus hęreticis non pręſtandis, circa hoc nota.quòd priuilegia catholicis tantũmodo conceduntur, non hæreticis, niſi fuerint reuerſæ ad fidem.de hoc. C.de hæreti.l.iij.& C.de Iudæis.l.fin. Inno.in c.ex literis,de priuile.qui autem appellentur hęretici, vide infra hæreticus,per totum.

An autẽ propter vxoris hæreſim dos confiſcetur? & videtur quòd nõ, per l.quinque legibus.ff.de bo.dam. ſed melius poteſt dici contrarium, cum iſte caſus non ſit de illis.ex quo in crimine lęſæ maieſtat. illud habet locum,vt ibi,ergo a fortiori in crimine hæreſis.ſic arguit tex.in c.vergentis,de hęreticis.

An propter fornicationem ſpiritualem perdat mulier dotem, vel vir donationem propter nuptias, vide infra fornicatio.

An vxores redeuntes ab hæreſi, & reincorporatæ ecclesiæ recuperent dotes,quas amiſerunt? & dicendum quòd ſi inquiſitores viderint tales coniectu-

coniecturas ipſius redeuntis taliter vt habeant bonam ſpem de eius conuerſione, & pœnitentia, & dolore ꝙ iſto caſu ipſo iure recuperabit primũ ſtatum, videlicet ſi mulier aliqua catholica incidit in hæreſim propter[a] quod perdit priuilegia, quæ catholicę mulieres habent in dote ſua, ſi poſtea conuertatur, recuperat ipſo iure omnia priuilegia, quę amiſerat, vt in aut. de priuileg. do. §. quia enim, in fi. col. vij. Ex quibus nota. quod mulier conuerſa ad fidem gaudet priuilegijs dotium, vt in l. aſſiduis. C. qui po. i pig. ha. & ad hoc Pa. allegat multa iura in c. pe. de diuor.

Dos conſtante matrimonio debet vxori reſtitui confiſcatis bonis mariti, quia de eis debet extrahi, & confiſcata non intelligitur. glo. Bar. & Bal. & docto. in l. ij. in prin. ff. ſolu. matrim. & eſt caſus in ca. ex literis, de pigno.

An propter fornicationem ſpiritualem perdat vir donationem propter nuptias, vel mulier dotem, ſicut in fornicatione carnali, vide infra fornicatio.

Item dos non venit in confiſcatione bonorum viri, quia per fiſcum debet reſtitui vxori quatenus ad eũ peruenit. in l. ſcilicet marito, in princ. & ibi Bar. & docto. ff. ſo. ma. ſed mulier hæretica perdit priuilegium dotis. vt C. de hęrer. aut. item priuilegium.

Dotare tenetur fiſcus filiam eius, cuius bona ſunt confiſcata. Bal. in l. i. C. de dotis promiſ.

An vxor poſſit accuſare maritum de adulterio ad hoc vt recuperet dotem, vide ſupra accuſatio, & ſupra adulterium.

A quo tempore contrahatur hypotheca in dotem, vide infra hypotheca.

ADDITIONES.

a *Dotis variæ traditæ ſunt definitiones. Dona. in Hecy. Terent. Dos pecunia eſt, Varro lib. xi. ſic ait, Dos, pecunia nuptiarum cauſa data. hanc ſequitur Alcia. lib. 4. parer. c. 13. Cui iungit Hotomanus de verb. iur. ita. Dos eſt pecunia nuptiarum cauſa ita marito data, vt eam pro domino conſtante matrimonio penes ſe habeat, quippe propter onera matrimonij, idest ad alendam vxorem detur. Vacon. li. 6. declar. iur. c. 256. Dos eſt, inquit, ius quoddam continens vniuerſum ius mulieris conceſſum marito pro matrimonio, vbi definitionis annectit explicationem. Azonis definitionem Bart. explodit in titu. ſolu. matrim. ff. rurſus & Bart. reprehenditur ab Angelo, quòd non contineat promiſſam, licèt Bart. communiter à Doctor. receptam ſcribat Alexander. Vaconiana ſpiculis vacua videtur, Hotomanea non aſpernenda propter latiſſimam vocabuli pecuniæ ſignificationem, l. 222. ff. de verb ſigni ſed ſua carere plenitudine videtur, quia promiſſam nõ complectitur, & quia & filij ſunt onera matrimonij, l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autẽ. in ſæpius. ff ſolu. matri & l. vbi. 29. circa fin. C. de iur. dot. Dos eſt duplex aut profectitia, aut aduentitia; Profectitia eſt ait Vlpia. de dot. Inſt. 6. quam pater mulieris dedit, vel quæ a patre vel parente virilis ſexus de bonis vel facto eius. l. 5. ff. de iur. dot. Aduentitia eſt quæ à quouis alio, vel ex ipſius mulieris bonis data eſt. ff. eod. tit. l. 5. §. ſiquis. & §. ſi pater. & Vlpinia. Inſtitu. titu. de dotibus. vbi dit; Aduentitia autem dos ſemper penes maritum remanet, præterquàm ſi is qui dedit,*

dedit, vt ſibi redderetur ſtipulatus eſt, quæ dos ſpecialiter receptitia dicitur, quod & Caio placuit, l. mortis. 31. §. 2. ff. de mor. cau. donat. Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur. Dotem dicere poteſt mulier, quæ nuptura eſt, & debitor mulieris ſi iuſſu eius dicat inſtitutus. Parens mulieris virilis ſexus per virilem ſexum cognatione iunctus, velut pater, Auus paternus dare, promittere dotem omnes poſſunt, Hæc Vlpian. Inſtitu. Dicere doti pro in dotem promittere Latini dicebant, Noni. in verbo dicere. Cic. pro Flac. Doti Valeria omnē ſuam pecuniam dixerat Teren. in Heauton. me mea bona omnia doti dixiſſe illi, alia de Nonio petas exēpla. An dos aduentitia quæ mariti remanet, publicari poſſit hæreſis damnato viro? Dotis etiā appellatio ex ſimili ratione ſumitur pro omni quod a natura, vel ab hominibus datū eſt ſiue perſonæ, ſiue rei, vnde ſicut quod datur mulieri quòd onera matrimonij ſuſtinet, & dos appellatur ſic ea inſtrumenta prædiorum, quia propter onera aſſignãtur dotes appellantur, l. 2. & l. ſciæ. 20. §. 1. & §. 3. de fund. inſtru. l. amiſſi. 53. §. pen. ff. de fideiuſ. & l. ſi prædiorum. C. ad l. Falcid. glo. in d. l. amiſſi. §. pen. Inde præterea dotes eccleſijs attribuuntur, vt ſeruiant oneribus earum. c. 1. de cenſi. c. ſancitum. 16. q. 8. & anno. ad ea. Syno. Trid. ſeſſ. 14. c. nemo. 12. ſeſſ. 25. c. ſicuti. 9. de refor. pari ratione, & quæ tribuuntur animo virtutes, vt prudentia, iuſtitia, temperantia, fortitudo, vel corpori, veluti robur, incolumitas, & his ſimilia. Ouid. 3. de Triſti. Nā tibi cū facilis mores natura pudicos. Sic raras dotes ingeniūq; dedit. Non. itē ſcribit. Dotatum non a dote dici, ſed ab omni qualibet copia. Cic. libr. 1. de Orat. Cum artem cum indotatam eſſe, incomitatam, & incomptam videris verborum eam dote locupletaſti. Petr. Vendr.

b *Quod confiſcetur voluit etiam Guindiſal. q. xv. nu. 9. in tract. de hæreti. vide etiam Parid. de put. in tract. ſindica. in verb. Bonorum publicatio, & Carer. in prax. crimi. titu. de hæreti. poſt nu. 141. verſi. quid autem de dotibus mulierum. Quint. Mand.*

Dubium [a] aliud eſt iuris, aliud eſt facti. nota. per Dominicū in c. fi. de foro cōpetenti, l. vj.

Dubitatio probabilis dicitur illa quę mouet animum ſapientis & non inſipientis, ſeu ignari. tex. & Ab. in c. fi. de crimine fal.

In dubijs cōcernentibus fauorem animarum antea debemus præſumere quem reum, & noxium quā liberū. de quo vide infra fautores, & infra præſumptio.

Dubius in fide [b] infidelis eſt, vt extra de ſum. tri. & fide cathol. c. firmiter, & extra de hęretic. c. i. vide infra hæreticus.

Si aliqua dubietas remaneret propter iuris diſſonantiā, vel propter varias doctorum opinionis, tunc Sedes apoſtolica eſt conſulenda, vt extra qui filij ſunt legiti. per venerabilem, & extra. de hæret. c. ſuper eo. li. vj.

Dubitatio iuris poteſt eſſe tanta, ꝙ habeat excuſare etiam peritiſſimos, Ab. in c. paſtoralis, in iij. col. de reſcript.

Dubius in fide eſt qui habet in ſe firmitatem animi, & quandam pertinaciam, vt quia perſeuerat in illa dubitatione. ſecus ſi incidat in cogitationem, vel dubitationē ex primis motibus, Ab. in c. i. de hęretic. vide infra hęreticus. §. dubius.

Item quando aliqua dubietas [c] oritur

tur in fide, ſoli papæ reſeruatur declaratio illius dubij, vt extra de baptiſmo.c.maiores.[d]

Dubitat Auguſtinus iſtud brocardum habuit originem in c. ſi quis poſitus, de pœni.diſ.vij.

ADDITIONES.

a *Dubium eſt motus indifferens in vtranque partem contradictionis, Iſido. in Etymo. Philoſophica verò definitio ſic eſt, dubium eſt æqualitas rationum contrariarum. Dubium eſt aut in rebus aut in verbis, aut in oratione, quod ex toto titulo de rebus dubijs, confirmatur, cum dubitatur ſi pater & filius pariter, in bello vel naue perierant, vter ipſorum prior mortuus eſſe dicatur. l. qui duo. x. idem in l. 17. & 23 ff. eod. in verbis. l. 1. & l. ſi ita xi. & l. vbi. 22. ff. eod. in oratione, vel ſermone l. in ambiguo. 3. & l. quoties. l. ſi is qui. ff. eod. verùm dubium magis ad res videtur, quàm ad verba & orationem referri. l. quidam. xvi. ff. eodem. l. 1. §. licet autem. ff de inſt. act. l. adoptiuus 14 §. idem tamen ff. de rit. nuptia. Cic. libro. 1. rhetor. ad Heren. de gener. cauſa. & in Topicis. Ambiguum verò ad verba magis & orationem. & l. 3. & alijs legibus ff. de reb. dub. quod Cic. lib. 4. ad Heren. dicit eſſe, cum verbum poteſt in duas, pluresue ſententias accipi. quod amphibolũ dicitur. Ambigui, vel amphiboli ſunt multæ ſpecies, quas videas apud Quinti. lib. 7. c 9. Ariſto. in elench. gloſſa. refert ex parte, in l. quoties. 80. ff. de verb. obli. In dubio, vel ambiguo quid ſentiendum loca præcitata demonſtrant. De dubio in fide, vide regulam cum declarationibus apud Felin. in c. 1. extra. de hæret. Petr. Vendramenus.*

b *Dubius in fide hæreticus eſt, declara & limita, vt per Ludo. Carer. de hæret. num. 8. quem ſequitur Vmber. in indi. inqui. in verbo dubius in fide. numero. 5. Quint. Mand.*

c *Item dubia generalis Concilij decreta declarare, Synod. Trid. ſeſſ. 25. ad fin. de recit. & obſer. decr. concil. Petrus Vendramenus.*

d *Et c. quoties ratio fidei. 24. q. 1. Th. 2. 2. q. 11. art. 2. ad 3. Albert. de agnoſcen. aſſer. catho. q. 9. nu. 1. cum alijs ſequenti. Quint. Mand.*

Durius ſemper, & atrocius agitur cum illo qui conuictus confiteri recuſat, q̃ cum illo qui nõ conuictus confitetur, vt. C. de male. & mathematicis. l. ij. ſi excepta. Ideo PROVISO SOLERTER. vide infra mitius.

EBRIVS[a] an ſi rurſ ſcientèr, & frequenter ſe inebriat, & ſic inebriatus frequẽter perſonam regis inuadit, & hæreſes ſeminat, nunquid talis erit ſuſpectus de crimine læſæ maieſta. & hæreticæ prauitatis? & dicendum ꝙ ſi magiſtriosè egerit, ꝙ re vera ſic erit, vt traditur in directorio inquiſitionis in qõne, vtrum blaſphemi ſint hæretici. & quidã dixerũt ꝙ ſi ebrius hæretica lia verba proferẽs, videtur ꝙ ante ebrietatem fuerat corruptus, & quòd tunc proferat ea quæ ante in corde gerebat, & ſic videatur in priori propoſito perdurare, vt extra de baptiſmo, maiores. §. fin. ſed certè bene potuiſſet fidelis poſtea in ebrietate conſiſtens malè loqui. Vnde non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe. & ideo benignius poteſt dici, & ꝙ talis ebrius non puniatur, ſicut dicitur

tur de furioſo, & mente alienato, vt in c.a crapula, de vita, & honeſta.clericorum.cõcor.ff.de pœnis.reſpiciendum §.delinquunt.& ff.de re milita. l.omne delictum.§.quod per vinum. & dicit canon, quòd non debemus attendere verba, ſed mentem proferentis.xj.q.iij.inter verba. & verè ebrius non eſt ſanę mentis. tunc enim non dicitur mereri, nec demereri. xv. q.i. ſanè.xxij.q.iiij.vnuſquiſque. poterit tamẽ aliqualiter corrigi propter præcedentem culpam nimiæ potationis, vt extra de reli.& ven.ſan.in c.i.& ibi tex.& glo.& ibi vide. & vide ſupra de regitur, & infra iudex.

ADDITIONES.

a *Ebrius committens delictum an excuſari debeat prætextu ebrietatis, communis opinio eſt, quòd excuſetur a dolo; ſed non a culpa, & ideo non puniatur pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria. Plaza, libro. 1. delicto.c.30.Menchiaca controuer.illuſt.c.96.poſt nu.31 Et quòd ſemper qui ebrietatis calore blaſphemauit mitius puniẽdus ſit, voluit abb. anti. in c.2.de maledi. quem communiter ſequuntur vt affirmat Gramma. ſuper conſtitu.regni ſol.213.nu.6. Et quòd ebrius excuſetur a prolatione verborum ſapientium hæreſim quando in totum ebrius erat, voluit ẽt Simanc.in Enchir.titu.47. de defenſio.nu.14. Quando autem quis abſque culpa ſua ebrius factus fuit, puta ipſo inſcio immiſſo ſale in vinum, tunc a culpa & dolo omnino immunis eſſet, pro præmiſſis omnibus vide Iul.Clar.ſentent. lib.5.§.fin.q.60.num.11.verſ.prætereà quæro nunquid committens delictũ tempore quo eſt ebrius. pro pręmiſſis an ebrius delinquẽs puniri debeat vide etiam Albertin. de agnoſcen.aſſertio.cathol.q.35. nume.12.verſic.& ſuper hoc dubio. Quint. Mand.*

Ebrius eſt cuius animus ægrotat ex immoderato vini potu, vt ex Cic.lib.iiij.Tuſcula, colligi poteſt, cum definiuit ebrietatem eſſe animi ægrotationẽ. Clem. Alex. lib.2.peda.c.2.ita deſcribit ebrium, vino autem immodico lingua quidem præpeditur labra ſoluuntur, oculi detorquentur & diuertuntur, cum præ humiditatis multitudine viſus tanquam in piſcina natitet & mentiri coacti exiſtimant omnia in orbem circumagi, numerare autẽ non poſſunt quæ procul ſunt tanquam ſint vnica, atque duos ſoles videre mi videor dicebat Thebanus ſenex, iam verò greſſus tanquã fluctu impellẽte ſubſidũt, nec poſſunt locum tenere, ructusq; ac ſingultus, vomitusq; & deſipiẽtiæ pro ludo & delectamẽto ſubeunt, tum, inquit, tragedia ira vincit, caret ſapientia, ſoletque lingua cum permulta ſuderit inuitus audire quæ volẽs dixit malè. Ante tragediã clamauit ſapientia prou.2.eccle.19.& 31.vinum quod bibitur multum in irritatione & omni lapſu replet. per vinũ in laſciniam lapſus mitius punitur. l.omne.6.§.primum.ff.de re milita. Petrus Vendramenus.

Ebrietas [a] obcęcat conſcientiã, & ſepelit rationẽ.xv. q.i.ſanè.

Proprium eſt ebrietatis fęmora denudare, & ad luxuriã excitare. xxxv. diſ.ſexto.

Ebrietas ſuaſit ad iurgia, & maledicta ſicut patet in Noe, qui obiurgando filium eum maledixit, vt dicto.c.ſexto die.xxxv.diſ.

Ebrietas a Noe inuenta eſt, qui primò vineã plantauit, vt dicto.c.ſexto

die,

die,& dicta diſ. Sed nunc quæritur an quãdo Noe fuit inebriatus poſt diluuium, excuſetur a peccato? & reſpondetur ſecundùm Auguſtinum ſuper Geneſi ad literam, Noe poſt diluuiũ excuſatur a peccato, & a tanto, & a toto, quia vinum non nouerat, nec eius virtutem ſciebat. & ideo cauere non expediebat. ſed Loth inebriatus a prima filia, & cum ea fornicatus excuſatur a tanto, ſed non a toto, quia vinum nouerat, & eius fortitudinem ſciebat, & ideo ab ebrietate minimè excuſatur: ſed quia conſequentiam ebrietatis ad luxuriam expertus non fuerat, nec ſciebat, ideo ab inceſtu aliqualiter excuſatur. Sed quando ſecundò a ſecunda filia inebriatus eſt, & cõcubuit cum eadem, non excuſatur à toto, nec à tanto, quia vinum, & eius virtutem, & inclinationẽ ebrietatis ad luxuriam expertus in ſe fuerat; & ideo cauere multum ſibi debuerat, & ideo de ſecundo inceſtu non excuſatur, ſed egit vt ebrioſus, & vt inceſtuoſus. ſi ergo iſte non excuſatur a ſecunda, nec prima ebrietate, quia virtutẽ vini nouerat, & non cauit, non excuſatur a ſecundo inceſtu, quia conſequentiam ebrietatis ad luxuriam expertus extiterat & non fugit. de hoc vide in directorio inquiſitionis in quæſtione, vtrum blaſphemi ſint hæretici. Ideo Prouiſo Solerter.

Ebrietas omniũ vitiorum fomes ac nutrix eſt, & ideo percipuè clericis vetatur. xxv. diſ. ante omnia, & xv. q. i. ſanè. & Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. xxxv. diſ. §. i.

Ebrietas cõtumelioſa eſt, & oĩs qui ei miſcetur, non erit ſapiẽs. xxxv. diſ. luxurioſa res eſt.

Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor. xxxv distinctio. venter.

Si aliquis occiſus eſt ebrietate, nõ oratur pro illo, vt extra de reliquijs, audiuimus, & xxiij. q. v. placuit, & gl. xiij. q. ij. in c. pro obeuntibus.

Ebrietas pronum facit ad promittendum, poſt triſtem ad exoluendũ. exemplum de Herode, & Ioanne Baptiſta. xxij. q. iiij. vnuſquiſque.

Ebrietas excuſat culpam a tanto, ſed non a toto. xv. q. i. ſanè. & c. inebriauerunt.

Ebrietas aſſuefacta eſt peccatum mortale, vt xxv. diſ. vnum. §. alias, & xxxv. diſ. epiſcopus.

Clerici quorum ſenſus vigere debent, maximè ab ebrietate abſtinere debent xxxv. diſtin. epiſcopus, & c. ſequenti.

Epiſcopus, aut presbyter ebrioſus deponitur, inferiores clerici corona priuantur. xxxv. diſ. epiſcopus.

Cum ebrioſis non ſolùm cibus nõ eſt ſumendus, ſed etiam ſunt vitandi. xj. q. iij. ad menſam.

Ebrietas omnino fugiẽda eſt. iiij. diſt. denique. Ideo circa ebrietatem Prouiſo Solerter.

A D D I T I O N E S.

a *Ebrietas eſt vſus vini vehementior, Clem. Alex. lib. 2. peda. c. 2. Cic. 4. Tuſc. definit eſſe animi ægrotationem, vt ſupra dictum eſt de ebrio, vel ebrietas eſt nimia vini potatio, ſtatum mentis immutans, in ebrietatis enim ægritudine corpus ſimul, & anima corrumpitur, ſpiritus pariter cum carne vitiatur. Quidã hoc modo definiunt. Ebrietas eſt priuatio vſus intellectus ad aliquod tempus, ex immoderato potu vini, Nec mireris, ſi multæ tradãtur eiuſdem rei definitiones. Definitur*

enim

enim quid, aut ex ſua cauſa, vel effectib⁹, vel euentibus, aut ex vtriſque, aut ex his in quæ diuiditur, aut partitur, aut alitur. Cic. in Topicis, & in ea Boet: & Amon. in categorias Ariſtotel. c. de Synonimis. Exempla de iure tradit Alcia. l. 1. ff. de verb. ſig. ex quo fit vt hinc altercationes diuersè idem definientium, vel deſcribentium poſſint facilè & ſæpe ſedari. ſumas ex citatis autoribus exempla, Differt autem ebrietas, ab ebrioſitate, quia denotat hæc procliuitatem, illa non item. Cice. 4. Tuſcula. Non. etiam in ebrius: eadem quoque ratione translatè dicitur ebrius re qualibet expletus, idem Noni. Inter hæc quæ impetu fiunt annumeratur ebrietas. l. reſpiciendum xi. § delinquunt. ff. de pœn. Quanta mala afferat ebrietas, & quã ſit inſaturabilis, quã ſit a bono viro fugiẽda, quã latè pateat, deq; eius pœnis grauiſſimis, & deteſtatione, vide Philo. Iudæum de temulentia, ac de vita cõtempla. Plin. de hiſt. natu. lib. 14. c. 5. de euitan. ebrieta. c. 22. neque legere poſtponas Alex. copioſius cæteris de ea ſcribentem, a quo et qui ea vtantur populi doceberis lib. 2. pedago. c. 2. & ad fi. c. de riſu. Quid magis noxium poteſt hominibus euenire, quid turpius ac fœdius, quã ea delectari, quæ priuat hominem ratione, qua diſtat a cæteris animantibus, cognitorum inducit obliuionem, mentis inſaniam, fomenta libidinum, vnde tũc rationis expertes appetitiones inſurgunt, & ſequitur quod & Virg. deplorat, his verſibus.

Inuadunt vrbem ſomno, vinoque ſepultam. velut enim vrbs eſt homo, menijs atque propugnaculis munitus ratione ſcilicet Lact. lib. 7. c. 4. & de opiſ. Dei. c. 2. & 3. Pet. Vend.

Eccleſia catholica [a] vna ſola eſt. xxiiij. q. j. loquitur, & c. pudenda. cuius vnitatem relinquentes cum Chriſto congregari non poſſunt, vt in d. c. loquitur.

Fundamẽtum eccleſiæ fuit Petrus vt quando Chriſtus dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & habetur. xxiiij. q. j. rogamus vos.

Illud quod tenet vniuerſalis eccleſia, credendũ eſt ex doctrina, vel cõſtitutione apoſtolorum traditum xxiij. q. j. niſi bella, vbi glo. valde notabilis. tex. xj. diſt. eccleſiaſticorum.

An ſit eadẽ eccleſia in veteri, & nouo teſtamento, vide xxxij. q. iij. recurrat, & ibi no.

Romana eccleſia [b] caput eſt omniũ eccleſiarum, vt habetur in quadam conſtitutione Frid. Imp. quæ incipit Inconſutilem tunicam. & habetur in quadã extrauagante Benedicti. xj. de viſione beatorũ, quæ incipit, Benedictus deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui ſacroſanctam Romanam eccleſiã, &c. & xij. diſ. præceptis, xxiiij. q. j. rogamus. iij. q. vj. dudũ. & eccleſia Romana habet primatũ ſuper oẽs eccleſias. xxj. diſt. quamuis. xxij. diſt. ſacroſancta.

Eccleſia æquiparatur fiſco. no. in c. j. de in inte. reſti. & Ab. i c. j. de teſta.

Item eccleſia dicitur habere fiſcũ, gl. eſt in c. diuerſitatẽ, de conceſ. præben. & vide tex. in Cle. ij. de hæret. Ab. in d. c. quia diuerſitatem, & in c. vergentis, de hæreticis, & c. excommunicamus, in princi. eod. titu. Barto. in l. j. ff. de iudi. Bald. in rubrica. eod. tit. Ange. in auth. vt nulli iudi. dixit ꝙ de facto epiſcopus habet fiſcũ. hoc idẽ dixit Bald. in auth. de bonis dam. & in rubrica, de priuile. credi. & reges, & imperatores habent fiſcum. doct.

T in

in dictis iuribus. & an fiſco eccleſiæ Romanæ, vel fiſco prælati bona clerici damnati applicentur, vide Abb. in d.c. quia diuerſitatem, in iiij. col. circa finem. vide ſupra confiſcatio.

Eccleſia Romana nunquam polluta fuit aliqua hæreſi. xxiiij. q. i. hæc eſt fides, & c. in ſede apoſtolica.

Eccleſia Romana nunquam errauit, nec hæreticis vnquam ſuccubuit, ſed potius omnes hæreſes deſtruxit. xxiiij. q. i. a recta. glo. eſt notabilis in dicto c. a recta, quæ declarat qualiter ſit intelligendum quòd eccleſia non poteſt errare.

An illud quod Romana eccleſia ſequitur, & nos debeamus ſequi, gloſſ. de frigi. conſultationi. xj. q. iij. nolite. xj. diſ. nolite, & in c. quis neſciat. & dicendum ꝙ eccleſia Romana ſequitur & docet, omnino ſequēdum eſt, aliàs ſecus. tex. eſt cum glo. de conſe. diſ. i. baſilicas, in fi. de conſ. diſ. iij. noſce, & glo. xxxiij. q. iiij. vir cum propria. gl. de ſum. trini. c. i. li. vj.

Eccleſia dicitur mater omnium fidelium. xij. q. ij. qui abſtulerit. Item eſt mater omnium pauperum, & oppreſſorum. xij. quæſti. ij. eccleſiarum ſeruos.

Eccleſia eſt corpus Chriſti myſticum. iij. q. iiij. Engeltrudam. xxiij. q. iij. pro membris. ad Ephe. i. xxiii. q. iiij. ſicut excellentiam. xxiij. q. v. de Liguribus, & c. relegentes, de pœniten. diſt. i. eccleſia.

Eccleſia non habet maculã, nec rugam, de pœniten. diſ. i. eccleſia. xxiiij. q. i. loquitur.

Sed de eccleſia militante, & triumphante [c] vide quod dicit Io. Mona. in c. fundamēta, in prin. de electio. li. vj. & ibi per docto. moder.

Eccleſia licitè perſequitur malos, & eos punit. xxiij. q. v. non vos, & debet vti gladio ſpirituali, non temporali. xxxiij. q. i. interfectores, & c. inter hæc.

Quies eccleſiæ ſeueritate adiunatur. xxiij. q. v. prodeſt. Ideo PROVISO SOLERTER.

Quos eccleſia corrigere nõ poteſt, debet poteſtas ſæcularis coercere. xxiij. q. v. principes, & c. non vos, & c. de Liguribus, & c. inceſtuoſi.

Eccleſia non introducit ſe circa reductionem infidelium, eo quòd ſunt extra eccleſiam, niſi ſolùm verbis, & blandicijs, vt xlv. diſ. qui ſincera, & c. licet. vide ſupra cogendi, & infra hæreticus, & infra infidelis.

Eccleſia non habet quid amplius faciat circa illũ, quem epiſcopus vel inquiſitor damnauit de hæreſi, vt extra de iudicijs. c. cum nõ ab homine, in fi. & eo quòd eiectus eſt de gremio eccleſiæ, non intromittit ſe amplius de eo, quia nihil ad eccleſiam de his qui foris ſunt, [d] vt extra de diuort. gaudemus, & extra de hæreticis, ad abolendam §. præſenti, in gloſſ. ſcilicet videtur. facit eod. tit. li. vj. c. ſuper eo. vide ſupra credentes, & infra hæreticus, & infra oratio. Ideo inquiſitores non debent amplius inſtare ad talem damnatum reducendum, poſtquam iam per ipſos eſt relictus iudicio ſæculari.

An volens redire ad ſanctam matrem eccleſiam, debeat per eam recipi, vide infra rediens.

An eccleſia habeat iuriſditionẽ in laicos, cum delinquunt contra naturam, & cum exercent vſuras, & cum adorant idolos, vide infra ſodomia. & dicendum ꝙ eccleſia habet iuriſditionem

tionem in infideles peccantes contra naturam.tex.& ibi doc.in c.in archiepiſcopatu,de rap.facit quòd no.In. in c.ꝙ ſuper his,de vo.Ab.in d.c.in archiepiſcopatu.

Eccleſia eſt benigna mater, & nunquam claudit gremium redeuntibus vt in d.c.ſuper eo.de hær.l.vj. & C.de ſum.tri.in epiſtola inter claras.

Eccleſia quandoque inducit bellũ vt malos compeſcat, & eos reducat, vt xxiiij.q.i.per totum.

Eccleſia non iudicat,niſi de publicis in ordine iudiciario probatis,vt. ij.q.iiij.conſuluiſti,& xxx.q.vlti. nec illud,& c.ſe.& ij.q.i.multi,in fi. & dicta.q.xxx.q.vl.c.nullum,& c.iudicantem,& xxxij.diſ.erubeſcant, & extra de ſim.ſicut tuis.vbi dicitur quòd eccleſia non iudicat de occultis.

Sed eccleſia quandoque in ſuo iudicio decipitur, & ille qui intra ipſam eſt per eã excluditur,& qui foras eſt, intromittitur,vt xxiiij.q.iij.ſi quis,el primo,& c.cum aliquis.

Eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ x.col.de feu.alien.c.i.& ibi nota.

An hęreticus confugiens ad eccleſiam, gaudeat immunitate eccleſiæ ad hoc vt non poſſit inde extrahi,vide infra immunitas eccleſię. fallit in hęretico,vt ſupra captura.§.fi. & infra immunitas.

An poſſit iniungi pœnitentia redeuntibus ab hæreſi, vt conſtruant eccleſiam,vel hoſpitale,vide infra pęnitentia.

Ad eccleſiam Romanam pertinet determinare ea,quæ concernunt articulos fidei, quia quæſtiones fidei determinat ſolus papa,[c] vt tenet Frãciſcus Zaba. in Cle. vna. de ſum. trini. ver. nos igitur.de quo vide ſupra concilium,& infra quæſtiones.

Eccleſia viuentes poteſt ligare, & ſoluere,& non mortuos,vt in c.legatur. xxiiij.q.ij.præterquam, quod in crimine hęreſis,quia poſt mortẽ pôt, vt in c.damnationis xxiiij.q.ij.& etiã poſt mortem ſunt excommunicandi vt ea.q.in c.ſanè profertur.

Res eccleſiæ iniuſtè poſsidẽtur ab hæreticis,vt xxiij.q.vij.ꝙ autem.

Eccleſia ſemel parcit, & non amplius, vt infra relapſus, in §. nunc autem.

An eccleſia habeat fiſcum,vide ſupra confiſcatio,& infra fiſcus.

Qua de cauſa eccleſia non parcit relapſis,vide infra relapſus.

An dicens ꝙ eccleſia Romana nõ eſt caput omnium eccleſiarum,ſit hęreticus,vide infra hæreticus.

Qualiter bona clericorum, & laicorum qui ſunt ſubiecti iuriſditioni temporali eccleſiæ, veniunt confiſcãda,& applicanda ipſi eccleſię,vide ſupra confiſcatio.

Eccleſia cathedralis maior debet habere in ſui circuitu, & cœmeterio. xl.paſſus, & omni illi termino debet gaudere immunitate eccleſię, qui ad eam confugit, & minor eccleſia parrochialis debet habere.xxx. paſſus in circuitu, ſed hæc antiquitus ſeruabãtur.xvii.q.iiij.ſicut antiquitus.

Extra eccleſiam ſunt omnes qui non habẽt pacem cum proximo.vij. q.i.denique.

Extra eccleſiam eſt qui apoſtolicã non ſequitur.xciii. diſtintio. qui cathedram.

An Iudæi,vel ſchiſmatici, ſeu hęretici ſint admittendi ad ingreſſum eccleſiæ, nota. gloſſ. xxxv.q.iij. de his qui.de conſe.diſ.i.epiſcopus nullum.

glo.de conſe.diſ.iiij. Iudæi. & an redeuntes ab hæreſi poſt confesſionem erroris factam inquiſitori ante abſolutionem & abiurationem posſint ingredi eccleſiam & audire diuina, vide infra in extrauagan.quia nonnullis.

No. ꝓ eccleſiã ingredi poteſt mulier ſtatim poſt partum, etiam nõ expectatis diebus purgationis poſt partum.v.di.cum enixa, de purgat. poſt partum.c.i.

Quæ pœnæ non ponuntur ab eccleſia, vide ne cle.vel mo.ſententiam. & eo.ti.li.vj.& de exce. prælato. in c. ex literis.& vide infra pœna.

An pœna tormẽtorum posſit per eccleſiam imponi? & dicẽdum ꝙ ſic, vt v.q.v.illi qui.v.q.vj.delatori.de raptori. in archiepiſ.de clerico percuſ. c.ij.de crimi.fal.c.iij.de calumnia,c. i.Inno.de regu.iuris, cum in contemplatione.xv.q.vj.per totum.glo.xiiij. q.vj.c.i.glo.fi.xxiij.q iij.c.i.gloſ.xlv. diſ.in ſumma.

Eccleſia debet defendere ſuos pœnitentes. de quo vide ſupra defenſores.

Qualiter eccleſia debet bona ſua defendere, vide ſupra defenſores.

Eccleſiæ defenſio ſpectat ad principes, vide ſupra, defenſores.

Item eccleſia debet defendere paruulos expoſitos ante eccleſiam. vide ſupra defenſores.

Item eccleſia debet defendere ſuos ſeruos. vide ſupra defenſores.

An eccleſia defendat infidelem fugientem ad eam? & videtur quòd ſic, vt in glo.iij.in c.inter alia, de immunitate eccle.vbi etiam Io.An. & Hoſt. Archi.contra, xvij.q.iiij. diffiniuit.

Nota quòd in perſona totius eccleſiæ dixit dominus Petro, Pro te rogaui vt non deficiat fides tua, licet ſoli Petro dixit, cui enim conſonat verbum illud Saluatoris noſtri, Matthæi xxviij. ego enim vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, non ſiquidem tãtùm Petro, nec duodecim apoſtolis dictum intelligitur, cum morte finierint dies ſuos, & cum vſque in finem ſæculi nõ perſeuerauerint, ſed potius dixit pro vniuerſali eccleſia, quæ in finem ſæculi eſt duratura, quę in generali concilio repręſentatur. de hoc vide ſupra concilium, & infra rogare.

An actus facti in eccleſia valeant, ſicut contractus, vel ſententia, vel quilibet alius actus iudicialis, vide Bald.in l.ij.quæ incipit, nemo. C. de ſacroſan.eccl.

An liceat in eccleſijs facere repræſentationes pasſionis, vel reſurrectionis, vel annunciationis, & ſimilia Io. Monachus tenet quòd ſic, de vita, & ho.cle.in c.cum decorem. & de conſ. diſ.ij. ſemel, & diſ.iij. quæris. & ita ſeruatur vbique.

An bona eccleſiæ posſint pro delicto clerici confiſcari? vide ſupra confiſcatio.

An in eccleſia [f] ſit licitum, & permittantur ludi theatrales, & inhoneſti? & dicendũ quòd nõ, vt in c. cũ decorẽ, de vi.& ho.cle. & ibi doc. vbi dicitur quòd quidã ludi, qui dicuntur theatrales, fiebant in eccleſijs, in quibus introducebantur monſtra laruarũ, ꝑ quos ludos honeſtas eccleſiæ deformabatur, & præsbiteri, & diaconi in quibuſdã feſtiuitatibus. ſ. ſancti Steph. S. Ioã. & Innocẽtũ ludibria ſua exercebant, mãdat papa prædictam cõſuetudinem ludibriorum, imò potius corruptelã de prædictis eccleſijs penitus

nitus extirpari, nè propter huiuſmodi turpitudinem honeſtas eccleſiæ inquinetur. & ludi, ſeu choreæ, ſiue res triumphatoriæ non debent fieri tempore deuotioni deputato, vt patet ab aduētu vſque ad epiphaniam, in quo ēt ſolennitas nuptiarū prohibetur, vt xxxiij.q.iiii.non oportet. Et debet inſpici continētia loci. Nā nullo modo licet talia agere in locis, ſiue oratorijs, quæ ſolummodo deputantur ad diuina, vt Matthæi. xxj. domus mea, domus orationis vocabitur, & diſtintio.xlij.oratorium. vbi dicitur oratorium hoc ſit quod dicitur, vt ibi.nec quicquam aliud geratur, aut condatur quàm quod diuinis laudibus conueniat.ad idem.di.ea.in oratorio. Et ſic concluditur quòd eccleſia non eſt ad aliud quàm ad orandū nec clerici ſe debent miſceri, niſi in rebus honeſtis, vt de vita, & hone.cleri.per totum, & ſupra clericus.& not. quòd non ſolùm facientes, & talia conſentientes peccant mortaliter, vt Hieronimus dicit in quadam homel. non credo virum qui dicit ſe illæſum euaſiſſe a ſpectaculis talium, cum Dauid ex eo ꝙ vidit Berſabeę lauantem ſe, ad libidinem prouocatus ſit: ſed etiam digni ſunt morte tam faciētes, quàm pręſentes aſtantes ipſis videntes, & approbantes, & etiam qui reſiſtere talia poſſunt, & non faciunt, vt lxxxvj.diſ.vident, & lxxxiij.diſ.error & ij.q.vij.negligere.

Item ſi quis in eccleſia facit tumultum ſeu impetum, vel impedit officia diuina, ſecundùm leges debet occidi, vt.C.de his qui ad eccle.confugiunt. l. iij. vbi dicitur. denunciamus vobis omnibus, vt ſacroſanctis eccleſijs, & in alijs quidē venerabilibus locis, in quibus cum pace, & quiete competit celebrari, abſtineatis ab omni ſeditione, nemo conclamationibus vtatur: nemo moueat tumultum: aut impetum committat, vel cōuenticula collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuſcunque loci colligete, aut celebrare conetur. Nam ſi quis aliquid contra leges a quiſiuſdam ſibimet exiſtimet perpetrari, liceat ei adire iudicem, & legitimum poſtulare pręſidium. ſciant ſanè omnes, ꝙ ſi quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut ſeditionem mouere tentauerit, vltimo ſupplicio ſubiacebit.

ADDITIONES.

a *Eius encenia recenſet et extollit Ciril. archiep. Ieroſolimi. de catecheſibus, catheche.6.c.hęc ſcripta. Catholica cui dicta deq; eius poteſtate, & veritate, ac vt ī ea perſeueremus doctrina, catechc.18.in expoſitione articuli Symb. Et vnā ſanctam catholicam. &c. Videas vberiorem Catechiſmum in eūdem articulum. Complura videas. de eccleſia in Sinod. Trident. quæ huc transferre prolixum foret.*

Eccleſiæ nomen accipitur multifariā, vt ex collectaneis autoris colligi pōt, qui multoties fit obſcurus, ex indiſtincta locutione. Hoc aūt vocabulū a Græcis mutuatum, ſignificat concionem, Concilium, & congregationē, ſic vocabāt Athenienſes ciuium conuentum, quandoq; pro loco in quo conueniebant, accipiebāt, diuulgato poſtea Euangelio tranſlatè ſumptū pro populo fideli, per vniuerſum orbē diſperſo, interdum pro cultoribus falſæ religionis. Act. apoſt. c. 19. Itē Concilia impiorū hominū, eccleſia nominātur. Locus etiam in quē popul⁹ ſiuè ad concionē, ſiue alicuius

rei ſacræ cauſa conuenit appellatur. eccleſiæ præſides, & paſtores hoc nomine quandoque ſignificantur. & aliter hæc vox vſurpatur in ſacra ſcriptura canonicoq; iure, vide Catechiſ. in Artic. Symb. Credo ſanctam &c. c. 2. 3. & 4. & gloſſ. in c. cum clerici. de verbo. ſigni. præcipuè vniuerſæ eccleſiæ partes. vt Eccleſia Venetiarum, Patauij. Aquileiæ, Cõcordiæ, ſignificari ſolent, & abſolutè pro eccleſia primaria cuiuſque ciuitatis. eod. c. cũ clerici. Eccleſiæ verò partes duæ ſunt potiſſimùm, quarum altera militans, altera triumphans vocatur, hæc eſt cætus beatorum ſpirituum, & eorum qui de mundo, & de carne, de iniquiſſimo dæmone triumpharunt, & ab huius vitæ moleſtijs liberati actuti ęterna beatitudine perfruuntur. Militans verò eccleſia eſt, cætus omnium fidelium, qui adhuc in terris viuunt Catechiſ. copiosè ibid. c. his verò. Petr. Vend.

b *Romana Eccleſia vniuerſalis eſt, cui omnes obedire debent. dicente dño ipſi Petro. Paſce oues meas. Matth. 26. Io. 21. c. ſolitæ. verſi. nobis autem. de maior. & obedi. clem. ad noſtram. §. 3. cum glo. in verb. eccleſiæ. de hęret. c. vnam ſanctam. eo. tit. inter commu. Glo. pragmat. ſub ti. de electio. in verb. vniuerſalis. Io. Chriſo. ſuper Matth. Nunc Petrum totius eccleſię conſtitutum, nunc eius paſtorem, & caput, nunc vniuerſo orbi præpoſitum aſſerit, & hom. vlt. in Ioan. Iacobum quidẽ Ieroſolimorũ ſedem accepiſſe, Petro verò totius orbis curam demandatam affirmat. Theophilus principem apoſtolorum ex eo factum. Luc. 22. ſcripſit, cum illi mandat, vt fratres confirmet. Rurſus Ioan. c. vlt. idcirco ei dictum fuiſſe ſequere me, quoniam cunctorum fidelium prælaturam ei Chriſtus conceſſerat. Cirillus epiſ. Alex. li. Theſaurorum nos hortatur vt maneamus in eccleſia Petri, & in capite noſtro. Maximus epiſtola quadam Orientalibus populis ſuadet, vt veram fidem approbantes, in eccleſiam Romanam tanquam in ſolem reſpiciant, & ex ipſa lumen catholicæ, & apoſtolicæ fidei recipiant. Pro pręmiſſis eſt etiam text. in l. inter claras. & ibi latè Alcia. in 2. glo. in ver. quam eſſe verè omnium eccleſiarum caput. C. de ſumma trini. Hæc Romana eccleſia vna eſt & in eam omnes credere debemus. prout in 9. Articulo. Et vnam ſanctam catholicam, & apoſtolicam eccleſiam, de qua etiam in Concilio Nicæno. Vna item eccleſia tanquam ciuitas diuerſis conſtans familijs, diuerſisq; ordinibus. Hinc Ieremias. Ciuitas ſolis vocabitur vna. Hac eſt illa vna Ieruſalẽ, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio in idipſum, inquit Dauid. vna tanquam ſol vnus inter planetas, tanquam dux vnus exercitus, tanquam ciuitatis gubernator vnus, tanquam vnius corporis caput vnum. Quint. Mand.*

Adde. Idem Cirill. catech. xi. tribuit ei primatum. Nicæna Sinod. ex epiſcopis Latinis atque Græcis, et alijs orientis, & occidentis, vt ſcribit Euſeb. de vita Conſtantini. li. 3. c. 7. & 8. conſiſtens, idẽ fecit, aliæque poſtea Sinodicæ conſtitutiones, & Imperatorię, Regiæq; ſanctiones hic citatę & in decret. Iuonis, part. 5. de Rom. eccle. primatu. Nicephorus item hiſtoricus Græcus de eiuſdẽ principatu memorię tradidit l. 6. eccleſiaſt. hiſt. c. 29. li. 9. c. 5. & 37. li. 17 c. 9. quo nouiſſimo capite ſcribit ſedis apoſtolicæ prærogatiua Ioannem pont. max. ſupra Epiphanium epiſcopum Conſtantinopolitanũ in throno in Conſtantinopolitana ciuitate collocatum, de eius ſupra Conſtantinopolitanam etiã præeminentia eſt nouella Iuſtiniani. 131. quæ deſcripta eſt, & in nouo

canone

canone Græcorum cap.5. Adde catechiſ. in artic. Sym. Credo vnam Sanctam &c. & de ſacra. ordin. c. iam verò ad fin. vide ſup. ex Concil. Tridentin. ad vocem Docere. Meminerint & Græci concilij Florentini, in quo nouiſſimè Romani pontifices agnouere principatum. T. V.

c *Eccleſia hæc militans de occultis non iudicat, ſed eccleſia triũphans, c. vni. vt eccleſ. benef. c. a nobis. 2. de ſentent. excommun. Et quando, & per quæ media eccleſia militans de occultis iudicet, vide pulcrum conſ. Geminia. 110. Beatiſſi. nu. 8. verſ. Et ſi dicatur. Et quòd Deus iudicet de occultis, & non eccleſia, voluit Abb. in alleg. c. a nobis. 2. de ſentent. excommun. facit c. literas de reſtitu. ſpolia. Ioan. Calderi. in repetitione c. ab excommunicato. & ibid. And. Barba. de reſcri. Quint. Mand.*

d *Hinc Paulus. 1. ad Corint. ca. 5. ad fi. Quid enim mihi de his quæ foris ſunt iudicare? &c. multi circa medium. 2. q. 1. Vldr. conſi. 51. Iudeus tranſiuit poſt princip. Quint. Mand.*

e *Hinc Ieronimus ad Damaſum papã. Hæc eſt fides inquit, papa beatiſſime, quam in catholica didicimus eccleſia, in qua ſi minus peritè, aut parum cautè aliquid poſitum eſt, emendari a te cupimus, qui Petri fidem, & ſedem tenes. &c. & D. Ambroſius ſe in omnibus ſequi ſanctã Romanam eccleſiam, vt i magiſtram profitetur. c. ſi illi. in fi. 50. diſt. c. 1. in ſi. 22. diſtin. c. ſi Romanorum. in prin. 19. diſt. Quint. Mand.*

f *Conci. Trid. ſeſſ. 22. in decret. de obſer. & euitan. in cele. miſ. §. ab eccleſia. a pari ſeu maiori ratione. T. V.*

Edictum [a] Eſt illud quod rex, vel imperator conſtituit, vel edicit, vt Lucæ ſecundo. aliquando eſt prætoris, vt ij. diſ. conſtitutio. aliquando eſt lex ſeu canon, de ſponſali. cum apud.

Sed edictum [b] quandoque ponitur pro citatione iudicis, vt ff. de iudi. l. & poſt edictum, & l. ad perẽptorium. c. de illicita. xxiiij. q. iij.

Sed edictum generale [c] ſufficit quã do neſcitur perſona certa, quæ citari debeat. ita dicit Inno. in c. per venerabilem, qui filij ſunt legitimi, Bonifaci. c. fi. de electio. li. vj.

Sed delinquens ſi neſcitur vbi eſt, poterit citari per edictum: ſed ſi non comparet, non poteſt diſtringi perſona, ſed tantùm proceditur reſpectu bonorum, vt in l. i. ff. de requirẽ. reis. Nam quando delinquens eſt extra diſtrictum, iudex delicti non habet iuriſditionem in perſonam, vt in Clem. paſtoralis, de re iudicata. & ſic proceſſus reperietur factus ab eo qui nõ habet iuriſditionem, vel qui non eſt certus de ſua iuriſditione, & eam ignorat. & ſic non valeret proceſſus, ar. l. ſi is ad quem, & l. ſi quis in aliena. ff. de acquir. hæredi. Bart. in l. ij. ff. de iudi. & Ab. in c. fin. de fo. compe. & eſt ratio ſecũdùm eum, quia forus delicti eſt forus accidentalis, & non debet extendi ad conſtitutum alibi, niſi inquãtũ reperitur a iure permiſſum, per viam recurſus ad alium iudicem & per remiſsionẽ fiendã. ab. in d. c. fi.

De forma edicti de gratia. qd [d] edictum datur & fit publicari per inquiſitores tempore, quo vocant aliquos ad reconciliationem cum gratia bonorum. vide infra in iij. inſtructione inquiſitionis.

Edictum ſcientes, & non ignorantes ligat, vt ff. de decre. ab ord. fa. l. fi. cum ſimi.

Edictum tūc publicè dicitur emitti cum affigitur valuis eccleſiæ, vt in Cle.i.de iudi.ita ꝙ omnibus videntibus, ſeu videre volentibus ſe exhibet, & demonſtrat, vide infra publicè.

Edictum eſt lex pratorum.ff.de of. procõ.l.nè quicquam.§.circa. quod bene nota.

No.quando iudex ponit edictum, vt ſi aliquis voluerit accuſare, veniat infra certum tempus: niſi ꝙ vlterius nõ audietur, vt traditur ĩ l.diffamari. C.de inge.& ma.& in l.ſi ea.C.qui accu.non poſ.ſed ſi tempore tranſacto iudex non poſuerit ſilentium in cauſa, vt amplius nõ accuſet, ꝙ tūc poſt illud tempus etiam bene poteſt agere vel accuſare, cuius intereſt.hoc tenet Bal.in d.l.diffamari,& Inno.in c.i.& fi.qui matri.ac.poſ. ſed eſt cautela, vt iudex dicat quando ponit edictum,& ſi infra tale tempus non venerit aliquis, ex illo tempore impono perpetuum ſilentiū, vt poſtea non agat, & tunc non eſt neceſſe vt ponat tempore finito. & iſte eſt caſus in quo quis compellitur accuſare. & alius caſus eſt quando quis vult recedere,& iudex ponit edictū, ꝙ veniant ad accuſandū intra certum tempus.

ADDITIONES.

a De edicto latè tracto in 4.formu. Commiſſio. in verb. etiam per edictum publicum. vbi etiam de citatione decernenda per edictum publicum. Q. M.

Adde, quòd edicti appellatio continet duas ſpecies, alterum quidem eſt priuati hominis, alterū perſonę publicæ & magiſtratuū, De priori Teren.in Heauton. Primū hoc te oro, nè quid credas, me aduerſus edictū tuum facere eſſe auſum, ſignificat aūt præceptum, Plaut. Trucu.edicere pro denuntiare, & præmonere, Edico prius nè duplices habeatis linguas. Terē. in Hecy. Edi:am ſeruis, nè quoq̄ efferri ſinant. Vnde & edicere diem ad conuenien dum, edicere conuentū, edicere militibus prædam, apud Liuium. De poſteriori Inſt. deiur.nat. §.ſed.& qđ principi.& §.prętorum. & l. ad peremptorium. cum ſeq. ff de iudi.l.2.ff.de ſta.homi.l.edita. C.de eden.et alibi in iure ſæpe fit edicti mētio. Sed huius generis poſterioris, quędā erāt, quæ prætores antequam ius redderent, ſolebant proponere, vt ſcirent ciues qđ ius, de qua re quiſq; dicturus eſſet, ſeq; præmunirent, quæ edicta prætorum ius honorarium cōſtituerunt ſic dictum, quod ab honore prætoris venerat. l. 2. §. eodem tempore. ff. de orig iur. quod & perpetuum vocabatur, quia perpetuæ iuriſditionis cauſa fiebat, quouſque ſcilicet annus præturæ finiret, eo namque completo prætor ſucceſſor aliud proponebat edictum, & ex ſuo quiſque prætor edicto propoſito ius dicebat. l. 7. ff. de iuriſdi. omnium iudi. Aſcon.in argumen. Cornelianæ. Quia verò prætores, inquit Aſconius, variè ius dicere aſſueuerāt, cuius rei Verrem accuſauit Cice. actio. pri. Cornelius legem tulit, vt ex edictis ſuis perpetuis ius dicerēt. quæ res tum gratiam ſuſtulit prætoribus ambitioſis. Licebat tamen ſucceſſori ex ſuo, nō ex alterius prętoris edicto ius dicere, quod et ſuccedēte tempore muta:um eſt. Edictum enim vnum Saluio Iuliano ſcriptore compoſitum fuit, ex quo omnes in tempus poſterum prętores ius perpetuò dicerent, nec vlli mutatio liceret, quod ideo perpetuum appellarunt, Edicti eiuſmodi fuit autor D. Adrian.l. 2. C. de vet. iur.enucl. cuiuſmodi edicta multis in locis iuris adhuc leguntur. vt l.1.ff. ex qui.cau. ma.l.1.ff.de ædili.edi.

item

item tit. de in ius voc. & tit. ſequ. præterea quibus ex cauſ. in poſſeſ eatur. tit. de interdi. de iniurijs. & alibi ſparſim. item ſæpe mentio fit eiuſdem veluti l. 2. ff. de ſta. homi. & l. edit a. C. de eden. quib. in locis intelligendũ perpetuũ edictum dici, q perpetuò duraret vt dixi, non quia generale eſſet, vt exponitur à glo. quod & appellari poterat generale, quoniã proponebatur, in vniuerſum, de cauſis omnibus et perſonis, idq; pars iuris eſt, Inſtit. eod. §. prætorum. Eſt aliud edictum peculiare de ſingulari negocio, quod exoritur vt illud Verris, vt Calend. Decembris adſit Sthenius, item nè quis frumẽtum ex area tolleret, item illud quod citatorium, & peremptorium appellatur l. ad peremptorium. cum ſeq. leg. ff. de iudi. itẽ denũtiatoriũ l. ex conſenſu. 23. ff. de appellatio. vulgo intimatoriũ, cuius exempla apud Liui. in citatis ſupra locis tibi ſunt. Edicta huiuſmodi quia iudices ordinarij quotidie proponunt, & delegati ex poteſtate mandantis, inquiſitor etiam, Edicta quoque ſunt principum non ſolùm citatoria, ſed & iuris conſtitutoria. l. 6. C. de inceſt. nup. inſt. de iur. natu. P. V.

b *Vide quę annotaui ſupra Citatio per edictum. Per edictum clericus citari poteſt, etiam iure Sinodi Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & 23. c. 2. de refor. Pet. Vend.*

Electio. [a] In electione fidelis eſt an velit redire ad coniugem hæreticum recõciliatum, vel an velit ingredi monaſterium: ſi tamen per ſententiam erãt ſeperati, cum nõ poſſit in ſęculo remanere, inuito alio nec alio viuente, cum alio contrahere, cum iam ille dicatur per pœnitentiã ſanatus, vt xxxij. q. i. q aũt. & ita debet intelligi extra. de diuor. de illa & c. quanto, & de conu. coniu. c. fi. vide infra fidelis.

A D D I T I O N E S.

a *Electio eſt de duobus pluribuſve rebus conditionibuſve propoſitis, alterius, vel vtrius excerpendæ vel aſſumendę optio, vel arbitrium, exemplum hic proponitur. in l. ſi fundus. §. eleganter. ff. de lege com. l. a tutoribus. 34. §. 2. ff. de admi. tuto. toto tit ff. de opt. leg. extra titu. de electio. & multa in Sino. Trid. & in collectaneis decretorum. Pet. Vendr.*

Eleemoſina [a] hæreticorũ an ſit accepta deo, nota i. q. i. ſic populus cum multis: c. ſe. vbi dicitur omne quod fecerunt, qđ mihi obtulerũt, vel vota, vel pro ſalute, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocauſta, vel eleemoſinas, ſiue ieiunia, vel corporis caſtitatem, cõtaminata erunt in conſpectu meo, quamuis .n. ſancta videantur ſpecie ſui, quæ efferuntur tamen quia tacta ſunt ab illo qui pollutus eſt i anima, polluunt omnia. Ideo Prouiſo Solerter. Nam hæretici qui ficte Chriſtiani nominãtur, licèt exterius bona opera faciãt, vt videantur ab hominibus, & nominẽtur boni, de quibus dicitur Oſeæ. xij. Ephraim, id eſt fictus homo, paſcit vẽtum, & ſequitur æſtum, & tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat. de quibus inquit Auguſti. in ſermone domini in monte. c. iij. In omni vita humana ſi quis ſe vult videri q non eſt, hipocrita eſt. de quibus dicetur. Recedite a me, operarij doloſi, nomen enim meum habuiſtis, ſed opera mea non feciſtis. cum apparenter multis videmini boni; ſed intrinſecus eſtis peſſimi, non credendo Chriſtum verum meſſiam veniſſe.

&

& cum talibus nūquam deus pacem habuit propter ſuas falſas ſimulatas & fictas eleemoſinas, & cum deus ſit ſcrutator cordium,& renum,& interrogat,& audit in corde, & nihil ignorat vt xvij.q.vj.c.i.& de iudi.c.nouit. deus reſpicit voluntatem,& non opera,lex autem e conuerſo,vt xv. q.i. ſi quis non iratus. Ideo quando iſti hæretici aliqua opera caritatis colorata faciunt, vt videantur Chriſtiani exterius,reſpondet eis Chriſtus,quid me tentatis hypocritæ? Matth.xxij.& omnis hypocrita nequā eſt. Ezechiel. xxxiij. ideo dicit pſalmiſta pſalmo. cxxxviij.Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi.& pſal.viij. Inimici domini mentiti ſunt ei:& erit tempus illorum in ſæcula. Ea propter contra tales loquebatur apoſtolus ad Philippenſes.iij.dicens,Multi enim ambulabāt,ideſt,laborāt,quos ſæpe dicebam vobis,nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt, ideſt propter terrena omnia faciunt.

Facere eleemoſinam malis p quā nutriuntur in malo, non eſt miſericordia.xiiij.q.vj.ſi res. vide infra miſericorda.§.ij.

Eleemoſinæ, ſeu oblationes hæreticorum recipi non debent a fidelibus, & clerici qui tales eleemoſinas, aut oblationes ab eis recipiunt, debēt priuari ſuo officio: ad quod nunquam debent, nec poſſunt reſtitui ſine indulto ſedis apoſtolicæ ſpeciali,vt in c.excommunicamus.§.ſanè, de hæreti.li.vj.

Negare dicitur Chriſtum qui eleemoſinam,& miſericordiā indigentibus non impendit. vij. quæſt.i. omnis qui.

ADDITIONES.

a *Eleemoſina nomen Græcum eſt, Latinè miſericordiam ſignificat.miſericordia verò inquit Cic.lib.4.Tuſcula.eſt ægritudo,ex miſeria alterius iniuria laborātis, nemo enim ait parricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordia commouetur,miſericordes autem quibus eſſe debeamus vide infra miſericordia,& c. non poteſt. & c.eſt iniuſta.23.q.4.c.omnis 45.diſt. cum ſequen. Eleemoſinarum genera multa,vna corporalis, egenti dare quicquid poteris, altera ſpiritualis, dimittere a quo læſus fueris, tertia delinquentes corrigere,& errantes in viam reducere veritatis.c.tria ſunt.diſt.45.Duo facit.D. Auguſt.ead.diſt.c.duæ ſunt.vna cordis, altera pecuniæ,quod cap.& c.qui emendat.ead.diſtin. item quot genera eleemoſinarum ſint, & quibus proſint,vide lib. 4.ſentent.diſtin.15.ex D. Aug. & alijs ſacris autoribus. de eius neceſſitate, & vtilitate,Catech.in præcep.Non furtum facies.c.iam verò. & in oratione Dominica. in verſi.Sicut & nos. ad fin.de ead. & Conc.Trid.non nulla. T. V.*

Emancipatio a facta ab hæreticis filijs ſuis an valeat?& reſpondetur per quandā extrauagantem Alexan.quæ incipit, Nouerit vniuerſitas,in fi.vbi ſic dicit ad literam, Illorum autem filiorum emācipationem nullius eſſe momenti volumus, quorum parentes conſtiterit poſt emancipationem huiuſmodi ſuperſtitionis hęreticę a via deuiaſſe catholicæ veritatis.

ADDI-

ADDITIONES.

a Emancipatio eſt vnus de modis ſoluendorum a patria poteſtate liberorum. Inſti. quib. mo. ius patr. pote. ſolui. §. præterea emancipatione. ſoluitur enim et alijs modis, patria poteſtas eod. tit. emancipare enim, ſiue vt veteres loquebãtur, emãcupare, eſt totum ſe alicui tradere, & veluti in mãcipium illius transferre. Plau. in Bacchi. nunc mulier ſi me emancupo, tuus ſum. Cice. in Cato. ita ſenectus nimis honeſta eſt, ſi ſuum ius retinet, ſi nemini emancipata eſt, Feſt. & Non. Item emancipare, eſt è mancipio, ideſt è poſſeſſione ſua quid emittere, alia tibi exempla Budæus adducit in annotationibus ad Pandect. ſic itaque & emancipatio liberorũ eſt à mancipio, & iure ſuo liberare. vnde titulus eſt Inſtitu. Vlpiani. Qui in poteſtate, mãcipioue ſunt &c. quæ & mancipatio dicebatur, quam Boetius in 4. Topi. ita finit. Mancipatio eſt quædam imaginaria venditio, quod ipſum ius eſt proprium ciuium Romanorum. Caius. in Inſti. quib. mo. ſi. exe. de pat. pote. ait mancipatio autem, hoc eſt manus traditio, quædam ſimilitudo venditionis eſt, quin & in emancipationibus præter illum, hoc eſt certum patrem alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. vendebantur enim ter filij patri, fiduciario duobus numis, quaſi precij loco, & ter manumittebantur a patre naturali, vt ſic exirent, de patria poteſtate, & ſui iuris efficerentur. Inſti. quib. mod. ius patr. pot. ſolui. §. præterea. fiduciarius autem pater ideo dictus, quoniam ei ſub fiducia remancipandi liberos parenti mancipatio fiebat, nam remãcipatum ſibi filium a patre fiduciario, & a ſe manumiſſum, naturalis pater iterum acceptis duobus numis vendebat fiduciario patri, qui remancipabat patri naturali rurſus; is autem manu tũc eum mittebat, & ſic de poteſtate patris exibat, lege Caium Inſt. eod. titu. vbi quæ ſolennitas exhiberetur explicatur, id obſernabatur in filio ex lege xij. tabularũ, quę iubebat his verbis: ſi pater filium ter venundauit filius a patre liber eſto. Cæteri autem liberi præter filium tam maſculi quàm fœminæ, vna mancipatione, manumiſſioneque ſui iuris fiebant. Vlpi. Inſt. eod. tit. ſed opus erat remancipatione patris fiduciarij, Ca. inſt. eod. tit. hocq; faciendum erat, vt pater ei naturalis, nõ fiduciarius ſuccederet, Hinc factum eſt, vt in iure adhuc alicubi legatur filius manumiſſus. ex hac etiam manumiſſione contingit minima capitis diminutio filij. Inſti. de capi. diminu. §. minima. Petrus Vendramenus.

Eſt tex. in c. quicunque. §. fi. de hæret. lib. 6. Et voluerunt Abb. in c. abſolutos. eod. Carer. in tract. de hæreti. ante nume. 159. verſic. item punitur vt familia, & filij, & Vmbert. in iud. inquiſito. hoc ipſo verb. emancipatio. Quint. Mand.

Emendare [a] debemus in ſenectute, quæ errauimus in iuuentute. de pœn. diſ. ij. apoſtolus.

Laudabilior eſt qui rem emẽdat, quàm qui primò inuenit. C. de ve. iu. enu. l. i. §. ſed nec nota. de reſcrip. ſtatutum, circa princi. lib. vj. ſuper verbo, melius.

An & quando teſtis poſſit emendare dictum ſuum, vide infra teſtis.

Qui vult alios corrigere, & caſtigare, primò errores ſuos emendet, vt iij. q. vij. qui ſine peccato, cum ſe. vide ſupra corrigere.

ADDI-

ADDITIONES.

a Emendare eſt quid a mendis purgare. Cic. Atti. lib. 2. me rogat vt annales ſuos emendet, quod fit vel adijciẽdo quod deeſt, vel detrahendo quod exuberat, vel mutando quod ineptum eſt, quod enim a Quint. lib. x. c. 4. de emendatione ſcriptũ eſt, id & ad alias res quaſque transferri poteſt, ex ſimilitudine rationis, mores etenim emendati dicuntur, a Cic. de amicitia. in quibus & exuberantia defectus que vitioſa ſunt, virtus enim in mediocritate conſiſtit. Ariſt. ethi. 5. quæ quidem tria in emendatione editæ actionis, vel libelli iudiciarij contingere cernuntur. §. ſiquis agens. & § ſi minus. tum §§. inter medijs. Inſt. de actio. & l. edita. C. de eden. in exceptionum, & aliorũ iudicialium conceptione vendicant ſibi locum, idem in teſtimonijs accidere poteſt, quorum ſingulorum tractatio lõgam exigit diſputationem. Quæ ſupra corrigere, dicta ſunt. huc addi queunt. Petrus Vendramenus.

Emphiteuſis [a] illius qui cõdemnatur de hæreſi, cui veniat applicanda, vide ſupra cõfiſcatio.

An propter delictum emphiteutæ publicet res emphiteutica vide Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, & §. ſi quę ſunt. ff. de dam. infecto.

ADDITIONES.

a Emphiteuſis eſt cõtractus, quo prædia perpetuò cuipiam fruenda traduntur, ideſt vt quandiu penſio ſiue redditus pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neq; hæredi eius, neque ei, qui cauſam habuerit ab alterutro liceat auferre. inſt. de locat. §. adeo. l. 1. C. de iur. emphiteu. & cap. vlt. extra eod. ab ἐμφυτεύειν, dictã, ideſt ab inſitione quoniam tum illã vſurpari capta eſt, cum agri deſerti et inculti non facilè colonum reperiebant, qui cum impendium magnum in illorum culturam, & conſitionem feciſſent, ab ijs diſcedere cogerentur, ita vectigales agri locantur. ff. de vectiga. P. V.

Epiſcopus [a] an in crimine hæreſis poſſit procedere contra inquiſitorem, [b] vel e cõuerſo? & circa primum Lapus ab. in c. inquiſitores, de hære. li. vj. dicit, ꝙ non, durante officio, niſi crimen eſſet adeo notorium ꝙ non requireretur cauſæ cognitio, vt de ſi. presbyt. quoniam. idẽ ſequitur ibi Dominicus. hęc opi. poſſet etiam iuſtificari per ea quę no. Bar. in l. fi. ff. de re. diui. vbi tenet ꝙ ſi duo ſunt domini inſolidum alicuius caſtri, & vnus delinquat, ꝙ non poteſt puniri a condomino, quia non habet in eum iuriſditionem. nam par in parem non habet imperiũ, de elec. in c. innotuit. Se hoc non obſtãte ego crederem indiſtinctè poſſe dici quòd poſſet contra eum ſuper huiuſmodi crimine procedere, cum iſtud ſit delictum, per quod perditur iuriſditio ipſo iure, pro quo faciunt notata per Bar. in l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſdi. omn. iudi. in additio. & ponit exemplum in crimine læſæ ma. C. de dign. l. ſi gradatim, & l. quotiens, lib. xij. & C. de offi. recto. prouincia. l. ij. vbi videtur gl. eo etiam caſu quo delinqueret in malè procedendo, poſſet eum punire, cum ordinarius legatum apoſtolicum malè ſe gerentem in cauſa commiſſa punire poſſit, ſic tamen ꝙ iuriſ-

iuriſditio eius non impediatur, iuxta nota. per doct. in c. fi. de reſcript. & per Cy. & legiſtas in autiqua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet.

Item epiſcopus diœceſanus habet in iſto crimine ſimul ordinariam, & delegatam iuriſditionem a papa, videlicet ordinariam contra non exemptos in ſua diœceſi exiſtentes, & habet delegatam iuriſditionem a papa, vt extra de hæreti. ad abolendam.

Ad ſecundum, ſcilicet an inquiſitores poſſint procedere contra epiſcopos inuentos in hæreſi? & dicendum quòd non, [c]niſi in literis commiſſionis papæ ſibi factę ſit expræſſum. Si tamen inquiſitor aliquid de eis intellexerit, debet papę nunciare, vt in c. inquiſitores, de hęreti. li. vj. & ibi patet, qualiter inquiſitores tenentur talem denunciare ipſi papæ. Sed tamen poterit cognoſcere, vt mittat negocium inſtructum ad papam. de quo vide per Ioan. Monach. in dicto c. inquiſitores. Sed licèt inquiſitores nō poſſint cognoſcere iſto crimine contra epiſcopos, crederem tamē quòd vbi ipſi epiſcopi eſſent ſuſpecti de fuga, quòd poſſent eos incarcerare, vt ad papā remitterentur, vt in §. audient, in aut. de defen. ciui. coll. iij. ad quod faciunt notata in l. magiſtratibus. ff. de iuriſditio. om. iudi. ſed iuxta hoc quęritur, an cum ille tex. procedat in inquiſitoribus, locum vēdicet & ſibi in ordinarijs de hoc crimine inquirētibus, aut ad capitulum ſede vacante? & crederem quòd licèt ſint epiſcopi qui hæreſim incurrerunt nec per hoc effugiunt iuriſditionem epiſcopi, in cuius territorio delinquūt pro quo eſt gl. iii. q. vj. in c. ibi. n. & in c. i. de rapto. & per Ion. in c. cum inferior de maiorita. & obedien. Et an quando iura loquuntur de inquiſitoribus, intelligatur etiam de epiſcopo. & reſpondetur quòd non, niſi expreſſè dicatur de epō, vt eſt regula in c. quoniam contra, de prob. ad quod facit gl. in ver. commiſſarijs, in cle. nolentes, de hęreti. vide infra ętas.

Epiſcopus negligens in extirpandis hæreticis a ſua diœceſi debet deponi, & alius ſuo loco ſubſtitui, qui hoc velit, & poſſit, vt extra de hæreti. c. excommunicamus, el i. §. fi. ibi dicitur, Adijcimus inſuper, vt quilibet epiſcopus per ſę, aut Archidiaconū ſuum, vel alias honeſtas, idoneaſque perſonas bis, aut ſaltem ſemel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres, vel plures boni teſtimonij viros, vel ſi expedire videbitur totam viciniam iurare compellat, quòd ſi quis ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu a communi conuerſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes, eos epiſcopo ſtudeant indicare:[d] ſi qui verò ex eis iuramenti religionem, obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare noluerint, ex hoc tanquam hæretici reputentur. Volumus igitur, & mandamus & in virtute obedientiæ diſtrictè pręcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter vigilent, ſi canonicam voluerint effugere vltionem. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hęreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remiſſus, cum id certis indicijs apparuerit, ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit,

&

& poſſit hæreticam confundere prauitatem.

Epiſcopus non debet aliquod ſalarium habere propter inquiſitionem quam facit in ſua prouincia, nec partem aliquam de deputatis officio inquiſitionis, vt patet in extrauagante Bonifacij, extra eo. §. pen. & ita tenet Ioan. An. in c. fin. § fin. de hæreticis, libr. vj.

Quando poſſit epiſcopus procedere ſine inquiſitore, vide infra procedere.

An epiſcopus poſſit committere vices ſuas inquiſitori, vide ſupra cõmiſſio.

An quando epiſcopus procedit ſine inquiſitore, qualiter ſe debeat habere circa examinationem teſtium, vide infra examinatio.

An ad epiſcopum pertineat reconciliatio pœnitentium, vide infra reconciliatio.

An intelligatur de epiſcopo ætas xl. annorum, ſicut dicitur de inquiſitore? & dicendum quòd ſolùm loquitur de inquiſitore, & nõ de epiſcopo: & ideo non eſt intelligendum de epiſcopo, vt in Clem. nolentes, de hæret. vide infra, ætas.

Quãdo epiſcopus, & inquiſitor diſcordant inter ſe in condemnãdo, vel abſoluendo, quæ forma debeat teneri, vide in c. per hoc de hæret. li. vj. vbi dicitur, ꝙ tunc negocium remittitur inſtructum ad papam.

An epiſcopus in criminalibus poſſit laicos capere, & corporaliter coercere, vide ſupra captura.

An detur epiſcopis facultas habendi officiales armatos, ſicut datur inquiſitoribus, vide ſupra arma.

An epiſcopus poſſit ꝓhibere Chriſtianis ne habeant commercium cũ Iudæis, vel paganis, vide infra punire, & infra Iudæus.

An epiſcop⁹ poſſit punire Iudæos, vel infideles pœna pecuniaria, vide infra Iudæus, & infra punire.

Nota quòd ſolus epiſcopus poteſt cognoſcere de diuinatoribus, & incãtatoribus, & ſortilegis, & idololatris, & de magicis, ſeu mathematicis, & de inuocantibus dæmones, & de blaſphemis, & de vſuris, quando iſta non ſapiunt hæreſim: & de eis inquiſitor nullo modo ſe debet intromittere, niſi ſaperent hæreſim manifeſtè; vt infra de ſapientibus hæreſim, & infra inquiſitor, & infra excedere, & ẽt de augurijs. nam omnium ſupradictorum epiſcopus eſt iudex ex ſua ordinaria poteſtate, vt xxvj. q. v. c. contra idolorum, & c. epiſcopi, & c. peruenit, eo, quia hæc ſunt crimina eccleſiaſtica, quę ſunt epiſcopis reſeruata, vt nota. in d. c. idolorum. ad quod facit, de pœni. & remiſ. c. ij. li. vj. & probatur apertè per quandam extrauagantem Bonifacij papæ, quæ incipit. Inter cunctos.

Itẽ epiſcopus diœceſanus, ꝗ eſt iudex ordinarius, poteſt Iudæos coercere, ſi extorquent vſuras a Chriſtianis, vt extra de vſuris, per miſerabilẽ, & de illis inquiſitor non ſe debet intromittere.

An neophitus poſſit eſſe epiſcopus, vide infra neophitus.

Quæ teneatur ſcire epiſcopus explicitè, vide infra ſcire.

Sed epiſcopus quãdo debeat ſe purgare, vide. ij. q. iiij. quanto, viij. quæſ. iij. Artaldus, de purgat. canoni. quotiens.

Item epiſcopus debet ſe purgare cum

cum numero xii. vt ij. q. iiij. omnibus in fi. & debet ſe purgare duobus ſacerdotibus ſibi adiunctis, vt ij. quæſ. iiij. Mennam, vide infra purgatio, & infra numerus.

Vtrum liceat epiſcopatum appetere? & Th. ſecunda ſecundæ. q. clxxxv. reſpondet, ſicut dicit Auguſti. xix. de ciui. dei. Locus ſuperior & ſi adminiſtretur vt decet, tamen indecenter appetitur. habetur etiam viij. q. i. qui epiſcopatum deſiderat. cōtingit enim ipſum appetere propter altitudinem gradus, ad quem ſequitur reuerentia honor, & ſufficientia temporalium, & hoc modo appetere illicitum eſt, & pertinet ad cupiditatem, & ad ambitionem, ſed appetere proximis prodeſſe, per ſe laudabile eſt: tamen præſumptuoſum videtur eſſe quòd aliquis præeſſe appetat ad hoc vt ſubditis proſit. poteſt tamen ſine præſumptione quilibet appetere talia opera facere, ſi eum contingeret in tali officio eſſe. hęc Tho. qualia autem deberent eſſe opera, & quæ quis appetere debet, ſatis oſtendit Grego. in paſtorali multa de his tractans. Sed in quodam generali dicit ibi ſic, ſit rector cogitatione mundus, actione præcipuus, diſcretus in ſilētio, vtilis in verbo, ſingulis per cōpaſſionem ſocius: prę cunctis contemplatione ſuſpenſus, interiorum curam, exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentia interiorum ſolicitudinem non relinquens.

Sed epiſcopus nō poteſt reſtituere depoſitum, ſiue degradatum, ſed tantùm papa, diſ. l. c. j. & ij. nam nec prę ſes prouincię poteſt illum reſtituere, quem damnauit, vt. ff. de quæ. l. i. in fin. Ideo Prouiſo Solerter.

An epiſcopus habeat fiſcum, vide infra fiſcus.

An propter commiſsionē factam inquiſitoribus adimatur poteſtas ordinaria epiſcopi diœceſani? & dicendum quòd non. de quo vide ſupra cognoſcere.

ADDITIONES.

a *Epiſcopus eſt Græcum vocabulum, Latinè ſpeculator, ſeu verius, vt vult Budæus, inſpector, vel vt alij volunt, ſuperintendens, erat nomen magiſtratus apud Athenienſes. His non ſolùm Budæus inquit, luſtrandi poteſtas, ſed etiam prouidentia, & cognitio mandata erat, & hi, qui rebus obſeruandis, & cuſtodiendis, et ad quos ſumma negotij refertur, præpoſiti ſunt, metaphoricè dicuntur epiſcopi. Vnde Cic. ad Atti. lib. 7. epiſt. 10 ſic ait. Ego negocio præſum non turbulento, vult enim me Pompeius eſſe quem tota hæc campana & maritima ora habeat epiſcopum, ad quem delectus, & negocij ſumma referatur. Item epiſcopi, qui præſunt pani, & cæteris venalibus, quæ ciuitatū populis ad quotidianum victū vſui ſunt, perſonalibus muneribus fungebantur, l. 18. §. 1. ff. de mune. & hono. a qua ſignificatione, & epiſcopi de quibus hic agitur, quique ſingulis quibuſque ferè ciuitatibus præficiūtur, dicti videntur, eò quòd ſpeculentur, & proſpiciant populorum infra ſe poſitorum mores, & vitam, xxi. diſtin. c. Cleros. ex Iſido. lib. 2. Etymolo. c. 1. vbi ſcribit. Ordo verò epiſcoporū, quadripartitus eſt, ideſt in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitis, & Epiſcopis, quorum ſingulorum addit explicationē, & deſcriptionem. Catechiſ. autem de ſacram. ordin. ait, Ordinis ſacerdotalis gradum ſecundum eſſe epiſcopum, qui ſingulis*

lis epiſcopatibus præpoſiti ſint, vt non ſolùm cæteros eccleſiæ miniſtros, ſed fidelem populum regant, & eorum ſaluti ſumma cum vigilantia, & cura proſpiciant. quare paſtores ouium ſępe in ſacris literis appellantur. ſed iidem epiſcopi, & pontifices dicuntur, accepto ab ethnicis nomine, qui principes ſacerdotum pontifices appellare conſueuerunt. Item pręſules, Antiſtites nominantur aliquando. Quæ de epiſcopis tradita ſint in Concil. Trident. & Catechiſ. vide infra hac dictione. Pet. Vend.

b *Ioan. Calder. iuxta nonnullorum ſententiam in hac opinione reſidere videtur, quòd epiſcopus contra Inquiſitorem procedere poſſit., in tract. de hæreti. c. 8. nume. 9. Quod ego non admitterem; nec illa opinio in iudicijs ſeruatur. Et contra Calder. concludit etiam Vmbert. in iud. inqui. hoc verb. Epiſcopus. nume. 2. Cum diſtinctione autem, de qua hic tranſire videtur, Guindiſal. de hæret. q. 7. nu. 17. Quint. Mand.*

c *Hanc opinionem omnes tenent; prout per Ioan. Calder. de hæreti. præalleg. c. 8. nu. 9. Guindiſal. eod. tract. q. 7. num. 15. verſic. fallit tamen hoc in epiſcopis contra quos procedere non poſſunt Inquiſitores. Vmber. in Iudi. inquiſi. in d. verbo Epiſcopus. nu. 2. Siman. Enchir. titu. 8. nu. 1. Q. M.*

d *Aliqua interpoſita hinc abſunt, ex citato. cap. ſupplenda. Petrus Vendramenus.*

e *De epiſcopi ſcientia, moribus, familia, dignitate, munus, et poteſtate, vide Cōc. Trid. in multis ſeſſio. Loca demōſtrabit index. Catechiſ. de ſacram. ord. c. iam verò. circa fin. & in artic. fidei. Remiſſio peccatorum. nimis enim longa eſſet oratio ſi inde omnia huc tranſcribere vellemus. Pet. Vend.*

Error

Error [a] ſiue errans. Nota quòd error inducitur per publicam famam adeo, vt excuſetur quis a delicto. vt notat Bartol. in l. i. ff. de tranſactionibus.

An qui errat neſciendo ea quę ſcire tenetur, excuſetur ab hæreſi, [b] & a peccato? & dicendum quòd licèt poſſit excuſari ab hæreſi, non tamen excuſatur a peccato, ſi errauit ī his quæ ſcire tenębatur de pertinentibus ad fidem. de quo vide per ſanctum Tho. ſecunda ſecundę, ar. 7. quia ipſa ignorantia eſt peccatum in his quæ ſcire quis tenetur. xxxviii. di. qui ea, & per philoſophum iii. ethicorum, & p magiſtrum ſecunda ſecundæ. xxij.

Vtrum ſimplices qui in ſubtilitatibus fidei errant, peccent, vel ſint hæretici, vide infra fides. §. vtrum ſimplices.

Qui per ſimplicitatem errat, non pertinaciter credit, & talis poſſet mereri. videlicet cum aliquis ſimplex audiēs prædicare aliquid contra fidem illud credit animo obediendi fidei, paratus tamen corrigi talis meretur, quia iudicatur ex intentione, & etiā ſecundùm Inno. quia hæc non eſt fides eius, ſed ſua fides eſt fides eccleſię vult dicere quia cum credat hoc, q̃a credit eccleſiam ſic tenere, infertur quòd non credit, niſi eccleſia ſic teneat, potius ergo tenet quod tenet eccleſia, cum non pręcisè inhęreat niſi ſub hac tacita conditione. hoc tamen intellige, niſi erraret in talibus, in quibus nullatenus ignorantia excuſat, vt in his quæ ſunt de iure naturali. vide in Summa Baptiſti. in dictione hæreticus. §. i.

Quid ſit errare, habetur. xxij. q. ij. ī quibus. vbi dicit tex. quòd errare eſt

aliud

aliud pro alio credere. facit xxxviij, di. ſedulo,& c.quamuis quòd not.

Errore ſuo non poliui nihil pręſtat illi, qui conſenſum ſuum præbet erranti.lxxxiij.diſtint.quid enim prodeſt.

Magiſter erroris eſt qui non vult eſſe diſcipulus veritatis, & tali nõ eſt communicandum, ſed vitandus eſt poſt primam, & ſecundam correctionem, vt xxiiij,q.iij.c.quid autem, niſi eſſet damnatus de hęreſi, quia tunc poſt vnam monitionem vitabitur, vt in glo.c.i.de hęreticis.

Cum enim error [c] conſiſtat in anima,& in mente, non poteſt de eo cõſtare, niſi per extrinſecos actus:& per exteriora indicia, vt extra de vſuris, in ciuitate.xxxij.diſtint. erubeſcant, xxii.q.iij.qui aliorum.ij, q.iiij. conſuluiſti.ff.de condit.inſti.l.quid teſtamento,& ff.de acqui.re.do l. naturaliter. §.iij.cum ſimilib. Ideo Prouiſo Solerter.

Ne pudeat vos errores veſtros corrigere, vt in c.qualiter & quando, el j. de accu.

Errorem ſuum licet cuilibet corrigere, & illicitè commiſſa in melius reuocare.xxxv.q.ix.loci. §. ſequenti.

Qui vult alios corrigere,& caſtigare, primò errores ſuos emẽdet, vt iij. q.vii.qui ſine peccato, cũ ſimilibus.

Minor ſecutus errorem maioris minus peccat, de tranſla.præla.inter corporalia, ver.& quamuis.

Qui errantem non corripit, non diligit eum.xxiij.quæſt.v.non putes.

Si quis alterius errori conſentit, ſciat ſe cum illo ſimili modo culpabilem iudicatum, vt xj.quęſti.iij. qui conſentit, in fin. Ideo Prouiſo Solerter.

Erranti conſentit qui erroribus non reſiſtit, dum poteſt, vt lxxxiij.di. error, & erranti videtur conſentire, qui illi cum poſſit, non obuiat, vt lxxxiij.diſtin. conſentire. Ideo Prouiſo Solerter.

Qui aliorum defendit errorem damnabilior eſt eo. vide ſupra defenſores.

Errorem ſuum quilibet debet corrigere potius, quàm expectare, vt ab alijs corrigatur.xxxv.q.ix.§.is ita,& c.quòd quis, de accuſatio.qualiter & quando, el j.

An qui errorem non defendit pertinaciter, dicatur hereticus, vel errãs, vide infra hęreticus.

Errans in vna ſpecie hęreſis, ſiue in vno articulo fidei, & ſi poſt ea abiurauit ſimpliciter hęreſim, & poſt abiurationem errauit in alio articulo, an ſit relapſus, vide ſupra abiuratio, in §.an qui abiurauit, & infra relapſus. §.ſecundus caſus.

ADDITIONES.

a *Error eſt opinio falſa, propriè antẽ error dicitur a via deflexio, cũ ſcilicet viæ ignari extra inſtitutum iter deflectimus, & errare eſt huc, illuc, quò nos fortuna ferat, diuagari. Virg.Enei.1. monſtrate mearũ, vidiſtis ſiquam errantem fortè ſororum. Dona.in Adel.Terẽ. error inquit eſt animi, et loci, in quo erratur, ita deprehenditur de vna re ad aliam transferri ſignificatio. Error duplex eſt, vel facti, vel iuris, facti eſt, cum aut quod factum eſt, neſcitur factum; aut quod non factum eſt, factum putatur; veluti ſiquis eum, cuius bonorum poſſeſſio ipſi deferebatur, deceſſiſſe ignoret, aut alterum bonorum poſſeſſionem accepiſſe putat. l. 1. ff. de*

iur. & fact. ignor. Iuris error eſt, cum id quod certi, & conſtituti iuris eſt, ignoratur, veluti ſiquis ſciat bonorum poſſeſſionem non petijſſe, tempusque ei prætetijſſe, ignoret autem ſibi ex ſucceſſorio capite bonorum poſſeſſionem competere, cedit ei tempus, quia in iure errat. Idem dicendum ſi ex aſſe hæres inſtitutus non putet ſe bonorũ poſſeſſionem petere poſſe ante apertas tabulas, quòd ſi neſciat eſſe tabulas errat in facto. d. l. 1. vbi ſunt alia exempla, & l. 9. §. filiusfam. ff. eod. l. 2. §. ſi a pupillo. ff. pro emptore. & l. ſi fur. 32. §. ſiqs. ff. de vſurpa. Error alijs verbis deſcribitur ab Azone, Brocar. rub. 3. ſed in idem quod diximus, recidere videtur, vbi caſus ignorãtiæ excuſatorios allegat, eo quòd in iure maximè in tit. de iur. & fact. ignoran. iuris vel facti quandoque ignorantia quandoq; error dicitur, Error iuris vel facti qñ proſit, vel noceat vide toto tit. de iur. & facti ignoran. ff. & C. Azo. in Brocar. rub. 4. & vlt. rub. circa fin. & Rub. 9. Errare in fide quis dicatur: an & quando error excuſet, adde Albertin. q. 1. nu. 3. & q. 22. quis autem probare debeat errorem, vel ignorantiã, aut. de teſti. §. ſi verò. Petrus Vendrâmenus.

b Ignorãter errans ab hęreſi regulariter excuſatur, ignorantia autem quadrapliciter conſiderari poteſt, prout per Siman. Enchi. tit. 48. & ſequen. tit. de errore, & tit. de ignorantia. Q. M.

c Eadem habes apud Calder. in tract. de hæreti. c. 7. num. 4. verſi. cum enim error conſiſtat. Q. M.

Erubeſcimus cum ſine lege loquimur, vt ff. de ſuppel. le. l. Labeo, & C. de col. l. illam & ibi Sal. & extra ne ſe. va. c. ij. & in. §. conſideremus, & glo. ordinaria ibi, in aut. de trien. & ſemiſſe, coll. iij. C. de repu. l. diſſentientis. C. de iure fil. l. certa forma, libro. x. & in proęmio. vj. libro.

Erubeſcit lex filios eſſe caſtigatores parẽtum, vt in aut. de nup. §. ſi verò. nota. xcvj. diſ. quis dubitet, de hæreticis, cum ex iniuncto.

Non debent erubeſcere maiores ſi addiſcant a minoribus. xxxvij. diſ. c. vlti. xxiiij. q. iii. ſi habes, & xxxviii. diſtin. nullus epiſcopus. vide ſupra addiſcere. §. addiſcere debet.

Aetas [a] inquiſitorum debet attingere quadrageſimum annum, aliàs non poteſt eſſe inquiſitor de iure canonico, niſi fiat diſpenſatiuè, ſicut hodie fit, vt habetur in Cle. nolentes. de hęre. & circa hoc nota. qua de cauſa papa voluit, vt inquiſitores haberent quadrageſimum annum, & eſt hæc ratio per dictam Cle. nolentes, vbi ſic dicit ad literam, Nolentes ſplendorem ſolitum negocij fidei per actus indiſcretos, & improbos quorum vis inquiſitorum hæreticæ prauitatis quaſi tenebroſi fumi caligine obfuſcari, hoc ſacro concilio approbante ſtatuimus, nulli ex nunc niſi qui. xl. ætatis ſuę annum attigerit, officium inquiſitionis prædictæ committi.

An iſta ætas intelligatur in epiſcopis inquirentibus in ſuo epiſcopatu, vide ſupra epiſcopus.

An [b] poſſit qs teſtificari de his quæ vidit ĩ puerili ætate, & an minor. xxv. annis, vel pupillus poſſint teſtificari, vide infra teſtes. §. an poſſit quis teſtificari de his quæ vidit, & ſeq.

Nulla ætas ſera ad addiſcẽdum. vide ſupra addiſcere. §. nulla ætas.

ADDI-

ADDITIONES.

a] *Aetatis appellatio ab* αἰὼν *Græco nomine deducta, quod ſignificat ſemper exiſtens, quidam vt Solon. hominis ætatem in decem partijt ſeptennarios, atteſtantibus Clemen. Alexand. ſtroma. lib.6. Philone Iudæo, de mundi opifi. Diuoq́ue Ieroni. lib. 3. contra Pelagianos. In hominis natura ſeptem ſunt, inquit Hippocra. tempora, quas ætates vocant, infans, puer, adoleſcens, iuuenis, vir, ſenior, ſenex. Varro quinque gradus facit. Pueros vſque ad annos. xv. dictos vult, quòd ſint puri ideſt impuberes, in ſecundo Adoleſcentes, ad annos xxx. ab adoleſcendo nominatos, In tertio vſque ad annos xxxx. iuuenes appellatos, eo quòd rempub. in re militari iuuare poſſent, in quarto gradu vſque ad lx. annos ſeniores nuncupatos, quod tunc corpus ſeneſcere incipiat. Inde vſque ad finem vitæ cuiuſque quintum gradum facit, in quo qui eſſent ſenes appellatos quòd ea ætate corpus iam ſenio laboraret, Dioniſ. Hali. lib.4. duplicem apud Romanos ætatem fuiſſe ſcribit, ſeniorum & iuniorum, ſeniores inquit erant, poſt annum ætatis quintum, & quinquageſimum; iuniores poſt ætatem militarem vſq; ad xlv. In iure verò dicuntur infantes ad vſque ſeptennium, l. ſi infanti. 18. C. de iure delib. pueri vſque ad annum xiiij. quo pubertas incipit. l. vlt. C. quando tut eſſe deſie. l. 2. C. arbitri. tute. l. 3. C. de teſta. adoleſcentes autem ad annum vſq; xxv. l. 1. in fin. ff. de mino. poſtea iuuenes exiſtimari poſſunt ij, qui adoleſcentis exceſſerunt ætatem, quò ad incipiant inter ſeniores numerari. l. non aliter. in fin. ff. de lega. iij. Seniores autem poſt annum quintum, & quinquageſimum, exiſtimari poſſe arbitror, quia maiores lv. anno inuictos ad munera perſonalia vocari non poterant, l. 3. C. qui ætate libr. x. Virilitas ab Hippocrate anno vnde quinquageſimo concluſa eſt, ſenior ad annum vſque quinquageſimum ſextum appellatus eſt, inde verò ſenex. in ſeptennario. 9. quid homo poſſit ita Solon ait, Nono aliquid poſſunt, ſed iam minuuntur, in illo Vires queis peragant fortia facta viri, quamobrem videntur Hippocratis diuiſionem ſecuti Iuriſconſulti. Hac quidem partitione non ſolùm corporis vires, verùm mentis & ingenij diſtinguere voluerunt, idq́ue factum eſt varijs de cauſis, primò quidem propter nuptias contrahendas; & generandi potentiam. Inſt. de nupt. & de curato. c. puberes. de deſpon. impub. & l. ſi paterfamilias. xv. §. vlt. ff. de adop. propter tutellæ, curæve ſubiectionem, Iuſtit. de tut. in princ. propter teſtandi, & teſtimonium dicendi facultatem. Inſt. de Teſtam. §. præterea. & l. 2. & 5. ff. qui teſta. face. poſ. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. propter tempus poſtulandi. l. 1. ff. de poſtulan. & iudicandi. l. quidam conſulebat. ff. de re iudi. & l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudi. item ob munera & honores, ſubeundos ciuitatis. ff. de mune. & hono. & de excuſ. mune. & tit. ſequen. & C. qui æta. c. cum in cunctis. de electio. Concil. Triden. ſeſſ. 23. c. 5. 6. et 12. ſeſſ. 24. c. 12. & 25. c. 7. de reforma. P. V.*

b *An poſſit quis teſtificari de his quæ vidit in puerili ętate, vide gl. in l. 4. §. lege ad verb. impubes & ibi p Alex. de Imo. ff. de teſti. item Feli. in c. cum a nobis. nu. 8. de prescript. P. V.*

Examinatio [a] teſtiũ in crĩe hæreſis qualiter debeat fieri p inquiſitores, & an poſſit iudex

committere talem examinationem ſoli notario?& quantùm ad commiſſionem dicendum ꝙ licèt in alijs cauſis bene pôt iudex committere, vt ſupra commisſio, ſed nô in crimine hæreſis, vt tenet Ab. in c. cum cauſam, de teſti. quia nullo modo pôt cômitti, niſi ſeruata forma. §. verum, in c. vt officium, de hæret. li. vj. & in criminalib⁹ teſtes in præſentia iudicis ſuũ teſtimonium dicere debent. C. de fide inſtru. iudices. & aut. apud eloquẽtisſimum, & glo. in c. conſtitutus, de fideiuſ. quia ille qui teſtes examinat, melius ſcire poteſt, quanta fides ſit eis adhibenda. ff. de teſti. teſtium. i. Reſpon. in fi. & gloſſ. in d. c. conſtitutus, de fideiuſſo.

Quantùm ad ſecundùm. ſ. quòd ad examinationem faciẽdam per ipſos inquiſitores. & quia in tanto crimine cum multa oportet cautela procedi: ideo in examinatione teſtium ſuper crimine hæreſis, ipſumque contingentibus, vt in d. §. verum, debent intereſſe cum inquiſitore, & notario aliæ duæ perſonæ religioſæ, & diſcretæ, & fide dignæ, ad hoc vt non poſſit dubitari, ſi notarius verum ſcripſerit, & illæ perſonæ debent iurare ꝙ tenebunt ſecretum, & quòd nemini aperient, vt tenet Bal. in l. nullum. C. de teſtib. & ſi fieri poteſt per publicam perſonam. i. per notarium publicum debent conſcribi dicta teſtium, vt in d. c. & §. verum patet. vbi patet, quòd ſi perſona publica non poteſt haberi, quòd illa côſcriptio debet fieri per alios duos viros religioſos præter illas duas religioſas, & diſcretas perſonas, quæ aſſiſtunt cum inquiſitore in dicta examinatione. Qui quidem religioſi ſi fuerunt notarij in ſæculo, vt ibi, vel alij quibus iniunctum eſt à Sede apoſtolica tabellionatus officium, etiam tempore religionis ratione negocij inquiſitionis hæreticæ prauitatis vt ibi, & tenentur ad ſcribendum, vt in dicto. c. vt officium. & hęc, ſi fuerint tales religioſi per inquiſitores requiſiti, vt ibi. & etiam patet quòd in dicto negocio hęreticæ prauitatis clerici poſſunt etiam exercere officium tabellionatus, licèt ipſi, vel præfati religioſi ſint in ſacris ordinibus côſtituti. & ſic demonſtratur quòd tales duæ perſonę, quæ debent intereſſe dictæ examinationi, debent eſſe diſcretæ, & religioſę, & nô ſæculares clerici, præter inquiſitorem, & notarium, vel præter duos viros idoneos, & fide dignos loco notarij, quę perſonæ tenentur hoc caſu parere ipſis inquiſitoribus, vt in allegato. c. vt officium. §. verum, & ibi per docto.

Not. cauſam quare teſtes in graui cauſa, & ponderoſa debent examinari coram duobus teſtibus, & ratio eſt vt poſſint conuinci de falſo, ſi probatur poſtea veritas in contrarium, & ipſi negarent. no. in c. vt officium, de hæret. l. vj. Inno. & Hoſti. in c. Alberi. de teſ. Ab. in c. ſicut, & in c. cum cauſam, eo. ti. & in c. quia propter, de electio. vide infra teſtes.

Nota nunquid ſi examinetur ille, qui non debuit examinari, ſeu in teſtem recipi, an examinatus faciat aliquod indicium? de quo in l. maritus. ff. de quæſtionibus, vbi Bar. poſt glo. ſic notabiliter diſtinguit. quòd quandoque quis non debuit examinari propter reuerentiam perſonæ, & tûc examinatus non facit indicium. exẽplum in liberto, vel ſeruo in caſu

in

In quo non debuit examinari contra dominum, vt dicta. l. maritus, & l. diuus.ff.de quęſt.l.i. §.diuus,& §.idē ſeruus. quandoque non debuit examinari propter ætatem, vt quia erat impubes, & tunc examinatus non facit plenum indicium, ſed quale quale, vt dicta.l. i. §. impubes, ad Sill. & no.in l.talis,in 1.glo.C.eo.idem in teſte, qui nō debuit examinari propter ſexum, vt in muliere eadem ratione. quandoque non debuit examinari propter infamiam,& tunc examinatus quale quale facit indicium, ar.in l.qui vltimo.ff. de pœnis. & hoc caſu puto poſſe includi, quòd nota Ab. in c.i.de confeſsis,in i.& ij.col.loquitur enim dictum. c. cum monaſterium, de confeſſi.extra.in damnato vltimo ſupplicio, qui reſeruatur quandoque vt interrogetur de alijs. & no. vnum intellectum ad illam glo. nam alium intellectum ſentit Bar.in l.repetit. ff. de quæſti.Quandoque non debuit examinari propter inimicitias, tunc examinatus facit indicium, vel non ſecundùm qualitatem inimicitiæ. l.j. §.præterea.ff.de quæſtionibus.Quandoque teſtis nō debuit examinari ratione ordinis, qa lite non conteſtata, vel parte non citata, quia tunc non facit indicium.C. de teſti. l.quando, in fi. facit. c. veniens, de teſtib. ij. & no. iſta, quia habes hic examinatam iſtam materiam plenius quàm alibi. hęc Ab. in c.i. de confeſsis, in iij.col. alias in v. col.

An hoc procedat, quando epiſcopus inquirit? & dicendum quòd nō, quia cum epiſcopus ſolus procedit via ordinaria contra hęreticos ſuæ diœceſis, vel contra alienigenas, qui in ſua diœceſi deliquærunt, non habet neceſſe conuocare perſonas religioſas ad examinationem teſtium, ſed ſufficit quòd epiſcopus cum ſolo notario examinet teſtes per regulā.c. quoniā cōtra falſam.de probati.quæ non debet dici mutata, niſi expreſsè dicatur de epiſcopo. vnde cum hic de inquiſitore loquatur, non eſt intelligendum de epiſcopo.ad quod facit glo.in Cle.nolentes, de hæreti. ſuper verbo, Commiſſarijs, quæ dicit ꝓ pœna, de qua ibi, nō habet locum in epiſcopo, quia de inquiſitore,& nō de epiſcopo loquitur præallegata clement.nolentes.& pondera illum tex. qui requirit interuentum prędictarū perſonarum, nedum in examine teſtium, ſed etiam in deſcribendo eorum depoſitiones,& prædicta in examinandis teſtibus poſſunt, & debent iuſtè obſeruari in omnibus arduis, & grauibus cauſis, vt ſine omni ſuſpitione res procedat, vt tenet Bald. in dicta.l.nullum.C.de teſtibus.& tenet Panormi.de electi.in c.quia propter, & c.cum cauſam, de teſtibus. & hanc formam ſupradictam debent tenere epiſcopus, & inquiſitor in examinatione teſtium, modò procedant coniunctim, modò diuiſim, vel per ſe, vel per alios probos viros. nam debent trahere ad ſe teſtem informādo eum, quòd attendat quid depoſuit, & ſi dixerit verum, vel non, quia ſi non dixit verum, damnat ſeipſum æternaliter,& alium contra quem depoſuit, temporaliter, & quòd non vereatur ſaltem ſecretè eis dicere, ne ille delatus moriatur iniuſtè, & verba talia teſti ſtudeant dicere, vt clarè cognoſcant ſi teſtis depoſuerit veritatem, vel ne. IDEO PROVISO SOLERTER.

Et tunc teſtis iam receptus in inquiſitione cum iterum in caſu præmiſſo interrogatur per iudicem, vel inquiſitorem, petat ipſemet teſtis ab inquiſitore ꝙ ſibi legatur ſua prima atteſtatio ad eruendam veritatem, vt non ſubijciat ſe periculo falſi dicẽdo aliud ſecundò, q̃ primò dixerat, vt in l. cum exhibuiſſet. C. de publica. & nota. in c. cum cãm, extra de teſti. & eſt conſilium Anto. in c. cum in tua, e. ti. de hoc etiam per Montaluũ, fo. le. tit. de teſ. l. xviij. vide infra teſtes.

Item examinatio[b] teſtis debet fieri ſecretè, aliàs non valet. glo. de electi. quia propter. & de teſ. cũ cauſam.

Item[c] nota formam, qualiter examinatur teſtis citatus, & iuratus quando proceditur per denunciationem, quæ talis eſt. Primò debet interrogari teſtis ſi cognoſcit talem de tali loco. Item debet interrogari de tempore cognitionis. item de cauſa cognitionis. item de fama. itẽ debet interrogari quomodo ſcit de fama: item de tempore infamiæ: item debet interrogari ſi ſcit illum infamatum niſi in illo loco. item debet interrogari ſi ſcit, vnde orta ſit[d] illa fama, & an a maleuolis,[e] vel a quibus. Ideo Prouiſo Solerter.

Item nota formam qualiter examinatur teſtis procedendo per accuſationem in cauſa hæreſis contra delatum, quę forma talis eſt. Talis de tali loco teſtis productus, interrogetur ſi cognouit talem, & interrogetur vt ſupra, de cauſa cognitionis illius, vel ſi eſt de genere ſuo, vel ſi fuerit ſocij, itẽ de tempore cognitionis, item debet interrogari de fama, item debet interrogari ſi vidit, vel audiuit talem feciſſe, vel dixiſſe aliquid contra fidẽ, item interrogetur, in quorum præſentia ſunt dicta, vel facta ſupradicta hæreticalia. item interrogetur de modo quo talia fecit. item interrogetur ſi attentis omnibus attendendis quę dixit, vel fecit ipſe talis, & ſi videtur ipſi teſti, ꝙ dictus talis dixerit, vel fecerit triũphatoriè, ſeu recitatiuè, ſeu animo deliberato, ſeu potius aſſertiuè. item interrogetur de cauſa credẽtiæ, qualiter credit ille teſtis quòd talis dixit, vel fecit ſupradicta. item interrogetur ſi hoc dicit amore vel propter aliquod commodum, vel odio, & rancore. Ideo PROVISO SOLERTER.

Item nota formam qualiter debet examinari delatus ab inquiſitore, quæ forma talis eſt. Primò debet iurare delatus dicere veritatem tam de ſe quàm de alijs &c. & debet interrogari, vnde originẽ trahat, ſcilicet de tali loco, vel de tali. item qui ſunt eius parentes, & ſi ſunt viui, vel mortui: & dicat de viuis, & mortuis in quo loco ſunt, & dicat nomina eorum. itẽ interrogetur, vbi fuit nutritus, & annis pluribus conuerſatus. & ſi inquiſitor videat quòd talis delatus mutauit locum proprium, & conuerſatus eſt in alieno territorio, interroget eũ de illo loco cum quibus conuerſatus eſt, & de nominibus, & vita eorum. & interroget de cauſa, quare mutauit locum ſuæ natiuitatis, & tranſtulit ſe ad commorandum in tali loco, vel cum talibus, item interrogetur ſi in talibus locis, vel alibi ſcit, vel audiuit vbi aliquis faceret, vel diceret talia, & talia, de quibus ipſe erat accuſatus, vel alia, quæ eſſent contra ſanctam fidem catholicam. Ideo Prouiſo Solerter.

Nota

Nota formam quam notarius debet habere in ſcribendis dictis teſtiũ, quæ recipiuntur in inquiſitione poſt quam ſunt examinati, videlicet talis teſtis de tali loco qui viuit tali arte, & eſt vicinus in tali vico, deponit ꝙ talis de tali loco & in tali vico, qui viuitur tali arte, dixit ac aſſeruit quòd in ſacramento altaris non eſt veraciter corpus Chriſti, vel ſimile, vel fecit tales cœremonias & tales, & dixit ꝙ ſuper hoc quod ipſe depoſuit, quòd interrogetur talis, qui moratur in tali loco & in tali vico, & habet tale officiũ; & etiam interrogetur talis qui moratur in tali loco & in tali vico, & habet talem artem, & ſic de alijs. circa iſtam examinationem, vide infra teſtis.

An & quales ſunt caſus in quibus examinatio debeat incipere a tormẽtis, vide notata. C. de ſic. l. ij. & xij. q. ij. quæſtionem, & c. ſeq. in glo. & not. in l. i. ff. de quæſti. vide infra teſtis, & infra tortura.

Quando ſolus notarius fuit in examinatione teſtis, videlicet cum recipiuntur in generali inquiſitione, ſi poſtea teſtis dicat aliud dixiſſe quàm per notarium fuit ſcriptũ, cui ſit ſtandum, vide Abbatem in cap. cum cauſam, de teſtibus.

Licèt examinatio teſtium ſpectet ad iudicem, ſpectat tamen ad ſolicitudinem partis, & ideo non dicitur ſtare per iudicem, niſi pars tempore iuramenti proteſtetur iudici ꝙ examinet, ſecundùm Bar. in l damni, §. Sabini, ff. de damno infec. allegat l. i. C. de ſuſcep. & archa. & l. placuit de col. fun. patri.

No. quòd poſt cõfeſſionem partis poteſt iudex teſtes examinare ex officio, ita tenet Bar. in l. iiij. §. hoc autẽ, ff. de dam. infe. & tenet Dom. in c. per hoc, de hære. li. vj. Et etiam publicatis atteſtationibus poteſt iudex ex officio examinare, & recipere teſtes, & dicit Archi. in d. c. per hoc, quòd poteſt etiã iudex hoc facere aliquo promouente inquiſitionem, cũ talis promotor non poteſt dici pars, eo quòd non intereſt ſua aliquod damnum, vel commodum, & non præſumitur ſubornatio teſtiũ ab ipſo ꝓmotore.

Teſtes examinari ſuper inquiſitione ſpeciali quomodo probent, no. extra de electi. bonæ, in glo. teſtes.

Nota ſingulare dictum Bar. quòd licèt examinatio teſtium ſit actus iudiciarius, & ſic videtur prima facie ꝙ notarius actorum diem & locum ſcribere debeat examinationes teſtium, per. c. quoniam contra, de probat. l. optimam, de contra. & commit. ſti. tamen hoc non eſt neceſſarium, ſufficit enim ꝙ notarius ſcribat ſimpliciter dictum teſtis, & ſufficit cõſtare de loco, & die iuramenti teſtis. & ita dicit practicari in l. quoniam. C. de teſt. hoc notatur in ſingularibus Ludou. fo. xxix. iij. col. in fi.

An examinatio teſtium in cauſa hæreſis poſſit committi per inquiſitores, vide ſupra commiſſio, & habetur infra in xvij. inſtructione inquiſitionis.

Examinatio teſtium poteſt fieri de conſenſu partium etiam ante li. con. glo. in c. cum olim, de cau. poſ. & pro prie. doct. & Pe. de Su. in l. prolatam. C. de ſenten.

Examinatio facta per iudicem alterius territorij commiſſarium valet ſi pars fuit monita ad intereſſendum, ſed monita non cogitur ire ad lo-

cum Bal.in l.iudices. C. de fide inſtr.

Examinatio teſtium poteſt committi etiam non habenti iuriſditionẽ de cõſenſu partium, vt arbitro. Bar. in aut.apud eloquentisſimum, de fide inſtru.ſed hoc non habet locum iñ cauſa hęreſis. quòd nota.

Nota quòd receptio teſtium facta ab examinatore, dicitur actus ex traiudicialis. Inno. in c. cum a nobis olim, in ver. contra formam, de elec. glo. in Cle.i. de officio delegati.

Qua de cauſa ad examinationem proceſſuum conuocantur periti per inquiſitores, vide infra periti, & infra inquiſitor.

ADDITIONES.

a *Examinatio ab examine deflectitur, quod verbum ſignificat perpendo, veluti trutina quadam expendo Plin. in epiſt. examina ſingula verba & expende, Cic. 2. de Orat. quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina, examinatur, quia verò per hanc perpenſionem, quanti ponderis quæque ſit res, exquirimus, atq; cognoſcimus, inde fit vt pro exquirere, æſtimare, cognoſcere, ſumatur, vt in l. minor. 18. §. 1. ff. de mino. & l. ordine. ff. ad muni. l. 1. §. 3. ff. de abig. l. 2. et 3. in prin. de teſti. & l. 1. §. 1. ff. de quæſtio. & l. 4. §. vlt. ff. de re milita. hic pro interrogatione accipitur, examinatio, quia per interrogationem exquirimus a teſtibus veritatem. Sed interrogare non examinare teſtes dicitur a iuriſconſultis. l. 3. §. idem Diuus. ff. de teſti. & in l. 1. ſæpe. ff. de quæſtio. l. 7. C. de teſti. & in mult. legib. C. de quæſtio. & de interroga. act. ff. Petr. Vendr.*

b *Examinatio teſtium tempore Cic. non ſecretò ſed vtraque parte audiente publice, & palàm fiebat in iudicio, & interrogabantur a producente, & ab eo contra quem producti erant, Cic. in Verr. actio. 6. & actio. 7. Quintil. de teſti. Pedian. in 3. contra Ver. num. 82. & 93. Item in 2. contra Verr. in prin. P. V.*

c *Examinatio teſtium qualiter facienda ſit, vide Specu. de teſte. §. nunc tractandum. Ioan. And. de ordin. Iudicia. l. 3. §. ideoque. ff. de teſti. & l. de minore. 10. §. plurimum. ff. de quæſtio. & l. 1. §. qui quæſtionem. eod. titu. c. cum cauſam. 37. extra eod. 4. q. 3. §. ſi teſtes. In cauſis criminalibus Ioan. Milleum. in cauſis autem. hæreſeos Vmbert. poſt fin. iudicia. op. item in Directorio inquiſito. parte 2. Pet. Vend.*

d *Origo famæ probanda eſt, ſeu cauſa propter, quam fama ita orta ſit. Blanc. in tract. de inditijs. nu. 311. poſt Barto. in l. de mino. § plurimum. ff de quæſtio. Et quod fama non probetur niſi teſtes deponãt vnde originem habuerit, communem affirmat Gramma. conſi. crimi. 26. nume. 13. Quint. Mand.*

e *Famam non probari niſi habeat originem a fide dignis communis Par. con. 23. nu. 155. lib. 1. & Ioan. de ami. de Venaſ. conſi. 127. nu. xi. Q. M.*

Excuſari a non poteſt quis ab infidelitate, & proditione, ſi fidem quàm negligit, tenere videatur ſecundùm Tho. in iiij. diſt. xxv. ar. x. & cum hæreticus ſit infidelis, vt ibi, ĩ dicto ar. & ij. ij. q. lxxxv. ar. i. in princi. poſt medium. Ideo PROVISO SOLERTER: quia ſic faciunt iſti conuerſi moderni. vide infra hæreticus. §. nota quòd hæreticus, qui fidem Chriſti.

An excuſetur qui deprehenditur errare, ſi dicat ſe fuiſſe inductum per iuris

iuris ignorantiam. Et dicendũ quòd ſi implicitè [b] tenet, & ſequitur id qđ docet, & prædicat ſacroſancta mater eccleſia, licèt explicando erret motus quadam ratione naturali, vt quia pater maior ſit filio, vel prior, tunc excuſabitur, vt extra de ſumma trinitate, & fide catholica. c. damnamus, in fi. & xxiiij. q. i. hæc eſt fides, & xxiiij. q. iij. dixit apoſtolus. Si verò implicitè, & explicitè errat, non excuſatur. quia religio erga deũ eſt de iure quaſi naturali, vt ff. de iuſti. & iure. l. veluti. vide infra quot modis ſumitur hæreticus in iure.

An excuſetur quis ſi cõfitetur interfeciſſe aliquem, tamen ꝙ fecit ad ſui defenſionem, vel ſi confitetur feciſſe aliquas cœremonias vel ritus Iudæorum, tamen dicit nõ feciſſe cum intẽtione iudaizandi, nec cum voluntate offendendi fidem catholicam, vide ſupra confeſſio. §. nota ſingulare, & §. confeſſio cum certa qualitate, & §. non dicitur confiteri, & §. confitẽs delictum, & infra factum. §. an quando factum poteſt retorqueri, & infra probationes. §. not. ꝙ qui qualitatẽ allegat, & infra præſumptio. §. i. & §. omne malefactũ, & ĩ. neophitus. §. i.

An filij hæreticorum exiſtẽtes ſub vmbra parentum, vel ſub ſua poteſtate, ſi dici poteſt, poſſint excuſari, ſi inducti a parentibus fecerunt aliquas cœremonias, vel aliqua quæ ſint contra fidẽ, vide infra filij, in §. ſecundo iij. iiij.

Item nota quòd qui confitetur factum, tamen illud qualificat, dicitur negatiuus qualitatis, vt infra negatiua. §. negatiua eſt triplex.

No. quòd in culpa eſt, qui facit qđ facere non debet, vide ſ. culpa §. iiij.

An ſi fortè quis deceptus per fraudem, vel dolum alterius, vel per errorem facti probabilem fecit nõ faciendum, vel omiſit faciendum, an illa deceptio excuſet eum? & dicendũ quòd in his quę ſunt contra articulos fidei præcepta, vel prohibitiones domini, ſine quarum obſeruantia non eſt ſalus, in illis nequaquã excuſaretur qs per fraudem, vel dolum alterius, vel etiam per ignorantiam iuris. & de tali ignorantia dicitur, ſi quis ignorat, ignorabitur, quandoque tamen excuſat in iſtis ignorantia non a toto, ſed a tanto, ſcilicet cum non fuit affectata, ſed inuincibilis, puta quia voluit certificari, ſed non inuenit a quo. dẽ hoc Rai. in ſum. in ti. qui poſſunt punire, in iij. col.

Item Rai. vbi ſupra dicit ꝙ multitudo [c] nõ excuſat aliquem in delictis ſicut nec conſuetudo, nec alia diuturnitas temporis releuat, tamen multitudo a pœna temporali in duobus caſibus excuſat, ſcilicet cum multitudo eſt in culpa, vel cum delinquens habet ſociam multitudinem.

Item Rai. vbi ſupra dicit quòd excuſat ætas quandoque vel a toto, ſi eſt infans, non doli capax, quia illa ætas neſcit quid videat, vel a tanto, ſi eſt doli capax.

Itẽ an aliquis iuſtus metus excuſet aliquem, ſi propter metum aliquid fecit contra fidem, vide infra metus. §. an metus mortis, & infra filij. §. ij.

An hæretici excuſentur a pœna ꝓpter bona opera veritatis per eos facta, vide ſupra eleemoſina.

An excuſetur contrahẽs binas nuptias viuẽte vna, vel an excuſetur falſans literas ignoranter, vide ſupra contrahens. §. i.

Sed

Sed no.ꝗ nec ignorantia, nec bonus zelus debet excuſare facientem ſortilegia, & alia prohibita per eccleſiam, vt in c. ij. de ſortilegis, xxvj. q.v. ſortes. de ſimo. c. per tuas, el iij. & de præſump. c. j. & C. de iniuri. ſi non conuitij, & C. de ſic. l. j. & l. plagi. de plagis. & vide ſupra bona.

An ignorantia Iudæorum qui credunt meſsiam nondum veniſſe, ſit aliquo modo excuſanda? & dicendum quòd non. text. & gloſſ. eſt j. q. iiij. §. notandum.

An filij excuſentur a pœnis temporalibus propter delicta parentum ſpecialiter in crimine hæreſis, & in crimine læſæ maie. vide infra filij, per to. & in §. ſed filij poſſent excuſari.

An excuſet ab hæreſi turbatio, & commotio ex metu mortis, & trucidatione corporis, vel propter habendam ſpem de bonis temporalibus, ſicut faciunt iſti conuerſi noſtri temporis, qui dicunt ſeruaſſe legem Moiſi propter ſpem bonorum temporaliũ, vide de hoc infra metus. §. an metus, & ſupra blaſphemus. §. ſed an tales, & ſupra detegitur. §. ex his.

An excuſet miracula venerantem non canonizatum, vide ſupra canonizatus.

An excuſentur a delicto allegando conſuetudinem, vide ſupra conſuetudo.

An excuſentur a peccato Noe, & Loth. quando fuerunt inebriati, & habuerunt acceſſum ad filias ſuas, vide ſupra ebrius.

An non adimplens pœnitentiã excuſetur, ſi habuit iuſtum impedimentum, vide infra pœnitentia.

An excuſetur quis dicens verba hæreticalia in ludo, vel dum eſt ebrius, vide ſupra blaſphemus, & §. ebrius.

Excuſans peccatum ſuum videtur hypocrita, de pœ. diſt. j. taciturnitas.

ADDITIONES.

a *Excuſare, vel purgare ſe dicitur reus, cum conſultò ſe negat quid feciſſe, vel cũ eius qui accuſatur, non factum ipſum, ſed voluntas defenditur. Diuiditur id in neceſſitatem, fortunam, imprudentiã, exempla tibi ſuggerunt & Cic lib. 1. ad Herẽ. & lib. 2. de Inuenti. Quintill. lib. 7. c. 4. Neceſſitatem, vt ille qui ad diẽ commeatus non venit, quòd eum aquæ interclusiſſent, aut valetudo. Fortunam, vt Cepio ad Tribu. ple. de amiſſione exercitus, Imprudentiam, vt ille qui de eo ſeruo qui dominum occiderat ſupplicium ſumpſit, cui frater eſſet antequam tabulas teſtamenti aperuerit, cum bis ſeruus manumiſſus teſtamento. hæc in primo ad Heren. alia in 2. de Inuenti. & in Quintil. leguntur. Eadem ferè diuiſio fit in iure, ſi pro fortuna caſum. pro imprudentia, ignorantiam, ſi pro excuſare, non teneri vel non imputari, vel quid ſimile ſumas, nam poſteriora prioribus in eo frequentiora comperies, & apud Rhetores, modò hæc, modò illa ſunt in vſu loquendi. autor adducit exẽpla de legibus. hoc excuſandi verbum frequentiſſimum eſt in ti. de excuſa. tut. & curat. ff. & C. & de vaca & excu. mu. ff. Pet. V.*

b *Iſtis terminis implicitè, & explicitè vtuntur ſæpiſſimè theologi, & canoniſtæ in materia de qua hic, explicitè autem interpretantur, id eſt diſtinctè & apertè, vt per Alberi. in Dictiona. in verb. implicitè tenentur qui tamen, & glo. Rub. de ſumma trin. quam ipſe Alberi. citat, pro illa vniuerſali diſtin. quòd laicis ſemper ſufficiat credere implicitè, clericis verò*

explicitè

explicitè mihi nec probabilis, nec vera videtur, ſed diſtinctio quã facit Vmbert. in Iud. inquiſi. in verb. credibilia. verior mihi videtur, vbi complectitur, quid omnes, & qualiter credere teneantur. ex ſupra adductis apparet etiam quòd implicitè eſt antitheton, explicitè, de qua dictione implicitè habemus etiam text in c. ſuper hoc. verſus fin. ibi. Cum implicitè & quodammodo replicando inficietur. de renuntiatio. Vide etiam infra in verb. ſcire. in prin. Q. M.

c *Multitudo an ſeuerius, an mitius punienda ſit, infra in verb. multitudo. ſeu multi. Nic. Boer. de ſeditio. in 7. præſup. nu. 24. & ſeq. Q. M.*

Excedere [a] non debent inquiſitores limites ſuos in cognoſcendo vltra ea quæ ſunt ſui officij, ſed ſolùm debent cognoſcere, & intromittere ſe ad cognoſcendum de cauſa hæreſis, & apoſtaſiæ, vel de ſapientibus hæreſim, & de his quæ pertinent ad fidem, & in alijs ceſſare, vt in c. per hoc. & in c. accuſatus. §. de quæſtionibus, de hæreticis, li. vj. & ſic nullo modo debent excedere limites ſuæ commisſionis, vt de priuile. in c. recepimus, & c. ex parte, & c. porrò, & xlij. diſ. quieſcamus. ad quod. ff. de arbi. l. non diſtinguemus.

Excedere non videtur formam mãdati qui conſecutiua ad illud mandatum facit. Inn. in c. prudẽtiam, de of. del. facit l. ad rem mobilem, & l. ad rẽ legatam. ff. de procuratoribus. l. ii. ff. de iuriſditione omnium iudicum. c. præterea. c. ſuſpitionis. c. prudentiã de offi. del. licèt confinia non debeãt poni, vbi locus eſt notorius, vt voluit Bar. in l. libellorum. ff. de accu. & in l. falſa demonſtratio. ff. de condi. & demon. & voluit do. Cardi. in c. olim, el l. in ver. ſuper domo Caluenſi, de reſ. ſpo. & Barba. in c. cum dilectus, de ordine cognitio. vbi aliàs de iure apponi debent. l. forma. ff. de cenſi. [b] tamen vbi ſtatutum requirit hoc pro forma, apponi debent, quantumcunque locus eſſet notorius, per id quod notatur per Angelum, & Ludou. Romanum. in l. hac cõſultisſima. C. qui teſtamentum facere poſſunt. gloſſ. & ibi Bal. in l. i. ff. de libe. & poſthu. Alexander de Imola in l. vnica. C. de athletis, in fine. li. x. vide de hoc Anto. Curſet. in reportorio Abbatis, in dictione, forma. §. vltimo.

ADDITIONES.

a *Excedere pro egredi ſumitur. nam qui alibi mandatum dicitur exceſſiſſe l. diligenter. in princ. ff. man. alibi dicitur egreſſus. l. põt. 41. ff. eo. Qui aũt excedit, aliud quid facere videtur, q̃ quod mandatũ eſt. d. l. diligẽter, iũcta. l. ſi itaq; ff. de iureiu. ſed aliqñ ſecus eſt, vt hic autor allegat, & gl in l. non diſtinguemus. 37. § de officio. ff. de recep. arbi vnde exceſſus dicitur actus eiuſmodi, cum poteſtatem ſuã vel priuilegium quis exit. toto ti. de priuile. & exceſſ. priuile. pro exire naturali ſignificatione ſumitur in l. relegatorũ. §. his qui. ff. de interd. & relega. Hinc exceſſus, pro exitu animę a corpore. l. cum hic. 33. in prin. ff. de dona. inter vir. & vxo. Terent. in Andria. Poſtquam exceſſit ex ephebis, idq; tranſlatè. Qui verò mãdata legis egreditur, is peccat ſeu delinquit; hinc fit vt etiam pro delictis & peccatis accipiantur exceſſus ex conſequentia, toto tit. de exceſſ. prælato. tranſlatè quoque fieri dicitur exceſſus in oratione, qui a Gręcis nominatur hyperbole, cum plus facto dicimus, eſt enim ementiens superiectio.*

iectio. Quint. lib. 6. c. 40. & vlt. Petrus Vendramenus.

b *Et ſaltem duo confinia regulariter poni debent, l. ſi in rem in fi. ff. de rei vendi. l. cum ſeruo. § fin. ff. de contrahen. empt. & ad alia quæ adduco ſuper 3. commiſſ. glo. vlt. Q. M.*

Exceptiones. Nota ꝙ iſte reatus, ſcilicet hæreſis omnem exceptionem, & dignitatem excludit, C. vbi ſena. vel clariſ. l. j. in fi. ita probatur e tra de hæreti. c. vt officium. §. denique, & c. vt commiſſi, ver. & contra, lib. vj.

Sed an reus [a] volens ante lit. cont. opponere, & probare exceptionem peremptoriam, audietur? & reſpondetur quòd nõ opponetur in initio, ſed in proſecutione quæſtionis principalis differetur ſecundùm Papi. vt extra de fo. compe. ex parte. ff. ad exhi. l. iij. §. ibidem, niſi talis ſit per quam ſentẽtia ipſo iure nulla dicatur, vt eſt exceptio rei iudi. vel quæ eliſis literis quæſtio principalis ſit eliſa, quæ tantùm ex literis innititur. de hoc no. extra de excep. paſtoralis. omnia enim ſuis debent temporibus conuenire. xxiij. q iiij. ſi eccleſia. C. de ferijs. l. ij. ff. de peti. hære. ei qui. §. j. ff. locati. ſi merces. §. colonus. nullam enim vtilitatem ex hoc poteſt conſequi cum ante litem cõteſtatam non poſſit abſolui, proteſtari tamẽ poteſt. vide plenè. de hoc in ſpe. ti. de excep. §. dicto, ver. ſed an reus, & ſupra eo. ſi autem eadem ſit peremptoria, & ibi Io. An. in addi. & dicto. §. in verſi. rurſus, & ſpe. tit. de li. conteſt. §. ij. verſi. ſed nũquid, & ver. ſeq. & tit. de teſte. §. j. ver. quid ergo. vide infra teſtes. §. no. ꝙ quando obijciuntur.

Exceptio falſi contra teſtem ſi opponatur, debet teſtis in iudicio comparere, vt ipſo præſente videatur atteſtatio facta. Bald. in l. fi. C. de fide inſtrumen.

Item ſolùm duæ exceptiones poſſunt opponi in crimine hæreſis cõtra perſonas teſtium, propter quas teſtes repelluntur antequam deponant, & ſi iam depoſuerunt, omnino detrahitur ipſorum fidei, & in totum, videlicet ſi probentur eſſe cohabitatores [b] inimici, vel capitales inimici illius cõtra quem deponere volunt, vt extra de ap. repellantur, & in c. v. per gl. cũ oporteat, & in auth. de teſt. §. ſi verò odioſi, col. vij. vide infra teſtes. §. ex ſupradictis collige.

Sed aliæ exceptiones [c] legitimẽ poſſunt opponi contra teſtes, ſeu contra eorum dicta poſtquam depoſuerint, & ſic excipi poterit contra eos, quia depoſuerunt falſum, vt extra de teſt. c. ex tenore. item quia ſunt ſingulares perſonæ, vt de teſti. eo. c. literas. item quia ſunt cõtrarij, obſcuri, & ſimiles, vt extra de hære. c. accuſatus. §. licet, & c. fi. lib. vj. veniat. extra de ſen. & re iu. cum I. & A. & de ſimo. per tuas, & c. tanta. vide circa hoc infra teſtes.

An exceptio nullitatis ſentẽtiæ admittatur iſto crimine, vide ſupra cõmunicare, & infra executio, & infra ſententia.

Nota ꝙ ſi excipiens inimicitiã, vel falſitatẽ teſtium offert ſe ſtatim probaturum, quòd inquiſitores ſuperſedebunt, donec probetur, & ſi probetur, indicetur ei purgatio, alioquin in inquiſitione procedetur, vt in c. cum oporteat, & c. qualiter, el ij. de accu. & in ſpe. ti. de inqui. §. j. ver. item his.

ADDI-

ADDITIONES.

a Exceptio eſt à cæteris quædam ſeiunctio, ſeparatio vel exemptio. Virg. lib. 9. Ipſum illum clypeum, criſtasq; rubẽtes, excipiam ſorti, hinc aliæ per tranſlationem, aliæ ex conſequentia proficiſcuntur ſignificationes, vide Non. hinc in libris iuris Exceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio, quæ interponi actioni euiuſque rei ſolet, ad excludendum id quod in intentionem, condemnationemve deductũ eſt, l. 2. ff. de except. quæ dicitur quandoque præſcriptio. vnde tit. de except. & præſcript. cuius eſt etiam vſus in l. 5. ff. de accuſat. l. 12. §. 1. de inof. teſta. l. 9. de trãſl. l. penul. ff. de re iudi. Vox eſt à Græcis in latinæ linguæ tranſlata conſuetudinem. Exceptio propriè, vt dictum eſt, exẽptio ſeu detractio partis de vniuerſo dicitur, Quamobrem eius hæc erat vſitata formula, Extra quam vel Niſi Si. vel ſi non. quaſi reus aliqua ex parte fateretur eſſe verã autoris intentionem, ſed tamen cum exceptione. Quapropter in l. exceptio. 22. ff. eod. formula hac conditionali. Si non. vſus Paulus ita ſcribit, Exceptio eſt conditio quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem. Exceptiones aut perpetuæ, aut peremptoriæ ſunt, aut temporales & dilatoriæ, perpetuę atque peremptoriæ ſunt, quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, qualis eſt doli mali, rei iudicatæ, & ſiquid contra leges ſenatusve conſultum factum eſſe dicetur. Item pacti conuenti perpetui, ideſt nè omnino pecunia petatur. Temporales atque dilatorię ſunt, quæ non ſemper locum habẽt, ſed euitari poſſunt, qualis eſt pacti conuenti temporalis ideſt ne fortè intra quinquennium agatur. Procuratoriæ quoque exceptiones dilatoriæ ſunt, quæ euitari poſſunt. l. 3. ff. eod. quæ tranſeunt ad alios, rei cohærentes dicuntur, quæ verò minimè perſonæ cohærentes ſiue perſonales. l. 7. ff. eod. De formulis exceptionum videas exemplum apud Cice. lib. 2. Rhetori. de actore, qui poſtulabat iudicium purum, reus autem cum exceptione, videas etiam exempla collecta de iuribus, in annotatio. Budæi poſterioribus. ad hanc exceptionum diuiſionem pertinent, quæ Cic. & Quinti. de conſtitutione tranſlatiua ſcripſerunt. P. V.

b Vide c. 1. de litis conteſt. §. 1. lib. 6. & in ipſum Philip. Francum. qui multas exceptiones, quæ conteſtationem litis impediunt collegit. P. V.

c Hęc ad verbum habes apud Calder. in tract. de hæret. c. 13. nu. 3. verſi. duæ ſunt tamen exceptiones, quæ opponi poſſunt contra perſonam teſtium, ibi autem loco horum verborum, ſi probentur eſſe cohabitatores, &c. legitur, & fortè melius, ſi probentur eſſe conſpiratores, vel inimici capitales. pro quibus vide etiam Siman. Enchir. tit. 35. de teſti. num. 23. & inf. in verb. Teſtes. vbi aliqua addo. Quintil. Mandoſius.

d Adde quæ poſſint & contra dicta, & contra perſonas teſtium opponi, ſpecu. tit. de teſte. Boſi. titu. de oppoſitio. contra teſtes. Addas Marantam, de repulſa teſtiũ. Calderi. 3. part. de hæreti. rub. 1. nu. 9. & ſeq. Cic. pro Mar. Fon. item eũ, & Quintil. in Rhetoricis. P. V.

Executio [a] bonorum hæreticorum an tranſeat ad hæredes, vide ſupra bona.

Item an executio cõfiſcationis bonorum, vel occupatio poſſit fieri per poteſtates ſęculares ante declarationem, vide ſupra confiſcatio.

Hæretici non perdunt poteſtatem officij,

officij,ſed executionem.xxiiij.q.i.§. his autoritatibus.vide ℣.officium.

An ad executionem officij poſſint inquiſitores habere officiales armatos, vide ſupra arma.

Qualiter autẽ executio debeat fieri contra condemnatos de hæreſi.& dicendnm quòd ſi tales ſunt viri eccleſiaſtici, quòd fieri debet executio in bonis eorum per eccleſiam, cui ſeruiebant, vt ſupra confiſcatio, & ſupra eccleſia. quando verò ſæculari iudicio ſunt tradendi, debent prius a ſuis ordinibus degradari, vt ſupra degradatio. quòd generale eſt in omni crimine,vt in c.cum non ab homine,de iudi.& in c.nouimus, de verb. ſigni.vbi dicit quòd cum maxima clementia per eccleſiaſticum iudicem ſunt tradendi precibus interpoſitis, nè ad mortem,'vel mẽbri mutilationem procedat.Sæcularis tamen poteſtas facit executionem corporalẽ, prout iura volunt, & illud conuenit iudici eccleſiaſtico propter ſuam modeſtiam, & eccleſiæ clementiam. & hoc incumbit ſęculari iudici propter rigorem diſciplinæ, & iuſtum conſeruandum & qualiter debeat fieri degradatio, vide ſupra degradatio. Si verò fuerint laici,qui de hòc crimine condemnantur, ſunt ſtatim ſine alio adminiculo ſæculari iudicio relinquendi, poteſtas aũt ſęcularis,& alij dñi temporales,vel officiales,ſiue eorum nuncij taliter ſibi relictos ſtatim recipiant,& ſine dilatione debita animaduerſione puniãt,nõ obſtantibus appellationibus per eos interpoſitis, aut interponẽdis,cum tam ſ͠m ius canonicum,quàm ſ͠m legem imperialẽ appellationis remedium ſit tã hæreticis,quàm fautoribus, ac receptatoribus & defenſoribus eorũ interdictũ, vt ſupra dictũ eſt in litera,appellatio, & habetur in c.vt inquiſitionis,de hæreti.li.vj.ex quo text.infert ibi glo. ꝙ ſententia lata in cauſa criminali debet ſtatim mandari executioni, non expectato lapſu decendij, ſed ille tex. videri meo probat contrarium, cum ibi permittatur fieri executionem incontinenti,ex eo quòd in crimine hæreſis non admittitur appellatio, vt ſupra dictũ eſt; ergo vbi appellatio non excluderetur,ſecundùm quòd eſt regulare in omnibus alijs criminibus in tantum, ꝙ in eis nedum cõdemnato,ſed etiam tertiò permittitur appellare, vt ff.de appel.non tantum.ergo ſic eſſet differenda executio: nec ſtatim eſſet facienda.De hac materia tñ quia nõ eſt pñtis ſpeculationis,remitto ad ea q̃ dicta sũt ſupra appellatio. & ad notata per Bar.in d.l.non tm̃,& latius per eũ in l.qui vlt.ff.de pœ. & p Bal.in l.addictos.C.de epiſ.au.& in l. vnica.C.nè ex delic.defun. Conſuetudo tamen habet ꝙ non expectato decendio ad appellandũ in quocunque crimine mãdatur executioni ſententia incontinenti quò ad pœnam corporalẽ. quod intellige, vbi non eſſet appellatum, de quo remitto ad nota ta per doc.in locis prędictis,& per canoniſtas in c.ij.de re iudi. & eo quòd magis ſint aſtricti huiuſmodi ſęculares poteſtates,& officiales contra hæreticos huiuſmodi executiones facere,ſtatutum eſt quòd ad requiſitionẽ diœceſanorum, ſeu officialium ſuorum,aut inquiſitorum hæreticæ prauitatis iurent præcisè attendere,atq; inuiolabiliter obſeruare, & facere a ſuis ſubditis obſeruari toto tempore ſui regiminis in terris ſuę iuriſditioni

ni ſubiectis omnes conſtitutiones æditas cõtra hęreticos, credentes, fautores, receptatores, atque defenſores eorum, ipſorumq; filios & nepotes & qui iurare hoc noluerint, & ſeruare, velut hæretici, ac de fide ſuſpecti, & infames officio & honore ſui regiminis expolientur, & ſint inhabiles de cętero ad officia publica conſequẽda, vt in c. vt officium §. fi. de hęreticis, l. vj. & vltra proditionem ſi executionem ſibi iniunctam contra hęreticos pręfatos delatam prõptè prout ad ſuum ſpectat officium, facere, ſeu adimplere detractent; ſeu aliàs ſentẽtiam, vel proceſſum iudicum qui ſuper hoc crimine procedũt, directè, vel indirectè impedire præſumpſerint, & qui ſcienter in prædictis dederint conſilium, auxilium, vel fauorem, excommunicationis ſententiam ipſo factó incurrunt, quam ſi per annum animo ſuſtinuerint indurato, tunc velut hæretici ſunt condemnati, vt in dicto. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. ex quibus apertè monſtratur quàm ſolliciti, & attenti debent eſſe ſæculares poteſtates, & officiales circa ea, quæ ſuper hoc crimine eis incumbunt peragenda. Horrendumque eſt quòd poteſtates, & domini temporales, qui eos debito modo prædicto non puniunt, imò & qui deterius committentes eis fauent, illud domini iudicium per os prophetæ, prolatum incurrant, Quia dimiſiſti virum dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius, vt habetur. iij. Regum. xx. multa enim flagella diuinæ vltionis, quæ in populo propter hoc detestandum crimen ſeuerè decernimus, habita de his vindicta miſericorditer tolerentur, vt contigit in ſimili caſu. iij. Regum xxiij. Ideo facinoroſos homines diu viuere non patiaris ſuper terram, vt tenet Bar. in l. capitalium. §. famos. ff. de pœn. facit l. præſes prouinciæ. ff. de offi. præſi. vbi dicitur, Curet is qui prouinciæ præeſt, malis hominibus prouinciam purgare. iuncta l. illicitas §. licitatio. ff. de publicanis. nam ſcelera dum non vindicantur, increſcunt, vt tenet Io. An. in c. cũ oporteat, extra de accuſatio. & ſuper hoc adducit iſtud vulgare, ſcilicet quien vn caſtiga, ciento hoſtiga. Ideo PROVISO SOLERTER. cum executio quæ fit contra hæreticos, eſt grata deo, & iſtis catholicis regibus. de quo vide infra iſta dictione in §. vltimo.

Ex prædictis infertur ad quęſtionem quæ in hac materia ſatis eſt neceſſaria. ponè quòd iudex eccleſiaſticus tradit condemnatum de hęreſi iudici ſæculari, vt ipſum puniat, & executionem in eum faciat, an iudex ſæcularis poſſit petere ab inquiſitore, vt communicet ſibi proceſſum, quẽ fecit contra cõdemnatũ vt ſic videat an per eum iuſtè fuerit proceſſum cõtra eũ, vel ne? Bar. in l. diuus, de cuſt. & exhiben. reis, tenet ꝙ nõ tenebitur ad executionem faciendam, niſi proceſſus ſibi exhibeatur. & idẽ tenet in l. magiſtratus. ff. de iuriſd. om. iu. ad [b] quod allegat tex. in dicta. l. diuus. ad idẽ inducit qđ habetur in aut. de ſan. epiſ. §. ſi verò. Panor. in c. i. de of. ord. repręhendit in hoc Bar. & dicit cõtra ipſum eſſe tex. expræſſum in c. vt inqſitionis. §. prohibemus, de hæreticis, lib. vj. ibi enim dicit quòd de crimine hæreſis cum ſit merè eccleſiaſticum quòd nec directè, nec indirectè poteſt

poteſt iudex ſæcularis cognoſcere: ſed pura, & nuda executio ad eũ pertinet per requiſitionem iudicis eccleſiaſtici. & hęc opinio ſatis placet, q̃a fundatur apertè per dictum. §. prohibemus. ſed hoc poſſet aliter limitari, quòd hoc procederet, ſcilicet vbi daretur de iniuſtitia contra ſententiam ad impediendum executionem. ad quod etiam faciunt notata per Innocen. in dicto. c. i. de offic. ordi. & in c. cum in iure, de offi. delega. & per archi. xxiij. q. v. adminiſtratores. vbi tamen diceretur ſententiam fuiſſe nullam, & de hoc exciperetur ad impediendam executionem, tunc admittẽda foret hæc exceptio per iudicem ſæcularem exequentem, dummodo in breui poſſet de ea conſtare, nec requireret altiorem indagationem, iuxta notata per Bar. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Nam nullitatis exceptio impedit executionem ſententiæ, vt in dicto c. condemnatum, & ſi cum nulla, eo. tit. & c. de cætero, de re iudi. & per glo. & c. paſtoralis. §. quia verò, de offic. delegati. & per Inno. in c. cum in iure, eod. ti. nec obſtat tex. in dicto. c. vt inquiſitionis. §. i. in fi. vbi dicit quòd iudex ſæcularis ſtatim recipiat condemnatos de hæreſi, & indilatè ſententiam exequatur contra eos. Nam ille textus loquitur de condemnatis de crimine prædicto. cum autem conſtat contra quem ſententiam latam eſſe nullam, ſimiliter nec obſtat tex. in dicto. §. prohibem⁹ eiuſdem c. quia hic non cognoſcit iudex ſæcularis de crimine hęreſis, q̃d ibi interdicitur, ſed tantùm de nullitate ſententiæ, quod ibidem minimè habetur. & pro hac concluſione multum faciunt ea quæ notat Ange. conſilio. cclxxv. addi poteſt etiam alia limitatio ad ſupradicta, quòd vbi iudici ſæculari aliàs conſtaret ſentẽtiam fore iniuſtam, nõ deberet ad eius executionem procedere, nè animã ſuam damnaret, iuxta notata per Innoc. in dicto. §. quia verò. c. paſtoralis. & ſi cogeretur per iudicem eccleſiaſticum per cenſuras, & alias iuris pœnas, potius debet iſta tolerare humiliter, q̃ mortem iniuſtam alicui inferre, ar. c. inquiſitionis, de ſen. excommunicationis. nec per hoc dici poteſt quòd ſe intromittit de hoc crimine contra diſpoſitionem dicti. §. prohibemus, quoniam nõ ſe intromittit in cognitione ſuper prædicto crimine aſſumendo, quod ille textus prohibet, ſed ex conſcientia priuata, quam habet, crimen homicidij declinãdo. q̃d quemlibet virum catholicum licet. & eſt aliud ſpeciale ĩ hoc crimine, quòd pro executionibus faciendis, & auxilio impẽdendo contra hæreticos poterunt eccleſiaſtici iudices recurſum habere ad poteſtates, & iudices ſæculares excommunicatos: & de facto, & non de iure officia illa, & dignitates poſſidentes, dummodò ſine periculo moræ ad ſuperiores eorum legitimè præſidentes recurſus nequeat haberi, vt probat tex. in c. præſidentes, de hæreticis, lib. vj. ex quo tex. per locum a ſpeciali dicimus cõtrarium in alijs caſibus, vt ad tales non recurratur. ex quo poteris aſſumere notabilem limitationẽ, & intellectum ad omnia iura, quæ dicunt quòd iudex eccleſiaſticus debet recurrere ad auxilium iudicis ſæcularis, quando opus eſt, vt. xcvj. diſt. cum ad verum, xxiij. q. v. principes, de offi. ordi. c. i. & econtra ſęcularis ad eccleſiaſticum.

nam

nam vna pars pro alia iuuatur, vt. x. diſ.c.quoniã. de quo vide ſupra brachium ſæculare.

An poſſit fieri executio in cadauere[c] illius contra quem inſtituta fuit accuſatio, ac ſi antequã ſibi inferreretur mortuus extitiſſet? & dicendum ꝙ non debet executio iuſtitiæ fieri in cadauere, per tex. notabilem in l. defunĉto.ff.de publi.iudi. ex quo manifeſtè conuincuntur errare aſſeſſores, ſeu iudices maleficiorum, qui in defunĉtos faciunt executionem pœnæ capitalis. hoc tenet Angelus in d.l.de funĉto. & faciũt ad idem notata per Cy. in l.ij.C.qui teſta.face. poſ. ergo. PROVISO SOLERTER. Caueant igitur ab hoc, aliàs tẽpore ſindicatus conueniri poſſent tanquam inferentes iniuriã cadaueri, vt in l.i.§. quotiens ff.de iniurijs. dicit tamen Io. de Imo. in d.l.defunĉto, quòd quandoque de faĉto prӕſertim in grauibus deliĉtis, & vbi eſſet talis conſuetudo, tolleranda eſſet in odium & deteſtationem eorum, & propter faĉti memoriam, & ar. eius quod habetur, cum ad monaſterium, de ſta. regula. quòd monachus qui in morte non reſignauit pecuniam, quam tenebat tãquam propriam ſine conſenſu abbatis, iubetur ſepeliri extra cœmeterium cum pecunia in ſterquilinio. de quo vide ſupra cadauer, & ſupra defunĉtus.

Spoliatio hæreticorum, vel occiſio & executio non debet fieri, niſi prius præcedat declaratio ſuper crimine hæreſis, aliàs nullus propria autoritate poteſt hoc facere, vt tenet Dominicus in c.cum ſecundũ leges, de hæreti.li.vj. vide ſupra comburi.

Executio pœnæ, quæ fit pro deo non eſt crudelitas, ſed pietas. vide ſupra crudelitas, & ſupra comburi, & infra fornicatio & ĩfra miſericordia.

O quã laudabilis eſt executio quæ fit contra hӕreticos, & quã grata deo ſic habetur ad litteram in quadã conſtitutione Frideri. imperatoris, quæ incipit, Commiſſi, in fine. vbi ſic dicit ad literam, hæreticos verò, quos oſtenderint ipſi, vos iuriſditione veſtra ſinguli capientes diligenti cuſtodia detinendos, donec poſt eccleſiaſticæ damnationis iudicium pœnam ſubeant, quam merentur, ſcituri quòd in executione ipſius negocij gratum deo, & laudabile nobis obſequium conferetis, ſi ad expellendam de partibus noſtri imperij nouam, & inſolitam hæreticӕ prauitatis infamiam opem, & operam vnã cum eiſdem fratribus, ſcilicet inquiſitoribus prӕſtiteritis vide ſupra iſta diĉtione. §.qualiter autem, in fine.

ADDITIONES.

a *Executio eſt rei perfeĉtio, ab exequendo quod perficere ſignificat, Plaut. in Trucu. Nullam rem oportet aggredi, niſi aſtutè accurateq; exequare, vnde executor in iure dicitur, qui poſt ſententiam inter partes audita omni, & diſcuſſa lite prolatam rei iudicatæ vigorem ad effeĉtũ perducit. l.pen.C.de execu.rei iudi. Hinc executionem dicimus aĉtum perficiendi ſiue perfeĉtionem, Hinc tit. de execut. rei iudi.C.& de re iudi.& de effeĉ.ſen.ff. aliquando miniſter hoc nomine appellatur, per quem iudex exequitur quæ pertinent ad iudicium, l.vlt.ff. de teſti.* P. V.

b *Et ibidẽ Alberi. Bal. Raphael Fulgo. & Caſtren. & hæc eſt cõis legiſtarũ. cõis verò canoniſtarum per hic citatum. c. vt inquiſitionis. in prin. et §. prohibemus, eſt*

X *contra*

contra Bar. & hæc ſeruatur, quia iudex ſæcularis eſt merus executor. Et quòd iudex ſæcularis teneatur ſtare proceſſui facto ſuper hæreſi, & ita concludunt Albertin. de aſſertio. catho. q. 25. num. 44. & Siman. qui alios citat, Enchiri. titulo 66. de indic. ſæcularibus. Quintillianus Mandoſius.

Adde Felin. limitantem, in c. ad abolendam, nu. 4. & 5. & in c. vergentis nu. 1. de hæreti. P. V.

c *Vide ſupra in verb. Cadauer, & Siman. Enchir. tit. 62. de mortuis. nu. 2. & ſequen. Q. M.*

Excommunicare[a] & abſolue re pôt non ſacerdos quò ad forũ contentioſum: ſed in foro pœnitentiali ſolus ſacerdos poteſt, ſed ad poteſtatem excommunicandi requiritur iuriſditio ordinaria, vel delegata, & eccleſiaſtica. ſecundùm Pet. & in ſumma confesſio. eodem titulo. quæſt. lj. vbi etiam notatur, ſecundùm Bart. Brixien. quòd hæc poteſtas poſſet committi etiam laico per papam. vide ſupra abſolutio.

Excommunicatio[b] debet fieri monitione pręcedente.[c] ſi tamen feratur non præcedente monitione tenet, vt notat, Innoc. in c. illud, de clerico excom. miniſ. quòd eſt verum ſi feratur per ordinarium: ſecus ſi per delegatũ do. de Ro. in ſuis ve. dec. deci. cxxxix. alias deci. lix.

An papa poſſit dare poteſtatem laico excommunicandi? & dicẽdum quod ſic, vt ſunt tres glo. vna in §. verum. xxxij. diſ. ſuper parte, ducibus. ſecunda in c. bene quidem. xcvj. diſt. ſuper parte, præter Romanum. tertia in c. Mennam. ij. q. iiij. in glo. vl. & nõ epiſcopus poteſt hoc facere. nam hoc iuriſditionis & nõn ordinis. vide quod notatur in gloſ. c. peruenit. xcv. diſt. Ab. in c. canonica, de ſen. ex. & in c. peruenit, de iudicijs. vide ſupra abſolutio, in §. an iudex non ſacerdos.

Item no. ꝙ archidiaconus licèt nõ ſit præsbiter, ratione dignitatis poteſt excommunicare, ar. diſ. xxv. perlectis, & extra de offi. archi. c. i. extra de appel. repræhenſibilis.

An hæreticus poſſit excõicare? & reſpondetur ꝙ non, & ſi fecerit non tenet, vt vij. q. i. Nouatianus. idem in ſum. con. eo. ti. q. ij.

Si ſuſpectus[d] de hæreſi. & ob hoc citatus, & quia non comparet, excommunicatur, ſi talis per annum ſuſtinet illam excommunicationem, ex tunc velut hæreticus eſt condemnandus, vt de hæreticis, cum contumacia, li. vj. & habetur in quadam conſtitutione Friderici imperatoris, quæ incipit, Patarenorum. Et ſi aliquis dominus fuerit excõmunicatus, & non ſatisfecerit infra annum debet intimari papæ, vt omnes vaſallos eius ab omni fidelitate ipſius denunciet abſolutos, & terram ſuam catholicis exponat occupandam, & illum ſi expedire videbitur, a ſua dignitate deponat, vt extra eodem. excommunicamus. §. moneatur, & §. qui autem, & in cap. cum contumacia, de hęreti. libro. vj.

No. ꝙ iudex excommunicans aliquem iniuſtè tenetur actione iniuriarum, vt nota. xj. q. iij. c. illud. Et debet exiſtimatio iniuriarum per iuramentum taxari, iuxta quod nota. ff. de iniurijs. l. iniuriarum exiſtimatio, & ar. eorum quę notantur quod vi aut clam.

dam.l.ſemper §.in hoc interdicto,& Inſtit.de verborum obliga.§. fi.& in ſpe.de fruc.& intereſ.§. viſo, ver.i. & antepenul.etiam patet multò fortius ꝙ iudex malè iudicans tenetur ad damna,expenſas, & intereſſe, vt patet de ſen.ex.ſacro.§.cumque. & adhoc ff.de vari.& extraordi.cognit.l. ſi iudex,& de iudi.l.ſi filius re.& inſtit. de oblig.ex quaſi delicto,in princi. cum ſimilibus.

An delegatus poſſit excommunicare aliquem cum omnibus fautoribus ſuis?dic ꝙ non.xj.q.iij.rogo.

Nota quod ſententia excommunicationis tribus modis dicitur iniuſta eſſe, ſcilicet ex cauſa,ex animo, & ex ordine, vt nota. extra,de ſententia excommunicationis, ſacro, ſuper verbo iuſta,& per Hoſtië. in ſumma, eo. ti. §.quis ſit eius effectus, ver. ſi verò iniuſtè. & de his tribus modis habetur. xj. quæſt.iij. §. quod ergo, & §. cum ergo,&c. ſi epiſcopus forte iracundus.

Omnes domini, & eorum officiales,& alij impedientes proceſſum ſeu ſentẽtiam inquiſitorum ſunt ipſo iure excommunicati, & ſi animo indurato per annum ſteterint in eadem excommunicatione, ſunt tanquam hæretici condemnandi, vt extra de hære.in c.vt inquiſitionis, & ibi per do. & maximè per Dominicum.

Item fautores,defenſores,receptatores hæreticorum ſubiacent excommunicationi,vt extra eodẽ.c.ſicut,& poſtquam per epiſcopum,vel inquiſitorem fuerint ex dicta cauſa notati ſi in ea inſiſtunt per annum, tanquã hæretici ſunt condemnandi, vt C. de hæreti.l.credentes.quæ fuit ante Friderici imperatoris, & eſt approbata, extra.de hære.vt inquiſitionis,l.vj.& habetur e.ti.excõicamus.§.credẽtes.

Iniuſtè aliquem anathematizans ſibi nocet,& non alijs, vt in ca. illud, xj.q.iij.quod ca.nota.

Aſſerens Adam mortalem creatũ ſiue peccaret,ſiue non,anathematizatur,de conſe.diſ.iiij.placuit igitur.

Sed excõicationis pœna aſtringi poteſt hæreticus poſt mortem, vt xxiiij.q,ij.ſanè profertur. per glo. in c.ſi quis epiſcopus,extra de hæreti.& talis excommunicatio non ideo fertur,vt ille amplius ligetur, quia iam ille æternaliter eſt damnatus: ſed in criminis deteſtationem vt cæteri hoc iudicium eccleſiæ audientes ſimilia committere contremiſcant,ſecundũ Archi.in d.q.in ſum.hodie tamen nõ eſſet neceſſe in eos ferri ſententiam, cum iure ſint excommunicati, vt de hæret.excommunicamus,el i. nõ tñ tollitur propterea quin poſſit etiam ab homine excõmunicari, iuxta notata per glo.& doc.in c.quorũdam, de Iudæis,vide ſupra defunctus.

An geſta per excõmunicatum toleratum,vel non toleratum teneant, vide Ab.in c.veritatis de do.& contu. circa fi.& c.ad probandum, de re iudi.& in c.paſtoralis.§.verum, de appel.in v.col.Io.An.in c.i. de reſcript. libro.vj.

No.ꝙ proceſſus factus coram ordinario publicè excommunicato valet, & ſimiliter corã auditore Rotæ, ſecus, ſi corã delegato. de quo dic vt ꝑ Io. An.& Archi.in c.i.de reſcri.li.vj. & c.pia,de excepti.quia iuriſditio ordinaria eſt fauorabilis, alia ſtricta, & extraordinaria,vt in cap. præsbyter, extra de officio delegati. ſed palaciũ tenet quòd proceſſus habitus coram

auditore tenet in iſto caſu, ſicut teneret coram ordinario . & intellige de publicè excommunicato , aliàs ſecus,vt in c. ad probādū , de re iudic.

No.ꝙ excommunicationem incurrit ſi quis communicat mortuo excōmunicato,ſicut ſi communicaret viuo excommunicato.gl.ſingulis.in c. ad hæc,de priuile. Ab. in c. mulieres, in iij.col.de ſen.excom.& quid operabitur excommunicatio,caſu quo aliquis iam ſit mortuus.Ab. ibidem.

Not. qualiter inquiſitores poſſunt ſententiam excōmunicationis iniungere omnibus peritis,& qbuſuis alijs quibus aliquid reuelatur, vel circa tāgentia officium inquiſitionis, vt de omnibus quæ cū eis communicātur in dicto officio, ſecretū teneant quā excommunicationē poſſunt imponere, ꝙ ex ſecreti inuiolatione ipſo facto incurrant, ſi eis expedire videbitur promulgare.excepto tñ ꝙ inquiſitores epm, vel epiſcopus inquiſitorē non ſe excommunicent hac de cauſa. ſed ipſi ex diſtricto præcepto iuris ad ſecretum huiuſmodi teneantur, vt in c.ſtatuta,extra eo.li.vj.

Anathematizatur qui ſuperſtitiones Manichęorū ſequitur.xxx.diſt.ſi quis pręsbyter.

An excommunicatus poſſit ingredi eccleſiam,& audire diuina ante abſolutionem obtentam de excommunicatione?vide J.in extrauagātibus, in fi.poſt compilationem alphabeti.

ADDITIONES.

a Excommunicare,eſt oppoſitum ſimplici ſuo, in iure canonico, & ſacris literis vſitatum, in iure ciuili non recordor me legiſſe, ſignificat aut generaliter, ſi eius etymologiam ſequamur, communione ciuitatis, vel alterius rei quem priuare, quod ita largè ſumptum,poteſt in ciuili, canonicoque foro locum habere, ſpecialiter autem in eccleſiaſtico cum quis priuatur aliquando communione tantùm fidelium, & id excommunicatio minor appellatur, aliquando a corpore Chriſti quod eſt eccleſia reciditur, quod anathema,excommunicatioque maior vocatur. c. vlt. 3. q. 4. Ethnici. ſolebant aqua & igni interdici. l. 2. ff. de pœn. item ſacrificijs, Cæſar de bello Gall. libro 6. qui de Driadis loquens ita ſcribit: Si quis autem p.iuatus, aut publicus eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt. Hæc pœna apud eos eſt grauiſſima quibus eſt interdictum, ij numero impiorum, ac ſceleratorum habentur, ijs omnes decedunt, aditum ſermonemque defugiunt, nè quid ex contagione incommodi accipiant,neq; his petentibus. ius redditur, neque locus vllus communicatur,Hi apoſynagogi dicebantur ab Hębreis. Ioan. c. 9. Liuius extorrem vrbe,domo, penatibus, foro, congreſſu ęqualium. Huiuſmodi excommunicationem Plato quoq; lib. 9. de legibus introduxit, ſiquis de vi parentibus illata dānatus fuiſſet. Alios deinde populos antiquitùs Chriſtiana adhuc fide non imbutos imagine excommunicationis noſtri temporis vſos eſſe nec eam initium a D. Paulo ſed ab Ethnicis antea duxiſſe ſcribit Tiraquell. de retractu. gloſſ. 9. poſt Budæum in annotatio. ad Pandect. Antiquiſſimis Habreorum temporibus origo eius arbitror fuit, poſtea tranſijt vſus eius ad gentiles, licèt efficatia fontis animam non puniret, ſicut alia quamplurima deſumpſere gentes ab Habreis ait Clemen. Alexand. 1. ſtroma. & in primis ad operā Pythagoras deinde Plato, quem eſſe Moſem Atticè loquentem,

Numenius

Numenius philoſoph' Pythagoreus apertè ſcripſit, inquit Clemens poſuerunt, ꝙ Hębrei antiquitate, ſapientia, religione, ſcriptura cęteras anteceſſere nationes. veteri verò teſtamento ſignificatur, & expreſſim, & per allegoriam, excommunicatio. expreſſæ ſunt maledictiones quales deſcribuntur Leui. 26. Deutero. 28. Baruc. 1. Malach. 2. & alię quas Philon, commemorat libro 2. legis allegori. per allegoriam cum ſacerdotibus non obtemperans extra caſtra poſitus lapidabatur, a populo, aut gladio ceruice ſubiecta conceptum expiabat cruore, vt D. Iuo. atteſtatur. epiſt. 1. Pet. Vend.

b *Excommunicationis ſententia in quem ferri non debet niſi in ſubſidium. Syn. Triden. ſeſſ. 25. c. 3. de refor. P. V.*

c *Et quòd non poſſit quis excommunicari, ſeu excõmunicatus declarari, niſi præcedẽte citatione tracto de Monito. q. 26. Quint. Mand.*

Expenſa. [a] an ſuccũbens in cauſa inquiſitionis condemnetur in expenſis? vide gl. & doc. in c. cum dilecti, de dolo, & contumacia.

Ex quibus expenſis debent epiſcopi diœceſani facere officium inquiſitionis contra hæreticos? & reſpondetur per quandam extrauagantem domini Ioã. xxj. quæ incipit, extra eo ꝙ quędam nouella, quaſi in fi. vbi ſic dicit ad literam. verumtamen nonnulli diœceſani partes prouentuum, de hæreticorum bonis inquiſitionis officio deputatis propter expenſas, quas dum inquirunt, in ſupradicto negocio faciunt, a nobis exigere [b] emolumenta; hoc tanq̃ iuri abſonũ, cum ordinarij ſint. (Ideo officium tale quod eis incũbit, proprijs eorũ oportet explere ſtipendijs) fieri penitus prohibemus. eadem ratione quòd ijdẽ diœceſani prouentum prouenientiũ ex inquiſitionis officio a nobis, non obſtante aliqua conſtitutione, cõſuetudine, vel mandato contrarijs, non expoſcant: ſed ea cameræ noſtrę, vel illi cui nos, vel ſucceſſores noſtri Romani pontifices mandaremus reddenda redactis quæ generaliter inhibemus. & hoc idem tenet Io. in c. fi. §. j. de hæreticis, lib. vj. vide ſupra diuiſio, & infra extorquere, & infra ſalarium. Et ſic concluditur, quòd epiſcopus diœceſanus ſuis proprijs expenſis faciet officium inquiſitionis, & non de bonis hæreticorum confiſcatis.

Ex quibus expenſis debet prouideri ipſis incarceratis in officio inquiſitionis? Et dicendũ quòd eps, & inquiſitor debent ordinare, vnde eis prouideatur, vt probatur in Cle. j. §. porrò, in alijs verò gl. in c. diffiniuit. xvij. q. iiij. tenet, quòd cuſtos carceris prouidebit carceratis: ſed non intelligas ꝙ habeat prouidere de ſuo, ſed de eleemoſinis deſtinatis ad vſum pauperũ hoc poterit facere, vt l. iudices. C. de epiſc. audien. vbi autem iſta ceſſarent conſuetudo habet quòd is ad cuius petitionem fui carceratus, ſatisfaciat eidem de prædictis. Et ex quibus expenſis debeat prouideri incarceratis perpetuò, vide xxxvij. inſtructione inquiſitionis.

Item ex quibus expenſis prouidebitur illis nuncijs qui mittuntur alicui inquiſitioni per regem, vel priorem, vide dicta. xxxvij. inſtructione.

Vlterius quæritur quis prouidebit de expenſis ipſis cuſtodibus carcerũ? & ſolutio habetur per dictam Clem. j. §. ſanè, ſcilicet quòd epiſcopus prouidebit cuſtodi deputato per ipſum;

&intellige de ſuis reditibus, & non de parte prouentuum inquiſitionis officio deputatis, vt in dicta extrauagãte Benedicti, aliàs Io.xxij. ex eo ꝙ quædam nouella. & ita tenet gloſſ. in dicta Cle.i. de hæreti. & inquiſitor ſimiliter prouidebit illi cuſtodi, quem ipſe deputauit & prouidebit ei de prouentibus deputatis officio inquiſitionis, vt in d.glo. ex quo patet ibi ſecundùm Zabba. ꝙ carceratus non prouidebit cuſtodibus, quod dicit non eſſe dubium in deputato ad perpetuos carceres, quia tales ſunt priuati bonis. facit l.cum ſæpe. C.de eroga.mili.anno.li.xij. idem tenet ibi Matthæ. ſed dicendum ꝙ in cauſa hæreſis nullum fore dubium per iſtum tex. in alijs aũt dicunt Matthæ. & Io. de Imo. ſeruandam eſſe conſuetudinem, qua ceſſante glo. in d.l.cum ſæpe, dicit ꝙ ſeruari debet expenſis eius, qui illum fecit cuſtodire: illas tamen poſtea reſartiet cuſtoditus. & ita ſeruatur. ſed poſſet melius limitari, vbi iſti cuſtodes nõn eſſent ſalariati de publico. nã tunc nihil poſſent a partibus petere. pro quo facit tex. optimus in argumentum in l.archiatris. C.de profeſ. & medi.l.x. & no. in ſimili per Inn. in c.i. de poſtula. & vbi aliquis incarceraretur iniuſtè, iudex qui iniuſtè fecit eum detinere, tenetur ei ad intereſſe, iuxta doctrinam, glo. & Bal. in l.ij. §.fi.ff.ſi quis cauti.

Ex quibus expẽſis fiet remiſsio delinquentis, quando remittitur de vna iuriſditione ad aliam, vide Inno. & Hoſtien. de rapto. c.i. & Io. And. in compilatione Cle. de re iudica. c. paſtoralis, in gloſſ. & vide ſupra domicilium.

ADDITIONES.

a *Expenſæ, ſi nomẽ id vt adiectiuũ quod dicitur, accipias, ponderatæ res indicantur, ab expendere, verbo deriuatũ. Plaut. in Aſina. quot pondo te cenſes eſſe nudũ, ego qui te expendi, ſcio. Sin vt appellatiuum, vt hic ponitur, oſtendit ſumptum in vſum aliquem, velut in litem, erogatum. ex eo ſic dictæ, quia ſolebant antiquitus appendi, non numerari pecuniæ, quas quis erogabat. Vnde libripens, as, vntiæ, libra, quod vltimum adhuc hodie durat vſitatum, ſed quas expendebãt illi pecunias, conſueuerant eas in aliquid erogare, propterea deducta eſt inde ſequentis ſacti ſignificatio, vt ꝓ erogatione ſumptuque capiantur. Voluſij Metiani de ponderibus, & aſſis, ac libræ diſtributione libellus extat. de conſuetudine priſca expendendi ſunt apud Caium in Inſtitu. & in Inſtitu. Iuſtiniani, titu. quib. mo. ius pat.pot.ſol. & tit. de hære.inſtit. & alibi in iure ſunt inditia. De aſſe Budæus opus conſcripſit. Expenſæ trium ſunt generum, nam quædam neceſſariæ, quædam voluntariæ, quędam ſunt vtiles, l. 1. & l.impenſæ. & toto titu.ff. de impen. in reb. do.fa. & quænam illæ ſint, ibi ſatis explicatur: & licèt ibi de dotalibus loquatur titulus, ratio tamen generalis eſt. de in alias res factis vide paſſim in iure, veluti de nego. geſt. l. ex duobus 28. ff. & de pigno. act. l.neceſſarias. 8. & l.ſi ſeruos. 25. generaliter autem definiuntur in l.impenſæ 79.ff. de verborum ſignifica. ſunt & iudiciales expenſæ, quæ iudicibus aliquando, aſſeſſoribus, notarijs, atque ſcribis cartarum, & cæteris iudicij miniſtris & officialibus, item pro teſtibus, & inſtrumentis cauſæ neceſſarijs vel vtilibus impenduntur, item procuratoribus*

toribus,& aduocatis erogantur. Item in eundo,ſtando,& redeundo victoribus reſartiũtur: quæ tamẽ ſi domi manerent,nõ vtique fierent.l.properandum: & l.ſancimus.C.de iudi.c.ſtatutum.de reſcrip.lib. 6.c.finem & c.cum dilecti.de do.& contu.c.cum veniſſent. in fi.de eo qui mitti. in poſſ.l.eum quem.79 ff. de iudi. Regulariter victus victori condemnatur in expenſas.ad l.properãdum.§.ſin autem.& pęna temerè litigantiũ ſunt expenſæ. Inſti.de pæ.tem.liti.in prin.& §.hæc autẽ. & c.calumnia de pę. oportet igitur ſit temeritas,vel improbitas, aut contumatia nõ obſequentis iyſdẽ iuribus. Sciendum ex inde quoq; eſt non venire niſi quæ propter cauſam factæ ſunt,& l.non ignoret,C.de fruc.& lit.expen. & c.magnę.de vo.propè fin. Expenſarum denique appellatione rei precium non continetur.l.quibus diebus.§.1.ff.de condit.& demonſtr.modus vtique locorum ferè ſtatutus eſt,aut iure aut conſuetudine municipali. P. V.

b *Videtur hic,& paulò inferius quid de ſiderari. P. V.*

Exponere [a] ſacram ſcripturã aliter quàm ſpiritus ſanctus flagitat,dicitur ille qui retorquet ſacram ſcripturam ad aliud,qđ cõtrariatur ei, quod eſt per ſpiritum ſanctum reuelatum. vnde dicitur Ezechielis.xiij.de falſis prophetis, qui perſeuerauerunt confirmare ſermonem, ſcilicet per falſas expoſitiones ſcripturæ.& habetur hoc per Thom. ſecunda ſecundæ.q.iii.ar.ij.& vide infra quot ſint ſpecies hæreſis.

ADDITIONES.

a *Exponendi verbum ſatis planum habet ſignificatum,principaliter autem indicat extra mittere, & quaſi extra ponere,Col.exponere in ſole fænũ, vt ſicceſcat,Liui.exponere in terrã copias. Item exponere merces.ff. ad l. Rodi. de iac. l. vlt.transfertur autem a rebus corporalibus, ad quaſi incluſorum & occultorum ſenſuum,verborum,vel orationis exteriorem poſitionem,ideſt interpretationem, & explicationẽ.Cic.1.Philip.Exponam vobis conſilium profectionis &c. ſic l. 1. ff.de orig.iu.ibi Iudici rẽ exponere. Quoniam verò quod abijcimus,fortuneq; committimus exponere ſolemus, exponere pro abijcere ſumimus.l.1.2.& 3. C.de in ſan.expo.& extra.eo. ti.eaque ratione, quod antecedit accipitur pro cõſequenti. Petr. Vendr.*

Exitus [a] acta probat. xxii. q.ij. quòd ait.C.de iudi.l.rẽ non nouam.§.patroni.vide ſupra de confeſſo hæreſim, & poſtea contradicente.Ideo PROVISO SOLERTER.

ADDITIONES.

a *Exitus hic pro fine ſumitur,& in l.non intelligitur.3.§.quando ff.de iur.fiſ.gloſ. ad ipſum ait variè capi, In iure pernotũ eſt aliquando exitum vel finem vt in citata lege,aliquando ſpectari principium, Vide Azo. in generalibus, iuris vulgò Brocardicis.rub.1.& Damaſ.de reg.cano.regu.94. P. V.*

Exteriora [a] demonſtrant interiora,& per ea iudicantur. nota.Inſtit.de rerum diui. §. ceruos,in glo.deſierint,& ff. de tuto. & cura.da.ab his.l.curator.§.diuus, & ff.de acqui.re.do. l. naturalem, §. in his,& ff.de ædil.edi.l.ſi tamen. §.hi qui.nota.de ſimo.& ſi quæſtiones,in glo.intẽtione.Ideo Prouiſo Solerter.

ADDITIONES.

a Exteriora cognoſcuntur ex coniecturis vnde verò quid cõijcere poſſimus, Rhetores, & Græci, & Latini, vt Hermogenes, Ariſtoteles, vt Cicero. & Quintillianus, literis abundè mãdarunt, adde c. etſi quæſtiones, & glo. ad §. ſi ergo. de hæret. l. diuus. de off. præſi. Aug. & de re mili. l. 3. §. & is qui. & l. 5. vide ſuperius annotationes ad vocem coniectura. Sed non omittas hominũ mores, ex proæreſi, ideſt electione cognoſci. Ariſt. li. 3. Ethico. & lib. 1. Rheto. vbi agitur de fine cuiuſque reipublicæ. Pet. Vend.

Extorquere [a] An poſſint inquiſitores, vel iudices, & officiales inquiſitionis aliquam pecuniã extorquere. & dicendum quòd tam ipſi inquiſitores, quã commiſſarij deputati, non poſſunt pecuniam extorquere, & ſi contrariũ fecerint, ſunt excommunicati, vt in Cle. nolentes, de hæret. eo quòd cum maiori puritate & integritate agatur inhibitum fuit ipſis Inquiſitoribus & epiſcopis, & capitulo ſede vacante, tam ipſis, quàm ſuis delegatis, ſiue commiſſarijs, nè prætextu inquiſitionis officij quibuſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueãt: & ſi ſecus fecerint, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrunt, a qua non poſſunt abſolui præterquã in mortis articulo, donec plenariã ſatisfactionem fecerint his, a quibus extorſerunt, a qua ſatisfactione nullis pactis, aut priuilegijs, aut remiſſionibus poterunt liberari. Et nè hoc latere poſſit, notarij & officiales dicti officij, necnon fratres & ſocij inquiſitorum ipſorum, & commiſſariorum, qui dictos inquiſitores aut commiſſarios ſecretè prædicta vouerint commiſiſſe, ſi indignationem dei, & ſedis apoſtolicæ offenſam noluerint euitare, grauiter ipſos arguere & corrigere ſtudeant in ſecreto, quòd ſi taliter ea ſciuerint, vt probare valeant, hæc prælatis inquiſitorum, & commiſſariorum eorundem ſtudeant nũciare, vt in Clem. ij. de hæreticis. pondera tamen illum tex. qui non loquitur de epiſcopis, vbi licèt ipſi ab his debeant abſtinere, non tamen pœna prædicta haberet locum in illis, cum non ſit expreſſum. [b] voluit enim dignitati eorum deferre, vt in c. ſanè. el. ij. de offic. delegat. & in c. ij. eodem. ti. libro. vj. ita tenet gloſſ. in d. Clement. ij. quam ſequuntur ibi communiter doc. epiſcopus tamen non debet aliquid habere propter inquiſitionẽ, nec partem aliquam de deputatis inquiſitioni, vt patet ſupra in litera, expenſæ. & ita tenet Io. An. in c. fin. § .i. de hæreti. li. vj. Conſidera etiam circa idem, quòd tex. ille prohibet illicitas extorſiones, non tamen per hoc tollit pœnas pecuniarias applicandas officio imponi, & exigi ſecundũ glo. ibi. circa quod dicit Matthę. ꝙ bene poſſunt inculpatis de hoc crimine imponi pęnitentiæ in pecunia ꝓ pauperibus, vel alijs pijs operibus, vt. c. accuſatus, §. de quęſtionibus, & §. ſi verò, de hæreti. lib. vj. de quo vide infra pœnitẽtia pecuniaria. Sed redeundo ad propoſitum an inquiſitores & notarij & alij miniſtri officij inquiſitionis poſsint extorquere pecuniam habes tex. in dicta Cle. ij. a contrario per hoc enim quod dicit, quod modis illicitis non poſſint extorquere pecu-

pecuniam. ergo licitis ſic, vt de præſumpti.nonne.xxv.dſ.qualis.ff.de iudi.cum prætor.Item quia.d.clem.ponit verbum, extorqueant, quod ſonat in vicium violentię vel fraudis. ergo ſecus, ſi iuſtè condemnent. ſed caueant ſecundũ eum nè imburſent, quia reputaretur extorſio. ſed dent pauperibus, vel applicent officio inquiſitionis, vt in Clem.ſtatutum, de decti. & de præſumptio. literas, & de offi.ordi. dilectus.idem per omnia ſequitur do.cardi.in dicta. Cle. ij. & in Cle.ad noſtrum.eo.ti. & ꝙ inquiſitores & notarij & fiſcalis, & alij officiales inquiſitionis non poſſint recipere dona aliqua, habetur. xxvi inſtructione inquiſitionis.

No.quòd curialis, vel alius qui facit, vel recipit promisſionem de aliqua re, vel vtilitate conſequenda pro obtinenda aliqua gratia, vel pro iuſtitia peruertenda apud ſedem apoſtolicam, eſt excommunicatus ipſo iure.ita notat Io.An.in c.cum eſſent, de ſimo.& allegat Hoſti.extrauagan. Bonifacij, excommunicamus. [c]

Sed quæro iuxta prædicta, an inqſitor poſſit recipere modica xenia [d] quę conſiſtunt in eſculentis, & poculentis mera liberalitate oblatis, quæ paucis poſſunt conſumi diebus.& veritas huius quęſtionis pendet ab illa, an alij iudices poſſint iſta recipere, in quo fuit varietas inter doc.nam glo. in l.plebiſcito.ff.de of.præſi.tenuit ꝙ licèt olim illud licitum eſſet per illam l. & per.l.ſolent.ff.de of. procon. tamen hodie illud eſt mutatum per iura noua, & correctum. ſed Bar.in d.l. plebiſcito, poſt Guil. tenet opinionē contrariā.ſed in aut.vt iudi. ſine quo ſuf.§.ſcriptum, tenet opinionem. d. glo.quod etiam tenet gloſ.in d. §. & dicit ꝙ l. plebiſcito, & alia iura quæ innuunt contrarium, poſſent habere locum in defectum ſui ſalarij,& tunc etiā mediocriter, & ſponte dantibus vt innuit tex.& glo.in d.§. & gl.in d. l.plebiſcito. prædicta dicit fore vera in iudice ordinario.ſed iudex delegatus indiſtinctè poteſt, ſm eum accipere eſculentũ,& poculentũ, quod paucis poſſit conſumi diebus, dummodo mera liberalitate ſit oblatum, vt in c.ſtatutũ.§.inſuper, de reſcrip.lib. vj.& iſtam opi.ſequitur Bal.in d.l.ſolent, licèt nō iſta plenè diſtinguat. Et opi.iſtorum doc.ſatis eſt conformis legibus ordinationū Hiſpaniæ, quæ indiſtinctè prohibent iudicibus, nè aliquid a partibus recipiant, adiungit tñ Bal.ibi ꝙ ꝓ quibuſdā minimis nō offenditur lex, vt ꝓ vno pari phaſianorum vel ꝓ duabus phialis maluaſię, vt ff.de cond.& de.in l.quāuis. quia pro tā paruo animus iudicis nō flectetur.ad quod etiam poteſt induci text. c. & ſi qōnis, de ſimo.vbi pro modico voluntariè oblato in collatione rei ſpiritualis omnis traditio, & promisſio ceſſare debet. adde glo. notabilem.xi.q.iij.non licet.Ex quibus infertur ad deciſionem quæſtionis propoſitę, ꝙ cum inquiſitoribus, & commiſſarijs, & eorum miniſtris, & officialibus ſint deputati reditus, officio, & certa ſalaria, & ſic in eis militet ea rō, quæ in ordinario, pręſertim quia cum ſint delegati ad vniuerſitatē cauſarum, vt not. in c. per hoc de hę.l.vj.naturā ordinariā ſapiunt [e] ſm glo.de appel.cum cāri.ideo idem in eis quod in ordinarijs erit dicendum, & ſic concluditur ꝙ iudex munera non debet accipere, qa munerū

acce-

acceptatio veritatis eſt præuaricatio. xj.q.iij.qui rectè, & c.non licet. xiiij. q.v.non ſanè.[f]

Et circa prędicta no. q Iſai.xxxiij. c.vocat virum iuſtum illum, qui excutit manus ſuas ab omni munere. vnde g Gre. bene cum virum iuſtum propheta deſcriberet, ait, Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere, quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud a manu, aliud a lingua. munus ab obſequio eſt ſeruitus indebitè impenſa. munus a manu pecunia eſt. munus a lingua fauor eſt &c. vt xj. q. iij. c. qui rectè iudicat. vbi in fi. dicitur & pro iuſto dicitur, qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit. item extra de ſimo. c. & ſi quæſtiones: cum autem ſcriptũ eſt, Beatus q excutit manus ſuas ab omni munere, de illis dictum eſt, quæ accipientis animum allicere, vel inuertere ſolent. IDEO PROVISO SOLERTER. vt excutias manus ab omni munere, ſi vis iuſtus haberi.

ADDITIONES.

a *Extorquere eſt tormentis vel alia vi quauis, aut alijs modis illicitis aliquid ab inuito foras exprimere, vel exigere. l. illicitas. in prin. ff. de off. præſi. & l. vlti. §. vlt. ff. quod me. cau. & de dolo. c. in tantum. c. audiuimus, & ſeq. de ſimo. Clem. nolentes. de hęreti. l. ſi ſeruo. 84. ff. de hęred. inſti. & l. pupillus. 23. ff. quæ in fraudem credito. Vnde extorquere veritatẽ eſt adhibitis tormentis exprimere confeſſionem. l. 1. 8. & 9. precipuè. ff. de quæſtio. Petr. Vend.*

b *Et generaliter dicimus epiſcopos propter eminentem dignitatem, ſub quacunque etiam generali diſpoſitione; niſi de eis fiat mentio non comprehendi. c. quia periculoſum, de ſen. excom. lib. 6. c. ſi compromiſſarius. § huiuſmodi quoque pœna. de elect. eod. lib. Quæ concluſio vera eſt indiſtinctè in materia exorbitanti, ſeu odioſa, vt per Io. And. in c. cui licet. dum format quæſtionem de ludentibus cum epiſcopo. de regu. iur. dict. li. 6. ſequitur Bal. in l. digna vox. nu. 7. C. de legi. Quintil. Mandoſius.*

c *Quæ eſt. 1. de ſenten. excom. inter communes. in quam extraua. plerique ex curialibus incidunt, teſte etiam Abb. in c. de cætero. de re iudi. & in c. cum eſſent. hic citato. nu. 3. ac glo. pragma. de annatis. in verb. pœnam. ad finem. Quintil. Mandoſius.*

d *Videre poteris, quæ ſcripſi in glo. ſacul. in proœ. in verb. præmij. poſt mediũ. verſi. inſuper, diſtinguere poſſumus. Quint. Mand.*

e *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ habetur inſtar ordinarij, glo. 1. in l. Pomponius. aliàs, ſi vni. verſi. idem in delegatis ad vniuerſitatẽ cauſarum. ff. de re iudi. quæ glo. communiter tenetur, vt per Rui. con. 5. Habita. col. 4. ante fin. & con. 60. nu. 12. vol. 5. pro quo etiam glo. in c. cum cauſam. in verb. a principe delegatus. de appellatio. Q. M.*

f *Exod. 23. Nec accipies munera, quæ etiam excecant prudentes, et ſubuertunt verba iuſtorum. Deutero. 16. Non accipies munera, quia munera excecant oculos ſapientum, et mutant verba iuſtorum. Prou. 17. Munera de ſcinu impij accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. Eccle. 20. in fin. Xenia, & dona excecant oculos iudicum. D. Auguſt. ad Macedo. Non debet vendere iuſtum iudicium. M. Tull. Philip. 3. At verò huiuſmodi inter ciues illius appendebatur aurum, numerabatur pecunia, vnd in domo & c. l. properandum.*

randum. §. ita antem vtraque. ibi, vel turpiſſimi lucri gratia. C. de iud. c. qui re ctè. c. pauper. & c. quatuor. xi. q. 3. Boer. deci. 153. nu. 26. Q. M.

g *Ex cap. ſunt nonnulli. 1. q. 1. licèt dimi nutè ſcribatur. Pet. Vendr.*

Expectare. No. q expectat de' peccatores ad pœnitentiam, quos ſi non conuertãtur, grauius punit, de pœnitentia diſtinctione. i. prædixerat.

Extrauagantes [a] An poſſint allegari, [b] & de materia earum. vide de fide inſtru men. paſtoralis.

Aliquas extrauagantes poſui in fi ne compilationis iſtius alphabeti, & etiam aliquas conſtitutiones Friderici imperatoris quæ. ſ. extrauagantes, & conſtitutiones coadiuuant inquiſitioni hæreticæ prauitatis. ibi vide.

ADDITIONES.

a *Extrauagantes dicuntur leges, & conſtitutiones, quę ſunt extra corpus, aut congeriem iuris vtriuſque, in vnum artificiosè, autore principe, collectæ, veluti nunc ſunt quæ Pandectarum, Codicisve corpore non comprehenduntur, ac quę voluminibus iuris canonici non complectuntur. quaſi aberrantia a diſpoſitione reliqui iuris, idque per metaphoram. de his Pani. in Proœ. extraua. Ioan. & Panor. in c. 1: de ſenten. & re iud. nu. 2. Gozadi. con. 16. Pet. Vend.*

b *Vide quæ ſcripſi, in 5. quęſt. 9. regu. Cancel. nu. 2. in 1. quaeſt. 28. regul. nu. 3. & ſequ. & in 3. quaeſt. eiuſdem regu. 28. Quint. Mandoſius.*

F*Autores* hæreticorum [a] qui dicãtur. & dicit Archi. quòd [b] non eadem conditio perſonarum priuatarum, & illarũ quę in publica poteſtate ſunt, quia inter iſtos eſt differentia, iſti enim ex ſola [c] commiſsione poſſunt dici fautores, ſcilicet quando condemnatos ab eccleſia [d] non fugant, nec puniũt. xxiij. q. iij. qui poteſt, & q. v. qui vitijs, & q. viij. præterea & in caſu qui habetur in c. vt officium, de hære. li. vj. §. fi. vt re mittit. ſed eſt ar. contra. xxiij. q. iij. c. fi. & de ſen. excommu. dilecto, ver. & quidem. & iſtud intelligit de priuatis non aſtrictis ad id per iuramentum. Sed ſi iurauerant indicare, & non indicant, & celant hęreticos, ſunt fautores, & celare in eis eſt peccatum mortale. xj. q. iij. quiſquis. & ſic fauet quis omisſione, & permisſione & iudex, vel prælatus intelligitur fauere iſto modo, vt patet xvii. q. iij. c. quòd autem. quod eſt vnicum in dicta. q.

Item poſſet quis fauere verbo excuſando hæreticos nõ ex lubrico linguę, nec per iocum, ſed in conuenticulis, vel cum inter laicos dicunt illos non eſſe tales quales dicunt. [e] Io. An. ad id quod allegat incontrariũ, d. c. dilecto, circa priuatum non defendentem, vt tunc dicatur fautor, & ita procedunt cõtraria. quòd autem dicit hic Archi. intelligatur, quando non dolosè, ſed ex ſimplicitate, vel timiditate, vt propter hoc non dicatur fautor, ſi non defendit, vt ſentit ibi Ioan. And.

Sed quid de aduocatis qui hæreticos defendẽdo excuſant ipſorum exceſſus, an posſint dici fautores? ſo. dicendum quòd poſſunt dici fautores

habita conſideratione perſonarum, temporum, & locorũ. Nam hæc omnia ad vnguẽ præſtingi nõ poſſunt [f] quod falſi accuſatores fauere dicantur, patet quòd fucatis excuſationibus eius crimina tegere videbantur [l]. xxiij.q. iiij. ita planè. ex quibus duobus capitulis dicit colligi, quòd coloratè defendẽtem fauere dicitur fautor. ſed vbi eſſet lubricum linguæ ꝙ ad pœnam vel damnum trahi non debet, non nocet, vt. ff. ad l. Iuliam maieſ. famoſi. nec obligant quæ per iocum dicuntur. ff. de actio. & obligatio. obligationum ſubſtantia. xxij.q. ij. quòd ait Io. An.

Quid autem de agente in facto, an dicatur fauere? ſo. dicẽdum quòd ſic nec tunc indiget probatione, vtputa in eo ꝗ qui procurat alimoniam talibus, vel ſibi ſubminiſtrat aliqua per quæ liberantur, vel alia ſimilia. xxiii. q. iiij. eſt iniuſta. ff. de furtis, ſi pignore, & c. accuſatus. §. ſacerdotes, & c. inquiſitionis. §. prohibemus, de hæreticis, lib. vj. Et idem dicit de illo qui precibus illum liberat & illud nõ caret ſcropulo ſocietatis, & c. ij. q. vij. negligere. Ioan. An. hęc omnia ponit de fautore. Dominicus in ſecunda parte, tit. de hæreti. in c. quicunque, li. vj.

Et ſic concluditur quòd fautores dicuntur tribus modis. nam aliquando dicitur quis fauere hæreticis ex ſola omiſſione, vel negligentia: aliquando cooperatione, & facto: aliquando conſilio, ſeu verborum prolatione. de quorum ſingulis licèt ſupra dictum, & tactum eſt, hic per ordinem diſſeramus. Et certè omiſſione, & neglectiuè dicitur facere, vel fauere qs hæreticis dupliciter; vno modo in puniendo, alio modo in indicando. nã ſi is qui habet poteſtatem puniendi hęreticos hoc negligit ſcienter, videtur fauere eis, & incidit in ſuſpitionẽ hæreſis, vt in ſeipſo videatur errare, vt extra de hęreticis, qui alium. & de homici, ſicut dignum. §. filij. Negligere enim cum poſſis perturbare, nihil aliud eſt quàm fauere, vt ff. ad l. Aquil. l. ſi etiam. in prin. & de noxa. l. in omnibus, extra de ſent. ex. Quantæ. & ij. q. vij. negligere. lxxxiij. diſt. error, & xxiij. q. iij. oſtendit. & dicit lex ꝙ rectores duplici pœna puniuntur, ſi facinora neglexerint vindicare, vt C. de Sarace. & paga. l. fi. in fi. non caret ſcrupulo ſocietatis iniquę, qui cũ poteſt manifeſto facinori obuiare, deſinit, vt d. c. negligere, & c. error. vide ſupra error.

Item in indicãdo idem videtur dicendum in eo qui tenetur hæreticum indicare, quia ille qui iurauit indicare hęreticum, ad petitionem fortè inquiſitoris, qui quotidie exigit a multis hoc ſacramentum, vt in c. excommunicamus, el j. §. adijcimus, de hæreticis. Si ſciens hęreticum non indicat, imò celat, & recuſat ipſum indicare, nũquid cenſetur ex hoc fautor? & dicẽdum quòd ſic, quia omnis qui tenetur ex debito indicare, celando ſcienter incidit in ſuſpitionem fautoris. & illud conſtat apertè, quòd quilibet fidelis Chriſtianus etiam ſine iuramento teneatur ex debito indicare hæreticum, cum teneatur in minoribus delinquẽtem indicare, ar. ff. de iu. fiſ. l. ex quibuſdam, & ff. de condi. ob turpem cauſam. l. iiij. §. pen. & quod ibi notatur, extra de furtis, quicunq; furem, & xxiij. q. v. in c. ſi audieris, & c. ſeq. & habetur in quadam conſtitutione Innocentij papæ, quam edidit

in Anania,& incipit, Nouerit vniuerſitas §.item ſi quis hæreticos.vbi papa imperat indiſtinctè omnibus, ꝙ ſub excommunicationis pœna debeant quos faueant hæreticos inquiſitori,ſaltem ſuo confeſſori indicare. & ſic reſtat quòd omnes qui ſcienter recuſant hæreticos indicare, cenſentur ex omisſione,& negligentia fautores, cum omnes ex debito teneantur per iura prædicta. & maximè vbi conſtituti coram inquiſitore & iurati dicere veritatem eam ſupprimunt, celando ſcienter hæreticum, & committendo ſic falſum,vt extra, de fal.

Facto, ſeu cooperatione dicitur quis aliquando fauere, puta ſi hæreticos ſcienter aſſociauit, vel viſitauit, aut ipſos pauit, ſeu alimoniam eis præſtitit. Item ille qui ad euadēdum de manibus inquiſitorum illis præſtitit conſilium,vel fauorem: non dico per obiectum ſui corporis, vt deferat a defenſore,vt putà quia miniſtrauit ſibi ea, ad hoc quòd tutè fugiat, & euadat,vt Inſti.de obligatio. quæ ex delicto naſcun.§.ope, & ff. de fur. ſi pignore.§.penul.& l.in furti. & §. rectè.ad quod in c.vt officium §.prohibemus,& c.accuſatus. §.ſacerdotes,de hæreticis,lib.vj.& xxiij.q. iiij. eſt iniuſta.

Verbis autem dicitur quis fauere dum ſcienter excuſat hęreticos, vel exceſſus eorum publicè, vt dum ipſe ſcienter hęreticis præſtat conſilium, vt euadant a manibus inquiſitorum. Item dum ſciunt ipſos eſſe hæreticos & præſtant & effundunt pro ipſis preces,nè puniantur. Nam ex prædictis & ſimilibus dicitur quis fauere verbo & conſilio.prima duo, ſcilicet de excuſatione,& præſtatione conſilij probantur per dictum.c.accuſatus.§.ſacerdotes,li. vj. Tertium de effuſione precum,probatur per Archi.in c.quicunque,extra de hęreti.lib.vj. in ver. fautores,& xiiij.q.vj.in c.ſi res, in §. illud verò,& in d. c. accuſatus, & C. de epiſco. & cleri.l.quicunque. & meritò dicitur ſcienter in omnibus prædictis,cum in omnibus delictis attendantur ſcientia,& propoſitum, vt ff. ad l.Corn. de ſica.l.dicuntur,& ff. de furtis.l.quæ in iure,extra de ſentent. excommun.cum in voluntate.Ignorantia enim facti non debet puniri, quia illa fallit prudentisſimos, vt ff. de iuris,& fac.ignoran. l. ij. & extra. de clerico excō. c. apoſtolicę. ad qđ facit de regu.iuris.ignorantia,lib.vj. & ſuccedat quod dicitur, ꝙ ſcientes ligat edictum, vt ſupra dictum eſt in litera,edictum.

Nota ꝙ fautores,[h] defenſores & receptatores hęreticorum ſatis proximi ſunt hæreticis, & credentibus,nō tamen ſunt tales,nec puniuntur paribus pœnis cum eiſdem hæreticis, & credentibus. Et ideo bonum eſt videre de pœnis iſtorum. Et primò ſciendum eſt.quòd propter fautoriam,defenſionem, aut receptationem hęreticorum inſurgit vehemens ſuſpitio contra tales, & propter hanc ſuſpitionem poterit inquiri contra tales, vt xiij.q.vj.hi qui. & propter hanc ſuſpitionem poterit eis purgatio indici ad arbitrium epiſcopi, vel inquiſitoris inquirētis,vt plenè dicetur ỹ.in litera pœna, in qua purgatione ſi defecerint tanquā hęretici poterunt damnari, vt de hęreticis,excommunicamus.§.qui autem,& de præſump. literas,& de pur.can.c.inter. de hoc vide infra purgatio. & de multis alijs

pœnis

pœnis quibus ſubiacent fautores, defenſores, & receptatores hæreticorũ, tam de iure canonico, quàm de iure ciuili, vide ℣. pœna, vbi latè dicetur.

Et ex prædictis nota ꝙ ſi fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum fuerint de hoc confeſſi, aut per Chriſtianos, vel Iudæos conuicti, cõtra tales, ſicut contra hæreticos, eſt procedendum, vt in c. cõtra Chriſtianos, de hæreti. lib. vj.

An aduocatus, vel procurator ſi exercendo ſua officia dent auxilium, conſilium, vel fauorem hæreticis dicantur propterea fautores. [i] Archi. & Io. An. in c. quicunque, eo. tit. li. vj. latè proſequuntur hanc materiam: ſed dicẽdum eſt, quòd interdum præſtatur auxilium de iure exercendo officiũ aduocationis pro eis, ad quod faciunt notata per Hoſtien. in c. propoſuit, de clerico excõmu. miniſtran. & text. in c. ſi aduerſus, de hæreticis. quandoque non per viam iuris, ſed veniæ, ſiue miſericordiæ obtinendæ: & licèt illud regulariter licitum ſit, vt l. ſi fuerit. ff. de re. du. & l. in metallum & l. diuus. ff. de pœnis, tenet Bald. in l. in furti. §. ope. ff. de furtis: in foro tamen conſcientię dicerem ꝙ nõ, vbi nõ eſſet ſpes de correctione, illud eſſet illicitum, & videretur impendi fauor delinquẽti de crimine hæreſis; ad quod induco glo. xxiij. q. v. reos. Et ſic concludendo regulariter dico, nõ licere aduocare pro hæreticis, vbi ſpes non habetur de correctione. [k] Nam ſi hoc obtinet in crimine lęſæ maieſta. vt non liceat pro criminoſo in illo crimine ſupplicare, vt l. quiſquis. C. ad l. Iulia maieſta. ergo a fortiori in crimine hęreſis locum habere debet, cum longè grauius ſit ęternã quàm temporalem lædere maieſtatẽ, vt in c. vergentis, de hæreti. ad quod facit gl. dictę. l. ſi quis cum militibus. quæ lex eſt canonizata. vj. quę. j. Ideo Prouiſo Solerter tu aduocate, vel procurator: cum in dubijs antea debeamus præſumere quem reum quã liberum, & ſine macula, vt ſupra dubium.

Item quandoque præſtatur fauor extra iudicium, vt latè proſequitur glo. in Clemen. j. de pœnis, & habetur in c. j. de offi. delega. & in c. notum. ij. q. j. & per Innoc. de homici. ſicut dignum, & per Bart. in d. §. ope, & per Salice. in l. non eo minus. C. de accuſationibus.

An impedientes officium inquiſitionis incidant in ſuſpitionem fautoriæ hæreticorum, ſeu hæreſis? & dicendum quòd tales incidunt in ſuſpitionem hæreſis, ſeu fautorię, & excõmunicationem incurrunt, vt habetur in c. vt inquiſitionis. §. ſi. & in c. vt officium. §. denique, de hæreticis, lib. vj. de quo vide infra impediens. & tales tenẽtur abiurare hæreſim, quia ſuſpecti, vt ſupra abiuratio. §. item quilibet ſuſpectus, & §. an impediens.

Nota quòd cum quis poſſit admitti ad defenſionem propter fauorẽ publicum, vt ff. de procu. in l. ſerui quoque. §. publico. ſed ĩ iſto crimine quilibet admittitur ad accuſandum, & excluditur a defendendo, vt ſupra dictum eſt in litera, accuſatio.

Nota quòd fauores ſunt ampliandi, & non reſtringendi, vt ff. de libe. & poſthu. l. cum quidam, & ff. de his qui notan. infa. l. ait prętor. §. exercitiũ. vide in regula, odia, & in regula, in obſcuris, lib. vj.

Quod eſt fauorabilius, debet præ-

ferri.C.ſi man.ita fue. alie. l.j.& ff. de ſer.expor.l.ſeruus, in fi.

No. quòd cauſæ fauorabiles ſunt quatuor, ſcilicet matrimonium, libertas, dos, & teſtamentum, vt in c.fi. de re iudi.

ADDITIONES.

a *Fautores tribus modis dici affirmat Io.Calderi.de hæreti.c.5.de fauto. videlicet ſola omiſſione, vel negligentia, vel cooperatione, & facto, ſeu conſilio, vel verborum prolatione. & ibi ſingula declarat. quæ etiã habentur in libello eiuſd. Calder. nuncupato forma procedendi contra inquiſitos de hæreſi.nu.16.& ſequ. De quibus etiam Vmbert. in Iudi. inquiſito. hoc ipſo verb. Fautores. & Siman. Enchirid.tit.xv.de Fautoribus. Q. M.*

b *Quæ huic voci includuntur in opere poſt Calderi.de hære.part.2.c.1.per ead. verba continentur, ſed hic mutilatè, mendoſeque referuntur, neſcio quo pacto, vitia quæ hic inſunt ſugerint annotatorẽ, qui eadem loca citauit & hæc emendanda ſuſcepit. P. V.*

c *Omiſſione legitur in opere præcitato. & ita legendum ex fine huius capitis videtur. P. Vend.*

d *Hæc negatio abeſt ab illo innominato autore. P. Vend.*

e *Confuſo ordine Zanchi. interſerit hæc Io. And. poſtea reſumit in c. ſed quid. Petr. Vend.*

f *Quæ in allegato opere ſequuntur hic deſiderantur, vnde locus hic redditur obſcurus. lege cita. opus poſt Calde. Clauſula ſequens. Quod falſi &c. legitur corruptè. ex eod. opere ſic lege. Quod huiuſmodi excuſatores fauere dicantur patet quòd fucatis defenſionibus eius crimina tegere nitebantur. Et intermedia clauſula, relicta parit ambiguam orationem. Deinde ſequitur. quòd per huiuſmodi coloratas defenſiones dicitur quis fauere, cætera quoque truncatè continuant. Petr. Vend.*

g *Et hoc caput mancũ eſt, integres oportet ex Calderino. vel Archid. vel Ioan. And. in c. quicunque. de hæreti. lib. 6. Pet. Vend.*

h *Vt fautor hæretici dici poſſit neceſſe eſt probare, quòd ille cui quis fauebat eſſet hæreticus, & quòd hoc fautor ſciret, ad text. in l. denuntiaſſe. § fin. ff. de adul. & ibi per Bart. & per eund. Bart. quem communiter ſequuntur, & in praxi eius opinio ſeruatur, qui declarat, quæ & qualis probatio hoc caſu requiratur, in l. ſi is qui rem. §. ſi tu. ad fin. ff. de fur. & in terminis noſtris Ancara. in c. quicunque. de hæreti. lib. 6. Vmber. in Iudi. inquiſit hoc verb. Fautores. verſi. vnum tamen aduerte. Quintil. Mand.*

i *Angelus in praxi crim. in verb. And. auxilia, & ibi. in apoſtil. Augu. Ludo. Carer. de hæreti. nu. 19. verſi. Item hære. contrahitur, ſi quis defenderet hæreſim, & quod aduocatus, & procurator pro hæreticis patrocinium præſtare nõ poſſint concludunt omnes, vt per Afflic. ſuper prim. part. conſti. Rub. 1. nu. 43. & Iul. Cla. ſenten. lib. 5. §. Hæreſis. nu. 18. verſic. vlterius pro hæreticis. Venia igitur non impetrata ab inquiſitore non audeat Aduocatus ſeu procurator defenſionem accuſati de hæreſi ſuſcipere. Q. M.*

k *Vbi ſpes non habetur de correctione non ſolùm concludunt omnes non licere pro inquiſito de hæreſi aduocare, imo nec ſupplicare, nec veniam petere, & licèt regulariter pro accuſato ſuper delicto liceat veniã ſeu miſericordiã petere: tamen pro hæretico, etiam ſi ſit ſpes correctionis veniam ſeu miſericordiã implorare ſeu petere*

tere non licet, vt concludunt Guindiſal. in tract. de hære. quæſt. 16. nu. 3. verſi. ſed in crimine hæreſis generaliter dico. & Vmbert. in iudi. inquiſito. hoc ipſo verb. ſautores. poſt nu. 4. verſi. adde, & benè conſidera. Quint. Mand.

Fama [a] bona, & mala probantur per communem auditum. ita nota. Inno. in c. licet, de accuſatio. in glo. famę.

No. quòd aliud eſt fama, aliud manifeſtum, aliud notorium. [b] Et fama qñq; ex ſcientia, qñque ex ſuſpitione procedit, quandoq; ex certo, quādoque ex incerto autore, vt de conſe. diſ. iiij. ſanctum. & de omnibus iſtis vide ij. q. i. in glo. c. manifeſta.

Fama publica eſt iuſta cauſa credendi, vnde accuſans illum de crimine, contra quem publica eſt fama, excuſatur a pręſumpta calumnia. caſus eſt notabilis. in l. cum quidā. §. quod dicitur, & ibi Barto. ff. de acquirend. hæredit.

Nota ꝙ fama confirmat cōfeſſionem quæ aliàs per ſe non eſſet ſufficiens, ita nota Abbas in c. iij. de præſumpti.

An probatio famæ admittatur cōtra probationem famę contrariæ, vide infra probationes, in margine, & in §. an probata, & in §. probatio famę. & nota ꝙ ad hoc admittitur contraria probatio cōtra probationem famę. ſ. ꝙ ſi ſecunda eſt clarior, obfuſcatur effectus primę. Et ideo eo caſu quo infamia ſufficeret ad torturam, ſi probaretur per aliam partem bona fama, tolleretur præſumptio prima. & ſic probat tex. in c. cum in tua. de ſpon. & ibi Panor. & Bar. in l. fi. C. de quæſtionibus.

ADDITIONES.

a *Vmber. in Iudi. inquiſi. hoc ipſo verbo inquit. Fama eſt quædam opinio communis voce manifeſtata, ex quadam ſuſpitione proueniens. Hęc fuit deſcriptio Bar. in l. de minore. § plurimū. nu. 7. ff. de quęſtio. Ad probationem famæ requiritur, quod teſtes dicant audiuiſſe a maiori parte populi iuxt. communem opinionem. de qua Cur. Iun. con. 52. nu. 5. & conſi. 122. nu. 9. Non probatur autem fama, ſi teſtes dicant audiuiſſe a pluribus perſonis. ſiue quòd vox, & fama publica erat, iuxta communem opinionem. de qua D. meus Philip. Deci. con. 210. col. fi. poſt princ. Quintil. Mand.*

Adde quòd Fama eſt nomen medium, quod accipitur in bonam quandoque partem, quandoque in malam. Virg. Enei. 1. Sum pius Aetas fama ſuper æthera notus. l. ſi adulteriū. 38. §. 1 ff. ad l. Iul. de adult. Cic. de fini. 3. εὐδοξίαν, bonam famam appellat. De vtraq; in l. 3. §. ideoque. ff. de teſti. De mala Virg. Aeneid. 4. neque. enim ſpecie, famave mouetur. Teren. in Adelp. Maledicta famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit, quam in iure quoq; propriè, appellamus infamiam. ff. de his qui not. infam. vnde famoſus in deteriorem frequentius accipitur partem. l. mulierem. 13. ff. de accuſa. & l. famoſi. 7. ff. ad l. Iul. maie. Famam Non. opin. eſſe ſcribit, ſecundùm conſuetudinem. M. Tul. in Topicis, eam teſtimonio ſubijcit. Huius, inquit etiam generis eſt fama vulgi quoddam multitudinis teſtimonium. Quint. etiam lib. 5. c. 3. probationi connumerat. Fama ait atque rumores, pars altera conſenſum ciuitatis, & velut publicum teſtimonium vocat, altera ſermonem, ſine vllo autore diſperſum,

cui

cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas, quod nulli etiam innocentiſſimo poſſit accidere fraude inimicorum falſa vulgantium. Cum verò fama & æxiſtimationis nomine ſignificetur, l. cognitionum. ff. de var. & extra. cogniti. iuncta gl. ſic ibi definitur. exiſtimatio eſt dignitatis illeſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, id eſt de quo omnes exiſtimant, ſed aliquandò ſumitur actiuè. Cic. pro Cælio, eſt iſta quidem noſtra exiſtimatio. priori ſignificatione capitur l. 3. ff. de teſti. & l. 5. §. a Barbaris. ff. de re militari. P. V.

b *De fama & notorio tractat Bart. in aut. qui ſemel. C. quomo. & quando in. de quibus etiam & ſimilibus Io. Cald. in repeti. c. in noſtra. de cohabi. cle. & muli. Quintil. Mand.*

Familiaris [a] quis dicatur, vide gl. in c. in literis, de teſti. vbi dicit ꝙ familiares appellantur conſanguinei, coloni aſcripticij, & mercennarij, filius in poteſtate, libertus, ſeruus, & omnes habitantes in domo. vide bonam glo. iij. q. v. in ſumma quòd familiares largè dicuntur omnes qui habitant in domo. & vide Ab. & doc. in dicto c. in literis. & adduco. Ab. in c. cum dilectus, de cleri. non reſi. vbi dicit quòd exiſtentes in ſeruitio alicuius dicuntur ſui familiares. eſt tamen verbum latum: nam & domeſtici dicuntur familiares.

Familia clericorũ an gaudeat priuilegio ipſorum clericorum, vide Abba. & docto. in c. ij. de foro compe. in ij. col. gloſſ. & archi. in c. clericum. xj. quæſt. i. & in c. eccleſiarum ſeruos. xij. quæſt. ij.

Omnes de familia alicuius officialis dicuntur ciues illius loci, vbi dominus eſt officialis, dum durat ibi eius officium. vide infra officiales. §. nota quòd officiales, & omnes de ſua familia.

Inquiſitores non poſſunt ponere ſuum familiarem in aliquo officio inquiſitionis, vt in inſtructionibus inquiſitionis. xxix. inſtructione.

Fama ſuccedit loco accuſatoris, & ſi fama laborat cõtra aliquem ꝙ eſt hæreticus, vel quòd notoriè conuerſatur cũ hæret. vel quòd euitat communionem, & conſortium fidelium, vel ꝙ nunquã vadit ad audiendũ diuina officia, tunc inquiſitor, vel eps poterit procedere cõtra talem ex ſuo officio ſine accuſatore, [b] vt extra de acc. qualiter, & qñ, & c. inquiſitionis & de hoc plenè no. ꝑ arch. in c. accuſatus, in prin. in ver. orta, de hęret. l. vj.

An probata mala fama contra aliquem, poſſit ipſe probare ſe eſſe bonę famæ, vide infra probationes, in §. an probata mala fama, & vide ſupra iſta litera. §. iiij. Fama excuſat a delicto, de quo vide Sali. in aut. ſi quis. C. de teſti. per l. plagij C. ad l. Fla. de plagi.

Familiaris an admittatur ĩ teſtem vide infra teſtis.

Quid ſit fama quę eſt in homine, vide definitionem in l. cognitionum. ff. de varijs & extraordina. cognitionibus.

Fama facit ſemiplenam probationem, [c] vt ff. de teſti. l. iij. §. eum de. ſed caueat iudex quia fama probatio eſt multum periculoſa, & plerumque eſt falſa, quia poteſt habere ortũ ab inimicis, vel maleuolis, & ignorãtibus.

Quãuis principaliter ſit curandũ de bona vita, nihilominus quantum quis põt, curare debet de bona fama,

& nè proximi de eo ſcandalizentur. hæc habentur multum plenè.xj.q.iij. inter verba,& clarius xij.q.i.nolo.

Si aliquis eſt accuſatus,& inquiritur contra eum,& fama contraria ſuperuenit,cui famę ſtabitur,vide text. & ibi Bal.in l.ſi mater.C.ne de ſta.defun.& vide Bar.& Bal. & Imo. in l.is poteſt.ff.de acqui.hęre.& Barba.in c. veniens,el.i.de teſti.

Fama bona neceſſaria eſt nobis propter alios.xj.q.iij.non ſunt audiendi xij.q.i.nolo,& q.ij. quatuor.

Quiſquis cuſtodit famam ſuam, etiam in alijs eſt miſericors.xj. q. iij. non ſunt audiendi.

Fama ſi eſt procurata, ei non ſtatur.caſus eſt in l.ſi mulier: §. miles, ff.de adulte.

An papa poſſit reſtituere famę infamatum, vide infra infamia. §. an papa.

Fama quomodo ſit reſtituenda ab illo,qui aliquem infamauit?& dicendum quòd taliter debet fieri, videlicet vbi publicè dixit verbum,vel cantilenam per ſe, vel per alium, vel etiā vbi proiecit libellum famoſum, nec non in alijs locis,vbi intelligeret illū contra quem hæc acta ſunt, infamatum occaſione ſui dicti,vel facti, vel ſigni,publicè,& ſimpliciter recognoſcat errorem ſuum,& culpam,& pro poſſe remoueat,vel ſaltem alleuiet ſic infamiam.ar.extra de purgatione canonica, inter ſolicitudines.§.præcipias.Idem Hoſtien. dicit tamē quòd hæc publica recognitio facienda eſt, niſi ex tali recognitione publica ille infamatus amplius infamaretur. & ſecundùm gloſſam Raimun. intelligenda ſunt hæc ſcilicet ſi audet hoc facere, ſecus ſi non audet propter potentiam, vel crudelitatem aduerſarij.& addit Raim. tenetur etiam ſecum componere de iniuria, & humiliter veniam poſtulare.Idem Hoſtiē. & ſecundùm glo. Rai. oportet veniā poſtulare ī propria perſona ſi audet, aliàs ſecus, ſed per interpoſitam perſonā.Et nota quòd cum aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitum,quòd tunc tenetur ad reſtitutionem,quantùm poteſt, ſine mendacio tamē,vtpote quòd dicat ſe malè dixiſſe, vel quod iniuſtè eum diffamauit: vel ſi non poteſt famam reſtituere,debet aliter recompenſare, ſicut & in alijs iniurijs, probatur hoc. v.q.i.quidam,& xiiij.q.vj.ſi res.concor. Vl. Pe.& Rai. vt in ſumma confeſſionum li.ij.ti. v. q. ccj. vbi etiam traditur quod dictum eſt iſto §.

ADDITIONES.

a *Tracto in 18.quæſt.3.reg.cancell. nu. 2.& largo modo familiares dicūtur omnes exiſtentes ſub alicuius imperio, de iure vel de facto.c.in literis.de teſ. vbi Bal. & alij, Aliter etiam accipiuntur vt dixi,in x.quæſt.32.reg.cancel.* Q. M.

Familiæ nomen quomodo accipiendū ſit in interdictis iuris è Cic. quoque petas oratione pro Ceci. De familiæ & familiaris acceptione videas ab Hotoma. collecta de verbis iuris. Alcia.in l.40. §.ij.ff. de verb.ſigni. Familiarium nomine vocatos eſſe ſeruos Romanorum, Dominum vero patris familias inuidiæ contumeliæq; fugiendę gratia ait Macrob lib.1.ſaturna.c.ij. vnicum quoque ſeruum familiæ appellatione non contineri, neque a duobus familiam fieri placuit Vlpian.l.40. præcitata,licèt Ariſt.antea ſcriptum reliquerit li.1.politi. ex duabus ſocietatibus

bus conſtare familiam, ex domino & ſervo, ex mari & fœmina iure naturali.
Pet. V.

b *Fama enim præparatorium eſt inquiſitionis, inquiſitionemq́; præcedere debet, Old. con. 213. Franc. Caſſon. de fama ſeu dicto gentium nu. 7. Vmber. in Iud. inqui. in ver. fama. nu. 8. Q. M.*

c *Quod fama in criminalibus faciat ſemiplenam probationem, communem aſſirmat Venaſ. con. 60. nu. 12. fama autẽ in ciuilibus an ſemiplenè probet, communis eſt eſſe iudici arbitrariũ. Pariſ. conſ. 153. nu. 20. volu. 4. vide etiam Feli. in c. veniens. 1. nu. xi. de teſti. Contra autem, quòd fama in criminalibus non faciat ſemiplenam probationẽ cũ glo. in c. veniẽs. 1. de teſt. in verbo. illorũ. cõiter ibi tenẽt hanc opi. Bal. But. nu. 10. Abb. nu. 8. Fel. nu. 12. D. meus, Phi. Dec. nu. 25. Bar. in l. de minore. § plurimum. nu. 30. & ibid. Hippo. de mar. nu. 55. vbi alios ad id citat. ff. de quæſt. Aim. conſ. 41. nu. 6. Blan. in trac. de Inditijs nu. 313. Petrus Duen. Reg. 30c. qui alios refert quem etiam & alios plures ad idem citat Iul. Clar. ſent. lib. 5. q. 21. in prin. Q. M.*

Facto [a] Plus eſt aliquid facere q̃ verbis dicere ad declarandum quem voluntatem ſuam, vt extra de appel. c. dilecti, el ij. & xj. q. iij. exiſtimant. & concor. extra de conſt. c. cum acceſſiſſent, & c. i. in fi. libr. vj. de quo vide ſupra detegitur. Ideo PROVISO SOLERTER. & habetur ff. de ædil. edic. ſi tamen. §. ei qui. & vide ſupra credentes. in §. non enim. & ſic not. quòd plus eſt facto conſentire, quàm verbo, [b] vt eſt gloſſ. in cap. in cauſis. de elec. & eſt gloſſ. in d. c. dilecti. ij. de appel. vbi plus factis loquimur.

Limitatio regulę vulgaris quòd in facto proprio præſumitur ſciẽtia, habetur in l. ſi res obligata. ff. de lega. i.

Facientes, & conſentientes par pœna conſtringit. ij. q. i. notum.

Intentio probatur per qualitatem factorum. Bal. in tracta. ſchiſma. xix. col. per l. quod ait. §. illud. ff. de diuortijs.

Ex intentione opera iudicantur. vide infra fides. §. vtrum ſimplices.

No. quod meli⁹ probatur aliquid per ipſum factum, quã per teſtes, vt ff. de feri. l. ij. in fi. & extra de appel. dilecti, & ff. de mi. minor. & factis loquimur ſicut & verbis, vt xliij. diſt. ſic rector, & xxxij. q. v. nec ſolo, & xj. q. iij. exiſtimant. de ſpon. cum apud. ff. de lega. iij. mirum.

Quod conſiſtit in facto, nõ poteſt haberi pro infecto. xxxij. q. v. ſi Paulus. l. in bello. §. factę. ff. de captiuis.

An qñ factum poteſt retorqueri ad delictum, & non delictũ, & ad bonũ, & ad malũ, ĩ quã partẽ debeat fieri interpretatio, [c] vide Ab. in c. cũ dilecti, de accu. in gl. in verbo valeãt retorqueri. de hoc vide reper. Ab. factũ per Ant. Curſ. in dictione delictũ, §. xj. in fi. vbi ſic cõcludit dicẽdo: ꝙ omnia iura quæ dicunt ꝙ quando delictũ poteſt ſe habere ad delictũ, & nõ delictum, ꝙ debemus p̃ſumere in meliorẽ partem, quod illud eſt verũ qñ pariter, & indifferenter põt ſic ſe habere: ſecus, qñ factũ ſui natura regulariter eſt malũ, licèt poſſet excuſari aliqua rõne. Nam tũc ſi excuſatio nõ probatur, debemus p̃ſumere in peiorem partem, vt notat Bart. in l. non ſolùm §. ſed vt probari. ff. de operis noui nũtiatio. & facit quod habetur in c. i. de pręſumptio. & do. Barba.

in lvij. colum. in princi. in repetitione. c. Rainaldus, de teſta. vbi allegat Bal. per illam gl. in l. ſi ad excludendam. C. de re. cre. & iureiuran.

An bonus zelus excuſet malum factum in delictis, vide ſupra bonus. §. an bonus, & ſupra excuſari. §. ſed nota.

Item [d] ex factis præſumitur de affectu, vt ff. de dolo. l. dolum, & de excc. do. l. j. in prin. ff. de condi. inſti. l. q̃dam teſtamenta, in fi. extra de biga. nuper, & xxxij. q. v. qui viderit, & c. ſi cut enim. ideo Prouiſo Solerter.

Omne malefactum, vel dictum malè præſumitur factum, vel dictũ. vide infra præſumptio. §. omne malefactum, & infra verba. §. omne enim malefactum, & infra negans, in deciſio. do. de Ro.

Nota quòd non ſolùm eſt hæreticus faciens ſponte aliqua quæ ſunt contra fidem catholicam, ſed etiam ſi eſt compulſus ea facere, vt infra hæreticus. §. item eſt notandum. & vide infra metus. §. an metus mortis, & ſupra cœremonia. §. an ſit licitum, & in §. poſt verò publicationem. & vide infra malum. §. potius.

An propter confeſsionem extraiudicialem, quæ infamat de facto, poſſit quis puniri, vide ſupra confeſsio. §. an confeſsio extraiudicialis, circa medium.

Item ex quolibet [e] facto nouus reſultat effectus, vt videlicet qui nouã committit offenſam in cõtumeliam creatoris, & in hominum iniuriam, vt in l. Manichęos. C. de hæreticis. & ideo nimirum ſi pro qualibet iniuria veniat quis puniẽdus, quia idem eſt in quolibet alio exceſſu leuiori, vt ff. de iniurijs. l. prætor edixit. §. ſi plures. ff. ad l. Aquil. l. illud. §. ſi accedat. C. de epiſc. audi. l. nemo. §. is ergo in ſimili, cum ſi. extra de iudi. c. cum nõ ab homine.

Non ſolùm verbis, ſed etiã factis deum negamus, vt xxv. q. i. violatores. ideo Prouiſo Solerter.

Item facit qui per alium facit. de reſtitu. ſpo. c. cum veniſſent, & notat Hoſtienſ. in capi. cum clamor, de teſtibus.

Facto poteſt quis incidere in hæreſim, ſicut & verbo, vt ifra hæreticus.

Quilibet debet melius proprium factum ſcire, quàm alius, quia in proprio facto non ſuſtinetur ignorantia. ar. extra de reſcriptis, ab excommunicato, in tex. & in glo. & de reſtitut. ſpoli. conquerente. & ideo ſuper reſpõſione ſua nõ debet habere cõſiliũ cum aliquo, cũ per ſe bene poſsit deliberare. & vſus cauſarum ſic ſe habet.

An ea quæ conſiſtunt in facto, debeat aduocatus proponere, vel pars, vide ſupra aduocatus.

In culpa eſt qui facit quod facere non debet. vide ſupra culpa, §. in culpa eſt qui facit, quod facere non debet.

ADDITIONES.

a *Fabius Victorinus in primum de inuẽtione Cic. librũ ait. Inter factum enim & rẽ hoc intereſt; Res eſt certam ſui formã & ſpeciem circa cognitionem retinens, factum eſt confuſum quiddam & incertũ, hoc ſolo certum, quod ſcitur quid factum eſt. Facta ſunt duplicia, aut enim conſilij ſunt, aut imprudentia inquit M. Tull. in partitio. probatur hæc diſtinct. l. 1. C. ad l. Corn. de ſicca. Ariſt. 1. li. Rheto. & 5. Ethico. Deinde quædam facti eſſe dicuntur*

quædam

quædam iuris. Queſtio facti eſt, in qua factum necne ſit, quæritur. Iuris autem, in qua de iure ambigitur, velut cum dicimus, quatenus cuiuſque interſit, in facto nō in iure cōſiſtere. l. quatenus. 21. ff. de re gu. iu. l. 1. ff. que res pign. l. vlt. ff. de iure iur. l. 16. ff. de ſta. ho. l. 2. §. vlt. ff. de dona. & paſſim in iure, vt intelligatur ſolas iuris quæſtiones ad iuriſcon. pertinere, de quo ſupra in annotationibus meis. Quæ verò voluntatis ſunt ad facti quæſtionem referuntur, ideſt in quibus de voluntate puta teſtatoris dubitatur, l. 3. de aur. & arg. lega. l. 41. l. 94. de verb. oblig. l. 122. de ver. ſig. l. 8. §. ſi debitori. ff. quib. mod. pign. Hæc ead diuiſio fit a Rhetoribus. Alia de facti ſignificatione, vide l. licet. 58. & l. facere. 189. ff. de verb. ſign. & ad eas Alciat. Pet. *V.*

b *L. ſi tñ. §. ei qui. ff. de ædili. edi. l. reprehendenda iunct. glo. in verb. cōprobaſti. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Bal. in l. ſi patruus col fin. ante nu. 15. C. com. vt iudi. Lap. al leg. 57. puncti ui quæſtionis num. 12. Abb. con. 116. illud de iure. nu. 3. li. 2. vbi quod facta ſunt fortiora ad demonſtrandū animum quā verba, quę ſępe proferantur contra intentionem loquentis Corn. con. 172. in hac. poſt nu. 12. li. 1. hinc dicimus nō referre an papa, ſeu alius auocet cām ad ſe verbis expreſſis, an re ipſa ſeu ipſo facto. puta ſi cognoſcere incipiat de cauſa, quo caſu eo ipſo ad ſe cām auocare dicetur c. quamuis. iuncta ibi declaratione ſeu ampliatione Archidia. in ver. reuocetur. de off. de leg. lib. 6. Ioan. in c. intimaſti. col. 2. in prin. ver. ſuperior verò. de appel. Ioā. Fran. a ripa poſt alios in c. Cum M. Ferrarien. nu. 197. vbi hanc communem affirmat de conſtitu.* Q. M.

c *Supra in verb. excuſari in verſi. An excuſetur quis, ſi confitcatur interfeciſſe. Quint. Mand.*

d *Ex facto vel nō facto probatur animus & euentus vide in Brocar. Azo. Ru. 19. cū alijs ſequentibus rub. de pertinentibus ad hanc vocem, Exempla ſuppeditant allegata ab eo iura præter hic titata, A facto coniectura animi ducitur, de qua Cic. in lib. Rhetoricis non ſemel. & Quin. lib. 7. c. 2. tractauere poſt Ariſto.* T. *V.*

e *Adde quod etiam plura eodem facto crimina ſunt commiſſa, committique poſſunt, egregium exemplum. è Cic. Actio. 6. in Verrem. fol. mihi 418.* T. *V.*

Falſitas. [a] Eſt ſuppreſſio veritatis. in authē. de teſtib. in princ. & vide glo. quæ incipit, ita cognoſcetur.

Falſidicus teſtis tres lædit, deum, iudicem, & partem, & falſus eſt non ſolùm qui mendacium dicit, ſed qui veritatem occultat, & ex eodem delicto poteſt quis lædere plures perſonas, & omnibus tenetur ad ſatisfactionem. facit quod legitur, & no. in l. nunquam. ff. de priua. delictis, & in c. parochianos, de ſent. ex. Abb. in c. j. de crimi. fal.

Falſum committere dicitur colludens, quia aliud agit, & aliud ſimulat. Abbas in rubrica de collu. detegen.

Falſus teſtis qualiter puniatur, vide infra teſtis.

Item falſans literas papæ, qualiter puniatur, vide ſupra degradatio.

Ad eſſe falſitatis tria requiruntur. mutatio veritatis, dolus, & quod alteri ſit nocitura. aliàs quod non ſit nocitura, quorum alterum ſi deficit, falſitas non eſt punibilis, iuxta nota. per Hoſtienſ. Azo. & Tancre. in ſuis ſum. per text. in l. quid ſit falſum. ff. de fal. coniuncta. l. nec exemplum.

& l.damus.C.eo.Pet. de Ancha.con. xxiij.Pau.de Caſ.conſi. cxlix.

A D D I T I O N E S.

a Falſitas autem non omnis vitiat ſiue præiudicat non falſa demõſtratio.l. idem Pomponius. §. cum in rem ff. de rei vendi. & l. ſi in iudiciis.antepen. ff. de iudi. ſi in nomine vel prænomine ſit erratum, vel in vocabulo, de corpore verò conueniat, vt ibidem, & ff. de lega. 1. l. 4. & C. de teſtamentis. ſi in nomine. item Inſtit. de lega. §. huic proxima. & §. ſi quidem. Falſa quoque cauſa adiecta non nocet eodem titulo. §. longè magis, & §. ſed ſi vxori. ſi quis tamen falſum nomen aut cognomen aſſeuerauerit, pœna falſi coercetur, l. 13. ff. ad l. Corne. de fal. Paulus in l. quid ſit. 123. ff. eodem. ait, Quid ſit falſum quæritur, & videtur id eſſe, ſi quis alienum Chyrographum imitetur, aut libellum, aut rationes intercidat, vel deſcribat, non qui aliàs in computatione vel in ratione mentiuntur. Notandum poſtremò, falſitatem non probari, dici niſi neceſſariò concludat l. iure gentium. §. quod ferè ff. de pact. addita gloſſ. Petr. Vendramenus.

Fæmininum [a] Comprehenditur ſub maſculino in pœnalibus, & non e conuerſo, vt ff. de pœ. ſi quis cum telo & ff. de iuriſditione omnium iudi. l. ſi quis, & id quod nota. ff. de verborum ſignifi. l. i. in glo. & per docto. & hoc caſu debet intelligi glo. quæ eſt in l. quiſquis. quæ incipit, nota quòd minus, C. ad. l. Iuli. ma. de hoc vide infra maſculinum. ſed contrarium dicit glo. ij. de elec. in c. generali, l. vj. videlicet quòd in fauorabilibus maſculinum concipit fœmininum, & in odioſis non. [b] & ibi facit differentiam an maſculinum proferatur ab homine vel a lege ibi vide, & vide infra maſculinum, per totum.

A D D I T I O N E S.

a Fœminino virilem ſexum eſſe digniorem putes. l. 1. ff. de Senato. P. V.

b Maſculinum non concipit fœmininum quando materia eſt odioſa, & odium non eſt rationabile. quod etiam procedit in diſpoſitione legis et in materia indifferenti, prout probo in 3. quæſt. regu. de inſtr. mi. 3. in qua quæſt. plura etiam tracto circa, id quando maſculinum concipit fœmininum. Q. M.

Feudum. An ille qui reconcilia tur de hæreſi, perdat feudum? Et dicendum quòd qui priuatur armis ex aliqua publica pœnitentia, & amittit vſum portandi arma, etiam amittit feudum, cùm dominum iuuare non poſſit, & ſibi hoc imputet, quia ex culpa ſua hoc damnum incurrit, vt xv. q. i. ſanè. ar. xvij. q. iiij. vxor. ff. de reg. iuris, quòd quis ex culpa, & C. de iure delibe. l. vlti. §. penult. Et hoc eſt verum, niſi tale ſit feudum, in quo per alium ſeruire poſſit. tũc enim ſeruiat per ſubſtitutum, vt C. de epiſcopis & cleri. quiſquis, & xciiij. diſtin. valde. hoc habetur. xxxiij. quæſt. ij. in gloſſ. c. latorem, ſuper parte arma.

An dominus poſſit alienare feudum ſine licentia vaſalli, vel vaſallus ſine licentia domini, vel an vaſallus poſſit ſe transferre ad aliud dominium, ſine licentia domini? & in totum dicit Abb. quòd non, in c. auditis,

tis, extra de præſcript. videas ibi.

An in confiſcatione bonorum veniat feudum, & cui applicetur, vide ſupra confiſcatio.

Ficte [a] conuerſus an recipiatur ad miſericordiam, vide infra miſericordia.

Quis dicatur ficte conuerſus, vide ſupra conuerſio. §. iiij. & v. & vide ſupra eleemoſina §. i.

Fictum pœnitentem deus non recipit, nec ei miſeretur. vide infra pœnitentia. §. ſed nota.

Item ficti diſſimulatione ſunt contra deum, vt infra hypocriſis. §. item ficti.

Agens fictam pœnitentiam tanquam hæreticus condemnatur, vide ſupra contumax §. nota quòd ſi quis accuſatus.

A D D I T I O N E S.

a *Fingere, vnde fictus formatur, aliquando iungere, quandoq; componere, effigiare, vel formare ſignificat. ex Latinis exẽpla tibi collegit Nonius: eum vide, & l. cum quædam. §. quod dicitur 2. ff. de aquir. hæred. & l. in fundo. 20 ff. de rei vendi. quandoque ſimulare mendatium, Vir. lib. 2. Geor. Non hic te carmine ficto, atque per ambages. Ter. in And. Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciã. M. Tull. de fin. 5. Talibus exemplis non fictæ ſolũ fabulæ, ſed etiam hiſtoriæ refertæ. qua ſignificatione ſumitur in l. obſeruare. ff. de curato. fur. & l. x. §. ſi quis. de quæſtio. l. miles. xi. §. mulier. ff. ad l. Iul. de adulte. & l. cum quidam. §. ſed ſi. ff. de aquir. hæredit. a. His autem ſignificatus are corporali ad orationem, quæ incorporalis eſt, ex ſimili ratione trãsfertur; nam quemadmodum corporalia, quę finguntur, ita formantur, vt vera eſſe videantur, ſunt ea tamen mendatia, ſic æque fit in oratione quæ vera non eſt, ſed veritatem fingit, ita capi hic videtur. ſimulat enim agere quis integrè pœnitentiam. cum tamen quædam confitenda ſubticeat, & euadit, hoc modo huiuſmodi non veram pœnitentiam ſed falſam fuiſſe cõſtat. c. fratres. de pœnitenti. diſti. 5. Siman. tit. 6. de impœniten. tantò magis ſi quis catholicum ſe fuiſſe, & eſſe præſeferat, in eadem enim præſumitur voluntate perſiſtere, niſi mutatio probetur. glo. in c. denegatis. 3 1. q. 2. & gl. pen. c. 1. de eo qui mitti. & ita aliam ſe perſonam quodammodo fingit, vt in contractu quis alienam ſuppoſuit perſonam. l. 2. & 4. C. plus valere quod agitur. l. & qui. x. & ſequen. C. de diſtra. pign. vide ſupra Confeſſio. §. quæ dicatur & quod annotaui. & infra vſura. §. circa iſtam. & Calderi. Conſ. 2. Eſt autem hæc fictio priuati hominis a iure reprobata, a iure tamen quædam, quæ minimè ſunt, finguntur ex vtili et neceſſaria, cauſa, vt quis pro nato, qui natus non ſit habeatur. l. qui in vtero. ff. de ſta. hom. item cum quis fingitur in ciuitate ſemper fuiſſe, qui ab hoſtibus captus ſit. §. ſi ab hoſtibus. Inſti. quib. mo. ius pat. poteſt. ſolui. & hoc ſi reddijt, ſi verò ibi deceſſit, exinde quo captus eſt mortuus eſſe fingitur. eod. §. Adde cum quis dicit ſe vſucepiſſe, quod vſu non cepit. l. 1. & toto tit. de publica. fingunt & alia quæ præterſo de ea vide Bart. in l. ſi quis pro empto. ff. de vſucap. Cum verò fictio ſit quædam ſimulatio, triplex eius dicitur ſpecies, de quo vide Bal. in l. cum precibus C. de probatio. Sciendum & fictum pro præſumpto accipi, vt in contumace ficto: de quo alibi & c. accuſatus de hæreti. lib. 6. Petr. Kendrameus.*

Fides [a] quid ſit, vide per do. Ab. in gloſſ. Rubricæ, de ſum. tri. & vide Th. ij. ij. q. iiij. ar. i. & in iij. diſ. xxiiij. ar. & in q. xiiij. ar. ij. & vide. C. de ſum. tri. & fi. ca. ſuper Rubrica, & ibi Cy. & Hoſti. in ſum. eod. ti. §. ij. Item fides eſt vna virtus. idem Tho. ij. ij. q. iiij. ar. vj. & in iij. diſt. xxiij. ar. x. & fides eſt prima virtutum. idem Thom. in j. ij. q. lxij. ar. iiij. & q. iiij. ar. v. & fides eſt pars iuſtitiæ. idem ij. ij. q. lxxx. ar. i. & eſt certior ſcientia idem Tho. ij. ij. q. iiij. ar. viij. & in iij. diſ. xxiiij. ar. viij.

Fides [b] eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. apoſtolus Heb. ij.

Auguſt. ſuper Ioannem homel. ij. dat ſequentem diffinitionẽ, ſcilicet.

Fides eſt credere quod non vides. & de pœni. diſ. iiii. in domo.

Item fides dicitur credulitas, ſecũdùm quam credimus, id quod non videmus, vt ſupra.

Item fides quandoque idem eſt ꝙ ſacramentum baptiſmi. xlv. diſti. de Iudæis.

Itẽ fides dicitur caſtitas tori xxvij. q. ii. coniuges, & de iureiu. quemadmodum.

Item fides dicitur ſecuritas, ſiue pactum, quæ etiã hoſti ſeruanda eſt. xxiii. q. i. noli. Fides quandoque dicitur conſcientia, extra de reſ. ſpo. literas. de pręſ. qm oẽ, qđ non eſt ex fide, ideſt ex conſcĩa. de pę. diſ. iii. ad fi. d. §. illud aũt, vltra mediũ. aliàs §. fin.

Item dicitur fides promiſſio. Inſtitu. de rerum diui. §. venditæ.

Item fides dicitur collectio articulorum, vt xxiiij. quæſtio. j. hæc eſt fides. in pſal. Athanaſij dicitur, hæc eſt fides catholica, quã niſi &c. & habetur extra. in c. i. de ſum. trinit. ſuper rubrica.

Item fides eſt æquitas in actionibus conſiderata. Inſtitu. de actio. §. actionum.

Item fides ſecundùm apoſtolum in epiſtola ad Hæbreos dicit, fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, ſed hæc diffinitio non placet cum videatur loqui tantùm de futuris, cum fides ſit tam de præteritis, quã de præſentibus, & de futuris, eo quòd habet ſe ad omnia, ad præterita. ſ. quia credendum eſt Chriſtum fuiſſe natum, & paſſum: ad præſentia, quia credendũ eſt quòd ipſe ſit qui in altari quotidie conficitur. & ad futura, quia credere debemus ipſum venturum, & iudicaturum viuos, & mortuos, & ità videtur inſufficiens diffinitio apoſtoli ſupradicta, & magis videtur notificatio fidei, quàm diffinitio fidei, & magis ſufficiens eſt diffinitio Auguſ. ſcilicet fides eſt credere quod non vides, vt ſupra in §. i. vide de hoc latè extra de ſum. tri. ſuper rubrica.

Fides quot modis dicitur, notat Hoſtien. in ſum. de ſumma trinitate, & fide catho. §. i. nota. xxij. q. j. monet, in gl. neque. Et nota [c] ꝙ fides multipliciter dicitur. vno modo dicitur pactũ quodlibet. xxij. q. i. monet. Itẽ dicitur tori caſtitas. xxvij. q. ij. omne. Item dicitur ſcientia. xxviij. q. i. §. ex his itaque. Item res ipſa credita. vnde vna eſt fides. Item eſt ſecuritas. vnde non habet fides meritum &c. Item eſt ipſe caracter baptiſmalis. xj. q. iii. ad menſam.

Quotuplex ſit fides, & quid ſit fides formata, & quid informis, notat gloſſ. ſuper Rubrica de ſumm. trinit. & fid. cat.

Fidei

Fidei forma eſt caritas. Thom. ſecunda ſecundæ.q.iiij.ar.iii. diſ.xxiij. ar.xiiii. & in q.de veritate.q. xiiij.ar. v.& eadem eſt fides informis, & formata idem in prima ſecundæ. q. iiij. ar.iiii.aliàs.q.xliiij.& in iij. diſ.xxiij. ar.xii.xiij.& xv.

Fidei effectus eſt timor, & purificatio cordis.idem Tho.ſecunda ſecundæ.q.i.ar.i. & ij.

Fides num habeat meritũ, [d] quia eſt de non viſis.de pœniten.diſti.iiij. in domo.

Fides Chriſtiana errare nõ poteſt, quia Chriſtus orauit pro Petro, nẽ deficeret fides eius.tex.& ibi Abb. in c. maiores,de baptiſmo.

Fidei non poteſt ſubeſſe falſum. Tho.ſecunda ſecundæ.q.i.ar.iij.& in iij.xxiiij.diſtinc.ar.i.

Cum in fide parentum ſaluentur infantes qui baptizantur,an ſi filij infidelium baptizentur, noceat eis perfidia parentũ? vide ſupra baptiſmus §.nota.ꝙ ſi paruuli.

Fides diſtinguitur per articulos. idem Tho.ij.ij.q.i.ar.vj. & in iij. diſt. xxiiij.ar.iij.& hi. articuli conuenienter ponuntur in ſimbolo, vt in præalle.q.i.ar.ix.

Sed fides eſt per infuſionem. idem Th.ſecunda ſecundæ.q.vj.ar.i.& ij.& in iij.diſ.xxiij. ar. xiiij. vbi vide ꝙ fides informis eſt donum dei.

Fides eſt homini neceſſaria. idem Th.ij.ij.in q. de veritate.q.xiiij. ar.x.

Fidẽ non præcedit ſpes, nec timor idem Tho.ij.ij.q.vij.ar.i.

Fides non fuit in Chriſto. idẽ Th. in iij. parte.q.vij.ar.iij.ſed fides remãſit in virgine Maria tempore paſsionis Chriſti.idem in iij. parte, diſtint. iij ar.v.

Iuſtus ex fide viuit. ſpe. in i. parte ti.de arbi.§.fi.ver.ſed pone.

Nihil magis in principe ſplendet quàm recta fides. in ſpe.ti.de adu. §. v.parum ante,ver.commendet.

Fides eſt ſeruanda etiam hoſti[c] cõtra quem bellatur.xxiij. q.i. noli exiſtimare.

Vbi fides non eſt, iuſtitia locũ habere non poteſt. nam prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire. in ſpe. de ſumma. trinita. & fide catholica. pertotum.

Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.in ſpe.ti.de aduo.§.ix.ver.Itẽ caueat, & ver.item etiam caueat, Ab. in c.fi.de pręſcrip.

Potius debemus perdere vitã quã fidem xxiij.q.viij.conuenior.

Vtrum ſimplices qui in ſubtilitatibus fidei errant, peccent, vel ſint hæretici.Th.ij.ij.q.ii.ar.vj.dicit quòd nõ, ſi non pertinaciter peruerſæ doctrinæ inhærent in particulari contra vniuerſalis eccleſię fidem, ſpe.verò ti.de hæret.& Aluarus, vt refert Io.de Ligna. tenent quòd peccant mortaliter,& ꝙ ſunt hæreti.ſpe.allegat xxiiij.q.i. ſchiſma C.de hære.l.ij.& de in ius vocan. l.venia.xxxvij.diſ. c. ſi. Aluarus verò allegat.vj.q.i.quæro.xvj.q.i.ſi cupis, xxij.q.ii.in ipſarum. ſed verior videtur opinio ſancti Thom.imò plus dico, quòd aliquando talis error poſſet eſſe meritorius, vt puta aliquis audit aliquem prædicatorem famoſum vel epm prædicaſſe aliquẽ errorẽ,& ſimplex credit aïo obediẽdi fidei, parat⁹ tamen corrigi. Nã ex intentione opera iudicantur.c.cũ voluntate, de ſenten.excõmuni. Aliquando cum peccato veniali, vt puta vetula credit trinitatem eſſe vnam fœminam, & quia

credit

credit eccleſiam ſic tenere, ſic credit, & ſic non eſt hæretica, quia conditionaliter credit, ſi eccleſia ſic tenet, & credit. Aliquando eſt cum mortali vt eſt quando homo ſcienter credit aliquid, quod eſt contra articulos fidei vel determinationem eccleſiæ: & hoc patet ex. c. damnamus, in fin. de ſumma trinitate. ad iura quæ adducit ſpe. in l. ij. cum ſua glo. eſt contra ipſum. l. venia, nihil facit ad materiam. c. ſchiſma, loquitur de hæreticis paratis ſe corrigere. ad iura Aluari quę videntur velle quòd ignorantia non excuſet, loquuntur de ignorantia iuris naturalis, quæ non excuſat. & hoc tene, ſicut tenet etiam Innocen. in rubrica de ſum. trini. & Cardi. in Clemen. vnica, de ſumma trinitate. vide infra hæreticus, & vide in ſumma Angelr. fides. §. vj.

An confesſio fidei ſit neceſſaria ad ſalutem, vide Tho. q. iij. ar. ij.

Nota quod aliqua poſſunt pertinere fidei dupliciter. vno modo directè, & principaliter, ſicut articuli fidei, alio modo indirectè, & ſecundariò, ſicut ea ex quibus ſequitur corruptio alicuius articuli, & circa vtrumque poteſt hæreſis eſſe eo modo quo eſt fides. hoc videtur ſentire Tho. ſecunda ſecundæ, q. xj. ar. ij. circa medium dicēs circa falſam opinionem quantum ad fidem aliqua pertinere dupliciter, vt dictum eſt. & ſic hæreſis alia grauis, alia leuis. & hoc eſt qđ vult. l. ij. C. de hæreti. ibi, vel leui argumento. vide de hoc infra hęreſis.

Fides implicita ſufficit ad excuſandum ab hęreſi, ſecundùm Innoc. in c. i. de ſum. trin. & fi. catho. niſi factum contradicat verbis, ſecundùm Hoſt. ibi, & Baldū. in mar. ver. fides, vera.

IDEO PROVISO SOLERTER.

Fidei vnitatem relinquens, nec remisſionem peccatorum habet, nec regnū celęſte ingreditur. xxiiij. q. i. quicunque ab vnitate. ideo PROVISO SOLERTER.

Item in fide ſunt aliqua ad quę cognoſcenda explicitè omnis homo tenetur, vt ſunt articuli fidei. Thom. in iiij. ſententiarum, diſt. iij. ar. iij. vnde ſi aliquis in his errat, infidelis reputatur, & hæreticus ſi pertinaciam adiūgat. de quo vide infra hæreticus.

Non enim manet fides formata in hæretico diſcredente vnum articulū fidei, nec manet in forma in alijs articulis. idem Tho. ſecunda ſecundæ. q. v. ar. iij. cuius ratio eſt, quia ſpecies habitus remanere non poteſt, formale autem obiectū fidei eſt veritas prima, ſecundùm quòd manifeſtatur in ſcripturis ſanctis, & doctrina eccleſię quæ procedit ex veritate prima: vnde quicunque non inhæret illi veritati ſicut infalibili, & diuinæ regulæ doctrinæ eccleſiæ, quæ procedit ex veritate prima in ſcripturis ſanctis manifeſtata, ille non habet habitum fidei, ſed ea quæ ſunt fidei. Nam deuiando quis à fide catholica non refert quo genere erroris quis collidatur in hæreſim. Nam ſemper tendit ad vnam nequiciam ſceleris, & ad vnū finem, vt. C. de hæreti. l. Ariani, in prin. & dicitur, quòd hæretici diuerſorum errorum, habent facies diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, quia adinuicem conueniunt, in idipſum, vt de hæreti. c. penultim. Ideo Prouiſo Solerter.

An omnes Chriſtiani teneātur habere fidem explicitam, vide Thom. ſecunda ſecundæ. q. ij. ar. v.

An

An de fide ſit licitum diſputare, vide ſupra diſputare.

Nota quòd ſecreta fidei aliquando nõn debemus pandere indignis, & infidelibus, nè margaritas ſemine mus inter porcos, vt docet doctrina Chriſti, & quando liceat ſecreta fidei occultare, vide glo. notabilem. xxvij. q. ij. inuenta. vnde Gregorius in paſtorali, ſicut incauta locutio in errorem protrahit, &c. de quo vide ſupra diſputare.

Licèt fides noſtra catholica nõ indigeat experimento, cum ſi ratione humana poſſet oſtendi, propter hoc derogaretur dignitati ſuæ, tolleretur & meritum, cui humana ratio prębet experimentum, tamen fides catholica multis miraculis comprobatur, ſicut de ſacramento altaris magnum miraculum fuit oſtenſum in Daroca quod ad omnes infideles ſufficeret conuincendum. cum enim miracula ſolùm fiãt virtute diuina, iuxta illud pſalmi, Qui facit mirabilia ſolus, & deus non poteſt eſſe teſtis falſitatis, relinquitur quòd miracula ſunt facta ad confirmationem fidei noſtræ, ſed infideles, & hæretici, arguunt ipſius ineffabilem veritatem.

Item ex alio fides noſtra cõfirmatur quòd eſt mirabiliſſimum, vt inquit Auguſt. quòd inter perſecutorũ potentiſſimorum tyrannidem qui fidem Chriſti impedire, imò extinguere ſunt conati, innumerabilis turba nedum ſimplicium, ſed ſapiẽtiſſimorum ad fidem Chriſti per vniuerſas prouincias cumulauit, in qua omnẽ humanum intellectum excellẽtia prędicantur, voluptates carnis cohibentur: & omnia quę in mundo ſunt cõtemni docẽtur, quibus animos mortalium aſſentire maximum eſt miraculorum, & excellentiſſimum diuinæ inſpirationis opus vt contemptis viſibilibus ſola in viſibilia cupiãtur, adeo vt contempta etiam corporali vita per crudeliſſima tormentorum genera, multi pro Chriſti fide vitam finierint, quòd non aliter quàm diuina inſpiratione fieri exploratum exiſtit.

Si autem dicatur quòd ſine miraculis fides Chriſti fuerit recepta, hoc omnibus ſignis eſſet mirabilius, ſi ad credendum tam ardua, ad operandũ tam difficilia, & ad ſperandum tam alta mundus abſque mirabilibus ſignis motus fuiſſet, & præſertim a ſimplicibus & ignorantibus hominibus quales apoſtoli fuerunt, qui Chriſti eccleſiam plantauerunt. quis eſt tam excors, tamque cœcus qui non videat in martiribus fuiſſe ſapientiam, licet eorum perſecutores malicia, & furore excæcati ſtultos eſſe arbitrarentur? qui cum haberent in ſua potẽſtate ſupplicia vitare, cruciari tamen & mori maluerunt, ſed poſſent ipſi ex eo videre non eſſe ſtultitiam, in qua tanta hominum milla per orbem totum vna, & pari mente conſentiunt. Si enim fœminę ſexus infirmitate labuntur, viri certè ſapiunt, ſi pueri, ſi adoloſcentes improuidi ſunt per ætatem, maturi certè, ac ſenes habent ſtabile iudicium. & ſi vna ciuitas deſipuit, cæteræ vtique innumerabiles ſtultæ eſſe non poſſunt. Si vna prouincia, vna natio, prudentia caret, cęteras omnes habere intelligẽtiam recti neceſſe eſt. cum verò ab ortu ſolis, vſque ad occaſum lex diuina ſuſcepta ſit, & omnis ſexus, & omnis ętas, & gens, regio vnitis, ac paribus ani-

animis deo inſeruiunt, eadem ſit vbique patientia, idem contemptus mortis, intelligere debuerant aliquid in ea re eſſe rationis, quod non ſine cauſa vſque ad mortem defendatur: aliquid fundamenti, & ſoliditatis, quod eam religionem non tantùm iniurijs ac vexatione non ſoluat, ſed augeat ſemper, & faciat firmiorem, debuerãt præterea exiſtimare, cum videant dilacerari homines varijs tormentorũ generibus, & inter fatigatos carnifices inuictam tenere patientiam, ſine deo tantos cruciatus non poſſe ſuperare. Latrones enim robuſti corporis eiuſmodi lacerationes ſufferre nequeunt, exclamant, & gemitus edũt. vincuntur enim dolore: quia deeſt eis inſpirata patientia, noſtri autem (vt de viris taceam) pueri, & mulierculæ torturas ſuas facilè vincunt, & exprimere illis gemitum, nec ignis poteſt. ecce ſexus infirmus, & fragilis ætas dilacerari ſe toto corpore vrique patitur, non neceſſitate, quia licet vitare ſi velint, ſed voluntate, quia confidunt deo.

Tunc enim fructuoſiſsimè demũ fides vera defenditur, quando etiam a ſectatoribus ſuis opinio falſa damnatur. Hæc Leo Papa Flauiano Conſtantinopolitano. quę epiſtola approbatur in decretis. xv. diſ. in c. ſancta Romana, in §. iam nũc ſciendum. vide ſupra cœremonia.

Fides in vno ſolo remanere poteſt Abbas in c. ſignificaſti, in ij. col. de electione.

Fides comprehendit, vbi humana ratio non poteſt attingere. xxiiij. q. j. non turbatur, in fine.

Nota an fides ſuppleat, vbi baptiſmus, vel aliud ſacramentum haberi non poteſt? & dicendum q ſic, vt habetur de conſec. diſt. iiij. baptiſmi. §. item ſicut autem in latrone.

Fides non ſolùm eſt liberi arbitrij, ſed eſt donum dei, de conſe. diſtinct. iiij. prima.

Fides ſine operibus non valet. j. q. j. ſicut vrgeri, & c. fertur. de pœ. diſ. ij. non eſt mirum.

Fides in malis promiſsis eſt reſcindenda. xxij. q. iiij. in malis, & c. ſi ad peccatum, & c. mulier.

An fide ſua quis ſaluetur, no. de ſimonia, in c. per tuas.

ADDITIONES.

a *Quid ſit fides in diuinis literis, et quot modis capiatur, vide Petr. Lombar. ſent. lib. 3. diſt. 23. De eius & comitibus, & virtute vide Synod. Trid. ſeſſ. 6. c. 7. Alia ab ea Synod de eà tradita ſunt, quæ tibi index in eadem ſufficienter oſtendet. De eius item definitione, efficatia, vtilitate, neceſſitate, lege Catechiſ. in proœm. & expoſitionem primi, & aliorum articulorum Symbo. ſed non piget aſcribere ex eodem proœmio Catechiſmi, hic eam definiri, cuius vi omnino aſſentimur ijs quæ tradita ſunt diuinitus. Hanc autem ad ſalutem conſequendam eſſe neceſſariam nemo dubitabit, præſertim cum ſcriptum ſit, Si ne fide in poſſibile eſt placere Deo. cum enim finis qui ad beatitudinem homini propoſitus eſt, altior ſit, quàm vt humanę mentis acie perſpici poſſit, neceſſe ei erat, ipſius a Deo cognitionem accipere, Hæc verò cognitio nihil aliud eſt, niſi fides, cuius virtus efficit, vt id ratum habeamus, quod a Deo traditum eſſe ſanctiſſimæ matris eccleſiæ autoritas comprobarit, nulla enim fidelibus poteſt accidere dubitatio in ijs quorum Deus autor eſt, qui eſt ipſa*

ipſa veritas, &c. Fide vt omnia in mũdo conſiſtant docet Cyrill. archiep. Ieroſoli. Catech. 5. In contractibus quidem credere dicimur, cum cuicunq; rei aſſentimur fidem alienam ſecuti, mox quid receptũ l. 1. ff. de reb. cred. præterea in fideicom. hæredit. & liber. Inſt. de fideicom. hæred. & tit. ſeq. Idem in iudicijs dicendum, ſequimur enim teſtium, inſtrumentorum, iudicis, ſcribæ fidem. P. V.

b *Adde ſumitur fides pro dictorum conuentorumq; conſtantia & veritate, inde dicta, quòd fiat quod dictum eſt, & ita definitur a Cice. offi primo. Vnde Vlpianus in l. ex empto. 11. ff. de actio. emp. nihil magis ait bonæ fidei congruit, quàm id præſtare, quod inter contrahentes, actũ eſt, fides ergo bona eſt, cum id quod dictum eſt ac promiſſum, benè ac rectè fit, l. cum venderem. 21. ff. locati. Plaut. in Moſtell. Ty. De vicino hoc proximo tuus emit ædos filius. Te. bona fide? Ty. ſiquidem es argentum redditurus, tum bona; ſi redditurus non es non emit bona. Id in perſona quid promittentis habere locum videtur. Item in ſtipulatoribus, cum in contractibus alienam fidem ſequimur & credimus quid contrahẽtem nobis dacturum facturum vel l. 1. ff. de reb. cred. Item in fideicommi. Inſtitut. de fideicom. hæredi. Videtur igitur accipi pro credulitate, nõ in perſona modò ſtipulatoris, ſed etiam cum dicimus, huic, vel illi homini vel inſtrumento non eſſe habendam fidem vel non eſſe ſtandum, ex titu. de probat. teſti. ac fide inſtrumen. ff. & C. & in iure pontificio. Adde quod accipitur, & apud Rhetores, & in iure pro probatione, veluti cum dicimus non eſſe factam fidem, ideſt non probatum, eiſd. iur. tit. & locis, & id per conſequentiam, quoniam ei cui credimus, efficatiam probationis obtinere conſueuit a Græcis πιστις, dicitur, definitur autem ab Ariſt. Rheto. 1. probatio ſeu demonſtratio quædam. firmiter autem tunc inquit credimus, cum exiſtimauerimus aliquid cõcluſum eſſe, & ita ſe rem habere putamus, vt argumẽtis probatum eſt, ſic interpretatur in ſuis in Rhetoricen commentarijs Victorius vir doctiſſimus. Quod vtique cõgruit reſcripto Imperatoris in l. 3 ff. de teſt. qui ſic reſcribit. Ex ſententia animi tui te æſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris. Itẽ pro alijs qui eam ſequuntur effectibus. Quibus autem modis fides fiat dicetur aliquid infra probatio, & infra Iuditium.* P. V.

c *Ita M. Tull. lib. 1. officio & libr. 3. Et fidem hoſtibus ſeruandam inquit Gratia. reſpon. 9. nu. 120. communem ſcholam doctorum cum Bar. tenere.* Q. M.

d *Idem Tho. in 1. part. quæſt. 32. art. 3. Guindiſal de hæreti. quæſt. 1. numer. 2. Quintil. Mand.*

e *Lege de ſimilibus miraculis D. Augu. lib. 22. c. 8. de ciui. Dei.* P. V.

f *Hic incipiunt verba tractatus Lactantij Firmiani, de Chriſtianorum incrementis & ſupplicijs ex eius lib. 5. Inſtitutio. diui. c. 13. deſumpta. quo in libro ferè toto de Chriſtianorum ſupplicijs, patientia, & fortitudine, de vanitate, & ſceleribus impiarum religionum facundè conſcripſit, ex illo 13. capite, corruptas literas, ſillabas emendaui, verba reſtitui.* Petr. Vendr.

De fide [a] inſtrumentorum. Viſo de fide catholica, nunc videndũ eſt de fide inſtrumentorum, & quæ fides ſit danda teſtibus. Primò quæ fides ſit danda libris mercatorum, vide Abba. in c. ij. de fide inſtrumentorum, & quia non eſt noſtræ materiæ, ſic leuiter in iſtis tranſeam.

Item

Item quæ fides ſit danda literis priuatis aut ſcripturis priuatis, aut libris rationum, vide in dicto. cap. ii. de fide instrumentorum.

Item an faciant fidem ea quæ ſcripta ſunt in antiquis libris, vide Abb. in c. cum cauſam, de proba.

An ſcripta ī hiſtorialib⁹, & in chronicis faciant fidem, vide docto. in dicto c. cum cauſam.

An dicta Hipocratis,[b] Ariſtotelis, & aliorum philoſophorū faciant fidem, vide in dicto c. cum cauſam.

Item quanta fides ſit danda notario, vide infra tabellio.

An detur fides ſcripturę, vel inſtrumento producto ex archiuo, vide in dicto. c. cum cauſam.

Item an detur aliqua fides ſcripturæ ſcriptæ in columna lapidea, vide in dicto. c. cum cauſam.

An ſcripturis monumentorum, & ſepulchrorum detur aliqua fides vt aliquid probent, vel approbent proprietatem, vide in dicto capitul. cum cauſam.

An detur fides ſcripturis quæ olim fiebant in albo prætoris, vide in dicto c. cum cauſam, de probatio. omnia ſupradicta de fide inſtrumentorum habentur per Ab. in dicto c.

Quanta fides ſit danda teſtibus, vide infra teſtes.

ADDITIONES.

a *Inſtrumenti nomine ſignificatur illud omne, quo quis ad operandum vtitur, ſic dicimus arma inſtrumenta bellica. Cic. in Acad. Totius belli inſtrumentis, & apparatu. Item inſtrumenta fundi, domus, lanionis, tabernæ, caupona villæ & idgenus, cæterarum, vt pictoris, piſcatoris, balnei, toto tit. de fun. inſtru. & inſtrum. lega. Item cauſæ & hic, & hunc inſtrumentorum appellatione vel nomine ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt & ideo tam teſtimonia, quā perſonę inſtrumentorum loco habentur, l. 1 ff. de fide inſtrum. Inſtrumenta ſeparat a literis Iuſtinianus. in l. 1 C. de iureiur. pro cal. Inſtrumenta ſunt quas Cicero literas publicas appellat, hoc eſt, quæ vel a perſona publica, veluti ſcriba, magiſtratus, vel tabellione ſcripta ſunt literæ verò priuatæ ſunt vt rationes, Codex accepti, & expenſi, ſingrapha, & cautiones, Inſtrumentum præterea accipitur. ead. ratione pro lege veteri & noua, ex quibus homo inſtruitur, quid agere, aut vitare debeat. Inſtrumentis cauſæ quibus fides adhibeatur, ac quibus literis de tur, nimis longum eſſet recenſere, pręter hic ab autore dicta, vide Marant. in ſpe. Felin. in c. ſcripta. de fide inſtrumē. ff. & C. & extra eod. tit. Inſtrumentorum quę dam publica, quædam priuata ſunt, ſicut ex antedictis intelligis ab inſtruendo dicta, De fide vide ſupra fides. Petrus Vendramenus.*

b *Hippocratis et aliorum autoritate iu reconſulti plura terminārunt vt probo in 7. quæſt. regul. de infir. nume. 5. Quint. Mandoſius.*

Fidelis [a] Non poteſt eſſe homini qui deo extitit infidelis i ij. q. xij. non poteſt.

Nota quòd fidelitatis forma ſex requirit ſeruanda, videlicet incolume, tutum, honeſtū, facile, vtile, poſſibile. xxij. q. v. de forma.[b]

Ad hoc vt quis cenſeatur fidelis, requiruntur iſta duo, ſcilicet firmiter credere, & ſimpliciter confiteri fidem catholicam, vt extra de ſumma trinitate,

nitate, & fide catholica, firmiter, & eo.ti.c.fideli,li.vj.

Fideles mali peiores ſunt infidelibus.q.i.nonne Sodomitę.

Separati per ſentẽtiam propter hæreſim, in electione fidelis eſt an velit ad cõiugem redire, vel monaſterium ingredi, vide ſupra coniugatus, & vide ſupra electio.

Item an propter hæreſim vnius cõiugatorũ alter fidelis poſsit propria autoritate ab alio recedere? & dicendum quòd ſic, vt in c.vergẽtis, de hæreticis, quia ita arguit ille textus. eo quòd in crimine læſæ maieſtatis haberet locum, ergo a fortiori iſto crimine: ſed ſi ille qui hæreſim commiſſit, reconciliaretur eccleſiæ, cogeretur alter ad eum redire: quod eſt intelligendum quando propria autoritate, & ſine iudicio eccleſiæ fuit ſeparatus ab illo, vt ſupra in litera coniugatus, & ſupra electio.

ADDITIONES.

a *Fidelis notam habet ſignificationem à fide dicitur, quemadmodum itaque fides multis modis accipitur, vt ſupra fides, ita et fidelis nomẽ ab ea deriuatũ, non referam quod ſit inter fidem, fidelemque diſcrimen. non eſt hic locus, vide Dona. in Teren. Generaliter qui ſeruat fidem quã debet fidelis dicitur.* T. V.

b *Pro quibus vide c.vnico.de for. fideli. & ibi per Doct. in quibus ſex enumeratis, ſi Vaſalus dignus videri vult, & fidelitate ſecurus eſſe, ac ingratitudinis notam effugere vult, conſilium & auxilium domino præſtet. d.c.vni.de for. fidelit. & ibid. Iſer. & in c.1. de noua for. fideli. Afflict. dec. Neapo. 265. nume. 43.* Quintil. Mand.

Fideiuſſor.

a Vtrum inquiſitor depręhenſum in hæreſi, & propter hoc captum poſsit licitè eum tradere fideiuſſoribus, vel cautioni manulente. Et dicendum quod non. Nam vel eſt depręhenſus propria cõfeſsione, vel non, & ſi propria confeſsione, & eſt impœnitens, tradendus eſt curiæ ſęculari vltimo ſupplicio feriendus, iuxta. c. ad abolendam. §. præſenti, extra de hæreticis. Si autem eſt pœnitẽs eſt carceri perpetuo detrudendus, iuxta c. excommunicamus, el ij. de hæreticis. non igitur cautioni, nec fideiuſſoribus dãdus, nec liberandus. Si verò eſt negatiuus, & permanet in negatiua, eſt vt impęnitens tradendus poteſtati, & curiæ ſęculari animaduerſione debita puniendus, vt notat Hoſtien. in ſumma, ti. de hæreticis §. qualiter depræhẽdatur. Vel etiam poteſt reſponderi, quòd in quocunque crimine quando aliquis eſt captus, ſi ſponte ſe repræſentauerit, aut ex tali delicto quod ſibi aſcribitur, venit pœna corporalis, vel corporis afflictiua imponenda de iure, vel a ſtatuto, & tũc nẽ pœna deludatur, non eſt fideiuſſoribus relaxandus, b ſed incarcerandus, vt l. diuus, & l. ſi confeſſus ff. de cuſto. reorum. Vel ſi crimen confiteatur, & in vinculis ponendus eſt, dato quod crimen non ſit graue, ſolùm in carcere ponetur, vt dicta l. ſi confeſſus. Si autem pœna non ſit corporis afflictiua tunc enim eſt fideiuſſoribus relaxandus etiam antequam aſtringatur, vel cõfiteatur. vt eſt textus, & ibi Bar. in l. i. ff. de cuſto. reorum. quòd ſingulariter nota. contra aliquos latrunculatores, qui antequam malefactorem captum velint fideiuſſoribus relaxare

laxare caſu, quo ſit fideiuſſoribus relaxandus, compellunt eum ad confitendum: propter quod ipſi tenentur in ſindicatu. Et circa iſtam materiam vt ſcias quando aliquis eſt fideiuſſoribus relaxandus, no. per Bal. & Ang. in l. ij. C. de exhiben. reis. hæc Angel. de maleſi.

Item nota, ꝙ quando quis eſt infamatus ſi citatus examinetur, & neget, debet incarcerari, non ꝙ vinculetur, ſed committitur cuſtodibus, vel fideiuſſoribus q̃ promittāt, ꝙ ille nō recedat de loco ſtatuto, & hoc quando crimen hęreſis non ſit graue, aliàs nō debet dari fideiuſſoribus, ſed teneri in carcere cuſtodiali, vt ſ. carcer.

An fideiuſſor in cauſa criminali puniatur eadem pœna, qua tenebatur ille pro quo fideiusſit, ſi illum nō exhibet iudici? & circa hoc no. glo. in c. cū homo. xxiij. q. v. in gloſſ. ſuper parte, ſupplicium, quę ſic dicit ad literam. Supplicium certè iſtud nullo iure inuentum eſt, ꝙ fideiuſſor posſit occidi ſi non exhibet illum pro quo fideiuſſit, licèt fideiusſit pro reo criminis, ſed ſi fideiuſſor reum criminis non exhibet, pecunialiter punietur: & ſi dolo eum non exhibet, arbitrio iudicis punietur, vt, ff. de exhi. re. l. ſi quis reum, & C. ad Turpil. l. ij. & in iſtis potius reſpicitur factum, vel conſuetudo alicuius loci, quàm ius. & dicendum ꝙ in criminali non ſe aſtringūt fideiuſſores ad pœnam corporalē, vt ff. ad munici. l. libertus. §. fin. ff. ad l. Aqui. l. liber homo, ſed tantùm ad pęnam pecuniariam arbitrio iudicis, vt ff. de cuſt. reo. l. ſi quis reum, & C. de fideiuſſ. l. ſi Burſatorum. ſed in ciuilibus bene tenetur fideiuſſor eadē pœna qua tenebatur ille, pro quo fideiuſſit, ſi eū nō exhibet, vel ſi nō eſt ſoluendo pro quo fideiusſit. ſingulare dictū eſt Angeli. ff. ne vis fiat ei. §. hæc verba, in j. & ij. colum.

Circa prædicta no. ꝙ ad hoc vt q̃ fideiuſſerat pro criminoſo puniatur pœna ipſius pro quo fideiusſit, ꝙ iudex debet tenere talem cautelam, ꝙ recipiat fideiuſſorem tanquam commentarienſem carcerarium, vt eandē pœnam patiatur ſicut commētarienſis pateretur, ſi reus fugeret a carcere: & etiam licèt hoc non dicatur, ſufficit vt ipſe fideiuſſor recipiat reū tanquam cuſtos. dictum eſt Sali. in l. ad commenta. C. de cuſt. reo. & Bald. & Bart. in l. certi cōditio. in §. ſi. ff. ſi certpeta. & vide plenè Io. de Imo. in rub. de fideiuſ. & vide. & no. ꝙ ſi non ceperunt vt cuſtodes, ꝙ non tenentur niſi pœna pecuniaria, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam ad hoc, vt excuſentur a pœna corporali debent etiam renunciare. l. ſancimus. de fideiuſſoribus. & eſt dictum Saliceti. in l. ad commentarienſes. C. de cuſto. reorum.

Item no. ꝙ ſi aliquis dicit iudici, domine credatis ꝙ iſte nunquam fugiet a carcere, quia eſt talis homo, ꝙ non præſumitur de fuga, & ſi iudex his dictis attentis eum extraxit a carcere, ꝙ ille qui talia verba dixit, tenetur tanquam fideiuſſor, ſi reus fugit, & ſe abſentat.

Nota quòd aſtrictus curiæ nō poteſt fideiubere. C. locati, curialis, & eſt glo. in c. quod quibuſdam, de fideiuſſoribus.

Nota ꝙ qui in baptiſmo paruulos ſuſcipiunt, exiſtunt fideiuſſores pro eis. vide ſupra baptiſmus.

Item nota ꝙ ſi plures fideiuſſerunt pro aliquo criminoſo, ꝙ omnes tenentur

nentur inſolidum, ſi criminoſus fugit. hoc eſt verũ, niſi aliquis ex fideiuſſoribus fugiat cũ criminoſo, quia tunc alij remanentes non tenẽtur ad hoc. dictum eſt Bar. in l. fin. ff. de cuſ. reo. quod eſt ſatis notandum. ſed ſecus eſt in ciuilibus quando ſunt plures fideiuſſores, dictum eſt Ang. in l. in eos. ff. de cuſ. reo.

ADDITIONES.

a *Fideiuſſor videtur eſſe, qui pro eo qui promittit, alij obligatur, quem homines accipere ſolent, dum curant, vt ſibi diligentius cautum ſit. Inſtitut. de fideiuſſ. in prin. eſt enim ille qui accedit obligationi debitoris, dictus ex eo quòd ſua fide periculoquè ſuo iubet te quid alij credere. Verbis autem hæc cõtrahitur obligatio, eius formula inſti. eod. §. pen. & in inſtitu. Caij. tit. 17. qui & ſponſor aliquando nominatur. l. fideiuſſores. 68. ff. eodem. l. creditor 60. §. 1. ff. manda. Vades autem ſponſores in re capitali dicuntur autore feſto. Cic. in offic. 3. Vas factus eſt alter, eius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum ſibi eſſet, ſiſtere qui quem promittit, dicitur in iure fideiuſſor. ff qui ſatiſd. cogan. & titu. ſequ. eſt, & præs, & manceps de quibus ſcribitur à Bude. in Pand. qui & de alijs locutionibus quibus appoſitum eſt vocabulum fidei tractat ex antiquis autoribus.* T. V.

b *Fideiuſſor non admittitur, quando veniret pœna corporalis gl. in c. cum homo. in verb. ſupplicium. 23. q. 5. communiter ab omnibus recepta, vt per Dida. li. 2. re ſolut. c. 8. nu. 8. & ita ſeruatur. Marſil. in Rub. ff. de fideiuſ. n. 208. & in l. infans. nu. 16. ff. ad l. Corne. de ſica. Iul. cla ſent. li. 5. §. fi. q. 46. nu. 18. verſ. ſed nunquid poterit aliquis. Et ꝙ in cauſa hæreſis fideiuſſor interuenire non poſſit voluit etiam Vmber. in Indi. inquiſi. hoc eo. verb. fideiuſſor. & Fran. Caſſo. de captur. & carcere. c. 9. num. 9. verſ. & aduertendum eſt quòd fideiuſſores.* Q. M.

c *Cyn. in l. ad Commentarienſem. C. de cuſ. reo. Abb. in Rub. de fideiuſ. Vmbert. in Ind. inquiſi. hoc ver. fideiuſſor. num. 2. verſ. an autem, ſi quis fideiubeat.* Q. M.

Figuræ. An aſpicientes in figuris rerum inanimatũ, ſicut in plumbo liquefacto, vel cæra, vel alijs, ſint hæretici, vide infra hæreticus, & infra hæreſis. §. hæreſis, alia grauis. §. an conficiens, & infra de ſapientibus hæreſim. §. item qui in ſuis.

ADDITIONES.

a *Figura, forma, ſpecies a fingendo dicta Cic. 1. de fini. figura eſt forma & ſtatura corporis noſtri, ad naturam apta, idem primo offi. principio corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram, reliquaque figuram in qua eſſet ſpecies honeſta eam poſuit in promptu. Totius corporis formam nominę figuræ Nonius appellat ſed accipi formam ait pro integritate ſpeciéi figura formæ noſtræ. Hæc eadem ferè Aul. Gel. lib. 3. c. 28. hæc quidem appellatio, & ad inanimata transfertur, vt hic pro figuris ſortilegorum, item ad habitus formam. Aſco. in 3. contra Verr. figura, inquit, eſt circa ornatum, & habitum veſtis, inſignium, & armorum, Item pro forma literarum ſumitur, in l. non figura. 37. ff. de actio. & cauſarum. l. 1. in princip. ff. eode n. pro forma iudicij. Clementin. ſæpe de verborum ſignificatione. pro conformatione orationis.*

Cic.lib.4. ad Heren. & Quinti.de figur. orationis, de his Alcia.de verb.ſign.l.1. & 4. & generaliter, pro cuiuſque rei forma, & effigie, vnde figurata facies hominis ad ſimilitudinem pulcritudinis cæleſtis, nè maculetur, lege prohibetur, l.ſi quis in metallum.17.C.de pœn. P. V.

Filij [a] hæreticorum credentium, fautorum, defenſorum, receptatorumque eorum, liberãtur a poteſtate paterna,[b] & non poteſt dici ꝙ ſunt ſub eorũ poteſtate, ſed ſunt ſui iuris, licèt non ſint emancipati, vel adulti, & in eis diſſoluitur vinculum paternæ poteſtatis, vt in c.quicũque. & c.ij.§.fi.de hæreti.li.vj. & ipſi filij, & fratres, ſorores hæreticorum debent deſerere ipſos hæreticos, licèt ſint patres, vel fratres eorum, vt xxviij.q.i.ſi infidelis.

Sed nunquid ſi filij hæreticorum exiſtentes ſub vmbra, vel poteſtate parentum, ſi hoc dici poſſet, fecerint aliquas cœremonias Iudaicas, an excuſentur a pœnis hæreticorum ex eo quòd inducti a parentibus, & ſeducti exiſtentes ſub vmbra paterna illas fecerunt, & obſeruauerunt? & dicendũ quòd nullomodo poſſent excuſari a pœnis hæreticorum. nã cum ad prædictas obſeruantias, & cœremonias non obligaret ipſos filios iuramentum, ſi feciſſent de ſeruando eas, ergo a fortiori nec perſuaſio, ſiue præceptum parentum. & quòd iuramentum eos non obligaret, facit c.quanto, de iureiuran. & c.i.eo.ti.lib.vj. vbi dicitur quòd iuramentum nõ debet eſſe vinculũ iniquitatis. ergo nec perſuaſio, nec præceptum parentum eſſe debet, quod eſt minoris efficaciȩ. nã iura admonent in ſimilibus caſibus ne ſubditi obtemperent ſuis ſuperioribus, & maioribus, vt eſt tex.in c.Iulianus.xj.q.iij. & in c.ſemper malum eſt, ea.cau. & q. & debet quis antè omnia mala pati, etiam mortem, potius quàm malo conſentire, vt dicit text. in c.ſacris, de ſepultu. nec verè pater qui talia imperat, dici poteſt, ſed inimicus. facit tex.in c.ſi papa, & quod ibi notatur.xl.diſ. ſed prædicta intelligenda ſunt de adulto, nam ſecus eſſet in infantibus. nam ætas illa ſine peccato, & crimine eſt, vt in Cle.vnica de homici. & lex dicit de talibus, quòd ætas illa id qđ videt ignorat, vt in l.i.C.de fal.mone. & non obſtat prȩdictis quòd habetur, & no.in c.i. & ij.de deli.pue. vbi inuenitur quòd pueri, ſiue adulti, licèt teneantur ex delictis, ſeu criminibus per eos commiſsis, competit tamẽ eis reſtitutio in integrum aduerſus delictum, habita illa differentia an culpa, vel dolo ſit per minorẽ commiſſum, nè puniantur iuxta l.i. & ij.C. ſi aduerſus delictum. ſed in noſtro caſu vbi agitur de ſalute animarum, & de peccato remouendo talibus minoribus, qui dixerant ſe obſeruaſſe cœremonias Iudæorum, tenentur de hæreſi, vt in c.contra Chriſtianos, de hæreti. li.vj. & non competit eis reſtitutio in integrum. nam minor nõ decipitur, vel lȩditur per abolitionem peccati per eum confeſsi per pœnitentiam ſibi propter illud iniungendã, quæ deceptio, ſeu læſio erat cauſa reſtitutionis in integrum, vt in prȩdicta.l. i. & ij. ſed potius iuuatur. & in caſu noſtro non læditur talis minor per pœnitentiam eidem iniungendã reſpectu hȩreſis attento modo agendi, ſed potius iuuatur, vt dictum eſt. & ſic

non

non competeret aliqua reſtitutio in integrum. facit text. in c. dubium, de conuerſi. coniuga. Reſtat ergo ex prę dictis, ꝙ prædicti filij remanent obligati non obſtante ꝙ dicant ꝙ exiſtentes ſub patria poteſtate, & parentum ſuaſione talia commiſerunt, dum tñ ſint adulti, ſed attẽto modo agendi: mitius tñ eſt agendum cum eis propter minorẽ ætatem. circa minores xx. annorum qui veniunt, & cõfitentur ſuos errores. vide ỹ. in inſtructionib' inquiſitionis, in ix. ĩſtructione.

Filij minores hæreticorum, quorũ parentes ſunt condemnati, debent ꝑ inquiſitores cõmendari perſonis catholicis, quæ ipſos inſtruãt in fide catholica, & facere memoriale de talibus minoribus ſereniſsimis regibus noſtris, vt faciant eis aliquam mercedem ꝓ matrimonijs habendis. ita ha betur. xxij. inſtructiõe inquiſitionis.

Sed filij poſſent excuſari propter delicta parentum, ſi ipſi filij reuelauerint errores parentum, vt habetur in quadam conſtitutione Friderici imperatoris, quæ incipit, Commiſsi. in §. nec quidem, vbi ſic dicit. Nec quidem a miſericordię finibus duximus excludendum, vt ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces latẽtem patrum perfidiam reuelauerint, quacunque reatus illorum plectantur, prędictę ſubiectioni non ſubiaceat innocentia filiorum. & etiam habetur in alia conſtitutione Friderici quæ incipit, Patarenorum, in princi. & in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. quæ eſt canonizata. vj. q. i. & incipit, ſi quis cum militib', in §. ſanè.

Circa prædicta Gregorius in dialogo, [c] & ſan. Th. ſecunda ſecundæ. q. cviij. ar. i. & Abbas in c. pueris, de delictis puerorum, tangunt quæſtionẽ an paruuli ante pubertatem teneantur ex delictis, & Gregorius vbi ſupra ponit tale exemplum, ꝙ cum quidã pater eſſet blaſphemus, & haberet filiũ quinquennem in vlnis ſuis, & cũ pater talem filium docuiſſet blaſphemare, & filius ex frequentatione blaſphemiæ patris inſtructus eſſet, & doct' blaſphemare, ꝙ cũ vna die infans inciperet blaſphemare de trinitate, propter illud diabolus ſurripuit illũ ab vlnis patris, & ſecum portauit ad infernum. Itẽ idẽ Gregorius [d] narrat iam accidiſſe puerum nouem annorum cognouiſſe ſuam nutricem, ſed omnia ſupradicta debent limitari, ꝙ minor nõ excuſatur a delicto, qñ eſt impubes, & doli capax, ſcilicet proximus pubertati, quia in talẽ pupillum doli capacem cadit omne delictum pręterquam delictum adulterij, vt in l. ſi minor. ff. de adulte. & ideo poteſt committere ingratitudinem, propter quam põt exhæredari, vt habetur in glo. l. non ſolùm. C. de pupil. ſubſtituti. ſecundùm Io. de Plateis, Inſt. Ideo Prouiſo Solerter. Circa filios hæreticorum, qui filij hæreſim commiſerunt. Et nota ꝙ proximus pubertati dicitur maſculus poſitus in vndecimo anno & medio vſque ad decimũ quartum annum. & fœmina a nono anno cum dimidio vſque ad duodecimum, vt notat glo. Inſtit. de inutili ſtipulati. §. pupillus.

Item quæritur, an filij hæreticorũ propter patrum hęreſes puniãtur in aliquo, cum peccata ſuos debeant tenere autores, vt C. de pœnis. l. ſancimus, & extra de his quę fiunt a ma. parte capitu. quæ ſunt. & circa id qđ habetur. xxiiij. q. iij. c. i. per totum,

quòd filius nō portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij, ſed anima quæ peccauerit ipſa morietur. Sed ad omnia iſta dicendum, ꝙ illud debet intelligi quòd vnus non punitur pro alio æternaliter, ſed temporaliter ſæpę vnus punitur pro alio. Nam legitur, ꝙ pro peccato hominū inſenſibilia, & irrationabilia, vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, ſed cauſa ſacramenti, vel deteſtatione peccati, vel flagello delinquentium, vt 1.q.iiij.eccleſia.& ibi habetur quòd ignorantia peccati nō excuſat aliquem. & propter peccatum paternum filij puniuntur temporaliter, & propter delictum prælatorum, vel principis punitur populus, & ꝓpter peccata populi punitur princeps, vel prælatus. vide ſupra defunctus, vbi inanimata, & irrationabilia puniuntur pro delicto alterius. & ſic propter crimen lęſę maieſ.& hęreſis puniūtur temporaliter filij pro delictis parentum, vt in dicta conſtitutione Friderici, quę incipit, cōmiſſi. in §. verè ſcientes quòd deus zelotes eſt, peccata patrum in filios potēter vlciſcens. & habetur exo.xx. c. & in l. quiſquis, C.ad l.Iuli.maieſ. quę eſt canonizata vj.q.i.vbi dicit. filij verò ei⁹ quibus vitam imperatoria ſpecialiter lenitate concedimus (paterno. n. debent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hęreditarij cris exēpla metuūtur) a ſucceſſione oīm proximorum habeantur alieni: teſtamētis extraneorū nihil capiant, ſint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos ſemper paterna comitetur, ad nullos vnquam honores, ad nulla prorſus ſacramenta perueniāt, ſint poſtremò tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus & ſit mors ſolatiū, & vita ſupplicium. & ꝙ filij puniantur iſto crie propter delictum parentum probatur ēt per c.vergentis, extra de hær.& e.ti.c.quicunque. §.fiiij, li. vj.

Nunc videndum eſt quę pœnæ deſcendunt in filios hęreticorum ex delicto parentum,[c] & in quos filios[f] cū regulariter pœna non trāſit in filios ex delicto paterno, hoc eſt in alijs criminibus, vt ff.de pœnis.l.ſi pœna & l. crimen ꝙ ſecus eſt in iſto crimine, vt infra patebit. vnde ꝓ declaratione huius membri eſt ante oīa attendendum an parentes damnentur de hæreſi in vita, vel poſt mortē, an recipiātur ad miſericordiā impoſitis eis pœnalibus pœnis, an verò ſunt ſolūmodo ſuſpecti, & indicitur eis purgatio & pœna purgatoria, an ſunt ſicut aliqui, qui nulla purgatione indicta decedunt in ipſa ſuſpitione hæreſis. Et quantū ad primū, ſcilicet quando qs damnatur de hæreſi, & tanquā hæreticus relaxatur curiæ ſœculari, modò damnetur in vita, vel poſt mortē, in filios illius triplex pœna deſcendit. prima eſt adēptionis bonorum, quia oīno priuātur a ſucceſſione paterna, vt dictū eſt ſupra in §.pcedēti, & dictū eſt ſupra cōfiſcatio, quia applicantur fiſco. nam ſicut in crimine læſæ maieſ. hoc eſt inſtitutum, a fortiori ergo in crimine hæreſis locum ſibi debet vēdicare. cū lōgè magis ſit æternā q̄ tpalē lædere maieſtatem, vt in c.vergētis extra de hær. ſecūda pęna q̄ deſcēdit in filios eſt, ꝙ fiūt inhabiles ad ſuccedēdū ex teſtamēto, vel abinteſtato quibuſcūq; alijs conſanguineis, vel extraneis, vt in d.l. quiſquis.C.ad l.Iulia.maieſt. poſt princ.

&

& xxiiij.q.ij.ſanè,iuncto c.vergentis extra de hæret. Tertia pœna eſt quòd fiunt inhabiles quoad honores, & officia publica, & beneficia eccleſiaſtica obtinenda,vt habetur in d. conſtitutione Friderici imperatoris, quæ incipit,Patarenorum,vbi dicit,& ipſorũ filij ad honores aliquos nullatenus admittantur, & extra de hære. in c.quicunque,& c.ſtatutũ,l.vj.§.ſanè.& hoc intelligẽdũ ꝙ filij per lineã paternã puniũtur deſcendendo per lineã paternã vſq; ad ſecundã generationẽ. nã attingit illa pœna & extẽditur vſq; ad nepotes, & deſcendẽdo p lineã maternã,ſ.qñ mater cõdemnatur,& nõ pater,nõ ſe extendit tũc pœna,niſi quoad filios tantùm, & nõ attingit nepotes, hoc eſt quoad honores,& officia,& beneficia obtinenda. & hoc intelligendũ de filijs,& nepotibus illorũ,qui cõdẽnati fuerũt de hæreſi, vel eorũ qui tales deceſiſſe probantur,& nõ de illis filijs,vel nepotibus illorũ,quos emendatos eſſe cõſtiterit, & reincorporatos ecclĩæ vnitati,& pro culpa huiuſmodi ad mandatũ eccleſiæ pnĩam recepiſſe, quã ipſi iã perfecerunt,vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt, vel paratí fuerint ad recipiendũ eandẽ. & non ſolũ inquiſitores poſſunt priuare hęreticos fautores,credentes,receptatores, defenſores,ipſorumq; filios,& nepotes officijs publicis,& beneficijs eccleſiaſticis,& honoribus, ſed eſt conceſſũ inquiſitoribus eos priuatos nũciandi dictis officijs, & beneficijs, & honoribus,vt in c.vt cõmiſſi,de hæreti. li.vj.hęc ſupradicta g habentur in dicto c.ſtatutũ,de hær.l.vj. ſed circa p̃dictaʰ quæritur,quare nõ extenditur pœna ad filios,& nepotes reuerſorũ? ſo.dicẽdum quòd illi,qui reconciliãtur eccleſiæ,non ſunt hęretici,ex quo myſtico corpori eccleſię ſunt reintegrati.ad hoc l.diſ.ferrum, & infra hæreticus.Io. An.tamen glo.in verbo incorporatos, recitat per contrariũ,ꝙ non debuerũt incorporari, vt ſupra eo.c.accuſatus.glo.ſoluit, in fine gl. de hoc vide Dominicum in dicto.c. ſtatutum,el.ij.in §. ſanè, de hæretic. libro vj. vbi etiam ipſe hoc ponit ad literam . ſed circa prædicta dicit Io. An.quòd vidit dubitari,an filij relapſorum,qui tamen pœnitentes, & cõuerſi ſacramenta eccleſiaſtica perceperunt,teneantur hac pœna? & videtur quòd non,vt in c. ſuper eo, extra eo.in fi. ex quo enim talibus conceditur euchariſtia, iam ſunt de corpore eccleſiæ,vt.i. q. i. extra catholicam, & c.intra catholicam . Item benigna interpretatio. eſt facienda pro filijs, qui puniuntur crimine alieno, vt C. de natura.lib.l.legem. Ad idem in §. nec ſanè,in dicto c.ſtatutum, el primo,de hæreticis lib. vj. ſaltem vſque ad ver.non autem. Nam ſi iſte textus extitiſſet in iſtis terminis, ſatis pateret illos non includi,cum nec tales deceſſiſſe probẽtur, ſed in contrarium facit iſte ver.quia duo requirit, ſcilicet quòd ſint emendati,& reincorporati. ſed relapſi non reincorporantur ſed ſine audientia per ſœcularem curiam puniuntur, vt extra de hæreticis.ad abolendam.§. illos quoque . Item quia id quod de pœnitentia, & eius perſecutione proſequitur, non practicatur in illis . ergo de talibus non loquitur . Item decretalis ſuper eo,extra eo. prouidet ſaluti animæ, & non corporis . vnde talis non poteſt dici propterea reincorpora-

tus: propter quod non putat, quòd eius corpus exuſtum, vel cineres debeant ſepeliri in cœmeterio, cum decretalis ſuper eo, ſepulturam non permittat, quæ eſt quies corporis, vt xij. q.ii. aurum, & nota de ſepultu. ſuper Rubrica Io.An. ſed poſſet dici quòd filij non teneantur hac pœna, cum hæreticus reuerſus ad fidem non debet dici hæreticus, vt dicit tex. xxiiij. q. ſi. dixit apoſtolus. Et licèt reputetur hæreticus reuerſus, & reconciliatus, quãtùm ad hoc vt ſibi non parcatur iniuria temporalis, vt in c. ſuper eo, de hæreticis l. vj. tamẽn non debet reputari hæreticus quoad alios effectus. vndẹ tex. in c. ad abolendam, extra eo. §. illos, dicit quòd relapſi tradantur curię ſęculari, nec determinat quòd aliæ pœnæ, quæ imponuntur ratione hæreſis, habeant locum illo caſu, ex quo igitur ius antiquũ diſponit quòd rediens ad fidem non iudicetur hæreticus, & ius nouũ determinat, quòd relapſus etiam rediens tradatur curiæ ſœculari, intelligatur expreſsè de pœna de qua loquitur, vt ſic ius antiquũ remaneat in totum quo ad alios effectus. hęc Dominicus in dicto c. ſtatutum, el primo, in fine.

Aliæ ſunt pœnæ quę imponuntur hęreticis, tamen non deſcendunt in filios, cum ſit ſcriptum, quòd iuſtitia iuſti, & iniquitas impij ſemper ſit ſuper eum. & alibi dicitur, non portabit pater iniquitatem filij, nec filius iniquitatem patris, vt ſupra dictum eſt, & habetur xxiiij. q. iij. c. i. & per totũ, ſed pœnæ de quibus ſupra præmittitur, ideo deſcendunt in filios, quia expreſsè reperitur iure cautum, vt in iuribus ſupra allegatis.

Filijs verò illorum, qui redeunt, & recipiuntur ad miſericordiam, quantumcunque fuerint hęretici parentes, vel filij eorum, qui fuerunt ſuſpecti, & deceſſerunt indicta eis purgatione, vel etiam nõ indicta, quia quãtùm ad hoc omnes iſti pari paſſu ambulant, non imponitur pœna ademptionis bonorum, quia & ab ipſis, ſcilicet parentibus non eſſent auferenda. & quòd redeuntibus, & reincorporatis eccleſiæ non auferantur bona, nec etiã illis qui ſolummodo ſũt ſuſpecti, patet in c. accuſatus. §. porrò, de hęreticis, lib. vj. & ibi nota. per Archi. qui allegat aut. vt cum de appel. §. generalem §. ſi verò, cum ſequent. & ſic in filios talium non deſcendit iſta pœna ademptionis bonorum.

Item in ipſos filios redeuntium, vel ſolummodo ſuſpectorum non deſcendit ſecũda pœna, videlicet quòd fiant inhabiles ad ſuccedendum conſanguineis, vel extraneis. nã ex quo non priuantur ſucceſsione paterna propter vitium patris, multò minus debent priuari ſucceſsione aliorum, per ar. ſi id quod magis videtur ineſſe & non ineſt, ergo nec id quod minus, vt C. de ſac. ſan. eccle. in aut. multo magis, & in c. vergentis, extra de hæreti. & c. cum ſecundùm, eod. titu. libro. vj.

Item filij hæreticorum ſunt prorſus inhabiles ad eccleſiaſtica beneficia, & officia publica obtinendum. ſed hæc pœna nullo modo habet locum in filijs hæreticorum qui redeũt ad eccleſię vnitatem, & fuerunt recepti, & reincorporati eccleſiæ, vt extra de hæret. in c. ſtatutum. ii. §. fin. li. vj. Sed in filjs illorum qui ſolummodo fuerunt ſuſpecti, puta propter fautoriam,

riam, defenſionem, receptationẽ hæreticorum, vel ſimilia, bene habet locum dicta pœna, ſcilicet quòd non poſſint eccleſiaſtica beneficia, nec officia publica obtinere, ſi modò iſtorũ parentes deceſſerunt tales. nam ſi rediiſſent ad miſericordiã, & fuiſſent recepti impoſita eis pœnitentiali pœna, & completa pœnitentia deceſſerint, vel etiam pœnitentia non peracta, tunc talis pœna non tranſiret ad filios, vt d. c. ſtatutum. §. fin. & extra. eo. c. ii. §. hæretici, li. vj.

Viſo itaque, de pœnis hæreticorũ quæ tranſeunt ad filios, & quæ nõ.

Nunc ſubſequenter videndum eſt de pœnis pœnitentialibus, ſeu purgatorijs, quæ, & quando tranſeunt in filios defunctorum. Et dicendũ quòd aut illæ pœnitentię iniunctæ ſunt tales, quæ poſſunt per alios explicari cum ſumptu, aut ſunt tales ita merè perſonales, quæ etiam cum ſumptu non poſſunt per alios explicari. Primo caſu puto quòd ſi pœnitentiæ fuerant iniunctę defunctis, vt facerent i fabricã in eccleſia, vel vt maritarent, & dotarent fœminas virgines paupeřes, vel hoſpitale, vel vt ſoluerent pœnam pecuniariam, vel vt reſtituerent vſuras, vel vt facerẽt aliqua alia k ſumptuoſa pietatis, tũc ſi hi quibus iniuncta talia fuerunt deceſſerunt ante impletam pœnitentiam, filij, & hæredes ipſorum habebunt ea bonis temporalibus adimplere. Et idẽ dicunt quidam de quibuſdã perſonalibus, quæ poſſunt per alios explicari, ſicut ſunt ieiunare, & l orare. nam ieiunia cognatorum, & orationes ſanctorum liberant, ſeu ſoluunt animas defunctorum, vt xxvj. q. vij. ab infirmis, & xiii. q. ij. animę. Aut pœnitentiæ erãt ita merè perſonales quòd non poſſent per aliũ explicari, vt audire theologiã, vel audire ſingulis diebus miſſam, abiurare, ac deteſtari errorem, confiteri in qualibet hebdomada. & certè iſtæ tales pœnitentiæ non tranſeunt ad filios, vel hæredes. imò ſeruantur purgatorio. nam mortuis eſt indulgendum, & non iniungendum, vt xxvj. q. vij. c. i. & pœnitentia debet tenere ſuos autores, vt C. de pœnis. l. ſancimus, extra de his quæ fiunt a maio. parte cap. quæſiuit, nam in impoſitione talium pœnitentiarum nõ ſolùm fuit habitus reſpectus ad ſalutem animæ, ſed ad affligendum corpus, & ad corrigendum perſonam, & ideo ab ipſa perſona non eſt recedendum, vt C. de cadu. tollen. l. i. §. nè autem, & ſecundùm hanc diſtinctionẽ eſt intelligendum c. accuſatus. §. ſi verò, de hæt. li. vj. & quòd ibi per Arch. plenè notatur.

Sed circa ſupradictas pœnas, quæ tranſeunt in filios propter delictum patris, quæritur an illę pœnæ habeãt locum in filios propter delictum matris? & dicendum quòd eadem eſt diſciplina. nam licèt in iure in pœnis, quæ imponũtur hæreticis, dicatur in maſculino, ſcilicet quòd cõfiſcantur bona hæreticorum non habita mentione de fœminino ſexu: tamẽ id erit in fœminis; nam pari paſſu ambulãt, & pœnis paribus puniuntur propter hæreſim in ſe, & in filijs quoad ademptionem bonorum, quia in impoſitionibus harum pœnarum maſculinum profertur a lege, & ideo in eo cõprehenditur fœmininũ, vt ſupra in litera fœmininum, & habetur. ff. de pœnis, ſi quis cum telo, & ff. de iuriſ. om. indic. l. ſi quis & id quod nota. ff. de

ver.ſig.l.j.in gl.& per doc.& hoc caſu
intelligenda eſt glo.quæ eſt ad.l. Iul.
maieſt.in l.quiſquis, quæ incipit, &
no.ꝙ minus. vbi dicitur ꝙ eiſdem pę
nis puniuntur filij ptopter delictum
matris, ſicut propter delictũ patris.

Sed quæro quoad aliam pœnam,
ſcilicet per quam filij ſunt inhabiles
ad ſuccedendum quibuſcunq; ? & eſt
dicendum, quòd licèt gloſ.ipſa videa
tur indiſtinctè parificare in omnib⁹
pęnis deſcentibus in filios propter de
lictum patris, & matris, ſed malè dice
ret ſic latè loquendo, ꝙ propter deli-
ctum matris filij fierent inhabiles ad
ſuccedendũ alijs.nã ptimò tex.illius.
l.quiſquis, hoc non dicit, cũ tm̃ affi-
ciat illa pęna filios laborãtes morbo
paterno nulla habita mẽtione de ma
tre, & nos non debemus odioſa exten
dete, vt.ff.de lib.& poſthu.l.cum quæ
dam, & de regu.iu.odia, lib.vj.maxi-
mè, quia vbicunque non eſt identitas
rationis, cum magis timeatur in filiis
vitium paternum, quàm maternum.
dicitur enim ꝙ ſæpe filius ſimilis eſt
patri, vt ff.de ędili.edic.l.ꝙ ſi nolit.§.
quæ mancipia, & extra de renuncia:
cum pridem.§.perſonæ.Sed alibi di-
citur ꝙ in ſolo ſtatu perſonæ conſide
ratur in filio conditio matris, in cæ-
teris verò extra ſtatum conſideratur,
conditio patris, vt C.de rei vendi.l.
partum, & ff.de ſta.hom.l.cum legiti
mè.ad qđ facit extra de conuerſione
cõiugatorum.c.fi.& habetur hoc ex-
preſsè ꝙ vbicunq; filijs imponitur pę
na propter delictum parentũ, ſemper
intelligitur de linea paterna, & nõ de
materna, niſi expreſsè de linea mater
na dicatur, vt extra de pœnis, vbicun
que, lib.vj.

Alia verò pœna per quã filij hære-
ticorum fiunt inhabiles ad beneficia
eccleſiaſtica, & officia publica obtinẽ
da, afficiet bene filios, vt hoc expreſsè
cauetur in iure in d.c.ſtatutum, el ij.
de hæreti. lib.vj. ſed in hoc erit diffe-
rentia, quia vbi filij puniuntur ex de-
licto patris, magis extenditur pœna
in primã, & ſecũdã generationẽ, [m] &
in alijs omnibus in quibus pœnę trã-
ſeunt in filios, vt d.c.ſtatutum.

An autem nepotes hęretici nati ex
filia excuſentur a pęnis, cum attingãt
hęreticum in ſecundo gradu ex linea
materna, ſiue ſuæ matris: an includã-
tur quoad pœnas cum ſint in ſecun-
do gradu ex deſcendentibus hæreti-
ci, vide per Io.An.in d.c. ſtatutum.

Sed circa præmiſſa quæro, ſupra di
ctum fuit ꝙ filij hęreticorũ fiunt inha
biles ad ſuccedendũ propinquis, vel
extraneis, ergo ad quem dicemus per
uenire ſucceſſionem delatam iſtis fi-
lijs? & dicendum quòd aut quęrimus
de ſucceſſione propinquorũ, & iſti fi-
lij ſunt penitus alieni, nam illi non
eam apprehendent, nec tenebunt, &
ideo illam habebunt alij venientes ab
inteſtato, vt ff. de his q̃ pro nõ ſcrip.
ha.l.neque, & ff.de pœnis.l.quædam.
ſi verò ex ſucceſſione extraneorum,
certè dicit text.in illa l.quiſquis, C.ad
l. Iul. maieſta. quòd filij talium ſuc-
ceſſionem extraneorum non capiũt,
& ſi eã apprehendunt, non tenebunt,
& ideo hoc caſu ab eis auferetur a fi-
ſco tanquam ab indignis, vt ff. de in-
offi.teſt.l.Pomponius.§.meminiſſet,
& ff.de his qui.vt indig.l.hęreditatis.
ad quod.ff.de verbo.ſigni.l.aliud eſt
capere, cum ſimilibus.

Sed eo pręſuppoſito quòd propter
delictum paternum quædam pœnæ
deſcendunt in filios, vt ſupra eſt clarè

probatum

probatum,quæro nunquid iſta intelligantur in filijs legitimis tantùm,an verò in omnibus, vt ſic etiam ad illegitimos dictæ pœnæ ſe extendant? & certè quantũ ad pœnas quæ veniunt infligendæ filijs propter delictum matris,non eſt curandũ, an ipſi filij ſint ex matrimonio,vel non, cum omnes filij quoad matres pro legitimis habeantur,niſi mater fuerit illuſtris, vt C. ad ſenatuscon.Orfici.l.ſi qua. ſed circa pœnas,quę deſcendunt in filios ex delictis patrum,dicẽdum eſt quòd vbi quæritur de pœna non ſuccedendi patri,quòd iſta tranſit etiam ad filios illegitimos duplici ratione. Prima quia bona illius patris deferuntur in fiſcum,vt ſupra dictum eſt.Secunda quia huiuſmodi filij non ſuccedunt,vt in auth.qui.mo. natu. effi. ſui.C.l.filium,col.vij. Et idem in alia pęna inhabilitatis ad eccleſiaſtica beneficia obtinenda. nam & ſi pater foret catholicus, tamen iſte illegitimè natus propter defectum ſuorum natalium eſt prorſus inhabilis, vt de filijs præsbyteris per totum, & de renunciatio. niſi cum pridem. §.perſonæ.in cęteris verò pœnis, quæ deſcendunt in filios quantumcunque in ſignificatione propria,appellatione filij intelligatur ille qui eſt natus ex legitimo matrimonio, vt ff. de his qui ſunt ſui, vel alie.iuris.l. filius, tamen quoad præmiſſa idem intelligendũ eſt de filijs illegitimis. aliàs enim reſultaret abſurdum, videlicet quòd plus iuris, & beneficij haberet luxuria,quàm caſtitas, quod eſſe non debet, vt in authen.de teſti. & ea quæ parit in vndecimo menſe. §. fin.col. iiij. & idem tenet Archid. in dicto c. ſtatutum, & ſequitur Ioan.And.in nouella, qui dicit ſic conſuluiſſe cum quibuſdam doctoribus,cum illegitimus ſit de ſanguine reſpectu generis, & in ipſo etiam timeatur crimen paternũ, vt dicta l.quiſquis.C.ad l.Iuliam maieſtat. & ſi puniuntur filij legitimi, a fortiori baſtardi, qui ſunt odibiles legi.ar.de præben.eum qui, li.vj.cum ſuis concor. Item quia iura generaliter loquuntur, bene facit ad hoc. ff. de in ius vocan. l. fin. verum tamen ſecundùm doctrinam Cyn.in dicta l. quiſquis,illud eſſet intelligendum de baſtardo, qui patrem certum poſſit nominare: ſecus autem eſſet in vulgo quæſitis natis ex incerto coitu, qui certum patrem demonſtrare nequeunt, quia tunc ceſſat in eis ratio, cum non conſtet illum eſſe patrem illorum,& idem ſequitur Ioan.And. in dicto c. ſtatutum. ſubdit tamen ibi Dominicus, quòd vbi communis vſus alicuius loci, vel ciuitatis reputaret illos de domo,ſecundùm quod dicit ſeruari Florentiæ, & Peruſij,vbi deferunt arma illius agnationis, de qua eſſe putantur, tunc ad eos huiuſmodi pœnę extenderentur. & dicit hoc de mente Barto. in l. pronunciatio.ff.de verbor. ſignifi.& in l. filius. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. Itẽ in caſu odij rationabilis ſimplex appellatio filij comprehendit etiã naturalem, in l. libertinum, coniuncta rubri. C. de interdic. ma. inter pupi. & tu. hoc autem odium rationabile eſt,vt in crimine lę.maieſ. filij dicantur digni paterno ſupplicio,vt in d.l. quiſquis.§.filij.a fortiori ergo in crimine hæreſis, per d. c. vergentis. ad idem facit quòd not.Bar.in l.ij. ff. de acc.&in l.tutelas.ff.de cap.dimi.& in l.fi.C.de verb. ſig. vbi tenet ꝑ ſi ius,ſi

ue

ue diſpoſitio loquitur per verba naturalia, vtpote filij, vel nepotes, cõprehenduntur etiam naturales, & baſtardi: quia ſecundùm naturam ſic trahunt naturam a patribus, ſicut legitimi ſic eſt autem in propoſito, quoniam iura ſuperius inducta loquuntur de filijs hæreticorum per verba naturalia, ſcilicet filij, & nepotes &c. & prçſumuntur imitatores delicti paterni, ſicut & naturales: imò multò fortius cum ex talibus complexibus ſæpe numero de genere vili, & ſceleſti naſci cõſueuerunt, vt dicit tex. lvj. diſ. ſi gens Anglorum.

Et ſi quçratur quomodo oſtendetur hunc eſſe filium hæretici, cum ſit illegitimus nec poſſit oſtendi per matrimonium? dicendum quòd ſufficit quod ille hçreticus vocabat hunc filium, & eum tenebat vt filium, prout nota. extra de fi. præſ. c. Michael, & patet extra de proba. c. per tuas.

Sed quæro an pœnæ prædictæ ſe extendant ad filios, qui nati ſunt antequam patres hæreſim incurriſſent? & Calderi. mouet hanc quæſtionem in conſi. ſuis in ti. de hære. conſi. iij. & arguit pro, & contra finaliter tamen cõcludit quòd non ſe extendant ad eos, per. l. emancipatum. ff. de ſena. cũ materia ſua. Item facit quòd filius ante natus ex ſuperueniente dignitate in perſonam patris non cõſequitur priuilegium, vt l. honorem, & l. ſenator. C. de digni. lib. xij. & l. filij. §. ſenatores. ff. ad munici. & per conſequens ſi nõ honorem, ergo nec pœnam, vel onus, vt l. ex qua perſona. ff. de regu. iu. ad idem. l. i. §. fi. ff. de bo. po. con. ta. & l. ſi neceſſe. §. ſi deportatus. ff. de bonis libertorum, per quæ iura filij iam nati propter ſuperuenientem cauſam in perſonam patris non repelluntur a ſucceſſione. & per hoc etiam inducit. l. diuo Marco. C. de quæſtionibus. & dicit eſſe caſum expreſſum in l. ij. C. de libe. & eorum liber. ad cuius confirmationem poteſt induci quòd ĩ ſimili notat. Cyn. in dicta l. quiſquis, circa filios illius qui commiſit crimen læſæ maieſtatis. ſed in contrarium facit quod notat ibi Sali. qui tenet illam pœnam etiam habere locũ in ante natis, cum non minus in eis hçreditarij criminis exempla ſint metuenda: & quia iura generaliter loquuntur. Nec obſtant iura in contrarium inducta ſecũdùm eum; propter grauitatem enim criminis læſæ maieſtatis contrarium in eo ſtatuitur. Et per eaſdem rationes a fortiori idem ego dicerem in crimine hæreſis, cum ſit longè maius, vt in d. c. vergentis, ad hoc etiam facit text. apertus in d. c. ſtatutum. §. fi. de hæret. li. vj. ibi, cũ dicit, vel tales etiam deceſſiſſe probãtur: ex quo innuitur ſufficere ꝙ patres eorum in morte fuiſſent hæretici. nec poteſt dari conueniens ſolutio ad illum text. ad idem facit. c. filij, de hær. li. vj. ꝙ loquitur de illis qui oſtenderunt ſigna hæreſis, cum decumberẽt in lecto propter infirmitatem, de qua deceſſerunt. & contraria tolluntur per ea quæ diximus quòd in hoc crimine ſit ſpeciale propter eius grauitatem. & prædictam quçſtionem determinat Domi. in d. c. ſtatutum.

Sed circa ſupradicta, quæritur, an ſi hçreticus habet filios catholicos, nunquid tales filij habebunt bona patris, vel partem eorum? & dicendum quod de iure canonico licèt filij ſint catholici, nihil habebunt in bonis patris, vt habetur in d. c. vergẽtis, quod

c. cor-

c.corrigit illam, l. Manichæos. C. de hęreti. quæ permittebat conſanguineos catholicos ſuccedere hæreticis, quod prohibetur in d.c. vergentis. & debet intelligi quando pater publicè prędicabat cõtra fidem catholicam, vel publicè profeſſus eſt, vel defendit errorem, vel coram prælato ſuo confeſſus eſt, vel conuictus, aut ſententia liter condemnatus, vt extra de verbo rum ſigni. ſuper quibuſdã, & per Rai. & in ſum. con. li. i. tit. xv. q. vij. de hoc vide ſupra confiſcatio. ſed not. quòd in duobus caſibus tantùm filij propter hęreſim parentum non perdunt bona, primus ſi reuelauerint hæreſim patris. ar. C. ad l. Iul. maieſ. d. l. quiſquis, quæ eſt canonizata in decretis. vj. q. i. & habetur in quadam conſtitutione Friderici imperatoris, quę incipit. Commiſſi, quæ eſt etiam canonizata, in decretalibus, lib. vj. in c. vt cõmiſſi, aliàs vt inquiſitionis, de hæret. ſecundo caſu quando tanto tempore filij poſſederunt, quòd pręſcriptio eſt in eis completa, vt de pręſcr. c. filij, li. vj.

Nota quòd ſoror reginę ſuccedit in regno, & feudo, licèt regina fuerit hęretica, & deliquerit erga eccleſiam: ſecus ſi deliquerit contra eccleſiam aliter, puta inſurgendo contra eam. Bal. in c. i. §. aut ſi libellario. iij. col. ver. ex hoc appa. qui. mo. feu. amitta.

Nota quòd filius clericus propter delictum criminis læſæ maieſ. commiſſum a patre non efficitur infamis nec perdit beneficium, Ab. in c. cum laici, de iure patronatus. vide infra iſta litera. §. nunc quæritur. & an propter delictum patris filius perdat feudum, vel ius patronatus, vide Ab. in c. vergentis, de hæreti. & glo. in c. per uerſum. lvj. diſ. & in c. quicunque, de hæreti. li. vj.

Supra dictum eſt quòd filij hæreticorum priuantur, & perdunt beneficia eccleſiaſtica, ſi aliqua habent, propter hæreſim parentum qui fuerunt cõdemnati de hæreſi, & circa iſta dubitatur nunquid filius hæretici ipſo facto perdat beneficium eccleſiaſticum quod habet, & glo. in c. ſatis per uerſum, concludit quod non, & ſic tranſit Panor. in d. c. vergentis, remittens ad glo. c. quicunque, e. ti. ſed aduerte quòd glo. dicti. c. ſatis peruerſum. non loquitur in crimine hęreſis, ſed in crimine læſæ maieſt. & glo. d. c. quicunque, ad quam remittit, nil dicit de hac materia. Io. An. in nouella, & Do. in c. vt commiſſi. §. priuandi, eo. ti. li. vj. tenent quòd tales ipſo iure ſint priuati beneficijs, nec eſt facienda diſtinctio an fuerint beneficia collata filijs, vel nepotibus ante delictum parentum, vel poſt, ſed ſimpliciter eſt intelligendum, quod prędiximus pro quo facit tex. i. diſtin. §. priuandi, qui ſimpliciter loquitur, & tex. in c. fęlicis. §. ſi quis, de pœnis, li. vj. nec obſtat, ſi dicatur quòd ille. §. loquitur in alio caſu, quia ſecundùm eos illud eſt longè minus delictum q̃ illud. ad quod etiam facit dictum c. ſtatutum. ſed ſalua meliori deliberatione dicendum eſt eſſe faciendam illam diſtinctionem, quia aut beneficia fuerunt collata ante delictum parentum, & filij non ſunt ipſo iure illis priuati. & pro hac diſtinctione facit c. in d. c. quicunque. §. hæretici, iuncto d. c. ſtatutum. vbi inhabilitatur ad beneficia obtinenda filij hęreticorum &c. & ſi ciura loquuntur tantum in obtinendis poſt hæreſim parentum

rentum, non tamen ante. nec obſtat tex. in d.c. fœlicis. §. quòd ſi quis, q̃ loquitur in alio crimine quàm in hęreſi, nec eſt facienda extẽſio, cũ ſit ius perſonale p iura vulgaria, & ſi illud eſſet verum, omnes pœnæ contẽtę in d. c. fœlicis. de pœnis. haberent locũ per fundamentum iſtorum contra hæreticos, quod eſt abſurdum, prę ſertim quòd interdum pro minori delicto imponuntur maiores pœnę, vt infra pœnitentia. & ſic ratio argumentorum eorum non procedit, pro quo eſt tex. in c. admonere xxxiij. q. ij. vbi maior pœna imponitur occidenti vxorem, quàm occidenti matrẽ: cum tamen conſtet longè grauius delictum eſſe matrem occidere, quàm vxorem & ſic reſtat reſponſio ad d. c. vt commiſſi. §. priuandi. quod ſatis videtur vrgere. & dicas quòd ille tex. in c. ſi papa, de priuil. li. vj. & vbi velles quòd diſpoſitionem induceret, debet intelligi de beneficijs poſtquàm parentes hæreſim incurrerunt, & nõ de alijs, per ea quę ſuperius dicta ſunt vt iura iuribus concordentur.

An filij hæreticorum admittãtur in teſtimonium ad abonandum parentes, ſi fuerunt in vita diffamati, vel ſuſpecti de hæreſi? & dicendum q̃ non, vt in c. filij, extra de hęreticis, li. vj. vide ſupra defunctus.

Nunc quæritur, an propter crimẽ læſ. maieſ. commiſſum a patre priuetur filius beneficio eccleſiaſtico? vide glo. & notata in d. c. ſatis peruerſum. lxvj. di. & in d. c. fœlicis de pœnis, lib. vj. & in c. quibuſdam. de pęnis. vbi dicitur quòd ſi filij ſunt clerici, quòd non efficiuntur infames, nec perdũt beneficiũ, nec ius patronatus, & not. in ſum. Ange. in dictione, Ius patronatus §. penultimo.

Pater, & filius eadem perſona reputãtur, & filius eſt pars paterni corporis.

Filiorum exceſſus pater corrigere tenetur. vide ſupra corrigere.

Filius habens patrem hæreticum, nunquid debeat potius in ſubuenien do p̃ ferre ipſum extraneo bono? vide gloſſ. in c. ſi qui filij. xxxj. diſt. & in c. non ſatis lxxxvj. diſti. in verbo domeſticos. & concluſio eſt quòd patrẽ qualiſcunque ſit, debemus p̃ponere extraneo etiam ſancto, in his quę ſpectant ad miſericordię opus, prouidẽdo ei in neceſſarijs, pro qua opinio. facit bon⁹ tex. in d. c. non ſatis. 86. diſt.

Filius q ſolet ſimilis eſſe patri, vt C. ad l. Iuli. maieſt. l. quiſquis, & in aut. de referen. §. i. coll. ij. de filijs presbyterorum. Michael. & qui filij ſunt legiti. tranſmiſſa, & l. quòd ſi nolit §. qui mancipia, in glo. ff. de ędil. edic. nam qualis pater, talis filius erit, vt. xxxv. q. iij. §. hac autoritate, & ĩ ſpe. titu. de feu. §. ij. ver. quintò quęritur. Et C. de impuberum, & alijs ſubſtitutionibus. l. fi. & C. de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. §. fi. inſtitu. de inutili ſtipulatione. §. ei verò, de conſecratio. diſtinct. v. §. fi. in fine.

Item filius eſt talis qualis eſt pater, & talis qualis eſt mater, in ſpe. de feu. § ij. ver. v. vide ĩfra præſumptio. §. item talis quis eſſe.

Item filius ſequitur conditionem ventris, vt xxxij. q. iiii. c. vlt. & xxviij. q. i. Iudęi. Et potius ſequitur matrem quàm patrem, ſanctus Th. in iiij. diſ. xxxvj. ar. iiij.

Quare filij paruuli pœnam trahũt & culpam a parentibus, vide de conſe. diſ. iiij. placuit.

Sanctius

Sanctius eſt ſine liberis mori, quã ex illicito coitu eos acquirere.xxij.q. iiii.ſicut ſancti⁹. Et licet Iacob ex an cilla filios ſibi genuerit, nos tamẽ nõ debemus exẽplo eius ita facere.xxx-ij.q.iiij.quòd autem.

Filius natus ex vno parente fideli, & ex alio infideli,ſequitur conditionem fidelis.xxviij.q.i.Iudęi.

Filij Iudæorum baptizatorum nè parentum inuoluantur erroribus, ſunt eis auferẽdi,& monaſterijs, aut Chriſti fidelibus ad viuendum tradẽdi.xxviij.q.i.Iudeorum,de conſe.diſ. iiij.plerique,&.c.ſe.Ideo PROVISO SOLERTER.

Filij Iudæorum cõuerſi debẽt ali à patribus.Bal.in l. nec mater.C.de iure do.& ibi remittit ad notata in c.fi. de conuerſio.infi.

Item filij Iudæorum conuerſi ad fidem ſunt ſoluti a vinculo patriæ poteſtatis,vt glo.xxviij.q.i.Iudæorum. quæ etiam dicit quòd non propterea poſſunt priuari patria ſucceſſione.& ibi dicitur etiam apud quem debeãt tales filij permanere, vt dictum eſt ſupra.

An filius Iudæus poſſit ſuccedere patri Chriſtiano, vide C. de epiſcop. & cleric. l.deo nobis.C.de hæreticis. l.iiij.recurrat.ff.de excuſat. tu. l.ſpadonem.§.iam autem.xxx.diſt.c.i. & quod ibi nota.lxxxvj.diſt. non ſatis.

Filius ſacerdotis eſt ſeruus illius eccleſiæ, cuius pater eſt ſacerdos, ſiue clericus.caſus xv.q.viij. c.cũ multæ. & ibi nota.& adde glo.xxvij.q.i. impudicas, quæ dicit quòd ſic.

Filiorum exceſſus pater corrigere tenetur, vide ſuprà corrigere.

Filij ad quid proſunt patri, & quãdo, & quot excuſent eum a muneribus,& quibus nota ff.de mino.l.ij.in glo.& in l.fi.ff.de excu.tut.l.ij.§. qui autem in glo. in reliquis. nota. ff.de iure immu.l. ſemper. §. demonſtratur,in glo.xvj.& ibi Bar. & C. de decu.l.ſi quis decurio,lib.x. & C. de his qui mune.libe.l.i.& l.nepos,l. vj.

An ex delicto filij poſſit eius peculium cõfiſcari?vide ſupra cõfiſcatio.

Erubeſcit lex filios eſſe caſtigatores parentum,vt ſupra erubeſcimus. Sed quando pater cadit in furorem, dabitur filius pro tutore patris, vt ipſum regat vt ff.de tuto.& cura.da.ab his qui.vj.q.i.oues,& c.ſacerdotes,& glo.xcvj.diſtin.quis dubitet.

ADDITIONES.

a *Filius is definitur,qui ex viro,& vxore eius naſcitur.l.filium.ff. de ijs qui ſunt ſui vel ali.iu.intellige definitum, legitimum & naturalem.vnde palam eſt multa eſſe genera filiorum quidam enim sũt naturales tantùm, qui ex concubina ſuſcipiuntur, quidam legitimi & naturales,qui ex coniugibus naſcuntur,quidam adoptiui toto tit.Inſt. & ff.de adopti.vide ſupra Baſtardus. quæ annotaui nè repetam. Filij appellatiõe omnes liberos intelligimus,l.filij.84.ff.de ver.ſigni. plerique dictũ volũt ab amore,quaſi φίλιον, quod omnium conſtantiſſimus amor ſit parentũ in filios. Alcia.ab ύ οs, arbitratur, in eadem lege. cum verò parentum amor idem continuet in nepotes, cęterosque deſcendentes,qui eſt in filios,ideo filiorum appellatione & nepotes,& deinceps qui exinde naſcuntur continentur, Alia quoque ratione filiorum appellatione omnes,qui ex nobis deſcendunt,continentur, nec enim dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros,quàm filij appellare.*

Etenim

Etenim iccirco filios, filiasq; cõcipimus, atque edimus, vt ex prole eorum diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus, l. liberorum. 210. ff. eod. vbi eadem cauſa locum habet, & nomen etiã perſeuerat. Item ſi cęteros præter liberos, diligimus, & charos habemus, filios appellamus, quòd amore atque caritate omnes vt filios proſequamur, & è contrario pater nominatur quem paterno veneramur affectu, Amplius, & quos moribus, vel literis informamus, æquè filiorum nomine vocamus, quòd quaſi denuo bis modis generemus eos, & qui dignitate, vel ætate, nos antecellunt ij loco patrum nobis ſunt, idque per tranſlationẽ quòd hæc ineſſe ſoleant patri naturali. Huius appellationis interpretatio latiſſimè fit in præcepto decalogi, Honora patrem. vide Catechiſ. in ipſum. & ſi fit patris interpretatio largiſſima fit eadem ratione filij cum ſint correlatiua. De quibuſdam, qui loco filiorum vel patrum, ſiue matrum nobis ſunt, inter quos nuptiæ conſiſtere non poſſunt, vide Inſt. de nupti. filij ſumi poſſent hic modò latius, modò ſtrictius, pro varietate caſuum, de quibus loquitur autor, & eſſet longa diſtinctio. Scias denique filiorum appellatione filias quoque contineri, l. inter ſtuprũ. 101. ff. de ver. ſign. l. 1 ff. eod. ſed non ſemper, vide docto. in eas. Filij in ſacro eloquio non naſcendo, ſed imitando vocantur, D. Ieroni. in quæſtio. Hæbre. in 2. Paral. c. 24. Itẽ filius omnis apud Hebreos vocatur infans, & paruulus, idem in Hæbr. quæſt. in Gene. c. 21. Petrus Vendramenus.

b *Abb. in c abſolutos. de hæreti. ſupra in verb. emancipatio. & Vmbert. in Iudi. inquiſi. eod. verb. emancipatio. Ioã. Nic. Arelat de hæreti. not. 14. nu. 1. Quint. Mandoſius.*

c *Lib. 4. c. 19. vide quæ ſcripſi de ætat. mino. c. 3. de Infantia nu. xi. Quintil. Mandoſius.*

d *D. Ieronimus. Vitali epiſt. 132. fęminæ vterum intumuiſſe narrat ex coitu cũ infante decenni. P. V.*

e *Filij hæreticorum puniuntur ex delicto parentum, & quæ pœnæ in eos deſcendant Paul. Ghirlan. de hæreti. q. 3. nu. 4. & quæſtio. 4. nu. 1. & ſequen. Guindiſal. eod. titu. quæſtio. 23. nu. 1. & ſequitur Ludo. Carer. d. titu. nu. 140. & ſequen. Vmber. in iud. Inquiſi. hoc verbo filij hæreticorum. Simanc. in Enchir. titu. 63. de filijs hæreticorum Anto. Gomez. tom. 3. cap. de crim. læ. maie. num. 4. & an filius hęretici excludatur a ſucceſſione Cepha. conſi. 103. lib. 1. nu. 18. Et quòd filij hæretici, & filiæ, ac nepotes ex filio non nepos ex filia ſint inhabiles ad obtinendum dignitatem, vel officium publicum ſpirituale, vel temporale, Anto. Gomez. d. titu. de crim. læſæ maieſt. tom. 3. c. 2. nu. 4. ſi mater eſt hæretica ſolus filius vel filia efficitur inhabilis, & non vlteriores. tex. eſt, qui ſic intelligi debet. in c. ſtatutum. 2. de hæret. lib. vi. vbi glo. & communiter Docto. et Gomez. vbi ſupra poſt nu. 4. Quint. Mand.*

f *Legitur hoc caput in Calderi. par. 1. de hęreti. c. 38. ad illam vſque clauſulam. Et hoc intelligendum ac caput. Aliæ ſunt pęnæ. cum cęteris capitibus ſequentibus, ad illud vſque caput. Sed quæro an pœna. eiuſdem propè verbis, ex quo non paucæ à me ſublatæ ſunt hinc mendoſæ lectiones. P. V.*

g *Referas ad ea quæ dixit ante membrũ & non ſolùm inquiſitores. Petrus Vendramenus.*

h *Hæc ipſa ad verbum ferè leguntur in Iudi. inquiſito. ſed ordine tamen inuerſo. Petrus Vendramenus.*

In

i In Calderi. legitur. Fabricari Eccleſiam, vel hoſpitale, & rectius. Petrus Vendramenus.

k In Calderino ſic legitur. Alia bona pietatis opera ſumptuoſa. Petrus Vendramenus.

l Exempla duo memorabilia animarũ quorundam liberationis a ſupplicio per hoſtiam ſalutarem, vide apud D. Grego. lib. 4. dialo. c. 55. P. V.

m In Calderino ita legitur. Et ijs caſibus quibus pœna tranſit in filios ex delicto matris, pęna non tranſit vltra primũ gradum filiorum. vt d. c. ſtatutum. quæ lectio congruit cap. citato. P. V.

n Filiationem non probari per ſolam nominationem communem affirmat Pariſ. con. x. nu. 15. lib. 2. & con. ſeq. nu. 24. & ſic dubia redditur hæc probatio de qua hic, & per Vmber. in Iudi. inqui. hoc ipſo verb. filij. poſt nu. 12. & adde Calde. de hære. c. 26. ad fi. ſi autem vltra nominationem concurreret tractatus pro filio, nutritio in domo, quod quis talem legitimari fecerit, & hæredem inſtituerit, an ex ijs probetur filiatio, magna fuit diſputatio, in Ro. in cauſa Ameri. hæreditatis coram bo. me. Achille de Graſſis de anno 1549. in qua cauſa vota fuerunt diuerſa. Q. Mand.

o L. cum ſcimus. C. de agri. & cen. li. xi. l. fin. ver. fin. C. de impu. & alijs ſubſti. & Inſti. de inutil. ſtipula. §. ei verò qui. Quint. Mand.

p Vide quæ ſcripſi de ingrati. filiorum in parentes. c. 31. verſi. & quòd filius patrem inopem alere teneatur. Q. M.

q Teren. in Eautontim. actu. 5. ſcen. 3. id confirmat. ſed quod magis, inquit, credundum ſciet, quòd eſt conſimilis moribus, conuinces & facile ex te natum, nam tui ſimilis eſt probè. &c. quod & Donatus. ad voces tui ſimilis approbat, nam plerunque ait filij conſimiles ſunt parentum moribus. Cic. off. 1. plerunque autem ait, parẽtum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moremque deducimur, et in hanc ſententiam ita ſcribit oratori. inſtitu. li. 5. c. x. Quintil. a genere argumentum duci, nam ſimiles inquit, parentibus, ac maioribus ſui s filij plerunque creduntur, vide tandem 32. q. 4. c. recurrat. D. Aug. ſententiam. Ab hac tamen ſententia videtur Homerus multis ante ſæculis diſſidere. ſecundo enim Odyſſ. ſic cecinit.

παῦροι γάρ τι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλοντε,
οἱ πλέονες κακίους, πάνδοι δέτε πατρος αθάους

quę ſic vertere poſſumus.

Progenies rarò ſequitur veſtigia patris,
Succedit rarò melior, peiorq́; frequẽter.

Id etiam Græco prouerbio declaratur. ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα, honeſtiſſimorum virorum filij mali, Virgil. Geor. 1. ſic omnia fatis in peius ruere, ac retro ſublapſa referri. Ariſto. 2. Rhetori. vbi tractat de commutatione morum, quæ accidit hominibus ex fortunæ bonis, docet a patrum moribus, & ingenio ſolere filios degenerare, rationibus, & exemplis, Quòd ad religionem pertinet autoritatem maiorum valere magnopere. teſtatur Firmia. lib. 2. inſti. diui. c. 7. Virg itẽ eo verſu. Per caput hoc iuro per quod pater ante ſolebat. Aenei. 9. Cic. 2. de legi. a familia patrumq́ue ritibus non diſcedendum putabat. P. V.

r Filiorum diſſimilis forma & color, a parentibus, genereq́ue ſuo vnde contingat D. Ieroni. explicat, in quæſt. in Gene. c. 30. Pet. V.

Filius dei, qui erat ante ſecula deus dei fili⁹ verus ex patre, homo natus ex muliere, carnē ſuſcepit, & ex ea habens vtramque naturā in vna perſona, vt xxiij. diſti. qui epiſcopus, de ſumma trinitate. c.i.

Filius dei eſt deus. ſanctus Thom. in iij. parte. q. xxvij. ar. ij. & in iij. diſt. xj. & in ſumma contra gentiles. q. xxviij. vſque ad. xxxvj. Item ſi ſapientia dei in præallega. ſum. contra gentiles. li. iiij. q. xiiij. aliàs xiij.

Fili⁹ dei diſtinguitur a ſpiritu ſancto filiatione. idem in q. de quodlib. q. iiij. ar. vij.

Filius dei eſt incarnatus idem iij. parte. q. iij. ar. iiij. & in iij. diſt. i. & in iiij. diſ. xlij. & lv. & lvj.

Filius eſt alius a patre in diuinis. idem in primo, diſ. ix. ar. i.

Filius dei eſt æternus. idem in q. de potentia. q. xj. ar. xj.

Filius dei non eſt ex nihilo. idem. in i. diſt. iiij.

Filius dei eſt omnipotens. idem in i. diſ. xx. ar. i.

Filius in diuinis procedit dupliciter. idem in primo, diſ. x. ar. v.

Filius inuiſibiliter in mente mittitur. idem in i. diſt. xv. ar. vj. & in i. parte. q. xliij. ar. v.

Quomodo ſolus filius debet dici verbum, idem in i. diſ. xxvij. ar. v.

Quomodo filius ſit ſapientia ingenita, idem in præallegata diſ. ar. vj.

Filius dei non eſt creatura. idem in iij. diſ. xi. ar. i.

Filius dei non debuit aſſumere humanam naturam in pluribus ſuppoſitis idem in ſecundo, diſ. ij. ar. iiij.

Filius in diuinis alium filium generare non poteſt. idem Tho. in i. parte. in i. diſ. vii. ar. vj.

Fiſcalis [a] An poſſit eſſe laicus in cauſa hæreſis? & dicendum quòd ſic, & magis competit ei, quàm clerico, ſi laicus ſit bonæ opinionis, & famæ, & habet formatam conſcientiam. nam cum ad officium fiſcalis creati in inquiſitione pertinet, & ſpectat, ſcilicet promouere. denunciare, & accuſare ipſos hæreticos de crimine hęreſis, ſeu apoſtaſiæ & ipſos hæreticos, & apoſtatas inquiſitoribus indicare, & denunciare quos ſciuerit eſſe ſuſpectos, & cum iſtud ſit crimen publicum, vt habetur in ſpe. ti. de teſte. §. i. ver. quid de portantibus, & quilibet de populo in tali crimine poteſt eſſe accuſator, & etiam particeps criminis, vt ſupra dictum eſt in litera, accuſatio, in §. an quilibet admittatur, vt no. ff. ad l. Iul. maieſta. in l. famoſi, & C. ad l. Iul. maieſ. l. quiſquis. & idem in crimine ſimoniæ. vt extra de ſimo. in c. tanta, & vj. quę. i. in ſum. & cum hoc habeat locum in dictis criminibus, a fortiori ergo in hoc tam graui crimine, vt extra de hæreti. in c. vergentis, & quòd crimen hæreſis ſit crimen publicum, habetur in ſpe. vbi ſupra. & habetur in quadam conſtitutione Friderici imperatoris, quæ incipit, Inconſutilem tunicam, & concor. extra de ſpōſali. in c. cum in tua, & qui ma. ac. po. c. ſi. & ff. de offic. præſi. l. congruit. & nota quòd crimen hæreſis eſt crimē publicum, vt ſupra crimen. §. iij. & iiij. & cum omne crimen dicatur publicum, vt vj. q. i. in c. infamis, ergo a fortiori hoc tam enorme crimen, vt in c. vergentis, de hæretic. & in iſto tam maximo crimine ſi aliquis qualiſcunque conditionis ſit, vel ſtatus, ſcit aliquem errare, & nō defert, nec prodit

prodit illum inquiſitoribus, incidit in excommunicationem,& ſuſpitionem hæreſis, cum quilibet fidelis teneatur indicare delinquẽtem etiam in minoribus criminibus, vt ff.de iure fiſci. & vt dictum eſt ſupra an quilibet admittatur ad accuſandum, in litera, accuſatio. §.vtrum idem, & §. an quilibet,& in §.quæ differentia,& ſupra fautores & ꝙ magis competat laico officium fiſcalis, quàm clerico remitto ad ea quæ dixi ſupra in litera, accuſatio. §.item an laicus.& inſuper propter periculũ quod imminet ipſi clerico in accuſando. nam ſæpe incidunt in irregularitem, eo ꝙ nõ ſemper bono zelo ponitur accuſatio, & in ſuis accuſationibus petunt in fine ꝙ relaxetur brachio ſœculari,& cum in alijs leuioribus eſt nimis periculoſa irregularitas ipſis clericis. & alia ratione competit magis laicis tale officium, quàm clericis. nam cum clerici ſe occupent in ſuis horis diuinis recitandis, & nunquam liber a manibus ſuis debeat cadere, vt de conſec. diſ.v.nunquam, & cum laici nullum aliud habeant, in quibus ſe occupare debeant prçterquam in officio ſibi commiſſo, & cum promotor promouere debeat inquiſitionem,& ipſo non promouente non bene procedit inquiſitio, qñ proceditur per viã accuſationis, ſicut nunc de conſuetudine ſeruatur in officio inquiſitionis, quia ſemper proceditur per viam accuſationis,& nõ per inquiſitionem. Ergo ex prædictis cõcludendo dico ꝙ modò ſit laicus, modò ſit clericus, quilibet põt iſto crimine promouere,& accuſare: cũ multi qui alijs crib⁹ non admitterentur ad accuſandum, hic admittuntur, vt ſupra accuſatio. nã admittitur infamis, & particeps crĩs,& excõicatus, vt ſupradictũ eſt. Et cum officiũ promouẽtis ſit, vt veritas inquiratur,& crimina puniãtur, quia non eſt ſtatim quis cenſendus reus eo ꝙ potuit accuſari, vt C.de accu.l.fi.& ibi no.& extra qui matri.accu.poſ.c.a nobis.& non ſolũ iſto crĩe laicus poteſt accuſare clericum, ſed etiam epiſcopum, vt voluit glo. ij.q. vij.in ſum. de quo vide ſupra accuſa. §.an laicus clericum,& in §. ſe. in fi. ſed neceſſarium eſt, vt quilibet promotor inquiſitionis ſit iuriſperitus, vt ſciat promouere, denunciare, vel accuſare,& vt fundet bene ſuam intẽtionem. nã multi ſunt idiotæ, & ignari qui talia officia exercẽt, & inſuper debenr eſſe ſolliciti cum bono zelo, & non animo vindictæ. nam officiũ accuſandi genus illaudabile eſt, & vile officium eſt, vt ſupra accuſatio. Et cum aliqui dicant quòd laici nõ poſſunt eſſe fiſcales,& promotores in officio inquiſitionis hçreticç prauitatis, eo quòd eſt crimẽ eccleſiaſticum, & quòd cauſæ eccleſiaſticæ non poſſunt per perſonas laicas pertractari, ſalua reuerentia illorum qui talia dicunt, quia non bene ſentiunt, cum quilibet fidelis tenetur hæreticos indicare, & etiam quilibet hçreticus, vel infamis,& infidelis,& etiam conſors criminis poſſit eos accuſare, vt plenè dictum eſt ſupra nam crimẽ hæreſis eſt crimẽ publicum, vt ſupra dictum eſt, & eſt crimen exceptum, quod redũdat in detrimentũ fidei catholicç,& toti⁹ Chriſtianitatis,& eſt crimen populare,& cum cuiuſcunq; interſit ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi, vt de teſti.in.c.de cætero,& quia in omnium infertur iniuriam,

quod in diuinam religionem committitur, vt C. de hære. l. Manichæos. ideo quilibet de populo poterit hæreticos accuſare, quantomagis ſi promotor fiſcalis ſit catholicus, bonæ opinionis, & famæ, ſiue ſit clericus, ſiue ſit laicus, cum talis promotor nõ de ſe accuſat, nec malo zelo, vel cauſa vindictæ, ſed ex neceſsitate ſui officij. & dum ſufficienter posſit probare, quilibet alius de populo tenetur accuſare. de quo ſanctus Thomas ſecunda ſecundæ. q. lxviij. ar. i. vide ſupra accuſatio. §. an quilibet homo. & nullam rationem inuenio, nec aliquod ius quòd tale prohibeat, cum merè laicus poteſt eſſe procurator epiſcopi in cauſis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, vt in c. i. de procura. lib. vj. nam magis eſt eſſe aſſeſſor, quàm procurator, vel accuſator, cum accuſator, vel procurator nullam iuriſdictionem habeant. vide ſupra accuſatio, & ſupra aſſeſſor quantomagis in accuſando hæreticos, cum omnia iura expreſſe dicant quòd quilibet tenetur hæreticos deferre inquiſitoribus nec poſſunt aliquid in contrarium allegare, ſi non inhærent cuidam conſtitutioni Synodali factæ in archiepiſcopatu Taraconenſi, quam ipſi non bene intelligunt, & fuit facta ſuper hoc an laicus posſit regere officium decanatus, vel procurationis fiſcalis. Tenor cuius talis eſt. Quia nõ decet cauſas eccleſiaſticas per perſonas laicas pertractari, ſtatuimus quòd in curia noſtra, vel ſuffraganeorum noſtrorum non conſtituantur, ſeu ponantur, vel ſint de cœtero decani, officiales foranei, vel procuratores fiſcales, niſi præsbyteri, vel ſaltem ſimpliciter tonſurati, de quibus veriſimiliter præſumatur ꝙ debeat ad ſacros ordines promoueri, quòd ſi ſecus actum, ſeu ordinatum extiterit proceſſus qui cum prędictis fient, ipſo facto abſque exceptionis ope careant viribus, & effectu. contradixit epiſcopus Vincentius. Nam hęc cõſtitutio haberet locum quantùm ad fiſcalem epiſcopi illius prouinciæ, & in rebus alijs eccleſiaſticis, & non in fiſcali hæreticæ prauitatis, vel quando inquiſitores iſto crimine procedunt aliquo promouente. nec dicta cõſtitutio debet extendi, niſi quò ad illum epiſcopatum, vel archiepiſcopatum, in quorum iuriſditione ędita fuit dicta conſtitutio, cum conſuetudo ſit in contrarium etiam circa fiſcales epiſcoporum, cum omnes, vel per maiorem partem ſint laici, & non clerici. de quo vide ſupra aſſeſſor. Et ſic concludendo poteſt reſponderi per glo. c. ſi quis epiſcopus. ij. q. vij. vbi habetur quòd magis competit laicis accuſare hæreticos, vel alios quoſcunque criminoſos, vel ſuſpectos de fide, quàm competat clericis, cum accuſatio ſit illaudabilis, vt ſupra accuſatio, quia cauſæ materiam criminibus creare noſcuntur. C. de iudicijs, properandum. & præſumitur ſemper quòd inuidiæ cauſa fiat accuſatio, vt vj. q. i. ſi omnia. & quia vix ſine culpa experiri poteſt, ideo clerici ab ea abſtinere debent, vt de pœnit. diſtin. v. qualitas, & ij. q. vj. de cætero. & qui accuſat, publicę ſalutis cuſtodiam gerit, vt. C. de famo. libel. l. vna. & per illud quod habetur. i. quæſtio. i. in c. vltim. in §. ſed cum omnes. ſcilicet quòd cum omnes illi aſſumuntur in accuſatione ſimoniæ qui poſſunt accuſare de crimine maieſta. conſtat

quòd

quòd ſicut ibi non dubitatur de crimine maieſtatis, ſed an reus commiſerit illud, ſic & hic non negatur hæreſis, ſed impetitur accuſatus an cõmiſerit hæreſim, & cum iſtis criminibus nullus ſe poſſit excuſare aliquo priuilegio, cum poſſit accuſari a conſortibus, vt ſupra accuſatio, & cum per ſolam accuſationem non procedatur ad ſententiam condemnatoriam, ſed vt veritas inueniatur, cum non ſit ſtatim reus qui potuit accuſari, vt ſupra accuſatio. §. quæ differentia. ergo hæreticus non ſolùm poteſt accuſari a laico catholico, ſed etiam ab alio hæretico ſuo conſorte, vt ſupra dictum eſt plene in litera, accuſatio, nam ad cõdemnationem tota vis negocij dependet ex teſtimonio, & non ex accuſatione, vt vj. q. i. in ſumma.

ADDITIONES.

a *Subaudias, aduocatus, vel procurator, quomodo ſumitur. C. de aduocato fiſci. De eius neceſſaria conſtitutione, & officio, Simanc. in Enchir. tit. 20. de promotore. & tit. 23. de accuſatio. Petrus Vendramenus.*

Fiſcus dicitur ſaccus ſine conſcientia, vt ait Baldus. in l. executorem. C. de executio. rei. iud. & quid ſit [a] fiſcus & vnde dicatur, vide Bartol. C. de iure fiſci, ſuper Rubrica, libro. x. & in l. in prouincijs, in gloſſ. largitionales. C. de numer. & adiutori. ſcrinia. lib. xij. in dicta Rubrica.

Item fiſcus, vt dicit Laudunus, vocatur theſauraria epiſcopi, ſeu burſa ad quam applicantur prælaturæ bona, ſeu prouentus alicuius prælati ſicut enim res, & bona imperij dicuntur fiſcus, non autem propria bona, quæ ſunt imperatoris, vel prælati, ar. eorum quæ notantur. & leguntur, Inſtitu. de vſucapio. §. penult. & fin.

Item quandocunque in prima cõfiſcatione intelligitur fiſcus, prout no. gl. de iure fiſci. ſuper Rubrica.

Item fiſcus venit appellatione hominis. vide infra homo.

Item fiſcus venit appellatione hæredis, quando ſuccedit per ſucceſſorium edictum, non quando per confiſcationem. Bal. in l. penulti. §. i. C. ad Trebell.

Fiſcus priuato ſuccedens an præſtet onera, ad quæ defunctus tenebatur. vide in Spe. de feu. §. ij. ver. xxiiij.

Fiſcus non curat de modica publicatione bonorum, ſed ſolùm quãdo excedit ſummam quingentorum aureorum, ita tenent docto. & maximè Ange. in l. quando. C. de bonis dam. ſed iudices ipſi pro ſe poſſunt illam modicam quantitatem applicare ad fabricandum vnam cameram, vel pingere aliquid, & ſimilia vide Ang. de malef. ſuper parte, & eius bona publicamus, in iiij. col.

An fiſcus teneatur creditoribus eius cuius bona ſunt confiſcata? & dicendum quòd ſic, [b] vt. ff. ſolu. mat. per totum, & ibi docto. & C. vt pœna fiſ. creditoribus præferatur. quòd eſt verum, etiam pro parte qua ſuccedit rebelli, quia pro ea parte tenetur ad debita, per. l. i. & ibi Baldus. C. de fideiuſſo.

Item an fiſcus teneatur venditoribus ad precium pro rebus emptis [c] per condemnatum, cuius bona ſunt

confiſcata?& Bal.in ſi.in l.ij.§.fin.C. cōmunia de leg.tenet, ꝙ ſic tenetur.

Item nota ꝙ fiſcus conuenitur, vt præſtet domino precium rei per ipſum ablatæ.glo.eſt notabilis in l.ſi locus §.ſi.ff.quemadmo. ſerui.amit.l. venditor.§.conſtat.ff.cōmunia prædiorum Bart. Cæpol. in tractatu de ſerui.ruſt.ti.de monte.

Fiſcus non poteſt eſſe in iudicio ſine aduocato, vnde non teneret ſententia contra eum lata prætextu aduocati non habiti:vide ſupra aduocatus §.nota ꝙ ſine aduocato.

Item fiſcus tenetur reſtituere vxori[d] quatenus ad fiſcū peruenit de eius dote in publicatione bonorum viri, vt l.ſi marito,in prin.& ibi Bar. ſoluto matrimonio. vbi ſubdit virum eſſe liberatum ab eius vxore prò parte quę peruenit ad fiſcum,cum fiſcus teneatur & non vir,vt ibi.

Fiſcus an pferatur vxori in bonis mariti obligatis fiſco,& vxori ex cauſa dotis, licèt fiſcus ſit prior in tēpore?Cy.& Bal.in l.dotis tuæ.C. de iure do.tenent quòd non prȩfertur fiſcus. Sed dicendum quòd in hypotheca pari paſſu ambulāt, ſed qui prior eſt tēpore prȩfertur in iure,vt in l. quāuis,& ibi Bart.C.de priuileg. fiſci, & Paulus de Caſtro conſilio.cccxcij. vide ſupra dos. §.i. & ij.& quaſi per totum.

Itē fiſcus præfertur omnibus creditoribus ex ſpeciali priuilegio. in Spe.de obligatio.& ſolutio. §.i. ver. item pone,obligaſti.

In pœnis fiſcus dicitur habere lucratiuam cauſam, de quo plenè per Bar.in l.Mæuius.§.duob⁹.ff.de le.ij.

Item fiſcus habens rem communem cum priuato ex cauſa ſucceſſionis,vel confiſcationis, debet diuidere,& dare electionem priuato. Bart. in l.dicitur.§.ſenatus,in fin.ff. de iure fiſci.

Receptor fiſci non poteſt vendere bona pertinētia fiſco, nec pecuniam ex tali venditione,vel alia cauſa fiſcali pertinentia recipere, niſi tantummodo in prȩſentia duarum publicarum perſonarum.[e] vide ſupra bona. §.item quando receptor.

Fiſcus poteſt prius vendere, & poſtea confiſcare,vt in l.ſi à Titio. ff. de rei vendi.ſecundùm Bal.in l. ij. C. de communi.re. alie. ſed de iure canonico bona non poſſunt occupari per fiſcum ante latam ſententiam, vt in c. cum ſecundùm,de hæret.l.vj. vide ſupra confiſcatio.§.ſecundo.

Fiſcus vendens hæreditatem non tenetur creditoribus, niſi emptor ſit inops,Bald.in l.i.C.de hȩr. ven. & ibi caſus.

An fiſcus debeat dotare filiam illius,cuius bona ſunt confiſcata,vide ſupra dos.& dicendum ꝙ ſic. Bal.in l.fin.C.de do. promiſ. & habetur in xxij.inſtructione inquiſitionis.

Fiſcus non ſoluit vſuras, licèt ipſas repetat.vide ff.de vſuris.l. cū quędam. §. fiſcus.

Fiſcus vendens rem alienā ſciēter tenetur de euictione.l. bene a Zenone C.de quadr.præſcrip.& per Bal.in l.i. C.de hæredi. vel acti.vend. niſi res ſit cōis,vel ſibi obligata,vbi p Bal.& ſ. eo.ſecus ſi ignorāter.gl. no. in l.multum C.de cō.re.ali. q̄ dicit tūc patere regreſsū cōtra emptorem.Lud.tenet in ſingularibus,verbo,fiſcus. ver.ſi fiſcus.itē verſ ſiue ſententia iuſta, vel iniuſta lata ſit contra emptorem quia de euictione tenetur fiſcus.

An

An fiſcus ſit hæres in bonis confiſcatis? Bald. in l. executorem. xvij. col. C. de execu. rei iudi. & in l. ſancimus. §. cum autem. C. ad Trebellianũ. vbi dicitur quòd eſt hæres quando ſuccedit per ſucceſſorium edictum, non aliter, vt ſupra dictum eſt. & ita debet intelligi l. quotiens. §. fin. ff. de nouati. ſpe. contrarium ſentit in titu. de ceſ. acti. §. j. ver. quid ſi bona, dum dicit fiſcum haberi loco hæredis, ideoque bonis confiſcatis tranſire in fiſcũ iura, & actiones, & per Bal. in l. pen. C. ad Trebellianum.

Fiſcus priuato ſuccedens an præſtet onera ad quæ defunctus tenebatur, vide in ſpe. de feu. §. ij. ver. xxiiij. ſupra inuenies iſtum. §. vacat.

Fiſco præfertur vtilitas publica, ſeu communis. l. j. §. cum autem, & ibi Bal. C. de cadu. tol.

No. ꝙ fiſcus habetur loco hęredis, ſed non per omnia. glo. & Bart. in l. inter eos. §. fi. ff. de fideiuſ. & Bal. in l. pen. C. ad Trebellia. & in l. iij. C. ad l. fal. quod eſt verum, niſi cõfiſcatis bonis, quia tunc non habetur loco hæredis, ſecundũ Bart. in conſi. ſuo primo, Taglionus de Spoleto, in fi. ſed vide Bald. in l. tam mandatori, de non nume. pecunia.

Fiſco quæritur dominium ipſo iure. Bal. in l. j. §. cum autem. C. de cadu. tol. nam poſſeſſio, & bona hęreticorum ſunt confiſcata ipſo iure, vt ſupra confiſcatio.

Fiſcus in cauſis ſuis habet proprios notarios. Bald. in l. j. C. de hæredi. vel acti. vendi. per l. ij. ff. de iure fiſci.

Fiſcus facit carcerari ſuos debitores. vide ſupra carcer.

Nota quòd acta facta in cauſa priuata proſunt fiſco, vt ex eis poſſit ſe fundare, ſi in aliquo ius eius concernant. C. de offi. comi. re. priua. l. j.

An, & quando valeat, vel nõ, illud quod quotidie additur in contractibus, ꝙ pars pœnæ applicetur fiſco, & pars contrahenti, vide Bar. in l. j. ff. de iure fiſci.

Fiſcus tollit quod nõ accipit Chriſtus xvj. q. vj. maiores. adde glo. in c. j. de decimis, lib. vj.

In cauſis fiſcalibus iudex procedit ex officio. no. Bar. in l. ij. §. ſenatus. ff. de iure fiſci.

Procurator fiſci poteſt etiam priuatis perſonis aduerſus fiſcũ patrocinium exhibere. iij. queſt. vij. in c. j. §. tria ſunt.

Fiſcus cum aufert hæreditatẽ ab indigno, intentat petitionem hæreditatis. glo. eſt ſingu. in l. j. C. de his qui. vt indignis.

Fiſcus poteſt exigere debitores ſuos ante tempus ex cauſa neceſſitatis, relicto tamẽ ſibi interuſurio medij temporis. text. eſt cum glo. in l. j. C. de condi. ex lege.

Fiſcus etiam ſi habet minimã partem in re cum aliquo, poteſt totam rem vendere, & partem ſuam cui voluerit aſſignare, vt C. de vendi. re. fiſ. l. j. lib. x.

No. ꝙ fiſcus tenetur reddere precium emptori bonę fidei, qui emit ab eo qui conſcientia delicti bona alienauit. de hoc vide Cy. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.

Si fiſcus vẽdidit rem alienam, quæ euincitur, ſi vult rem defendere, debet coram iudicibus conueniri. dictũ eſt Bart. in l. iij. C. de iure fiſc. lib. x. per qđ limitatur. l. venditor. ff. de iudi.

An bona relicta clerico alicui indigno, vel incapaci, ſi ab eo aufe-

 rantur,

rantur, veniant applicanda fiſco eccleſię, vel ſœculari. text. eſt notabilis iuncta gloſſ. quòd fiſco eccleſię, in c. ij. de ſucceſſio. ab inteſta. & ibi doc. & an eccleſia habeat fiſcum, vide præ dicta iura proximè allegata. & adde Bal. in l. i. C. de priui. fiſci. qui dicit ꝙ epiſcopus non habet fiſcum.

An in foro conſcientię licitè, & ſine peccato emantur bona confiſcata, vide Io. An. de immuni. eccle. c. fi. l. vj, docto. in c. quia plerique, eo. ti. vbi per Inno. vide ſupra bona.

An licitè ſoluatur fiſco illud quòd debebatur alicui, cuius bona ſunt cõfiſcata? docto. tenent quòd ſic, in Clemen. paſtoralis. §. rurſus, de re iudi. aliàs ante confiſcationem reo quantuncunque criminoſo ſoluendum eſt debitum, vt ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. in reatu, vbi caſus, quod nota.

An confiſcatis generaliter bonis alicuius tranſeant in fiſcum bona, in quibus aliquis habet ius ad rem? caſus eſt ſingularis, in l. ſi fundus quem mihi locaueris. §. nam, & ſi vendens, ff. locati.

In publicatione bonorum fiſcus conuenitur vt hæres. vide l. actione. §. in publicatione. ff. pro ſocio.

Bona quæ quæruntur fiſco de iure ſpeciali, quæruntur ipſo iure ſine apprehenſione. ff. de iure fiſci. l. i. §. an bona ff. de publi. l. cotem. §. dominus: ſecus ſi iure communi, quia tũc non habet niſi apprehendat. ff. de offi. procu. Cęſa. l. i.

Item fiſcus occupat bona vacantia quò ad dominium, ſed non quò ad poſſeſſionem. glo. in l. ſicut municipium. §. fi. ff. quòd cuiuſ. vniuer. nomi. & ibi Bar. ĩ l. i. §. an bona. ff. de iure fiſci. vide gloſſ. in l. i. & l. vacantia. C. de bon. vacant. lib. x. hoc verum, ſi ſit ſoluendo, vt nota glo. in l. fi. e. ti.

Si non apparet quis cõtractus præceſſerit an cum fiſco, an cum priuato alio, quis illorum pręſumatur præceſſiſſe, vide in l. i. C. de iure fiſci.

Fiſcus non exigit a fideiuſſoribus niſi prius excuſſo principali, nec contra tertium poſſeſſorem agit hypothecaria, niſi facta excusſione, vt l. fi. C. de iure fiſci, & quod ibi no.

In emptionibus fiſci ad trãsferendum dominium non ſufficit fidẽ habitam eſſe de precio. C. de fide inſtru. & iure haſt. fiſ. l. i. lib. x. & in l. & ſi inſtrumenta. eod. ti. C. ne fiſ. rem quam ven. l. i. li. x.

Priuilegiũ fiſci eſt, vt pecunia ſua per officialem non ſit mutuanda, & ſi mutuatur, habet locum pœna; l. ij. C. de his qui ex publ. ratio. li. x. quia ſub contractu mutui multa illicita poſſunt committi. C. de ſacroſan. eccle. l. qui ſub pretextu. vide infra officiales. §. nota, quòd officialis.

Sicut fiſcus habet hypotecham cõtra principalem debitorem, ita contra fideiuſſorem, vide in l. i. C. de decurio. lib. x.

De priuilegio fiſci, vide gloſſ. C. de fide inſtrumento. & iure haſt. fiſ. l. i. libro. x.

Nota quod licèt fiſcus cõſueuerit habere multa priuilegia, & ſic cauſa fiſci videatur prima facie fauorabilis, tamen in dubio iudicandum potius contra fiſcum, quàm pro eo. tex. eſt ſingularis iuncta glo. in l. non puto. ff. de iure fiſci. quod intellige, ſiue ſit dubium in iure propter opinionẽ doctorum, ſiue dubium, puta quia duo ordinarij tulerunt ſententias cõtrarias, ſiue ſit dubium in probatio-

nibus, vt quia fiſcus, & aduerſarius probauerunt omnia ſimul, & probationes ſunt pares. Sed aduertendum quia Io. An. & dominus Anto. videntur tenere contrarium, videlicet quod cauſa fiſci eſt fauorabilis, ſicut cauſa matrimonij, vt in c. noſtra, de teſti. per do. Anto. per Io. An. in addi. ſpe. ti. de teſte. §. qualiter.

Fiſcus ideſt ſaccus, vt ſupra dictũ eſt in §. i. conſuetudo enim primitus fuit in vrbe Romana, quod pecuniam quam ex tributis colligebant, primò in burſam mittebant. poſtea cũ burſa non ſufficeret, mittebant in ſacco: cum verò multùm augmentata eſſẽt tributa, nec ſaccus ſufficeret, ventum eſt ad domum, quæ vocatur ærariũ. gloſſ. in l. in prouincijs, C. de nume. ac. chartu. & adiuto. li. xij. quæ non memini in hiſtorijs legiſſe.

An fiſcalis poſſit contrahere durante officio, vide infra officialis.

ADDITIONES.

a *Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ, ſpartea, ſunt vtenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiendas, quia verò maior eſt ſumma pecuniæ publicæ quàm priuatæ, vt pro cenſu priuato loculos, & arcam dicimus, ſic pro publica pecunia dicitur fiſcus, & inde confiſcare. Hæc Aſcon. in 2. con. Verr. videtur tamen fiſcus dici principis, ærarium verò publicum. Plin. ad Traianum, At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum qua ærarium cohibes, imo tanto maiore, quando plus tibi licere de tuo quàm de publico credis, ſic accipitur fiſcus in l. pro curator. C. de eden. & in l. 1. C. de ſun. rei priu. lib. xi. Poſt tempora Ciceronis fiſci nomen ad eam ſignificationem, qua nunc vtimur, traductũ videtur. vnde fiſci aduocatus ab Adriano primùm inſtitutus, Quid ſit hodie fiſcus & de eius priuilegijs aliqua dicuntur hic ab autore, vide plenius Egid. Boſſ. tit. de fiſco, & priuile. eius. Bud. in anno. ad Pande. fiſcus & pro qualo oleario, qui ceruici torcularis ſupponitur, accipitur. Col. lib. 12. c. 47. & 49. & in l. ſed addes, 21. §. 2. ff. locati. Dicitur & ærarium priuatum in l. vlti. de locan. præd. ciui. de eo vide eundem Bud. in prio. anno. item de duobus ærarijs, Romanorum, & de initio ærarij militaris, vide Dionem. Hiſtoricum li. 53. & 55. Petrus Vend.*

b *Et hæc eſt communis opi. gl. in l. non intelligitur. §. cum ex cauſa. in verb. pertinet. ff. de iure fiſci. Albert. in l. actione. §. publicat. ff. pro ſo. Aimon. conſ. 265. nu. 7. Iul. Clar. ſenten. libr. 5. §. fin. quæſ. 78. num. 40. ver. ſed an. Q. M.*

c *Et quod per fiſcum etiam precium ſit reſtituendum emptoribus a quibus bona hæreticorum auocantur, per confiſcationem concludunt diſtinguendo Io. Calder. de hæret. c. 27. nu. 3. & Vmber. Iudi. inquiſi. hoc ver. fiſcus. ante nu. 2. Q. M.*

d *Fiſcus, bonis mariti confiſcatis tanquam, mariti ſucceſſor, ad dotem reſtituendam & ad alia onera tenetur, & ita totus mundus tenet, vt per Venaf. con. 68. nu. 2. Q. M.*

e *Fiſcalem non poſſe obligare ſiue alienare ſine debitis ſolennitatibus communem affirmat Curtius Iun. con. 147. numero 17. Q. M.*

f *Hæc eſt communis vt per Cur. Iun. con. 120. ante nu. 12. Q. M.*

Fornicatio a Alia carnalis, & alia ſpiritualis. de carnali cum non ſit noſtri propoſiti, dimitto, & venio ad fornicationem ſpiritualem.

Fornicationis nomine comprehẽditur omnis illicitus coitus. xxxij. q. vij. ca. non ſolùm, ea. cauſa, & q. iiij. meretrices. & cum Chriſtus dixit, ꝙ ex cauſa fornicationis licitum eſt vxorem dimittere, videtur intelligere de qualibet fornicatiõe. Ab. in c. maritus, de adulte. & de diuerſis nominibus. ſ. fornicationis, ſtupri, raptus, adulterij, & ſimilibus, vide bonũ text. xxxvj. q. i. in c. i. vbi declarantur hæc verba. & dicit, ꝙ fornicatio eſt genus cuiuslibet illiciti coitus qui fit extra vxorem legitimam.

Item fornicatio, alia carnis, alia idololatriç, vt. xxviij. quæſ. j. idololatria, & c. non ſolùm.

Fornicationis nomine intelligitur omne peccatum, quod a lege facit errare, vt dicto. c. idololatria.

Omnis fornicatio intelligitur nomine mæchię. xxxij. q. iiij. meretrices.

An dicens quòd fornicatio carnalis non eſt peccatum, ſit hæreticus,[b] vide infra hæreticus.

Item nota quòd propter fornicationẽ ſpirituale, videlicet, vt ſi vnus coniugum labatur in hęreſim, quòd pdit maritus donationẽ propter nuptias, & mulier dotem, ſicut perderetur propter fornicationem carnalẽ, & eadem ratione? pro hoc. l. cõſenſu. C. de repudijs, & notat Abbas in c. fi. de conuerſi. coniugato.

Sed fornicatio ſpiritualis eſt hæreſis. Sed quæritur an ſicut propter fornicationem carnalem fit ſeparatio coniugalis ad tori ſeparationem, An propter iſtam fornicationem ſpiritualem poſſit fieri ſeparatio, coniugalis ad tori ſeparationem? & reſpondetur quòd ſic. Abbas in c. vltimo, de cõuerſione coniugatorum. Nam cũ quis recedit a cultu fidei orthodoxæ, & in hæreſim labitur, coniux non tenetur ſibi cohabitare. & poteſt petere in iudicio eccleſiaſtico, vt ſeparetur ab illo. Nam maior eſt iſta fornicatio ſpiritualis, quã carnalis. ad hoc vt propter eã fiat tori ſeparatio inter coniuges, vt. xxviij. q. i. ſimili modo, & dicto. c. idololatria, vſque in finem, & ea. ca. q. ij. c. fi. & habetur extra, de diuortijs, quanto, & c. ex literis. ad quod xxxij. q. i. ſi quis vxorem. i. & ij. de quo vide ſupra diuortium, & ſupra fidelis.

Fornicatio carnalis videtur eſſe genus cuiuslibet illiciti coitus, & tamẽ ſpecialiter intelligitur in vſu ſolutarum.

Luxuriæ vitium ſine quo pauci reperiuntur, peius eſt quàm negare deum. l. diſ. quia ſanctitas tua.

Propter fornicationem deus iratus eſt, vt legitur nume. xxv. de Syromaſte & Phinees. vbi dicitur quòd deus præceperat occidi omnes illos, qui fornicabantur. & dum mandatũ dei publicabatur per populum, vt omnes ceſſarẽt a fornicatione, vt ira dei placaretur, dum illa inquiſitio fiebat ad hoc vt peccata punirentur in illos qui fornicabantur, ſicut deus præceperat, quidam Phinees filius Eleazari coram omni populo, & coram ſacerdote ingreſſus eſt lupanar ad[c] coeundum cum quadam meretrice, & videns Syromaſtes ſacerdos ingreſſus eſt lupanar cum enſe in manu, & occidit Phinees, & meretricem, cum qua erat Phinees, & dedit eis per genitalia, & extunc ceſſauit ira dei. & habetur tranſumptiuè. xxiij. q. viij. legi Syromaſten. & etiam habetur pſal mo. cv. Cõfitemini domino, ſecũdo,

in

ver. ſtetit Phinees, & placauit & ceſſauit quaſſatio. vide ſupra crudelitas.

Sed de fornicatione carnali. vide ſupra continentia.

Sed apoſtolus fornicatorem, & impenitentem diabolo tradidit. ad Corinthios quinto, in prima, & ſecunda epiſtola. ix. q. iii. §. probatur, & ii. q. i. de manifeſta. xj. q. iij. audi, cum ſimilibus. & hoc fecit vt ſpiritus eius ſaluus fieret, vt in dicto c. audi. quòd nota. ad pœnam hæreticorum. Ideo Prouiſo Solerter.

Sed clericus ſacerdos fornicator, vel aliud graue delictum committẽs qualem pœnitẽtiam peragere debet, textus notabilis, & terribilis contra eum. lxxxij. dif. c. fi.

ADDITIONES.

a *Totus contremiſco, dum pœnas, cruciatus, & calamitatem fornicationis, cum multa diuinæ animaduerſionis exempla in ſacris literis prodita vel lego, vel audio, quæ ſufficere deberent affatim, ad homines, ab huiuſmodi neffaria libidine deterrendos. Lege de his catechiſ. in præceptũ nõ mœcaberis. §. ſequitur. vide quæ ſupra annotaui, continẽtia. Concubinariorum pœna quæ ſint a ſacro Con. Tri. ſtatutæ, vide ſeſſ. 24. c. 14. Fornicatio duplex eſt, quędã carnalis, quędã ſpiritualis, fornicatio carnis adulterium eſt, fornicatio animi idolorum eſt ſeruitus ſpiritualis autem fornicatio eſt, de qua dñs ait, Qui viderit mulierem ad concupiſcendã eam iam mœchatus eſt in corde ſuo. omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quãuis diuerſa turpitudinis voluntate conſtituatur. hæc ex Iſid. 32. q. 7. c. non ſolùm. Licèt aũt fornicatio videatur eſſe genus ius libet illiciti coitus, qui fit extra vxorem legitimam, tamen ſpecialiter intelligitur, in vſu viduarum vel meretricum, vel concubinarum c. lex illa 36. q. 1. Fornicatio naturaliter ſignificat fornicis ſtructurã. Vnde Sene. ſocietas noſtra lapidum fornicationi ſimilis eſt, qui caſura, niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur. fornices autem arcus erant, in memoriam rerum a triumphalibus viris geſtarum extructi, quaſi monumenta victoriarum. vnde quia cũ ſcorta ſub eis proſtare conſueuerunt, factum eſt vt fornicatio pro ſcortatione, & locum pro vitio huiuſmodi diceretur, inde fornicarij pro opificibus, & propolis qui ſub fornicibus venales res habebant l. 5. ff. de vſu. fornicatores autem qui vitio dant operam. Petrus Vendr.*

b *Pro affirmatiua gl. in Cle. ad noſtram verſ. ſeptimo. in ver. non eſt, & ibi. Doct. de hæreti. Vmber. in Iudicia. inquiſi. hoc ipſo verb. Carer. de hære. nu. 17. verſ. itẽ hæreſis contrahitur afferendo fornicationem. Idem infra in verb. hæreticus. verſ. item aſſerens pertinaciter quòd fornicare. Q. M.*

c *C. xxv. nu. cita. legitur Phinees occidiſſe fornicantem, non autem fuiſſe fornicator. P. V.*

Forus a alius iudicialis, alius pœnitentialis. Sed inter iſta eſt differentia. Nam forus pœnitentialis continet curam animarum, & ſacramentorum dationem, dicit Inno. in c. cum ſatis, de officio archi. Et forus iudicialis, vel contentioſus eſt locus, vel audientia illa, in qua iudex ſedet, vt de verborum ſignificatio. c. forus.

An, & quando forus contentioſus diſcrepat à foro conſcientiæ, not. Innocen. & Ioan. And. de immuni. eccle. quia plerique. Fridericus de Senis conſi-

conſilio ſuo.xxv.de homicidio,ſicut dignum.Io.An.de vſuris,quãquàm, libro.vj.

Forus pœnitentialis contradicẽs foro contentioſo debet ſequi forum contentioſum,ſi poſsit fieri ſine peccato.de ſponſa.tua nos, & c.is qui.

Inter iſtos duos foros aliquę differentiæ asſignantur.nam in foro pœnitentiali creditur confitenti pro ſe, & contra ſe,modò cõfiteatur,vel neget maximè cum iuramẽto, vt in gl. ſignificaſti, de homicidio. cum alijs ſimilibus.quod ſecus eſt in foro iudiciali . nam tũc cõfitenti creditur contra ſe,& non pro ſe.hæc Tho.in quodam quotlibeto, & in ſupple. confeſ. iij.§.x.

Item eſt alia differentia quia ad eſſe confeſsionis in foro pœnitentiali requiritur, quòd fiat ſingillatim de omnibus delictis . Item quòd fiat ſecretè.i.vni ſoli,& non pluribus,vt in c.omnis vtriuſque ſexus, de pœnitẽ. & remisſio. nec debet redigi in ſcriptis, quod ſecus eſt in cauſa hæreſis.

Sed nunc quęritur an confeſsiones factę per hæreticos coram inquiſitoribus ſint fori iudicialis, vel fori pœnitentialis? Et dicẽdum quòd partim ſunt fori pœnitentialis, & partim fori iudicialis. Eſt enim fori pœnitentialis inquantum eis iniungitur pœnitentia, & abſoluuntur a delicto.Eſt tamẽ fori iudicialis,inquãtum fit in iudicio coram iudice & notario, & teſtibuș, & per ſcripturam, de quo vide ſupra confeſsio . §. an confeſsio facta corã inquiſitoribus.

Item eſt notandum, quòd licèt.n. occulta peccata ſint fori pœnitentialis etiam in alijs minoribus quàm in crimine hæreſis, tamen confiteri pertinet ad forum iudiciale, cum non confitens debeat ab eccleſia arceri, & eccleſiaſtica priuari ſepultura, vt in c.omnis vtriuſque ſexus,de pœniten.& remisſio.& habetur in ſupple. cõfeſsio.iij.§.x. vt ſupra dictum eſt confeſsio,in §. an confeſsio facta coram inquiſitoribus.

Itẽ blaſphemus eſt mixti fori,ſcilicet eccleſiaſtici,& ſæcularis. vide ſupra blaſphemus.§.ſ.

Item crimen vſurarum eſt mixti fori.de quo vide infra vſura.

Item ratione delicti quis ſortitur forum.vide ſupra delictum.

Concubinę clericorum ſunt de foro eccleſię,vt habetur. xxxij. diſt. eos qui.& ibi in glo.

Nota quòd publicè pœnitẽtes nõ debent ſuam quærimoniã diſceptando proponere antè ſæculare tribunal, ſed eccleſiaſticum iudicium debent adire,vt infra pœnitentia.§. nota quòd publicè pœnitentes.

ADDITIONES.

a *Forum nuncupari debet non forus iuxta ſententiam Alci diſpunct.lib.2.c.24. Forus ſeu forum locus exercendarum litium,ſeu locus in quo iudicia exercẽtur, Cic.ad Atticum.Quod me in forum vocas,eò vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam.Et forum appellauit Quintilianus in quo iudicia publica exercebantur.prout etiam Iſido.Etimo.lib.hoc ver.l.1 ff.de orig.iu.de foro contentioſo, & conſcientiæ Fel. in c. canonũ ſtatuta. col.12.verſ. quibus rationibus de conſtit. & in c.vigilanti.col.fin.de præſcript. De differentia fori iudicialis, & fori animæ Inno.in c.ſicut dignum.ver.fin.de homi. & Corſet. in ſingu.in ver. forus. Forum*

quis

quis ſortitur quinque modis, vt per Ab. in c. licèt 2. de foro compet. & per Vmber. in iud. inquiſi. in verb. forum. Forum verò quo ad pœnitentiale. forenſem non ſortiri forum delicti communē affirmat Cur. in c. fin. de conſue. Dida. prax. crim. quæſ. xi. nu. 4. hanc communem teſtatur. Pet. duen. Regu. 378. in prima limita. & Iul. Cla. ſent. libro. 5. §. fin. q. 38. num. 5. Quintil. Mand.

Adde. Forum, inquit Varro, antiqui quò conferrent ſuas controuerſias, & quò ferrent, quæ vendere vellent, appellarunt, Fora, & fori, vt genere, ita & intellectu diſcernunt ur; neutro enim loca ſunt, quibus ius dicitur, maſculino ſpacia in nauibus, vt Virg. 6. inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant, deturbat, laxatque foros, &c. vel locus apertus ac patens, vnde & gladiatores foros facere dicuntur, cum largo circuitu ſectantur. Hæc Non. Cum itaque ſit dictum ab inferendo ſumitur & pro loco, vbi ſues, boues, piſces & id genus cætera vendebantur, vnde forum ſuarium in l. 1. §. et ideo. de offi. præfect. Vrb. ff. & aliter accipitur hoc nomen pro iudicum iudicio, quaſi cōtinens pro contento, Quintil. in 3. rarum eſt autem, inquit, vt in foro iudicia propter id ſolùm conſtituantur, ſicut diuinationes quę fiunt de accuſatore conſtituēdo, vide Bud. in annota. ad Pande. iuris. Cedere foro dicuntur argentarij qui taber nam deſerunt, & argentariam facere de ſietunt l. vltim. de cu. bo. l. quoties. de poſſ. ff. P. V.

Fortunium [a] vel infortunium. An ſit licitum ſeruare aliquid ad cognoſcendum fortunia, vel infortunia? & dicendum ꝙ cum homines incipiunt in huiuſmodi obſeruationibus animum ſuum applicare, multa ſecundùm huiuſmodi obſeruationes eueniūt propter deceptionem dæmonum, vt his obſeruationibus homines implicati curioſiores fiant, & ſeſe magis multiplicibus laqueis pernitioſi erroris, irretiant, vt Auguſtinus dicit in ſecundo de doctrina Chriſtiana, ſecundū ſanctum Tho. lxxxvj. q. ar. iij.

ADDITIONES.

a *Fortunium pro proſperitate, felicitate, infortunium pro infelicitate, calamitate, ęrumna ſumi videtur hic, ſicut accipit Teren. in Adelphi. Si attigiſſes ferres infortunium. P. V.*

Frangentes iconas, vel imagines eccleſiæ an ſint ſuſpecti de hęreſi? vide īfra hęretic⁹.[a]

ADDITIONES.

a *Videlicet in verſi. an frangens iconas, & ibi addo. Q. M.*

Frater [a] an cogatur teſtificare, in iſto crimine cōtra fratrem, vide infra teſtis.

An ſi frater poſt factam profeſſionem exiuit a monaſterio, & contraxit matrimonium, an contra talem poſſint inquiſitores procedere, vide infra procedere, & infra matrimonium.

Frater tenetur deſerere fratrē ſuū carnalem propter hęreſim, & non tenetur cum eo cohabitare, vt xxviij. q. i. ſi infidelis.

Noſꝑ fratres inquiſitores gaudēt multis priuilegijs non obtenta licentia ſuorum pręlatorum, ſiue ſuperiorum, vt in quadam extrauagan. quæ incipit. Ad perpetuam rei memoriā.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Frater manifeſtæ ſignificationis eſt, nam fratres ſunt, qui ex eodem patre & matre, vel ex eodem patre quamuis non ex eadem matre ſunt nati, quos conſanguineos appellant, vel qui ex eadem matre tantùm geniti ſunt, qui nominantur vterini. & ita duo genera fratrum ſunt, l. pen. & vlt. C. de legi. hæred. l. fratres. 27. C. de inoff. teſta. l. quod res. 21. C. de excuſa. tut. dictus frater quaſi ferè alter. Non. & Aul. Gell. lib. 13. c. 10. Item cum Deus ſit nobis pater tã propter creationem gubernationem, quàm redemptionem ſumus omnes inuicem fratres, vnde dicimus cum oramus. Pater noſter. vide latè Catechiſ. in hanc orationem, in vocem Pater. & in vocem Noſter. Plena eſt exemplis ſacra ſcriptura. Præterea qui ſe dedicant alicui religioni, ſeu religioſo collegio vel corpori, videntur ei naſci propemodum, ideo hi omnes inter ſe nominantur fratres, inde aliquibus in locis huius generis collegia fraternitates, vel confraternitates appellantur, Item nonnullorum ordinum religioſi hoc nomine vocantur, hic itaq; latè hęc appellatio ſumitur, ſed dubium primũ, vel quæſtio videtur eſſe tantùm de fratribus, conſanguineis, & vterinis. P. V.*

Frequentatio delicti ſeu peccati mortalis poteſt inducere hæreſim. de quo vide infra hæreticus, & de ſapientibus hæreſim.

Fugiens a carcere qualiter puniatur. vide ſupra carcer.

An liceat accuſato, & ad mortem cõdemnato fugere, vel ſe defendere, vide s. accuſatio. §. an liceat accuſa.

Quando liceat fugere perſecutionem, vel non, no. in Cle. quamuis. de foro com. in glo. perſequentium.

Nota quòd per fugam præſumptiuè probatur delictum, vt iij. q. ix. decreuimus, & extra de præſumptio. c. nullus dubitet.

An propter timorem fugæ qs poſſit incarcerari, vide ſupra carcer.

Furioſus a ſi ante furorem cõmiſit delictum, an puniatur? & dicendum quòd ſi pœna ſit criminalis ordinaria, punitur ciuiliter, & non criminaliter dato ſibi curatore, vt ff. de pub. iudi. l. pen. §. ad crimen. ſed no. ꝙ inſpicitur conditio delinquentis tempore commiſſi delicti, vt in l. j. ff. de pœnis. ſed hoc quãdo loquimur in pœna ordinaria, & a iure limitata, ſed ſi loquimur in pœna arbitraria, tunc inſpicitur tempus condemnationis, & non tempus cõmiſſi delicti, vt in c. de cauſis, de offi. dele. quod fallit in furioſo, vt ſupra in prin. iſtius. §. & an furioſus, & mente captus qui tempore furoris commiſit delictum, puniatur, vide xv. q. j. aliquos, & c. ſeq. & c. ſanè, & quaſi ꝑ totam. q. & ſi ante furorem commiſit delictum, qualiter contra eum procedatur, vide ſupra conditio.

Furioſus dicitur omnia ignorare, in Cle. j. de homici. in ſpe. de no. ope. nun. §. j. ver. pen.

An furioſus b proferens verba hæreticalia puniatur? & dicendum ꝙ non, vt extra de hæreti. lib. vj. c. filij. ad quod de ſucceſſi. ab inteſt. c. fi. nã ſatis ſuo furore punitur, vt. ff. de off. præſi. l. diuus, in fine.

Qualiter autem furor debeat probari, vide Io. de Imo. in Cle. vnica, de homici. & vide iij. q. ix. indicas, & Ab.

c. dilectus, de ſucceſſione ab inteſt. in glo. in ver. competere. in fi. no. gl. bene, & probatur ſatis in d. c. indicas. iij. q. ix. furor. ergo ſemel accedens præſumitur adeſſe, niſi probetur contrarium. quid autem de alijs infirmitatibus, vide qđ dicit Abb. in c. inter canonicos, de electi. & ibi per docto.

Qualiter autem probetur furor, [c] ſeu mentis alienatio, dic ꝙ verbo, & facto per c. legimus, xciij. diſt. vbi dicitur, fatuus fatua loquitur. ad idē l. quidam, cum ſua gloſſ. ff. de condi. inſti. & vide glo. in c. Gonſaldus. xvij. quæſt. ij.

Quid autem ſi vna pars probat furorem, & reliqua ſanam mentem, quæ probatio præualet? vide qđ notatur in c. ſuper hoc, de renunciatio. & in l. nec codicillos. C. de codicil. hæc Abbas in c. cum dilectus, de ſucceſ. ab inteſt.

ADDITIONES.

a *Furioſus eſt, qui furoris morbo laborat, quid autem, & quotuplex furor ſit vide infra furor. P. V.*

b *Furioſo in quocunq; delicto parcitur, l. infans, C. ad l. Cornel. de ſicca. l. famoſi. ibi An ſanæ mentis fuerit. ff. ad l. Iul. maieſ. Io. Fran. Pont. de Lamijs. poſt nu. 83. verſi. nam in quocunque crimine furioſo parcitur, quem ſequitur Vmbert. in iudi. inqui. hoc verb. furioſus. nu. 2. & quòd furioſus non dicatur hæreticus, probat etiā Siman. in Enchir. tit. 47. de defenſio. n. 9. Et quòd furor in delictis excuſet, cōmunem affirmat Plaza. lib. 1. delicto. c. 29. nu. 1. Iul. Clar. ſenten. lib. 5. §. fin. q. 60. nu. 6. Q. M.*

c *Furor qualiter probetur, Alex. conſi. 54. ad quæſitum. col. 1. lib. 1. Ang. Aret. in §. præterea. nu. 5. & ibi in addi. Ant. Caij. in verb. furor. Inſti. quib. non eſt permiſ. fac. teſta. Addo ꝙ furor non probatur per viſum ſimpliciter iuxta communem opinionem, de qua D. meus Philip. Decius. conſi 448. num. 33. contra Bart. Quintil. Mand.*

Adde tu notabilem text. in l. Diuus. ff. de off. præſi. vbi tradit Iureconſul. ex Imperatorum reſcripto duo genera furoris, vnum cum quis continua mentis alienatione omni intellectu caret. alterum, cum vt plerunque ſolet, interuallis quibuſdam ſaniori ſenſu quis eſt, Inſaniam diſtinguit a furore Cice. libr. 3. Tuſcula. vtrunque definit, & cur non inſano, ſed furioſo curatorem dari conſueuere leges, xij. tabula. Inſaniæ tria genera deſcribit Cel. lib. 3. c. 18. furere quandoque capitur in bonam partem, in vatibus, & in poetis, Cice. libr. 1. de diuinati. Hunc & illam inducentia, & tollentia remedia tradit Plin. de natur. hiſt. Celſus ibi. Cic. lib. 3. Tuſcula. in ſacris autem literis, Deutero. 28. amentia & furore percutiuntur inobedientes Deo. Fertur Vliſſes inſaniæ ſimulatione militiam ſubterfugere voluiſſe, Hanc verò ſimulationem Palamedes ita detexiſſe, cum enim ille iunctis diſſimilis naturæ animalibus ſalem ſereret filium ei Palamedes oppoſuit, quo motus Vliſſes aratra ſuſpendit, nè filium offenderet. quod non inſaniæ, ſed prudentiæ fuit indicium. narrat ita Seruius ex Appollonio in 2. Enei. Virg. Cice. item 3. offic. nè quis ſimulet furorem inſpiciendum eſt, l. obſeruare. ff. de curato. l. cognouit. cum ſequ. de off. præſi: Petrus Vendramenus.

Furtum

Furtum [a] committit qui inuentum non reddit. xiiij. q.v. ſi quid inueniſti, vbi ſic dicit, ſi quid inueniſti, & nō reddidiſti rapuiſti, quantū potuiſti, feciſti, quia plus non inueniſti, ideo plus nō rapuiſti: qui alienum negat, ſi poſſet, & tolleret. deus cor interrogat, & nō manū. multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum quod inuenerint teneant, & dicunt, deus mihi dedit, cui habeo reddere? diſcant hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inuenta nō reddat. & nota ea. q. c. multi, & ibi glo. adde ff. de fur. l. falſus. §. qui alienum. Io. An. de electio. dudum. ij. vbi dicit q teneatur furti, niſi faciat præconizari. vide quòd not. Io. An. in regula poſſeſſor, li. vj.

Furtum committens an propter pœnitentiam, & confeſſionem in foro pœnitētiæ remittatur ei pœna corporalis? & dicendum q non, vt ff. de furtis. l. qui ea mente. & ſimile in raptore, vt. ff. vi bonorum rapt. l. non prodeſt.

Fur vt ſemel poſſit promoueri, quinque requiruntur. primò quòd ſponte fuerit confeſſus: ſecūdò quòd ſatisfaciat læſo: tertiò quòd infamia non ſurrexerit contra eum: quartò quòd peregerit pœnitētiam, vel partem ipſius. quintò quòd aliàs ſit idoneus. hæc Anto. Curſe. in ſuo repertorio Ab. in litera furtū, §. fur. vt ſemel.

Licèt fur rem reſtituat, tenetur tamen cōfiteri peccatum, vt infra con feſſio. §. licèt fur.

Filij Iſrael non commiſerunt furtum ſpoliādo Ægiptios. ſanctus Th. ſecunda ſecundæ. q. lxvj. ar. v. & Alexāder de Ales in tractatu ſeptimi præcepti dicit ſic, deus enim qui eſt dominus omnium, trāſtulerat dominium illarum rerum in Hebræos, & hoc fecit mediante iuſtitia, quia Iudæi abſque mercede ſeruierant Ægyptijs. vnde ibi non fuit furtum hoc etiam tenet Augu. in 51. q. exodi. tranſumptiuè. xiiij. q. v. dixit dominus. vbi dicit quòd Iſraelitæ non fecerunt furtum: ſed Deo iubente miniſterium præbuerunt.

Licèt fur rem reſtituat, tenetur tamē confiteri peccatum vide de elec. quòd ſicut, in gloſ. fi. in regula, peccatum, li. vj. vbi Io. An. facit. xxv. diſt. c. fi. & xij. quæſt. ij. fraternitas, in gloſſ. magna.

ADDITIONES.

a *Furtum eſt contrectatio fraudulosa, lucri faciēdi gratia, vel etiam ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſionisve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. l. 1. ff. de fur. Duplex eſt furtum, manifeſtum & nec manifeſtum, manifeſtum eſt cum res in manibus furis antequam deſtinatum in locum perlata ſit, deprehenſa eſt; itaque ſiue in ipſa actione, ſiue in loco vbi ſurrepta eſt, ſiue antequam conſtitutum in locum perferatur, deprehendatur manifeſtum furtum appellatur, l. 3. ff. eod. furtum nec manifeſtum eſt, cum fur in faciendo quidem deprehenſus non eſt, ſed eum furtum feciſſe negari nō pōt, l. 8. ff. eod. vel quod manifeſtum non eſt, hoc ſcilicet nec manifeſtum eſt, ead. l. a furuo, ideſt a nigro dictū Labeo ait, quod clam & obſcurò fiat, & plerunque nocte vel a fraude, vt Sabinus ait, vel a ferendo, & auferēdo vel a Græco ſermone, qui φῶρας, appellāt fures, l. 1 ff. eod. in iure canonico furti nomine intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ. c. dixit. 14. q. 5.*

q.5. Catechiſi in præcep. furtum non facies. iure Ciuili cogitatio furem non facit l.1. ff. eod. iure verò ſacro, furti tenetur, qui ſolo timore non furatur. c. ſi propterea. de pœni. diſtin. 1. vide catechiſ. eod. loco. Transfertur etiam hæc ſignificatio eadem propè ratione, ad eos qui inſtar furium quid occultè gerunt, & committunt, vel inſidiantur, exempla de Nonio petas. P. V.

Futura prædicere [a] non eſt licitum. xxvj. quæſ. ij. ſed & illud.

Quilibet prædicens futura per cõſultationẽ dæmonum, vel alia præſtigia, cenſetur idololatra. xxvj. q. v. ꝙ autem. & etiam eſt apoſtaſia a fide, vt xxvj. q. vii. nõ obſerueris: vide ſupra apoſtaſia, & ſupra dæmon.

Futura an, & quando posſint cognoſci? & dicendum quòd dupliciter cognoſci poſſunt. vno quidem modo in ſuis cauſis, alio modo ĩ ſeipſis. Cauſæ autem futurorum tripliciter ſe habent. quædam enim producuntur ex neceſſitate, & ſemper per ſuos effectus, & huiuſmodi effectus futuri per certitudiuem prænoſci, & prænunciari poſſunt ex conſideratione ſuarum cauſarum ſicut aſtrologi p̄nunciant eclipſes futuras. quædam verò cauſæ producunt ſuos effectus non ex neceſſitate, & ſemper, ſed vt in pluribus, rarò tamen deficiunt. & per huiuſmodi cauſas poſſunt prænoſci effectus futuri, nõ quidem per certitudinẽ, ſed per quandam coniecturã ſicut aſtrologi per conſiderationẽ ſtellarum quædam prænoſcere, & prænunciare poſſunt de pluuijs, & ſiccitatib⁹, & medici de ſanitate, vel morte. quædã verò cauſę ſunt, quæ ſi ſecundùm ſe conſiderentur, habent ſe ad vtrumlibet, quòd præcipuè videtur de potentijs rationabilibus quæ ſe habent ad oppoſitum, ſecundùm philoſophum. & tales effectus, vel ẽt ſi qui vt in paucioribus, caſu accidunt ex naturalibus cauſis, ex conſideratione cauſarum prænoſci non poſſunt, niſi in ſeipſis conſiderentur, homines autem huiuſmodi effectus in ſeipſis ſolùm conſiderare poſſunt, dum ſunt præſentes, ſicut dum homo videt ſortem currere, vel ambulare, ſed conſiderare huiuſmodi ante quam fiant, eſt proprium dei, vt dictùm eſt ſupra deus, vide etiã in litera dæmon.

ADDITIONES.

a *Vide annotationes meas ad vocẽ Aſtrologia. P. V.*

Gabellam [a] An clerici teneantur ſoluere? [b] & dicendum quòd ſi volunt vti adminiculo ſtatuti diſponentis ſuper contractu, quòd tenentur ſoluere: ſi autem nolunt vti iure communi, non habent neceſſe ſeruare ſtatuta facit, quod nota. in c. i. de noui ope. nunci. & ideo ſi ſtatutum diſponit de ſummaria cognitione rei, vel alio modo procedendi, vel de beneficio petentis cauſam compromitti, tale beneficium non competeret clericis non ſoluentibus gabellam, quia ſtatutum beneficio ſuo poteſt imponere legem quã vult, nec hoc ſtatutum eſt contra libertatem eccleſiæ, quia aliud eſt contrahere, aliud ſub certa lege alicuius præſtationis ad ſtatuti commodum aliquem

quem inuitare, vt l. Titio centum. §. j.ff.de condi. & demonſt. vbi videtur tex. iſta ſunt verba Bal. bene notanda in l.j.C.de contrahen.emptio.

Item miles non excuſatur a gabella, vt in l.fi.C.de vectig. & no. glo. in l.ſi publicanus.ff.de publi.

ADDITIONES.

a *Gabella hic pro eo quod vectigal latinè dicitur. vectigal autem propriè dicitur, quod fiſco, vel reipublicæ portorij nomine penditur, ideſt pro mercibus, quę vel inuehuntur, vel euehuntur, vt colligitur ex multis legibus.C.de vectiga. ſed generaliter vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum, item ſalinarum, & metallorum, l. ſed hi.ff.de publica.l.inter publica.17.de verb.ſigni. & ad hanc Alcia. & in prouentibus priuatorum, veteres hoc nomen vſurpabant, l. arbores.46. §.vlti.ff. de vſufru.Cic.in paradox. Ex meo tenui vectigali capio ducenta. Capitur itaque pro publico & priuato redditu, quod etymologiæ cauſa ratio probat, a vehendo enim dictum eſt. P. V.*

b *Gabellæ an, & quæ a clericis ſoluendæ. Ange.in l.vni.nu.23.& ſequen.C. de muril. & ginęcia. & procu.li.xi. & clericos non teneri ſoluere gabellas ad quas ciues tenentur communem affirmat Venafr. con.18.nu.1. Quint. Mand.*

Gabriel Eſt de ſummis ordinibus Angelorum.Tho. in iij.parte.q.xxx.ar.ij.

Generatio filiorum debet eſſe cauſa, ſeu finis côiugij.xxxij.q.ij. pudor, & c.ſicut congregatio.

Quæ dicatur eſſe tertia generatio, vide Bald.in aut.ſi quas ruinas.C.de ſa.ſan.eccle.& dominum Io.de Imola in l.quod dicitur.ff.de verb. oblig. Paul.de Caſtr.in l.i.C.de condi.in ſer.

Nota quòd ſi concedo priuilegiũ tibi, & generationi tuæ, comprehenduntur tantùm deſcendẽtes ex linea maſculina.l.i.in fi.ff. de iure immun. fallit fauore libertatis. vbi nati ex fœmina comprehenduntur, vt l.i.ff.de libe.cau.glo.in c.ſtatutum, de hære. lib.vj.dicit quòd quando conceditur alicui & eius generationi, comprehẽduntur etiam ſpurij.

Genealogia a magis denominatur a patre, q̃ a matre.Thom.in iiij.dil.xxxvj.ar.iiij.

Vnuſquiſque genealogiam ſuam ſcire deſiderat.xxxv.q.vj.c.i.& ij.idẽ verbũ habetur in c. videtur, qui ma. ac.poſ.

ADDITIONES.

a *Matris nomine quandoque vt illuſtriori quis vtitur, ſicut ſcribit D. Ieroni. de quæſt.Hebrai. in lib.2.Paralipo.c.23.et quibuſdam priuilegio conceſſum fuit, vt matris originem ſequantur, l.1.ff. ad municipal. quod vulgò quæſitis proprium eſt. ead.l. Pet. Vend.*

Gentilis populus malè poſsidebat terram promiſsionis, ideo diuino iudicio fuit eis ablata, & data populo Iudæorum. xxiij. q.vij.ſi de rebus.

Gentilis an dicatur hæreticus, vide infra hæreticus.

An gentilibus, & eorum autoritatibus poſsimus nos iuuare, & eorum libros pro nobis adducere, vide glo. in c.forus, de ver.ſi.q̃ incipit, de quo Virgilius.vide infra libri. §.i. in fin

Gig nens,

Gignens, vel ſequens. inter iſta talis aſſignatur differẽtia. nam gignẽs aliquem errorem debet propriè appellari hęreticus, ſed ſequẽs illũ errorẽ appellabitur credẽs hæreticorũ. de quo vide ſupra credentes, & ſ. degitur, & ĩ. hæreticus.

Item eſt alia differentia, quia ille q gignit errorem, dicitur propriè hæreſiarcha, ſicut ille qui pertinaciter defendit errorẽ, vt xxiiij. q. iij. q. aliorũ.

Gratia [a] gratis data cauſatur in nobis fidem, ſpem, & dilectionem. Tho. in ſum. contra gentiles, li. iij. q. cliiij.

Gratia fit hæreticis per inquiſitores de bonis ſuis, & de vita, quando veniunt tempore gratiæ, vt infra in iij. inſtruct. inqui. & infra rediẽs. §. i.

Quid ſit gratia, [b] habetur. i. q. i. gratia. vbi dicitur ꝙ gratia ſi non gratis datur, vel accipitur, gratia non eſt. vide de capel. mo. c. i. li. vj.

Nemo poteſt gratiam recipere, niſi per pœnitentiam fuerit mundatus ab omnibus peccatis, de conſe. diſti. iiij. quomodo deus.

Nota ꝙ gratia [c] quæ fit illis, qui reconciliantur tẽpore gratię, non intelligitur illa gratia de bonis, in quibus ſucceſſerunt alicui hæretico, ſiue illa ſucceſſio ſit ex aliqua cauſa hæreditatis, ſiue ex emptione, vel donatione. nam talia bona poſſunt peti, & auferri ab eis per fiſcum, non obſtante prędicta gratia, vt habetur in inſtructionibus inquiſitionis. xxiij. inſtructione, cum talia bona fuerunt confiſcata a tempore commiſſi delicti per illum, cuius talia bona fuerunt. & talia bona petet fiſcus ab eis.

Item non intelligitur facta gratia ipſis reconciliatis tempore gratiæ, ſi aliquos ſeruos Chriſtianos habebant tempore, quo reconciliantur. nam illi fiunt liberi a iure a tempore commiſſi delicti, vt infra ſeruꝰ. §. primo. & habetur, in xxiiii. inſtructione inquiſitionis.

Cadens a gratia magis peccat, quã fecit ante gratiam, de pę. diſt. iiij. ſi refugientes.

An inquiſitores poſſint hęretico facere gratiam ſuorum bonorum? & dicendum quòd ſi damnauerunt hæreticum, eo ꝙ non redijt intra tẽpus gratiæ, quòd non poſſunt ſibi facere gratiam, quia iſta pœna condemnationis bonorum infligitur a iure damnatis de hæreſi, & ideo nõ poteſt per iudicem remitti, quia pęna deſtinata a iure non relinquitur arbitrio iudicantis, vt habetur infra in litera pœna. aut hæreticus recipitur ad miſericordiam tempore gratiæ datę per inquiſitores, & tunc bene poſſunt facere eis gratiam bonorum, vt in c. vergentis, extra de hæreticis. imo hodie de neceſſitate licet epõ, vel inquiſitori facere eis gratiam bonorum, cũ reconciliantur tempore gratiæ, nam eo ꝙ ſponte redeunt ad vnitatem eccleſiæ, nõ ſunt eis bona auferẽnda, vt e. ti. li. vj. in c. accuſatus. §. porrò, & nota ibi per Archi. qui allegat aut. vt cũ de appe. cogno. §. generalẽ, & §. ſi verò, cũ ſe. Sed pone eo caſu ꝙ ĩquiſitor nõ põt, vel nõ vult facere gratiam de bonis, an filij illiꝰ de cuius bonis agĩt poſſint impedire ademptionem bonorũ. vide ſupra bona, & ſupra filij.

Tempus gratiæ magis eſt introductum de conſuetudine, quàm a iure. de quo vide ſupra conſuetudo. §. magis. infra redeuntes.

An qui veniũt tempore gratię, ad-

 mittan-

mittantur per inquiſitores re integra vide infra redeuntes.

ADDITIONES.

a *In Catechiſmo gratia ſic definitur, Eſt autem gratia non ſolùm per quam peccatorum fit remiſſio, ſed diuina qualitas in anima inhærens, ac veluti ſplendor quidam & lux, quæ animarum noſtrarum maculas omnes delet, ipſaſque animas pulchiores, & ſplendidiores reddit, Huic autem additur nobiliſſimus virtutum comitatus, quæ in animam cum gratia diuinitus infunduntur, vide Catechiſm. de ſacramen. baptiſ. c. ſed vt ad baptiſmi. Vide Sinod. Triden. ſeſſ. 6. cano. xi. & quòd Dei gratia præueniat non ex operibus, & alia de ea ea. ſeſſ. per ſacramenta conſertur, ſeſſ. 7. can. 6. & 7. Catechiſm. titulo de ſacramen. c. ſed iam his rebus. De ea item lib. 2. diſtin. 26. ſenten. cur aquę nomine appelletur, Cyrillus epiſco. Ieroſolimo. catech. 16. P. V.*

b *Gratiæ appellatio ſignificat beneficiū l. calculi. ff. de adminiſtr. re. ad ciui. perti. l. cum quidam. §. Diuus ff. de vſur. c. gratia. c. quamuis. de reſcript. c. ſi plurib. de præben. lib. 6. inde dictum, quòd gratis nobis detur, interdum remiſſionem pœnæ, vel alterius rei debitæ, cum ea remiſſio ſit quoddam beneficium, quod inde ſequitur, vt hic accipitur, & ſequentibus pleriſque §§. item l. 1. §. ſiquis ff. de quæſt & l. remittit. 6. ff. de iure. iuran. l. vltima. C. de gen. aboliti. & l. non damnato C. de his qui notan. infam. Ad hæc ſi gratus eſſe verbis, animo, vel re ipſa quis oſtenditur, beneficium conferre quodpiam videtur, hoc ideo faciendo dicitur habere, vel referre gratias. vel habere gratias vel agere, videtur oſtendere, eum qui accepit beneficium, teſtari ſe habere illud a collatore, quod eſt animi grati ſignificatio, Inde Cic. gratiam ita definit. 2. de Inuentio. Gratia eſt in qua amicitiarū, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. Item gratia alicuius quid facere dicimur, ideſt cauſa & beneficio ſeu quaſi, l. athletas. in princip. ff. de his qui not. infam. & l. 2 ff. man. & id in conſequentiam, quia cui gratificamur, cauſa eius nos facere conſequitur, his autem modis accipi vocabula probatur l. ius pluribus. ff. de iuſti. & iur. Quintilian. libro. 8. ca. 6. de tropis. vbi de Synecdoche loquitur, item ex adductis in ſuperioribus annotationibus. Item accipitur pro fauore, quod per eum præſtamus beneficium l. eum §. 1. ff. de iudic. & l. 3. ff. de teſtib. & ita inſtrumentum pro re, vti arma bello per metonymiam. A gratia fit gratis, cum quid facimus abſq; precio, l. mariti. §. plectitur. ff. ad l. Iul. de adulte. De gratia de qua hic ab autore, vide innominatum autor. poſt tracta. Calder. de hæretic. tit. de hæreti. redeun. numero. 3. & ſequen. Petrus Vendram.*

Gratis Debent exhibere conſilium periti, ſeu conſiliarij qui vocantur per inquiſitores pro officio inquiſitionis, vel ad examen proceſſus inquiſitionis nihil petendo pro ſuis conſilijs in tali caſu. ſed ſi inquiſitores ſua prouida diſcretione faciant eis aliquid ſolui, rectè poſſunt ſalarium gratis oblatum ab eiſdem recipere, vt nota Archid. in c. vt commiſſi, de hæreticis, libro. vj. vide infra periti.

Grauius ſunt puniendi religioſi, & clerici inuenti in hæreſi, quàm alij alterius ſtatus ſæcularis,

cularis,vt extra de hær.c. excommunicamus §. fi. & habetur in quadam extrau. Vrbani.iiij.quæ incipit.Quia ſuper nonnull.in §.ꝙ autem poſtmodum quærebatur quō eſſent puniendi religioſi,q̄ inueniuntur in hæreſi deliquiſſe, cum ſœculares peccantes in ſimili caſu immurationis,vel alia pœna plectantur?cuius ſolutio patet ſatis,cum certū ſit tales in hoc,& conſimilibus delinquētes grauius ēt ſœcularibus puniendos›frequenter etiam nobis ab apoſtolica ſede cōmittitur.

An puniatur grauius nobilis,[a]quā ignobilis ex eodem delicto,nota.xli.diſ.non cogantur.tex. in c.qui cōtra xxiiij.q.i.vide infra §.penul.

An grauius peccet qui hæreſim incurrit ignorans, an qui ſciens auaritiæ deſeruit,vide.vj.q.i.quaro.

An puniatur grauius docens hæreſim quàm ſcholaris diſcens ab eo, vi de ſupra docere.

An grauius puniatur dolus,vel negligentia,vide ſupra dolus.

An grauius peccet ſchiſmaticus, quàm idololatra glo. & Archi. vij.q.i.denique.

An grauius peccet hæreticus quā infidelis, vide ſupra hæreticus.

An grauius puniatur ille qui ſcienter receptat,& aſſociat fugientem hæreticum,vel qui ſolùm latitātem occultat, & dicendum ꝙ qui ſcienter receptat,& aſſociat fugientem,vide infra receptatores,& ſupra fugiens.

Sicut maior præcedit honore minorem,ita quādo peccat maior, grauius peccat quàm minor.l.diſ.qui ſā ctitas.& maior dicitur plus peccare, quàm minor in eodem genere delicti.no.de translatio.præla.inter corporalia,in ver.& quanuis.

An grauius puniat homicida matris,quàm vxoris, vel econtra.no.gl. xxxiii.q.ii. admonere,in gloſſ.exiſtimes,quæ tenet primum & ꝙ no.glo. lxxxix.diſ.de cœtero. vide infra pœnitentia.

ADDITIONES.

a *Nobilis quòd minus puniatur quàm ignobilis voluerunt gloſſ. & Docto. in l. Graccus. C. de adulter. de quo etiam eſt text. in l. ſi adulterium. §. Imperatores. verſ.ſufficit igitur ff.eod.l.1 .in fin ff.ad l. Corne.de ſicca.l.Pedius.& ibi gl.in ver. conditione. quæ dat concordant.ff.de incen. ruin. naufr. Iaco. But. in l. ne quis. verſ.& no.quòd fortius punitur.C.vt ne priuat.Pariſ.con.*154.*ad reſolutionem. numero.*2.*vol.*4.*And.Tira. de Nobilita.c.*22.*nu.* 108. *quod intelligendum eſt in pœnis corporalibus,ī pecuniarijs enim, aut mulctis mitius agendum eſt cum ruſtico, & paupere, quàm cum nobili aut diuite.l.properandum.§.ſin autem C.de iudi.& ibi diſtinguit Iacob. Butr.Idem Butriga.in l.præsbiteri.in fi.C.de epi.& cleri.& in l.nemo clericus,verſ.item oppono quòd plus debeat puniri, vbi etiam optimè diſtinguit.C. de ſacroſan. eccleſi. Petr.de Bellaper.Inſtitu. quibus ex cau. manu.non li.nu.xi.& Docto. in allega.l. Graccus. Q. M.*

Guido Fuit papa clemens quartus.

Guſtare [a] Tenetur ſuſpect[9], vel comedere de illis,de q̄bus antea non comedebat, nec guſtabat,vt in c.ſi quis præsbiter.xxx.diſt. aliàs habetur pro ſuſpecto.& ſi clericus,eſt degradatur, vt trahitur in argumētum.de quo vide. ſ. comedere.

Aliud enim eſt guſtare, & aliud comedere, vt habetur. xxx. diſtin. c. vltimo. Item aliud eſt guſtare, & aliud manducare. primum ad omnia animalia pertinet, ſecundum propriè ad homines, & eſt manducare quaſi manum ad os ducere. vide de hoc Archi. de conſec. diſtin. v. carnem, & xxx. diſtin. c. fi. xxxiiij. quęſt. j. non afferamus.

ADDITIONES.

a *Guſtare eſt primoribus labris attingere, vnde guſtus vnus ex quinque ſenſibus exterioribus quo ſaporum diuerſitas, diſcernitur, de guſtu, vide Plin. de hiſt. natu. lib. x. c. 71. de eiuſdem vi & loco, & Macro. Saturna. 7. c. 10. Lingua ſolummodo ſentiri ſapores Lactan. lib. de opifi. Dei. c. x. ſcriptū reliquit, & in hoc verb. & nomine vtimur tranſlatione, pro leniter guſtare. P. V.*

Gula eſt [a] mater luxurię, q̄a venter, & genitalia ſunt vicina membra, vt. xliiij. diſt. §. j. cum autem. de conſe. diſt. v. nihil.

Gula ſic in vilibus, vt in p̄cioſis attēditur. xlj. diſ. deliciæ, & in c. quiſq̄s.

Item gulę quinque ſunt ſpecies, videlicet accuratius cibo intendere. lautiora excogitare, in cibo tempus pręuenire, ad cibum nimium ęſtuare. de cibo plus ſumere. de conſe. diſt. v. quinque.

Gula de paradiſo primum hominem expulit. xxxv. diſt. vj.

Nota ꝙ gula groſſum ſenſum generat. xliiij. diſt. non liceat. §. ſi ergo.

Gula morbos facit: moleſtias ingerit, ægritudines generat, de conſe. diſt. v, nihil, & c. nè tales.

Ægritudines quas gula infert, fames curat, de conſe. diſt. v. legimus.

Guloſi non aliter feſta ſanctorum putant celebrare, niſi gulæ deſeruiāt. xliiij. diſt. §. j. in fi.

ADDITIONES.

a *In alimentis quomodo verſari oporteat, quamque damnoſum ſit ingenio & ſaluti hominū gulæ vitium ex malis quæ inde naſcuntur, lege Clem. Alex. lib. 2. pedago. c. 1. vbi deſcribit ſpecies guloſorum, & c. 2. Repete annotata ſupra ebrietas. Opus tenebrarum commeſſationes et ebrietates appellat D. Paul. xiij. c. ad Rom. Gula dicitur propriè fiſtula colli interior conſtans ex carne & neruo, per quam cibus & potus deſluit in ventriculum. Plin. lib. xi. hiſt. natu. c. 38. quandoque pro anteriori colli parte, Cice. 6. in Ver. quamobrem obſtorta gula in vincula abripi iuſſit. per metonymiam pro voracitate ſumitur, vt hic, quoniam ea abutimur ad voracitatem. patent exempla & ſpecies eius ex allegatis etiam ab autore. Plin. eam multis in locis vituperat, et exprobrat, potiſſimum lib. 1 x. c. 7. li. 15. c. 26. lib. 10. c. 15. & 22. quod leges cenſoriæ eam coercuerunt lib. 36. c. 1. Multas eſſe latas ad eiuſmodi gulæ vitium compeſcendum Macro. docet li. 3. ſatur. c. 17. P. Vendramenus.*

HAbere. [a] Quis dicitur habere aliquid duobus modis. ſ. iure dominij, & iure poſſeſ. ff. de ver. ſig. l. habere. ff. de ver. obli. l. ſtipulatio iſta habere. quod no. Arch. j. q. j. c. j. vide. ff. de vi, & vi ar. l. j. §. ꝙ autē. alio modo exponit verbū hr̄e. i l. j. §. habere. ff. ne quid in loco publico.

Qui

Qui nihil habet, nihil poteſt aliena re, ſpe.ti.de locato. §.vj.ver.xlv.

Non videtur quis habere id quod cito eſt perditurus.ff.de reſti. in inte. l.nemo, & quod ibi no.ff.de le. iii.l.q concubinam.§.cum ita.

Quot modis dicitur quis habere aliquid, & qualiter probet quem habere, vide Bal.in l.data opera.C. qui ac.non poſ.

No.ꝙ ſi do, vel dono quicquid habeo Brixiæ, nō veniunt iura, & actiones,[b] quia locus non includit incorporalia.ff.de le.ii.l.Caius, in prin.C. de præſcrip.lon.tem.l. fi. ff. de iudi.l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum. ff. de vſufru.le.l.i.C.de ſe.nup.l. hac edictali.§.his illud. vide Bald. ff. de ſta. ho.l.ij.

ADDITIONES.

a *Habere diuerſimodè accipitur, & habere cum diuerſis adiunctis diuerſa ſignificat, prout probo in Glo.facul.§.habita.glo.1.* *Q. M.*

Vide Nonium, & Alciatum in l.habere citata. *P. V.*

b *Sed ea tantùm quæ ſunt in vero, & proprio dominio, & verè detineri & poſſideri poſſunt.l.2.§.habere.ff. ne quid in lo.pub.Augu.Bero.in c.in præſentia.nu. 87.de probatio.* *Q. M.*

Habitus [a] Clerici ſœculares nō habent a iure certū habitū [b] per quē ab alijs diſcernātur, licèt certæ formæ, & colores etiā prohibeantur.not.glo.in Cle. i.de electi. faciunt quæ habentur in c.pe. de vi. & honeſtate clericorum.

Qualis [c] eſt habitus, quem quis geſtat, talis præſumitur.text. & ibi Abbas.in c.ſi verò, el.ij.de ſent.ex. & in c.in audientia, eod.ti. facit ad hoc.c. ſi iudex laicus, eo.ti.li.vj.& in c. ad apoſtolicę, de priuile. libro vj.l.item apud Labeonem.§.ſi quis virginem. ff.de iniuri.l.ſi ea.C.de adult.l. ignorans.ff.locati.ſicut in ſimili talis præſumitur quis, qualis eſt eius patria, & vt eſt tex.iuncta gl.in c. Afros.xcviij. diſt.& in l.quòd ſi nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edic.& talis [d] præſumitur quis, qualis fuit eius pater, ſæpe, non tamen ſemper, vt eſt glo. in d.§. qui mancipia, & in l.quiſquis C.ad l. Iuli.ma. canonizata. vj. q. v. ſi quis cum militibus, & ibi gloſſ. in verbo metuūtur, & Ab.in c.excommunicamus, el.i.in.iii.col.de hær. vide ſupra filij, & infra præſumptio.

Quis dicatur habitus certus, & determinatus color, no.per glo.in præalleg.Cle.i.de elec.

An mutatio habitus cū laruis, aut cum talibus ludis ſiue choreis ſit licita? & dicendum quòd non, de vit. & ho.cle.cum decorē. xxxiiij.diſ. preſbiteri, de conſ.diſ.v.nō oportet.text. Deutero.c.xxij.& i.ad Corinth.vj.facit quod no.Io.An.in regula, ea quæ. de regu.iuris, l.vj.

Vir nō debet vti habitu mulieris,[e] nec e contra. xxx. diſt. ſi qua mulier. hanc literam inuenies. infra poſt literam, homo. quod ibi eſt, hic debuerat ſequi.

Habitus, ritus, & obſeruantię diuerſitas in vna, eademque fide generat ſcandalum apud infideles Ab. in c.deus qui, de vita & ho. cle. vide infra iſta dictione, habitus.§.i.

ADDITIONES.

a *Habitus clericorũ qualis eſſe debeat, Synodi Tridentinę decretum videas.14. ſeſſ.c.6.de refor. Habitus item clericalis a quibus deferendus ead. ſeſſ. 23.c.6.& 17.de refor. vide infra repetita de habitu poſt vocem honor. Hic & locis citatis accipitur pro cultu corporis & ornatu, pro veſtimentis ſcilicet, aliquando tranſlate appellamus habitum, animi aut corporis conſtantem, & abſolutam aliquã in re perfectionem, vt virtutis aut artis perfectionem alicuius, aut quamuis ſcientiam. & item corporis aliquam commoditatem non natura datam, ſed ſtudio & induſtria comparatam. Cic. lib.1. de Inuent. de confir. pro qualitate, & forma cuiuſcunque rei nonnunquam propriè, quandoque tranſlatè pro corporis habitu ſumpſit Arrianus in l.4. de re mili. ff. in prin. quatuor habitus genera ſcribit eſſe, D. Auguſt. lib.9.83.q.73. vide tranſcripta in li.3. ſent. diſt.6. A philoſophis definitur habitus, quòd ſit alicuius rei ſiue in animo, ſiue in corpore natura concepta ſed vſu corroborata & plena perfectio, promptitudo quædam ex frequentatis actibus collecta. Ariſt. Ethic. 2. ſumitur in argumentum vt hic vides. Petr. Vendramenus.*

b *Aufre. Deci.227. Iul. Clar. ſent. li.5. q.36. nu.15. Q. M.*

c *Qualis debeat habitus eſſe, qualiſque cultus mulieris & viri, & quid indicet ornatus nimius, & cultus veſtimentorũ, & quã ſummopere detrimento ſit bonis moribus, vide Clem. Alex. lib.2. pedag. c.10. circa fin. item. c.xi. & 12. & lib.3. c.2. & 3. non copioſè minus, quàm eruditiſſimè demonſtrantem. O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint Agricolas. Virg.2. Georgico. Petrus Vendrame.*

d *Vide quæ ſupra filij annotaui. Petr. Vendramenus.*

e *Deutero.c.22. circa prin. Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea. Sardanapalus Aſſiriorum rex, veſte fœminea vtebatur luxuriæ, & voluptatibus deditus, quamobrem indignati Aſſirij, illi vti fœminæ parere, eidẽ duce Arbace bellum intulerunt, qui victus ſe, & diuitias in incendium miſit. de quo Iuſtin. lib.1. & Diod. lib.3. Quin. Mandoſius.*

Heli ſacerdos quamuis in ſe bonus fuerit, quia tamẽ filios ſuos delinquentes non correxit, ſupinus de ſella corruens fractis ceruicibus expirauit. xxxvij. diſt. legant. xlvij. diſ. §. neceſſe eſt, de ſimon. c. licèt Heli, in prin. Ideo PROVISO SOLERTER circa illos qui dicũt non poſſe corrigere filios, vel vxores, videntes eos hæreticare, vel alia peccata facere.

Helias Ignem fecit deſcendere de cęlo & combuſſit bis quinquagenarios, non vt propriam vindicaret iniuriam, ſed dei. xxiij. q. iiij. §. ſed obijcitur. & ipſe Helias manu propria multos occidit, vt d. §. ſed obijcitur, & habetur dicta. q. in c. ea vindicta. ideo tu iudex Prouiſo Solerter, & vide ſupra comburi, & ſupra conqueruntur.

Quid ſit hæreſis.

HAERESIS Græcè ab electione vocatur, [a] ꝙ ſcilicet vnuſquiſque id ſibi eligat, quòd melius ſibi eſſe videtur, vt philoſophi Peripatetici, Academici, Epicurei, & Stoici, vel ſicut

ſicut alij qui peruerſum dogma cogitantes arbitrio ſuo de eccleſia receſſerunt. Inde ergo hæreſis dicta Græca voce, ex interpretatione electionis, qua quiſquis arbitrio ſuo ad inſtituẽda, ſiue ad ſuſcipienda quælibet ipſe ſibi elegit. Nobis verò nihil noſtro ex arbitrio inducere licet, ſed nec eligere quod aliqui de arbitrio ſuo induxerint, apoſtolos dei habemus autores, qui neque ipſi quicquam ex ſui arbitrio quod inducerent, elegerunt: ſed acceptam a Chriſto diſciplinam fideliter nationibus aſsignauerunt, ita quod ſi etiam angelus de cœlis aliter euangelizauerit, anathema vocabitur. hæc Iſid. in ſuis ety. li. viij. c. iij. tractando de hæreſi, & ſchiſmate. tranſumptiuè. xxiiij. q. iij. hæreſis.

Item hęreſis. i. diuiſio ab vnitate fidei. vt. vij. q. i. denique. 24. q. i. Cyp. & c. hæreticus. Nam & iudicium famil. hęr. inde ſumptum, id eſt familiæ vel hæreditatis diuidendę, Azo in sũ. C. eo. ti. in prin. ad quod facit. vij. q. i. denique, & iiii. q. i. quòd autem.

Item hæreſis. i. eremita, eo quòd eremita eſt diuiſus, & ſeparatus morans ab alijs, & iſta fuit opinio Azonis vbi ſupra, & in iuribus ſupra allegatis, & hoc dictum poteſt iuuari ex eo, quod dicitur, quòd nomen hęretici denotat ſeparationem, ſeu diuiſionem, prout probatur per quandam conſtitutionem Friderici imperatoris, quæ incipit. Incõſutilem tunicã. vbi ſic dicit ad literam, Inconſutilem tunicam dei noſtri diſſuere conantur hęretici vocabuli vitio ſeruientes, quòd ſignificationem diuiſionis enũciat, & in ipſius indiuiſibilis fidei vnitate nituntur inducere ſectionem, & oues a Petri cuſtodia, cui paſcendę a paſtore bono ſunt creditæ, ſegregare. Et ſic ex ſupradictis patet, quod hęreſis eſt nomen Gręcum, & quod ſignificat electionem, & importat diuiſionem, & vtrunque iſtorum dicitur conuenienter de hæreſi. Nam ex eo quis dicitur hæreticus eo quòd eligit ſingularem opinionem tenere diuiſam, & diſtinctam a communione Eccleſię Catholicę dogmate, & determinatione. vnde ſi quis nũquam fuiſſet i vnitate eccleſiæ, vtpote Iudæus, vel Saracenus, etiam ſi teneat contraria fidei noſtrę, non ideo eſt iudicandus hæreticus, eo quòd non poteſt dici diuiſus ab vnitate eccleſiæ, qui nunquam fuit in ea, vt dicit gloſſ. in Clem. i. de vſuris. Item dicitur hæreſis ab hærendo. de quo vide infra iſta litera. §. itẽ poteſt dici hęreſis ab hærendo.

Nota quòd prima hæreſis orta eſt inter dicipulos Chriſti occaſione corporis, & ſãguinis Chriſti, de qua ſcribitur Io. vj. c. & habetur in decretis, de conſe. diſ. ij. in c. prima hæreſis. de hoc vide infra iſta litera. §. item poteſt dici hæreſis ab hærẽdo, & in §. nota quòd poſtquam illi ſancti patres.

Nota quòd poſt illam primam hęreſim diſcipulorum, illa hęreſis Ariana quę ponebat maioritatem gradus in perſonis, orta eſt in clericis, vt. xvj. diſ. vj. ſinodus. §. i.

Nota ꝙ tunc Chriſtianitas in diuerſas hęreſes ſciſſa eſt, quando propter fidei perſecutores, epiſcopi ad concilia celebranda in vnum non poterant conuenire. xv. diſ. canones.

Diuerſitatem hæreſum, & multiplicitatem earum vide xxiiij. q. iii. in c. quidam autem hęretici, per totum. vbi ſic dicit ad literam. Quidam etiã

 hęre-

deum aſſeruit, tanquam duo principia creatoris, & bonitatis. Artotyritæ, ab oblatione vocati, panẽ enim, & caſeum offerunt dicentes, primis hominibus oblationem a fructibus terræ, & fructibus ouium fuiſſe celebratã. Aquarij, appellati eo quòd àquam ſolam offerunt in calice ſacramenti. Seueriani, a Seuero exorti, vinum non bibunt, vetus teſtamentum, & reſurrectionem non recipiunt. Tatiani, a Tatiano quodam vocati, qui & encratitę dicti, q̃a carnes abhominantur. Alogij vocantur tanq̃ ſine verbo. logos enim Græcè verbum dicitur. Deum enim verbum non credunt, reſpuentes Ioãnis euangelium, & apocalipſim. Cataphrygis nomen ꝓuincia Cataphrygia dedit, quia ibi extiterunt autores eorum Montanus, Priſca, & Maximila fuerunt. hi aduentum ſancti ſpiritus non in apoſtolis, ſed in ſe traditum aſſerunt. Cathari propter mundiciam ita ſe nominauerunt; glorian tes enim de ſuis meritis. negant pœnitentibus veniam peccatorum. viduas ſi nupſerint, tanquã adulteras damnant: mundiores ſe cæteris prędicant qui nomen ſuum ſi cognoſcere vellent, mundanos ſe potius q̃ mundos vocarent. Pauliani, a Paulo Samoſatheno exorti ſunt, qui dixit non ſemper fuiſſe Chriſtum, ſed a Maria ſumpſiſſe initium. Hermogeniani, ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non naturã introducens, deo non naturæ eã comparauit, matremq́; elementorum ideam aſſeruit, quos apoſtolus improbat elementis ſeruientes. Manichæi, a quodam perſa extiterunt. qui vocatus eſt Manes. hic duas naturas, & ſubſtantias introduxit, id eſt bonã, & malam, & animas ex deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit: teſtamentum vetus reſpuunt: nouum ex parte recipiunt. Canoniani [b] id eſt Latinè ſine lege dicuntur. Anthropomorphitæ, dicti pro eo ꝙ ſimplicitate ruſtica deũ habere humana membra, quæ in diuinis libris ſcripta ſunt, arbitrantur. anthropos enim Græcè, Latinè homo interpretatur, ignorantes vocem dñi qui ait: Spiritus eſt deus, incorporeus eſt enim, nec mẽbris diſtinguitur, nec corporis mole cenſetur. Heraclitæ, ab Heraclio autore exorti monachos tm̃ recipiunt: coniugia reſpuunt: regna cœlorum paruulos habere non credũt. Nouatiani, a Nouato Romæ vrbis prętbytero exorti, qui aduerſus Cornelium cathedram ſacerdotalẽ conatus inuadere hæreſim inſtituit, volẽs apoſtatas ſuſcipere, & rebaptizans baptizatos. Montani hæretici dicti ꝙ tempore perſecutionis in montibus latuerũt, qua occaſione ſe a catholicæ eccleſiæ corpore diuiſerunt. Hebionitæ, ab Hebione dicti, ſiue a paupertate. Chriſtũ enim per profectum ſolũ virum iuſtum putant effectum, vnde competenter Hebionitę pro paupertate intelligẽtiæ appellati ſunt. Hi enim Iudęi ſunt, & ita tenent euãgelium, vt legẽ carnaliter ſeruent, aduerſus quos ad Galathas apoſtolus ſcribens inuehitur. Fotiniani, a Fotino Gallo græciæ Smyrnæ epiſcopo nũcupati. qui Hebionitarum hęreſim ſuſcitãs, aſſeruit Chriſtũ a Maria per Ioſeph nuptiali coitu fuiſſe conceptum. Æriani, ab Ærio quodam nuncupati ſunt, hi offerre ſacrificium pro defunctis ſpernunt. Ætiani, ab Ætio ſunt vocati

vocati, idemque Eunomiani, ab Eunomio quodam dialectico, Æuij diſcipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, diſſimilem patri aſſerentes filium, & filio ſpiritum ſanctum. dicũt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium. Origeniani, ab Origene autore exorti ſunt, dicentes ꝙ nõ poſſit filius videre patrem, nec ſpiritusſanctus filium. animas quoque in mundi principio dicũt peccaſſe, & pro diuerſitate peccatorum è cęlis vſq; ad terram lapſas diuerſa corpora, quaſi vincula meruiſſe, eaque cauſa factum fuiſſe mundum. Noetiani, a quodam Noeto vocati, qui dicebant Chriſtum eundem eſſe, & patrem, & ſpiritum ſanctum, ipſamque trinitatem in officiorum nominibꝰ, non in perſonis accipiunt. vnde & Patripaſſiani vocantur, quia patrem paſſum dicunt. Sabelliani, ab eodẽ Noeti pullulaſſe dicuntur, cuius diſcipulum perhibent fuiſſe Sabellium, ex cuius nomine maximè innotuerunt. vnde, & Sabelliani vocati ſunt. hi vnam perſonam patris, & filij, & ſpiritus ſancti aſſerunt. Ariani, ab Ario Alexandrino præsbytero orti ſunt, qui coęternum patri filium nõ agnoſcens, diuerſas in trinitate ſubſtantias aſſeruit, cõtra illud quod ait dominus, Ego, & pater vnum ſumus.

Macedoniani, a Macedonio Conſtantinopolitano epiſcopo dicti sũt, negantes deum eſſe ſpiritum ſanctũ.

Apollinariſtę, ab Apollinare vocati ſunt, dicentes Chriſtum corpus tã tummodo ſine anima ſuſcepiſſe.

Antidicomaritæ appellati ſunt ꝓ eo ꝙ Marię Virginitati contradicũt, aſſerentes eam poſt Chriſtum natum viro ſuo commixtã fuiſſe. Metangiſmonitæ, ideo tale nomen acceperũt, quia ἄγγος, Græcè vas dicitur: aſſerunt enim ſic eſſe in patre filium, tã quam vas minus intra vas maius.

Patritiani, a quodam Patricio nũcupati ſunt, qui ſubſtantiam humanę carnis a diabolo conditam dicunt.

Collitiani, a quodam Collitio nominati, qui dicunt deum non facere malum, contra illud quod ſcriptum eſt, Ego dominus creans mala. Floriani, a Floriano, qui e contrario dicunt deum creaſſe mala, contra illud quod ſcriptum eſt, Fecit deus omnia bona. Donatiſtę, a Donato quodã Afro nuncupati, qui de Numidia veniens totam pœnè Africam ſua perſuaſione decepit, aſſerens minorem patre filium, & minorem filio ſpiritum ſanctum, & rebaptizans catholicos. Bonoſiani, a Bonoſo quodam epiſcopo exorti produntur, qui Chriſtum filium dei adoptiuum, non proprium aſſerunt. Circumcelliones, dicti eo quod agreſtes ſunt, quos Scototopicos vocant, ſupradictę hæreſis habentes doctrinam. Hi amore martirij ſemetipſos perimunt, vt violenter de hac vita diſcedentes martires nominentur. Priſcilianiſtæ, a Priſciliano vocati, qui in Hiſpania ex errore Gnoſticorum, & Manichæorum permixtũ dogma compoſuit. Luciferiani, a Lucifero Smirnæ epiſcopo orti, qui epiſcopos catholicos, q. Cõſtantij perſecutione perfidię Arianorum conſentiẽtes erant, & poſtea correcti, redire in cathedram delegerunt, damnantes ſiue quod prius crediderant: ſiue quod ſe credidiſſe diſſimulauerant (quos eccleſia catholica materno recepit ſinu, tanquam Petrum poſt flet um negationis) hanc il

li matris caritatem ſuperbè accipientes, eamque recipere nolentes, ab eccleſia communione receſſerunt, & cũ ipſo Lucifero autore ſuo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt. Iouinianiſtę, a Iouiniano quodam monacho dicti, aſſerentes nullam nuptiarum, & virginum eſſe diſtantiam, nullumque inter abſtinentes, & ſimpliciter epulantes eſſe diſcrimen. Heluidiani, ab Heluidio nominati, qui dicunt poſt natum Chriſtum alios Mariam filios de viro ſuo Ioſeph peperiſſe. Paterniani, a Paterno quodam exorti qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur. Arabici, nuncupati eo quòd in Arabia exorti ſunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouiſſimo vtrumque reſurgere.

Tertullianiſtæ, dicti a Tertulliano presbitero Africanę prouincię ciuitatis Carthaginenſis, animam immortalem eſſe, ſed corpoream prædicantes: & animas hominum peccatorũ poſt mortem in dæmones verti putãtes. Teſſareſcedecatitę dicti, quod decimaquarta luna paſcha cum Iudęis obſeruandum contendunt: Nã teſera quatuor, deca decem ſignificat. Nycages, a ſomno nuncupati, quòd vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicentes iura temerari diuina quę noctem ad requiẽ tribuit. Pelagiani, a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinæ gratię anteponunt, dicentes ſufficere voluntatem ad implenda iuſſa diuina. Neoſtoriani, a Neſtorio Conſtantinopolitano epiſcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam nõ dei, ſed hominis tantummodo aſſeruit genitricem, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, nec vnũ Chriſtum in verbo dei, & carne credidit, ſed ſeparatim alterum filium dei, alterum filium hominis prędicauit. Eutichiani, dicti ab Eutiche Conſtantinopolitano abbate, qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionem negauit exiſtere de duabus naturis, ſed ſolam in eo aſſeruit diuinam naturam eſſe. Acephalitę, dicti, id eſt ſine capite, quem ſequuntur hęretici. nullus enim eorũ reperiẽ autor a quo exorti ſunt. Hi trium Chalcedonenſium capitulorum impugnatores, duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & vnam in eius perſona naturam prædicant.

Theodoſiani, & Gaianitæ appellati a Theodoſio, & Gaiano, qui temporibus Iuſtiniani principis in Alexandria, per populi peruerſi electionem vno die ſunt ordinati epiſcopi. Hi errores Eutichij, & Dioſcori ſequẽtes Chalcedonenſe conciliũ reſpuunt ex duabus vnam in Chriſto naturã aſſerunt, quam Theodoſiani corruptam, Gaianitæ incorruptam cõtendunt.

Gnoitæ, & Tritoitæ, a Theodoſianis exorti ſunt, ex quibus Gnoitæ ab ignorantia dicti, quia ad peruerſitatem, a qua exorti ſunt, id adijciunt, quòd Chriſti diuinitas ignoret futura, quę ſunt ſcripta de die, & hora nouiſſima, non recordantes Chriſti perſonam in Iſaia loquentis,[c] Dies iudicij in corde meo.

Tritoitæ verò vocati, quòd ſicut tres perſonas in trinitate, ita quoque tres aſſerunt deos eſſe, contra illud quod ſcriptum eſt, Audi Iſrael, dominus deus tuus, deus vnus eſt.[d]

Sunt & aliæ hęreſes ſine nominibus,

bus,& ſine autore, ex quibus alij triformem putant deum eſſe. Aliæ Chriſti diuinitatem paſſibilem dicunt. Aliæ Chriſti des patre natiuitati initium temporis dant. Aliæ liberationem hominum apud inferos factam Chriſti deſcenſione non credunt. Aliæ animam imaginem dei negant. Aliæ animas conuerti in dęmones, & in quæcunque animalia exiſtimāt. Aliæ de mundi ſtatu diſſentiunt. Aliæ innumerabiles mundos opinātur. Aliæ aquam deo coæternam faciunt. Aliæ nudis pedibus ambulāt. Aliæ cum hominibus non manducant.

Hæ ſunt hæreſes circa catholicam fidem exortæ, & ab apoſtolis, & a ſanctis patribus, vel concilijs prædamnatę, quæ dum in ſe multis erroribus diuiſę inuicem ſibi diſſentiunt, communi tamen nomine aduerſus eccleſiam dei conſpirant.

Sed & quicunque aliter ſcripturā ſanctam intelligit quàm ſenſus ſpiritus ſancti flagitat [e] a quo conſcripta eſt, licèt de eccleſia non receſſerit, hæreticus appellari poteſt. Hęc Iſidorus in ſuis etymologijs libro.viij. cap.v. tractando de hæreſi, & eſt canonizatum.xxiiij.q.iij.quidam autem hæretici, per totum.

Qui quidem omnes ſupradicti hęretici, licèt videantur diuerſi, facies quidem habent diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas.

Item de hęreſi Berengarij, qui dicebat non contineri corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini, habetur de conſecratio. diſtinct.ij. in ca. ego Berengarius.

Et de alijs multis ſpeciebus hęreſis damnatis per eccleſiam vide.xv. diſtinctio.c.canones, & c.ſicut.

Cur deus permittit tot hæreſes. [f] & dicendum quòd diuina prouidentia diuerſi erroris hęreſes eſſe permittuntur, vt fideles aſtutiores reddantur, vt.xxiiij.q.vltima.ca.vlti. Et quia ſaluator noſter olim prędixerat circa finem ſœculi, Pſeudochriſtos, & pſeudoprophetas ſurgere, & multos ſeducere, & fideles ſuos multas in mundo habituros preſſuras, ſed tamen portas inferni non pręualituras, vt habetur.i.q.iij. in c.ſaluator noſter. Et vt dicit apoſtolus, oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. quapropter oportet, nos cum propheta ex aduerſo conſurgere, & murum opponere pro domo Iſrael, & euangelici meminiſſe mandati, quod ab ipſa veritate præcipitur, quòd ſi nos oculus, aut pes, aut dextera ſcandalizauerit, manus a compage corporis auferatur, cum melius extra eccleſiā poſitis reſiſtimus, ſi ab his qui intus ſunt, in eis quos decipiunt, vulnerantur. Hi enim ſcilicet neophyti, nec vt infideles deſcendunt, nec remanent vt fideles, ſed miſteriorum percepta noticia, fidei noſtræ ſecretioribus perſcrutatis, conuerſi poſtmodum impugnant nos contradictionibus ſuis, corda noſtra diſrumpunt, conculcantes verbi dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. Ex quibus multi in regnis iſtis tam catholicorum regum, ſicut ſunt iſti Sereniſſimi rex Ferdinandus & regina Elizabeth, [g] vt in lucem proderent, quæ ante in antris latebant, legem veterem ſuſcitantes, quę ab olim ſepulta eſt, ac in paſſione Chriſti conſumata, iuxta vocem ipſius inter crucifixores emiſſam, quando ve

lum

lum quòd ipſius ſecreta tegebat, ſciſſum eſt in duas partes, a ſummo vſq; deorſum, vt reuelata facie myſteria Ieſu Chriſti conſpiceremus, quique ęmulatores Moyſi ſe iactant, cum re vera ipſius capitales inimici exiſtāt, vtpote doctrinam eius vt falſam reſpuentes. ſi enim, veritas inquit, Moyſi crederet, de illo enim ipſe ſcripſit. Vnde & illud Hieronimi, proh dolor prouinciæ iſti competere ſatis video, ibi enim ceſpite terra fęcundo dominici ſeminis, nunc autem ſulcis obruta in lolium, auenaſque degenerant vbi quondam ſole iuſtitiæ Chriſtus oriebatur: Nunc autem lucifer ille, qui ceciderat ſupra ſidera poſuit vexillum ſuum. Et ſic reſpondendo ad prædictam quęſtionem cur deus permittit tot hęreſes, vt ſupra dictū eſt, quòd diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, vt cum interrogant nos ea quę neſcimus, ſic excutiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas cupiam⁹. ideo enim apoſtolus ait, Oportet hæreſes eſſe vt qui ꝓbati ſunt ı qui bene poſſunt docere. Vel ideo deus permiſit tot hęreſes, vt conſtantia fidelium comprobetur. Vel dicendum quòd iſta quæ in ſecretis dei conſiſtunt, non ſunt a nobis inquirenda, iuxta illud Eccleſiaſtes tertio, Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Et poſtea ſubditur. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus eorum. & Eccleſiaſtes, ſeptimo. Quid neceſſe eſt homini maiora ſe qrere? cū ignoret quid conducat ſibi in vita ſua. & poſt pauca, nec plus ſapias quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.

Habemus etiam exemplum Apoſtoli, qui cum de prædeſtinatione verba ageret, & perueniſſet ad illud, quare deus quoſdam eligat, alios autem reprobet, iuxta illud, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui, ſapientiſſimè intulit. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & ininueſtigabiles vię eius. Et de eodē Auguſtinus ſuper Ioā. in illo verbo, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater q miſit me, traxerit eum, dicit quàre hunc trahat noli inueſtigare, ſi nō vis errare. per idem reſpondet magiſter, ſecundo ſententiarum, diſtin. xxiij. Et ſic concludendo dicendum ꝙ ſecreta dei abiſſus multa.

Item nota quòd poſtquam illi ſancti patres, qui prædictas hæreſes conſcripſerunt, multę aliæ exortæ ſunt nouiter, Iuxta illud verbum ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, de quo ſupra dictum eſt. ſ. eo ꝙ magis finis ſęculi appropinquat, eo magis hæreſes ſubcreſcēt: quod partim ex prelatorum negligētia prouenire conſpicuū eſt. dormientibus enim hominibus, ſaluator inquit, inimicus homo ſuperſeminauit zizaniam.

Ex alio etiam hoc prouenit, quoniam poſt illa tempora, quibus illi ſancti doctores ſcripſerunt, multi articuli fuerunt per eccleſiam determinati ꝙ ſint cōtra fidem. Vnde ſi quis modò affirmaret aliquem ipſorum pertinaciter, hæreticus cenſeretur, ꝙ minimè contigiſſet ante determinationem eccleſię, vt dicit ſanctus Tho. i. parte. q. xiij. ij. ar. iiij.

Auguſtinus etiam in libro de hæreſibus commemorat aliquos cātholicos tractatores, qui de hęreſib⁹ ſcri

pſerunt

p[ſ]erunt diuerſas earum ſpecies enumerantes. ipſe etiam ibidem plures nominatim exprimit, & inter eas dicit de illa prima hæreſi, quæ orta eſt inter diſcipulos domini noſtri Ieſu Chriſti, de qua ſupra dictum eſt. Nã cum Chriſtus prædixiſſet, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: & ſubiunxit quædam alia iuxta hæc, & illi qui tunc audierunt, dixerunt, durus eſt hic ſermo, & quis poterit eum audire, & ex illa die abierunt retro. Et vt dicit ibi Nicolaus, non eſt intelligendum hoc de duodecim diſcipulis, vel ſeptuaginta duobus diſcipulis, quia iſti Chriſto adhæſerunt, ſecũdùm quòd patet ex diſcurſu euangeliorum, vbi dicitur, ſed multi alij ſequebantur ipſum ad audiendum eius doctrinam, & de iſtis multi retroceſſerunt.

Item nota quòd ſcire huiuſmodi ſpecies, & diuerſitates hæreſum prodeſt ad hoc, vt ex illis poſſit cognoſci quid ſit hæreticus, vel quid faciat hæreticum, de quo dubiũ tantũ eſt, quòd non ſine difficultate cognoſcitur in aliquibus articulis, vt dicit Auguſtinus in libro de hæreſibus. illud autem indubitatum exiſtat, quòd cũ malum infinitum ſit, vt Pythagorici dicunt teſte philoſopho ſecundo ethicorum, & per conſequens infiniti errores poſſunt occurrere cõtra fidem & conſequenter poſſent hæreſes in infinitum multiplicari.

Hæreſis alia grauis, alia leuis. Nã aliqua poſſunt pertinere ad fidem dupliciter: vno modo directè, & principaliter, ſicut articuli fidei.

Alio modo indirectè, & ſecundario, ſicut ea ex quibus ſequitur corruptio alicuius articuli, & circa vtrũque poteſt hæreſis eſſe eo modo, quo eſt fides. Et ſic concluditur quòd hæreſis alia grauis, alia leuis, vt vult. l. ij. C. de hęreticis, ibi, Vel leui argumẽto. Et ſic vacans augurijs, aut characteribus, non videtur in tantum peccare, quòd dicatur primo caſu hæreticus, ſcilicet ſtricto modo, ſecũdo tamen caſu, ſcilicet largo modo poteſt dici hæreticus, ſicut dicitur de ſimoniaco.

Item nota quòd hæreſis, & ſimonia æquiparantur crimini lęſ. maieſt. vt memoria defuncti dãnari poſſit. glo. Inſtitu. de hære. quę ab inteſtato defe. §. per contrarium, & infra.

Item nota quòd ſimoniaca prauitas largo modo [k] dicitur hæreſis impia. i. quæſt. i. quiſquis. c. cum liqueat, & c. eos.

Item nota quòd ſimoniaca hæreſis ortum habuit tempore apoſtolorum. i. quæſ. i. fertur.

Item nota quòd nullum peccatũ eſt grauius hęreſi. xxxij. q. vij. quid in oĩbus. 24. q. iij. q d ãt. xxij. q. ij. prim[ũ].

Item hæreſis dicitur atrox crimen. Bal. in marga. ver. hæreſis.

Item hæreſis dicitur crimen publicum. in ſpe. de teſte. §. verũ quid de portantibus. Et eſt crimen eccleſiaſticum, vt ſupra crimen.

Item hæreſis eſt tam enorme crimen, quòd poſt ſanatum vulnus remanet cicatrix, de quo vide ſupra in litera, crimen.

Item nota quòd pro nullo alio quàm pro hęreſi papa poteſt conueniri. xl. di ſ. ſi papa.

Item hæreſis vt cancer dicitur ſerpere eo quòd ſua grauitate flagitioſiſſimum eſt, vt in præhabitis patet: eo maximè,

maximè,quia iuxta apoſtolum.ij.ad Timothe.ij.dicit quòd hæreſis vt cancer dicitur ſerpere: vnde reſecanda eſt a principio, nè paulatim intima cordis corrodat, & ſpirituale vitam adimat. Reſecandæ quidem ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis a caulis repellenda,nè tota domus,maſſa, corpus ardeant,corrumpatur, & putreſcant,intereant.

Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit,ſed quia nō ſtatim oppreſſus eſt, totum orbem eius flamma pabulata eſt.xxiiij.q.iij.reſecandæ.

Hæreſis reddit hæreticum omni catholico inferiorem, non ſolū quò ad forum intrinſecum, ſed etiam extrinſecum. facit ad hoc quod notatur.ii.quæſti.vij.in ca.ſecuti,& in ca. Paulus. vide infra pœna. §. hæreſis reddit hæreticum.

Item poteſt dici hæreſis ab hærendo,& latinè competit ei hoc nomen, eo quòd quis ſuæ opinioni vehementer inhæret per electionem, vt ſupra dictum eſt.

Et ex ſupradictis iuſtificari poteſt quod notat Innocen.de ſumma trinitate & fide catholica,Quòd ſi aliquis habens fidem catholicam implicitè, quia credit quicquid eccleſia credit, ſed falſum opinatur naturali ratione motus, vt quia pater maior, vel prior ſit filio, vel quòd tres perſonæ, ſcilicet pater, & filius, & ſpiritusſanctus, ſint tres res a ſeinuicem diſtinctæ,& ſeparatę,& diſtantes, quòd nō eſt hęreticus,dummodo hunc errorē ſuum non defendat,& hoc ipſum credit qđ credit ſic eccleſiam credere, & ſuam opinionem fidei eccleſiæ ſupponit, paratus ſe ſubmittere iudicio eccleſiæ, vbi eccleſiam ſciret contrariū ſentire. Hæreſis enim requirit pertinaciā, vt de ſumma trinitate in Cle. vnica.§.porrò, & Clementinā vnica de vſuris. §. penultimo. & licèt talis excuſetur huiuſmodi ab hæreſi, nōn tamen excuſaretur a peccato, ſi errauit in his quę ſcire tenebatur de pertinentibus ad fidem, de quibus per ſanctum Thomam ſecunda ſecundę. ar. v.quia & ipſa ignorantia eſt peccatū in his,quę quis ſcire tenetur,vt. xxxviii.diſtin.qui ea,& per philoſophum tertio ethi. & per magiſtrum ſenten. libro.4.diſtint.13.

Item ſciendum quòd hęreſis principaliter conſiſtit in corde, ſecūdùm quòd Hilarius dicit: Intelligētiæ ſenſus in crimine eſt, ſed ſecundariò in ore.vnde Hieronimus dicit, quod ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæreſis, non quia hæreſis per ſe in his conſiſtat,ſed quia ſunt occaſio & cauſa erroris,vt Thomas dicit ibi. adde etiam quòd verba ſunt ſigna earum quæ in anima ſunt, paſſionum, vt philoſophus dicit. Non enim præſumitur quis dicere quod ante animo non cogitauit,vt. ff. de libe.lega. l.Labeo.

Item nota quòd nedum quis incidit in hęreſim verbo,ſed etiam facto, vt tenet expreſsè Lapus Abb. & Antonius de Butrio, & Ioannes de Imola,in Clemetin.i.de vſuris, dicentes quòd ſi quis in verbis aſſerat pertinaciter,exercere vſuras non eſſe peccatum,ſed potius factis, puta inhumaniter tractādo eos quibus mutuauit, vel ſimile quid agendo,quòd tunc ſignata ſit eius opinio, ita quòd dici poſſit ex hoc diffamatus, tunc procedi poterit contra eum de hæreſi.xi. quæſtio.iii.exiſtimant, & ca.non ſolùm.

lùm. vbi habetur quòd non ſolũ verbis, ſed etiam factis deum negamus, ſecundùm eos ad hoc. xxv. quæſti. i. violatores. vbi ait proteruè agunt, aut loqui præſumunt, vt in c. accuſatus, de hæreticis, lib. vj. §. ille quoque vbi ponunt certi caſus, propter quos quis incidit ĩ hæreſim, licèt [m] facto, & opere nihil aſſerat, & per conſequens manifeſtus hæreticus dici poteſt, in quantum ſunt ſigna infidelitatis, vt. j. verſi. vide ſupra contrahẽs, & ſupra facto, & infra ſimonia.

Supra dictum eſt quòd hæreſis ab hærendo dicitur. & ſic dicendum ꝙ finis proximus hæreſis eſt adhærere falſæ ſententiæ, ſecundùm Thomam ſecunda ſecundæ. q. xi. ar. iiij. & intelligendnm eſt hoc, ſi pertinaciter repugnat ſecundùm Cal. conſilio quarto. ſub titu. de hæreticis.

Nota ꝙ præſumptio ſenſus proprij via eſt ad hæreſim. xxiiij. q. iij. qd autem. Et qui in expoſitione ſacræ ſcripturæ locum, tempus, perſonam non attendit, de facili in erroris labyrinthum cadit. xxix. diſtinctione ſciendum.

Inuentor hæreſis, & imitator pari damnatione plectuntur. xxiiij. quęſt. i. cap. i.

Ad quem ſpectet iudicare de hęreſi, vide infra iudicare. §. ad quem ſpectet, & infra procedere.

Quæ differentia ſit inter hæreſim & ſchiſma. [n] Et dicendum quòd eſt iſta, ſcilicet quòd hæreſis eſt in peruerſa doctrina, & ſchiſma in ſeparatione ab eccleſia, vt habetur. xxiiij. q. iij. inter ſchiſma. Et de hac differẽtia vide magis latè infra ſchiſma.

Sed hæreſis eſt ſpecies infidelitatis. ſan. Tho. ij. ij. quæſt. xj. ar. i.

Item nota quòd quędam hæreſis fuit orta inter quoſdam dicentes, ꝙ natus ex baptizato non erat neceſſariò baptizandus. de quo de cõſecratione, diſtin. iiij. ſi baptizat, & ibĩ Archi. vide ſupra baptiſmus.

ADDITIONES.

a *Di. Iero. in epiſt. ad Gal. c. 5. Vmbert. in Iudi. inqui. hoc ipſo ver. in prin. Guindiſal. in tract. hæreti. quæſt. 2. & eodem tract. q. i. nu. 4. Paul. Ghirlan. Quintil. Mandoſius.*

Adde Albert. de aſſertio. catho. q. i. & Simanch. in Euchir. tit. 2. P. V.

b *Id genus non legitur in meis Codicibus. P. V.*

c *Iſai. xxx. & lxiij. Q. M.*

d *Deuteron. 6. in prin. Q. M.*

e *Videlicet, qui ad hoc ſanctam ſcripturam retorquet, quòd contrariatur ei qđ per ſpiritum ſanctum eſt reuelatum, declarant D. Thom. 2. 2. q. xi. art. 2. & Guindiſal. de hæreti. q. 3. numer. 2. vide infra in verb. hæreticus. verſi. item hæreticus eſt, qui aliter ſcripturam. Q. M.*

f *Sex bona quæ ex hæreſibus eliciuntur recenſet & probat Vmber. in Iudi. inquiſi. hoc ver. hæreſis. num. 6. cum alijs ſequ. Et cur Deus permittat tot hæreſes eſſe, poſt Diuos Paulo & Auguſtino, Guindi. de hæreti. quæſt. 4. numero. 5. & ſequen. Quintil. Mand.*

g *Legendum forſan ſic, nunc in lucem prodierunt, qui &c. & ſenſus ita procederet. Ad quod me monuit, quod ſupra ſcribit Apoſtata. §. ſed an iſti. Petrus Vendramenus.*

h *Ex Ioã. c. 5. ſed imperfecta eſt oratio, deeſt enim, & mihi crederent, ſequens item oratio corrupta eſt. P. V.*

i *Indigent hæc verba abſolutione ſua, videlicet*

delicet, manifeſti fiant, & in ſequenti ſtatim membro, quid deſiderari videtur. Petrus Vendramenus.

k *Idem dicunt Guindiſal. de hæreti. q. 1. nu. 3. Vmbert. in Iudi. inquiſi. in verb. Simonia. vbi ſubijcit quãdo ſimonia ſit propriè hæreſis, imo hereſi grauius delictum. & ſimoniacus quando largè, & quando ſtrictè dicatur hæreticus. Carer. de hæreti. nu. 31. Quint. Mand.*

l *Scias hunc locum eſſe deprauatum, locus autem integer ex Ioanne citato ſic ſe habet. Quid ſi aliquis non pertinaciter, ſed fortè aliter, ex lubrico linguæ aſſerit non eſſe peccatum exercere vſuras? dicit &c. Poſtea ſubiungit ita. Quid autem ſi non verbis, ſed factis hoc aſſerat, puta inhumaniter tractando eos, quibus mutuat, vel ſimile quid agendo? dicit quòd tunc ſi ex hoc ſit grauata eius opinio &c. hoc modo lectio fiet plana, ita ſcribit ad gloſſ. pertinaciter. P. V.*

m *Voci, licèt, exiſtimo locum eſſe poſt vocem, opere, vt ſic legatur. Quis incidit in hæreſim facto, & opere, licèt nihil &c. Petrus Vendramenus.*

n *Paul. Ghirlan. de hæreti. quæſt. 2. nu. 6. & ſequen. Carer. eo. tit. de hæreti. nu. 32. verſi. item contrahitur hæreſis, per ſchiſma. Vmber. in Iudi. inquiſi. in verb. ſchiſma ab hæreſi diuiditur. Siman. titu. de ſchiſmate. Quint. Mand.*

De hæreſibus Iudæorum. Iſidorus in etymol. libro viij. c. iiij. ſic dicit. Iudæi confeſſores interpretantur, multos enim ex his ſequitur confesſio, quos antea perfidia posſidebat. Hæbrei tranſitores dicuntur, quo nomine admonentur, vt de peioribus ad meliora tranſeant, & priſtinos errores relinquant.

Phariſæi, & Sadducæi, inter ſe contrarij ſunt. Nam Phariſæi ex Hebræo, in Latino interpretantur diuiſi, eo quod traditionum, & obſeruationum ſuarum, quas illi deuteroſes [a] vocanr, iuſtitiam præferunt, vnde & diuiſi vocantur a populo, quaſi per iuſtitiam.

Sadducæi, interpretantur iuſti. vendicant enim ſibi quod non ſunt, corporis reſurrectionem negant, & animam interire cum corpore prędicãt. Hi quinque tamen libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia reſpuunt. Eſneidi[b] dicunt ipſum eſſe Chriſtum, qui docuit illos omnem abſtinentiam. Morbonei, dicunt ipſum eſſe Chriſtum qui docuit illos in omni re ſabbatizare. Geniſtei, dicuntur eo quod de genere Abrаæ eſſe ſe gloriantur. Nam cum in Babiloniam veniſſet populus dei, plerique relinquentes vxores ſuas, Babylonicis mulieribus adhæſerunt: Quidã autem Iſraelitici s tantùm coniugijs cõtenti, vel ex eis geniti, dum reuerſi eſſent de Babylonia, diuiſerunt ſe ab omni populo, & aſſumpſerũt ſibi hoc nomen iactantiæ. Meriſtici, appellati eo quod ſeparent ſcripturas, non credentes omnibus prophetis dicentes, alijs, & alijs ſpiritibus alios prophetaſſe μέρος enim Græcè. Latinè pars dicitur.

Samaritæ, dicti eo quod legem ſolam cuſtodiant. Nam prophetas non recipiunt. Himerobaptiſtæ, eo quod quotidie veſtimenta ſua, & corpora lauẽt. Hęc Iſidorus, vdi ſupra tractando de hæreſi.

ADDITIONES.

a *Eorum meminit D. Ieron. ad Damaſum epiſt. 143. item in Catalo. ſcripto.*

 ecclе-

eccleſiaſtic. de Papia epiſcopo Ierapolytano. P. V.

b *Iſido. eſt legendus de correcta horum nominum lectione. Quaſdam Iudæorum hæreſes commemorat ex Egeſippo Nicephorus. hiſt. eccleſ. li. 4. c. 7.* P. V.

Hæreticus. Viſo ſupra de hæreſi, quid ſit hęreſis & vnde dicatur, & quot ſunt ſpecies hæreſis, Nunc autem videndũ eſt q̃d ſit hæreticus, & quę faciant hæreticũ, & vnde dicatur hæreticus, & quibus aſſimilentur hęretici. Et primo hæretici appellantur, qui non ſunt membra eccleſiæ ſanctæ catholicę, & qui ſanctam communionem in ſancta catholica eccleſia a ſacerdotibus nõ recipiunt. & priuilegia catholicis tãtummodo conceduntur non hæreticis, niſi fuerint reuerſi ad fidem. de hoc. C. de hæreti. l. iij. C. de Iudæis. l. fin. Innoc. in cap. ex literis, de priuilegijs.

Item hæreticus eſt qui vel leui argumento a iudicio catholicæ religionis, & tramite detectus fuerit deuiare, vt [a] C. de hęreticis. l. ij. vel qui non eſt membrum fidei catholicę eccleſiæ, vel qui eſt diuerſarum hęreſum, vt in authen. de priuilegijs dot. coll. viij. vel qui non credit ſecundũ quòd prædicant quatuor concilia, vt. C. de hæreticis l. quæcunque.

Sed hęreticus dicitur [b] ab αιρέωμαι, quòd eſt opto, ſeu eligo. vnde etiam aphæreſis, quæ apud noſtros ablatio dicitur, & digreſis, quæ eſt diuiſio, & ſynæreſis, quæ eſt diuiſorum coniunctio. dicitur itaque hęreſis optatio, ſiue electio. Eligunt enim hæretici ſectam ſpecialem, & catholicæ religioni contrariam, vel diuerſam. Cicero in paradoxis, eſtq́ue in ea hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis.

Hæreticorum autem quidam prædicant turpiora, & in maximo ſunt errore, vt Manichæi, Samaritani, Borboritæ, Pagani, Mõtaniſtę, Taſcodrogi, & Orphitæ. quibus omnibus omnis legitimus actus interdicẽdus eſt, vt. C. de hæreticis. l. quæcunque, & l. quoniam multi. §. idcirco. & cum alijs hominibus nihil ex legibus, vel moribus habent commune, & omnino, tamen rei læſæ maieſtatis tenentur, vt in l. Manichęos. C. eo. ti.

Manichæi ſunt qui Chriſtum dicunt non eſſe, vt dicit gloſſ. j. dictæ. l. Manichæos. & extiterunt a quodam Perſa, q̃ vocatus eſt Manes. hic duas naturas, & duas ſubſtantias introduxit, ideſt bonam, & malam, & animas ex deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit: teſtamentum vetus reſpuunt nouum ex parte recipiũt. ita dicitur. xxiiij. q. iij. c. quidam, vbi varię ſectæ hæreticorum, & in l. Ariani. C. de hæreticis. vide ſupra hæreſis. §. diuerſitatem.

Item hæreticus communiter eſt q̃ de fide falſam opinionẽ inuenit, vel inuentam ſequitur, [c] vt. xxiij. q. i. hæc eſt fides, & xxiiij. q. iij. hæreticus. vide infra iſta litera. §. iam ſupradictum eſt.

Item, hæreticus eſt qui circa fidem dubius [d] eſt, & quicũque in fide dubitauerit friuola adhæſione, hæreticus cenſetur, vt extra eo. c. i. Et intelligẽdum eſt eſſe dubium in fide, eum qui indeterminatè in dubio perſiſtit: ſecus de illo qui tentatur de fide cum dolore cordis.

Item hæreticus eſt ille, qui malè ſentit de ſacramentis eccleſię, ſcilicet

aliter

aliter ſentiendo de baptiſmo, peccatorum confeſsione, euchariſtia, matrimonio, & de reliquis ſacramentis, q̃ prædicat, & obſeruat ſacroſancta Romana eccleſia, vt in.c.ad abolendam, extra eodem.

Item hęreticus eſt qui aliter ſcripturam ſacram intelligit, quã ſenſus ſpiritusſancti flagitat,[e] à quo ſcripta eſt, licèt ab eccleſia non receſſerit.xxiiij.q.iij.hęreſis,&.xxviij.diſti. quamuis,&.xxvij.diſtin.vino.

Item etiam pro hęretico habetur qui ſcienter hæreticum non reuocat, vt in.c.ij.de hæreticis.

Item hęreticus eſt qui præciſus eſt ab vnitate eccleſię.iiij.q.iij.ca.i.& ſequenti.

Item hæreticus eſt qui in vnam hæreſim damnatam incidit.xxiiij.quæſ. i.Acatius.

Item hæreticus eſt non qui errat, ſed qui errorē cõtumaciter defendit. xxiiii.q.iij.qui in eccleſia.

Item hæreticus eſt qui aduerſus Romanam eccleſiã eius dignitatem a domino traditam auferre conatur, vt.xxij.diſtin.omnes.vbi dicitur, qui Romanę eccleſię priuilegium ab ipſo omnium ſummo eccleſiarum capite traditum auferre conatur, proculdubio in hæreſim labitur.

Item ille dicitur hæreticus qui in dubijs pertinentibus ad ſalutem animę non vult acquieſcere declarationi domini papæ.xxiiij.quæſ.i.hæc eſt fides.

Item ſentiens aliquid contra fidē, licèt illud ore non exprimat, hæreticus eſt.glo.de ſum.trinitate,ca.i.lib. vj.in gloſſ.fin.

Item hęreticus iudicabitur quò ad eccleſiam qui verba, vel facta hæretica dixerit, vel fecerit, ar.C. de iureiuran.l.ſi conuitij,& eodem tit. ca.ij. lib.vj. de hæreticis, ad abolendam.§. pręſenti,& c.excõmunicamus. xxiij. q.v.ſi vos. vide ſupra contrahens, & infra iſta litera.§.ſupra.

Item hæreticus iudicatur quicunque dicit non eſſe peccatum id quod eſt cõtra præceptum dei. Th. in quot libeto tertio,ar.xij.

Item qui contradicit decretis, decretalibus epiſtolis ſummorum pontificum, hęreticus eſt, vt.xx.diſtin. de libellis, in fi.& And.de Iſernia in aut. Gazaros,& nota.xxiiij. q. iij.§. quia no.& de hęret.c.iij.& eodem ti.Clem. iij.& in c.accuſatus.§.i. de hęreticis. libro.vj.

Si enim violator canonum,& dogmatum dicitur blaſphemus,& hæreticus, vt dictum eſt, multomagis eſt hęreticus qui falſum aſſerit de deo, cuius dono canones ędit i ſunt, & reuelati, vt.xxv.q.i.violatores.

Item conſiderandum ꝙ licèt pluribus modis quis dicatur hęreticus, vt ſupra tamen ſtricto modo dicitur hęreticus, qui aliter ſentit de articulis fidei quàm Romana eccleſia,[f] vt in c. accuſatus, de hæreticis, libro. vj. §.i. vnde clarius,& breuius ponit glo. in Clementin.i.de vſuris, quòd non ſolùm eſt hæreticus qui male ſentit de articulis fidei, vel ſacramentis eccleſiæ, ſed etiam qui peruerſum habet dogma, vel gignit nouas opiniones falſas, vel iam inductas falſas opiniones ſequitur, vt habetur de hęreticis, ad abolendam, & xxiiij.q.iii.cap.inter hæreſim, & ſchiſma. & ca.hæreticus. & ita tenent doct.o. in allegata Clemen.

Item hęreticus eſt qui non reci-

pit quatuor concilia, quæ habentur. xv.diſ.canones.

Item qui aduerſatur fidei catholicę, etiam ſi ex leui argumẽto ſ in hoc erraret.

Item qui in octoginta ſectis, ſeu modis poſitis in dicto.c.quidam, xxiiij.quæ.iij. Vnde ſi in quacunque hæreſi aliquid crederet, vel fieret quod eſſet contra articulos fidei, vel ſacramenta eccleſiæ, vel impugnaretur catholica fides aliter, quàm & ſicut Romana eccleſia credit, & tenet, vel ſi in hæreſi illa facto, vel dicto incideretur, vel in alijs hæreſibus, tales hæretici dicuntur, & perdunt bona, vt ſupra dictum eſt. Et ita tenet Hoſtienſis.in ſumma de hæreticis.§. qua pœna, & Andr. de Iſer. in aut. Gazaros.

Item hæreticum eſt dicere hominẽ eſſe impeccabilem, ſecundùm Abbatem Sicu. de hæreticis, in Clementin. multorum, in concluſionibus gloſſarum. Item cum in hac vita non poteſt haberi perfectiſſima caritas, dicere contrarium hæreticum eſt.

Item oſculum mulieris ex cauſali bidinoſa, eſt peccatum mortale, & dicere contrarium eſt hæreticum, per eundem Abba. Sicul. in concluſionibus gloſſarum Clemen. ad noſtrum, de hęreticis.

Item dicere quòd peccator nõ poteſt ſaluari[h] quantumcunque pœniteat, dicitur hæreticum. Sic etiam dicens quòd Romę,[i] vel alibi non admittuntur per eccleſiam, vel quòd peccata non dimittuntur, niſi a ſolo deo, eodem modo eſt hęreticus, ſecũdùm Oldra. in conſilio. cclxxj.

Item hæretici ſunt, qui quod prauè ſapiunt, contumaciter defendũt, vt in cap. qui in eccleſia. xxiiij.q.iij.& ſanctus Thom. ſecunda ſecundæ. q. xj.ar.ſecundo.

Item ex ſolo dicto poteſt quis reputari hæreticus. xxiiij.quæſt.j. hæc eſt fides.

An dicens pertinaciter nullo caſu licere iurare, ſit hęreticus? videtur ꝙ ſic,[k] vt.xxij.q.i.non eſt, in gl.de hęreticis.c.excommunicamus.§.vltimo. not. glo. de reſtituti. ſpolia. c. olim, & not.in c. ad abolendam. §. ſi quis. de hæreticis.

Dicere ſpiritum ſanctum non procedere a filio, ſicut Gręci tenebant, hęreticũ eſt, quia ſpirituſſanctus miſſus eſt a patre, & a filio, & a ſeipſo. ꝙ autem a patre, patet Ioannis. xiiij. paracletus autem ſpirituſſanctus quem mittet pater, &c. quòd autem a filio, patet Ioannis. xvj. Si autem abiero, mittam eũ ad vos. quòd autem ſeipſum miſerit, patet Ioannis. xvj. cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, &c. & hanc opinionem tenent Græci, & tales propter incredulitatem fracti ſunt a corpore eccleſię, vt dicitur ad Romanos. xj. & etiam tenent quòd poſſunt habere vxores, & conficiunt ſacramentum altaris in fermentato.

Vtrum pertinaciter affirmare redemptorem noſtrum, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, eiuſque apoſtolos in ſpeciali nõ habuiſſe aliquid, nec in communi, ſit hęreticum? & reſpondetur quòd eſt hæreticum, vt habetur in quadam extrauaganti Ioannis.xxij. quæ incipit, Cum inter nonnullos.

Item hæreticum eſt credere aliqđ diuinũ pręter deum, vel ꝙ aliud poſſit fieri, vel mutari ab alio, quã a deo, qui eſt creator omnium, vt patet in

Sim-

Symbolo, Credo in Deum, & Io. c.j. & patet. xxvj. q. v. c. epiſcopi, & c. qui cunque.

Item pertinaciter aſſerere q̄ anima ſimul cum corpore moriatur, vel q̄ homines viuant, & gubernentur per conſtellationes ſuperiores, vel quòd non ſit paradiſus, nec infernus: vel q̄ inceſtus non ſit peccatum, talia ſicut iſta ſapiunt hæreſim manifeſtè, ſecundùm Fridericum de Senis in cōſilio. cclv. alias cclij. quod incipit, Reuerendo in Chriſto patri. Nam credendum eſt eum qui talia pluries pertinaciter aſſeruit corde geſſiſſe, & credidiſſe, Quia nemo exiſtimandus eſt dicere quod mente non cogitauit. xxij. q. v. humanæ aures. ff. de ſuppellec. lega. l. Labeo, aliàs legata. & propterea hæreticus eſt cenſendus talia proferens, & eius bona a die commiſſi criminis ſunt ipſo iure confiſcata, ſecundū eum, ibi multa iura ad hoc allegantem. per verba enim quæ quis loquitur, ſuam fidem profitetur, ſecundùm beatum Tho. ij. ij. q. xj. ar. ij. circa medium.

An dicens quòd beata virgo Maria non eſt in cœlo, & quòd non fuit ibi aſſumpta, ſit hęreticus? & dicendū quòd ſic, eo quòd non tenet quod tenet eccleſia. Nam hodie eſt communis opinio, meritò approbata per eccleſiam, & doctores quòd fuit aſſumpta in cœlū. de quo vide ỹ. aſſumptio.

An intendens augurijs, & characteribus dicatur hęreticus? & dicendum q̄ directè non dicitur hęreticus, nec etiam ſtricto modo, ſed largo modo, & indirectè bene poteſt dici hęretic⁹, & eſt leuis hęreſis, vt vult. l. ij. C. de hęreti. ibi, vel leui argumento, de quo ſupra hętesis.

Beatiſſima virgo Maria nō ſolùm fuit genitrix hominis, ſed dei. cuius contrarium aſſerens eſt hęreticum, ſicut Neſtorius, qui fuit damnatus in conci. Conſtantinopolitano. xvj. diſtione vj.

An ſit hęreticus qui inquiſitori aliquid pręcipienti non credit, vide ỹ. pertinaciter. §. item pertinaciter.

An pertinaciter aſſerēs q̄ decimæ non ſint ſoluendæ, ſit hæreticus, vide ỹ. pertinax, vel pertinaciter.

An dicens Imperatorem non habere monarchiam orbis cenſeatur hæreticus? & dicendum q̄ ſic, ſecundùm Bar. in l. hoſtes. ff. de capti. ſecus de iure cano. contrariū habetur per quandam extraua. Bonifacij viij. quę incipit, Vnam ſanctam.

Quis dicatur hęreticus, glo. & docto. in c. firmiter, de ſum. tri. Archi. in c. ij. de hęreti. l. vj. gl. ple. xxiiij. q. iij. illi qui. Archi. ea. cau. & q. hęreſis. Hoſtien. in ſum. de hęreti. § i. glo. xxiiij. q. i. quę dignior. ibi vide.

Iam ſupradictum eſt quid eſt hæreticus. nunc proſequendo quid ſit hęreticus, & quid faciat hæreticum, ad hoc reſpondet magiſter. iiii. ſentē. diſ. xiii. inducendo varias ſanctorum ſententias. Ait enim Hilarius. extiterunt plures qui cœleſtium verborum ſimplicitatem, nō veritatis ipſius abſolutionem ſuſceperunt, aliter interpretantes, quàm dictorum virtus poſtularet de intelligentia hęreſis, non de ſcriptura eſt, & ſenſus, nō ſermo ſit crimē. idē i li. 8. intelligētiæ ſenſus in crīe eſt. Ieron. dicit q̄ ex verbis inordinatè ꝓlatis incurrit hæreſis, vt ſupra dictū eſt. Auguſ. diffiniēs quid ſit hæreticus ait. hæreticus eſt qui ꝓ alicui⁹ tēporalis cōmodi, & maximè va

neglorię, principatuſque ſui gratia falſas, ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur. Gregorius ſup Ezechielem, qui in expoſitione ſacri eloquij, vt auditoribus placeat, aliquid fingit, ſua verba loquitur, non dei: qui auté in verbis dominicis aliter quã is qui protulit, & ſenſerit, ſi ſub alio intellectu, tamen ad ædificationem tendit, domini ſunt verba, quę dicit: hęc ille. Inter iſtas autem definitiones illa Auguſti. videtur eſſe pręſtantior, & hanc ſecutus eſt Gratianus. xxiiij. q. iij. hęreticus, & glo. in Clem. vnica, de vſuris. ſanctus Tho. iiii. ſent. diſ. xiij. ar. iij. dicit, quòd hæreticus dicitur qui a fide diuiſus eſt. & hoc facit ex quadam electione, vt ſupra dictum eſt, & infra dicetur.

Item ad hoc vt ex ſupradictis poſſit comprehendi, quot modis dicatur quis hæreticus, in ſumma narrabo oẽs ſupradictos modos, & alios ſubijciam pro quo no. gloſ. xxiiij. q. iii. in c. illi qui peregrinos, in §. quia verò, ſuper parte, & hæreſim, quæ ſic dicit ad literam. Vario modo dicitur hæreticus. vno modo quicunque eſt dubius in fide, vt extra de hæreti. dubius. ſecundo modo omnis ſimoniacus, vt. i. q. i. quiſquis. tertio modo omnis præciſus ab eccleſia, ſecũdùm quòd excommunicatus dicitur hæreticus, vt. iiij. q. i. ca. ij. quarto modo omnis qui malè interpretatur ſacrã ſcripturam, vt infra eo. hæreſis. quinto modo qui nouam opinionem inuenit, vt infra eo. hęreticus. ſexto modo qui vult auferre priuilegium Romanæ eccleſię, vt. xxij. diſ. omnes. ſeptimo qui tranſgreditur pręcepta apoſtolicæ ſedis, vt. xix. diſ. nulli. Itẽ quãdoque largè dicitur hæreticus, qui non tenet articulos fidei. & ſecundũ hoc Iudæus, vel paganus, vel gentilis ſunt hæretici. & ſecundùm hoc nõ omnis hæreticus eſt excommunicatus. Item ſtricto modo dicitur hęreticus omnis qui eſt remotus ab eccleſia. & ſecundùm hoc omnis hæreticus eſt excommunicatus, vt extra de hęreticis, ad abolendam. Et ſic multis modis ſumitur hęreticus in iure, cũ hęreticorũ ſint multa gña, vt ſupra dictum eſt. & vt melius memorię cõmendentur, iterum explanabo. nam vno modo dicitur hęreticus is q̃ malè ſentit, aut docet de fide, videlicet de corpore Chriſti, de baptiſmate, de confeſſione peccatorum, de matrimonio, vel de alijs ſacramentis eccleſię. Et generaliter qui de aliquo prædictorum, vel de articulis fidei aliter prędicat, docet, vel ſentit, quàm ſacro ſancta Romana eccleſia doceat, & ſequatur, & talis hęreticus dicitur, vt extra de ſum. tri. & fide catho. c. i. & ij. & de hæretic. ad abolendam, in prin. & xxiij. q. i. hæc eſt fides, & ibidẽ extra de verb. ſig. ſuper quibuſdam, in prin. Nam omnis cenſetur hæreticus is qui non tenet, quod docet, & ſequitur ſancta Romana eccleſia, vt xj. q. 3. ſi. & c. nolite. extra de ſum. tri. c. i. li. vj. & facit quod notã. Bar. extra in glo. magna ſuper Rubrica vbi articuli fidei qui habentur in ſimbolo, Credo in deum, ſeriosè numerantur: de quibus articulis habetur etiã in ſimbolo. Quicunque vult, quem compoſuit Athanaſius.

Sed antequam ad vlteriora procedam, quæro, vtrum ſi is qui deprehenditur errare, dicat ſe inductum, p iuris ignorantiam, an excuſetur? & reſpondendum, vt ſupra tactum eſt in

parte,

parte, Excuſari. Secundo modo dicitur hęreticus is qui falſum de fide catholica gignit, vel ſequitur opinionem, vt ſupra dictum eſt iſta litera, hæreſis, & vt habetur. xxiiij. q. iij. hæreſis, & c. hæreticus, cum ſequenti.

Tertio modo dicitur hęreticus qui ſacram ſcripturam aliter intelligit q̄ ſpiritusſanctus flagitat, & ſic errat in expoſitione ſacra, vt ſupra dictum eſt, & habetur. xxiiii. q. iii. hęreſis. & xxxvii. diſ. relatum cum ſequen.

Quarto modo dicitur hæreticus, qui ex contemptu Romanæ eccleſiæ, vel ſummi pontificis tranſgreditur p̄cepta ſedis apoſtolicæ, & ea contemnit obſeruare & etiam qui deſpicit, & negligit ſeruare decretales, quaſi videatur cōtemnere claues, vt. xx. diſt. de libell. & xix. diſ. nulli.

Quinto modo dicitur hęreticus q peruertit ſacramenta eccleſiæ, vt eſt ſimoniacus, qui vendit beneficia, & emit eccleſiaſtica ſacramenta. i. q. i. eos qui per pecunias. v. q. i. ſcilicet. i. q. vltima, patet.

Sexto modo dicitur hęreticus omnis quicunque ab vnitate catholicę fidei, & communione fidelium eſt diuiſus. iiii. q. i. quòd autem. vij. q. i. denique, in princ. Largo modo omnis Iudęus, gentilis, & ſchiſmaticus eſt hęreticus.

Septimo modo dicitur hęreticus is qui dubitat de fide catholica, vt extra de hæret. c. i. nam ad hoc vt cenſeamur fideles, debemus firmiter credere, & ſimpliciter confiteri fidem catholicam, vt extra de ſum. tri. c. firmiter, & extra eo. ti. c. fideli, lib. vj. Et ad hoc accedit alia ratio quòd dubius in fide infidelis eſt, vt ſupra dubius nam dubitans non eſt in fide. & qui non eſt in fide, eſt contra fidem. vt C. de Iudæis. l. catholicorum, & de ſum. trini. c. firmiter, & ibi de hoc nota.

Octauo modo dicitur hæreticus q Romanæ eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo eccleſiarum capite conatur auferre. xxii. diſ. c. i.

Nono modo dicitur hæreticus is qui non recipit, nec credit id quod p̄dicat, & docet ſancta mater eccleſia. & qui non tenet quatuor ſancta concilia. C. de hæreti. l. quicunque, & xv. diſ. canones.

Decimo dicitur hæreticus largo modo omnis qui eſt p̄ciſus ab eccleſia. & ſecūdùm hoc excommunicatus dicitur hęreticus, vt iiij. q. i. c. ſecundum, & c. quòd autem.

De his varijs modis hæreticorum no. xxiiij. q. iij. illi. §. quia verò hęreticus, in glo. vario modo, & nota. Bart. in c. firmiter. no. Gof. in ſum. eo. ti. Archi. eo. ti. c. ij. li. vj.

Sed comprehendendo ſtricto modo, & generaliter omnes qui incidūt in errorem, ſub vna quaſi diffinitione poteſt dici, quòd hæretici ſunt illi qui a recto tramite & a iudicio catholicæ fidei detecti fuerunt deuiare. C. de hæreti. l. ij. in fi.

Viſis ſupradictis quæritur, nunquid p̄miſſa omnia extendantur etiā ad Iudeos, paganos, gentiles, & ſimiles, qui ēt vt hęretici deuiant a ritu catholicæ fidei, & non tenent id quod tenet ſancta mater eccleſia. Et propter hoc videtur, quòd inquiſitores poſſunt ſe intromittere de hęreticis reducendis, cum eorum poteſtas extendatur contra hęreticos, & iſti omnes ſunt hęretici, vt patet ex p̄miſſis. Sed tamen dicendum quòd ſupradicta, & infra dicenda intelliguntur de

Chriſtianis baptizatis,& iam alligatis fidei, & poſtea errantibus, vt de hæreti.li.vj.c. contra Chriſtianos. & C. nè ſan.bap.per totũ.& C.de apoſta. per totum. & adde quod dicitur poſt Oldra.conſilio xxxvj.& per Calder.conſi.ij.& iij.ſub titu. de Iudęis. Nam alij non baptizati.ſunt extra ecclesiam,& eccleſia non intromittit ſe de eorum reductione, niſi verbis, & blanditijs,ſeu rectis conſilijs xlv. di. qui ſincera,& c.licet.Nam alligati fidei catholicæ, & baptizati cogendi ſunt ipſam fidem colere,& ſeruare,vt ſupra cogi.Non alligati verò nõ ſunt cogendi,vt extra de bapt.c.maiores. §.ſunt autẽ,ver.ſed opponitur. Imò dicit canon,ꝙ ſicut homo libero arbitrio perijt,ita libero arbitrio cõuertatur.xxxv.diſ.c.de Iudæis,& ſecundũ hoc dicunt intelligi iura,extra de diuor.c.i.& c.gaudemus.ad qđ extra c.ti.de hær.l.vj.c. contra Chriſtianos facit quod infra dicetur,an,& ex qua cauſa poſſit procedi cõtra Iudæos.

Sectæ autem illorũ qui ſtricto modo,& propriè dicuntur hæretici, ſũt infinitæ, & tot quot ſunt errores, in quos incidunt,vt dictum eſt ſatis latè ſupra tractando de hæreſi. Tamen ſciendum ꝙ incidentes in antiquos errores denominãtur varijs vocabulis.Nam quidam aſſumunt denominationes a ſuo ꝓprio autore erroris, vt ſunt Donatiſtæ,Eutichiani,& ſimiles. Quidam alij aſſumunt ſuas deriuationes,ſeu denominatiões a ſua cã ſeu falſa opinione ſui erroris, vt arabiſtę.tuciaſi.acephaliſtæ & ſimiles.q̃ tamen ſub appellatione hęreticorum comprehenduntur, vt ſupra demonſtrantur.in c.quidam.xxiiij.q.iij.

No.ꝙ hæretic⁹ dicitur q̃ fidẽ Chriſti cõfitetur, ſed eius dogma corrumpit.Th.ij ij.ar.i.circa mediũ,& xxiiij.q.iij.qui in eccleſia,& xxv.q.v.violatores.vbi dicitur ꝙ ſi aliquid proteruè agit,aut loqui pſumitur cõtra canones, aut facere volentibus ſponte conſentitur,dicitur blaſphemari ſpirituſſanct⁹.de hoc vide ſupra blaſphemia. Supra iſta litera in.xi.§.dictum eſt, ꝙ hæreticus iudicabitur quò ad eccleſiam qui verba, vel facta hæretica dixerit.ſed impropriè ſimoniacus dicitur hæreticus. vt.i.q.i. quiſquis. idem eſt caſus notabilis in ſum. confeſſ.l.i.ti.v.q.i. Et etiam licèt non dicat verbo ea q̃ ſunt hæretica,facto tamen poteſt aſſerere,& iudicabitur hæreticus. ad quod facit quod ſcripſit Th.in iiii.diſt.xiij.ar.xv. poſt mediũ, dicens ꝙ ſimoniaci expreſsè non errant in fide,tamen quandoque per ſimilitudinem dicuntur hæretici, quia ſicut hęreticus dicitur,quia contra fidem ſentit,ita ſimoniacus operatur, ac ſi contra fidẽ ſentiret,dum ꝑcio ſacramenta vult adipiſci, vel dare,ac ſi exiſtimaret poſſe donũ ſpirituſſancti pecunia poſſideri ſm eũ. nã plus,vel tantùm valet renunciatio quæ fit ipſo facto,ſicut verbo,vt no.de his quę fi.a maio.par.ca.c.ex ore, & de vi.& honeſ.cle.c.fi.& ff.de legibus.l.de quibus,circa fi.& plus eſt factis demonſtrare,quàm verbis dicere, vt no.de appel.dilecti fili, el i. vnde licèt quis verbo non dicat ſimoniam non eſſe peccatum:tamen ex quo facit opere, aut facto idem eſt, & etiam plus manifeſtatur. & ſicut poteſt poni exemplum in crimine læſæ maieſtatis,magis quis manifeſtatur proditor, vel committere illud crimen facto, quã quando conſpiratione, vel verbo illud

lud crimen tractatur contra principem, vel imperatorem, vt in l. quiſq; C. ad l. Iul. maieſ. quæ eſt canonizata. vj. q. i. & incipit, ſi quis cum militib⁹. Et licet ſimoniaci non ſint propriè, & per ſe loquendo hæretici, eo quòd habeat aliquam falſam opinionem, tamen dicuntur per ſimilitudinem actus, quia ſic operantur, ac ſi exiſtimarent donum ſpiritusſancti pecunia poſſe poſſideri, vt dictum eſt, quę exiſtimatio eſſet hęretica, vt Gregorius in regeſto dicit, Cum omnis auaritia ſit idolorum ſeruitus, quiſque ſi hác in eccleſiaſticis dignitatibus dandis non cauet, infidelitatis proditioni ſubijcitur, etiam ſi fidem quam negligit, tenere videatur, ſecundū Tho. in iiij. diſ. xxv. ar. x. cum hæreticus ſit infidelis, vt ibi, in ar. & ij. ij. q. lxxxv. arti. i. in principio poſt medium.

Ex quibus ſupra tactis quæritur, an ſi aliquis contrahat legitimè matrimonium cum Berta per verba de præſenti, & poſtea illa viuente contrahit propria autoritate cum alia, an inquiſitor poſſit ſic contra talem cōtrahentem inquirere, qualiter ſentiat de ſacramento matrimonij? Et reſpōdetur quod ſic, ſecundùm Dominicū poſt Lapum in c. accuſatus, de hære. libro vj. in. §. ſanè. & dicit ibi quod ita fuit conſultum. Nam facere dicitur iſte contra ſacramentum matrimonij, quod habet de ſubſtantia ꝙ quiſquis retineat vitam indiuiduam cum illa, cum qua contraxit, vt in c. fi. de condi. appo. quare contrahendo cum duabus viuētibus commitit contra illud ſacramētum ſm Dominicū ibi. vnde Bal. in l. nemo clericus C. de ſacroſan. eccle. dicit, ꝙ ſi ꝓfeſſus egreditur de monaſterio, & accipit vxorem de facto palam, ꝙ eſt hęreticus, cum faciat contra ſacramentum matrimonij: & poteſt inquiſitor eum punire de hæreſi, ſi velit errorem ſuum pertinaciter defendere allegando quod ſit licitum illud quod fecit, vt ibi, vel proteruè agit, vt ſupra. & ꝑ conſequens licèt nō dicat verbo hoc non eſſe contra ſacramentum, vel nō eſſe peccatum, tamen facto hoc aſſerit. ad hoc facit dictum Th. in iiii. diſ. xiii. ar. xv. ſupra allegatum in præcedenti. §. circa ſimoniaticos, & omnia alia in dicto. §. allegata. de hoc vide plenè ſupra in litera contrahens. vide ſupra contrahens. §. primo.

Ad hoc vt meliorem noticiam habeamus quid ſit hęreticus, videndū eſt, vnde dicatur hæretic⁹, & prius oportet cognoſcere, vnde nomen hæretici deſcendat. prout ff. de iuſti. & iure. l. i. in princi. dicendum quòd nomen hæretici deſcendit, ſeu dicitur hæreticus ſecundum quoſdam ab erro, & recto, quaſi ſit compoſitum ex erro, & recto. vnde hæreticus, id eſt errans a recto, ſiue a rectitudine fidei catholicæ. Hinc eſt quòd hæreticus dicitur qui etiam leui argumento a ritu catholicæ fidei noſcitur deuiare.

Alij dicunt, quòd hæreticus dicitur ab erciſcor, erciſceris, quòd idem eſt quòd diuido. vnde hæreticus, id eſt diuiſus, vt ſupra hæreſis, dictū eſt.

Alij dicunt ꝙ hæreticus dicitur ab hæreo hęres, ſiue adhæreo adhęres, & error, vnde hæreticus, ſiue hærens, vel adhærens errori, quia error per ſe non facit hęreticum, ſed adhęrere errori, vt ſupra, & infra patebit. Et cum omnes iſtæ opiniones, & ſupradictę tendunt ad vnum finem veritatis, & ideo qualibet poteſt teneri,

&

& quacunque teneamus, ſemper eſt dicendum quod nomen heretici exinde deſcendit, vt plene ſupra tactum eſt.

Quot modis quis dicatur hereticus, in ſumma habetur. gloſ. xxiiij. q. iij. §. quia vero, ſuper verbo hereſim, & c. illi. §. quare vero hęreticus, ſupo verbo, Vario modo.

Quid proprie facit hęreticum? & dicendum quod duo faciunt hæreticum, ſcilicet error in ratione, & pertinacia in voluntate, vt de ſum. trini. & fide ca. in Cle. i. §. porro, & in Clem. i. §. ſi de vſuris. & hoc eſt quod dicit dominus Card. in dicta Cle. i. de ſumma trini. ꝙ errans per ſimplicitatem nullo modo poteſt dici hęreticus, per conſequens nec excommunicatus ꝑ verbum, Pertinaciter, poſitum in. d. Clement. nam qui per ſimplicitatem errat, non pertinaciter credit: imo talis poſſet mereri. vide ſupra error, & xxiiij. q. iij. dixit apoſtolus; & quod ibi not. Archi. Zenze. in extrauagan. Io. xxij. quę incipit, cum inter nonnullos. Nam ſecundum Pe. ad rationem hæretici duo concurrunt, ſcilicet vnū eſt in ratione hereſis, ſcilicet initium, ſcilicet error circa credenda, vt patet in ſum. confeſ. co. ti. q. ij. vbi ponuntur iſta; & aliud eſt conſiderandum qđ eſt in voluntate, qđ eſt hereſis complementum, vt quia pertinaciter a fide deuiat, & talis proprie dicitur hæreticus. concor. Tho. in iiij. addens ꝙ ſi quis erret in his ad quæ nō tenetur explicite credenda, non eſt hæreticus, vt ſi quis putaret Iacob fuiſſe patrem Abrae, & huiuſmodi. & cum cognoſcit hæc eſſe contra veritatem fidei, & ſcripturæ, credit ei. Similiter & circa ea, de quibus inter doctores ſunt diuerſæ opiniones, donec per eccleſiam determinatum ſit, vt idē Th. ponit in prima parte. q. xxxij.

Vnde non eſt hęreticus qui ſententię ſui erroris non pertinaciter adhæret. Et non ſua audacia, ſed alieno ſeducitur errore, vt. xxiiij. q. iij. dixit apoſtolus. Hoc tamen intelligendum eſt, ſi cauta ſolicitudine quærit veritatem paratus corrigi, dum inuenerit, vt habetur i dicto. c. dixit apoſtolus vbi ſic dicit litera. Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem deuita, quia ſubuerſus eſt huiuſmodi, & peccat in ſemetipſo damnatus. Sed qui ſententiam ſuam quamuis falſam, & peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendūt, præſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis pepererint ſed a ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi. hoc etiam Thomas ſecunda ſecundæ. q. xi. ar. ij. & habetur tranſumptiue in dicto decreto, & ad Titum. c. vlti. & ſic volēs ſe corrigere non eſt iudicandus hæreticus. archi. in c. ij. de hæreticis, li. vj. glo. xxiiij. q. i. hæc eſt fides. gloſſ. xxij. diſt. nunc autem, & c. quæ dignior xxiiij. q. i.

Nunc conſequenter eſt notādum, quidam vocatur hęreticus pertinax, alius ex mente; alius affirmatiuus; alius negatiuus, alius impœnitens, alius hæreticus pertinax, & credens.

Et primo hæreticus pertinax, ſiue credens dicatur ille, qui conuictus tenaciter credit, & defendit illum errorem, nec vult eum recognoſcere, & deteſtari, nec vult redire ad eccleſiæ vni-

vnltatem, imò recuſat hæreſim abiurare, vel ſe purgare ad arbitrium epiſcopi, vel inquiſitoris. hoc probatur, xxiiii.q.v. qui in eccleſiam, extra de hæreticis, ca. excommunicamus. §. ſi quis verò; & nota. per Archi. extra. eo. ſex. in princi. li. vj. de hoc vide plenè infra in litera, Pertinaciter, & ſupra in litera, Credentes. Item hæreticus pertinax dicitur qui dat aliquid ſecretè inquiſitori nè puniatur. de quo ſupra in litera, dare.

Pertinax hæreticus ex mente eſt vſurarius, vel ſimoniacus, qui licèt nõ affirment, vel negent, ſed taceant, & tamen pertinaciter credunt non eſſe peccatum committere vſuras, vel ſimoniam. talis dicitur hæreticus ex mente; facit quod dicit beatus Tho. ſecunda ſecundæ, ar. ſi. ibi, ſi quis interrogatus de fide. de hoc vide infra in litera, Pertinaciter.

Hæreticus affirmatiuus dicitur ille, qui habet eorum quæ ſunt fidei, errorem in mente, & verbo, vel facto oſtendunt ſe modis prædictis habere pertinaciam in veritate. Hoſtien. in ſum. titu. de hæreticis. §. qualiter deprehendatur quis in hæreſi.

Hæreticus negatiuus dicitur qui coram iudice fidei. per teſtes legitimos cõuictus de aliqua hæreſi, vel errore, & conſtanter perſeuerat in negatiua, & verbo fidem catholicam profitetur, & verbo deteſtatur hereticam prauitatem. talis enim quãdiu in huiuſmodi negatiua perſtiterit, licèt ad cõuerſionem bonam prætendat, abſque dubio hæreticus eſt cẽſendus euidenter. hoc Hoſti. in ſum. vbi ſupra. & talis conuictus ſi durat in negatiua, condemnari debet per iudicem eccleſiaſticum, ad quem pertinet, & eum relaxare curiæ ſæculari; vt in c. ad abolendam, extra de hæreticis. Reſponſi. & c. i. & nota. eod. ti. c. excommunicamus. el primo. de quo vide latè infra in litera negatiua. §. item quando delatus, per totum.

Item hereticus impœnitens dicitur, ille, qui habet eorum quæ ſunt fidei errorem in mente, & pertinaciam in voluntate, ita quòd quanuis ei per iudices fidei oſtendatur quòd errat in fide, & mandetur ei vt reſiliat ab errore, & illum abiuret, & ſatisfactionẽ exhibeat competentem, noluit obtẽperare, imò perſeuerat pertinaciter in errorem, iſte talis eſt vt hæreticus pertinax, & impœnitens brachio ſæculari tradẽdus, animaduerſione debita puniendus, vt patet in d. c. ad abolendam. §. præſenti, & infra in dicta litera, Negatiua, & dicto. §. item delatus: & alijs modis quis dicitur impœnitens; de quibus vide ſupra. confesſio.

Hæreticus pœnitens dicitur ille, qui aliquãdo habuit, quæ ſunt fidei, errorem in mente, & ad tempus facto, verbo, vel propoſito pertinatiã in voluntare, tamen poſtmodum ad ſe reductus, ac ſui miſertus, & ſaniori conſilio edoctus ab errore corde reſiliuit, & opere illum abiurauit, & ad arbitrium epiſcopi, vel inquiſitoris ſatisfactionem congruam exhibuit. hoc ꝓbatur dicto. c. ad abolendam. §. præſenti. §. allegato.

Hæreticus ignoranter eſt ille, qui ſequitur opinionem, quam putat veriorem, vt 6. q. i. quæro, & xxiiij. q. iij. hæreſis.

Qui dicantur hæretici relapſi, vel relabentes, vide infra relapſus.

Hæretic' ſimpliciter eſt ille, qui de

his

his quæ eccleſia docet, quæ vult tenere tenet, & quæ non vult tenere, non tenet, inhærendo magis propriæ voluntati, quàm eccleſiæ doctrinæ, vt ſupra abiuratio. §. an qui abiurat.

Nota quòd cõuerſatio hæreticorum facit quem ſuſpectum de hæreſi, vt in c. accuſatus. §. ille quoque, de hæreti. lib. vj.

Nota ꝙ hæreticus præſumitur de præſenti, qui olim fuit. ſed de præſenti non præſumitur in futurum. Bal. in l. non ignorabit. C. ad exhibendum, & Dyn. in poſtil. in l. ſi conſtante. §. ſi bona. C. ſo. matri.

Quis dicatur hæreticus manifeſtꝰ, habetur extra de verb. ſig. ſuper quibuſdã. Et dicendum ꝙ hæreticus manifeſtus dicitur, ſi cõtra quem poteſt probari hæreſis per teſtes, vt tenet Dominicus, de hæreti. c. in, fidei. poſt princ. & habetur. xj. q. iij. eorum, licèt quandoque dicatur occultum illud, quod quinque ſciunt, vt ibi concluditur, ꝙ qui aliter quàm ad tentandũ inuocat diabolum in ſuum ſuffragiũ, dicitur hæreticus, ſeu ſapit hæreſim manifeſtè, vt ſupra in litera, dæmon, & infra ſapere hæreſim.

An hæreticus reconciliatus eccleſiæ quæ iam rediịt ad fidem, & abiurauit hæreſim, poſſit amplius vocari hæreticus, & dicendũ ꝙ non, vt xxiiij. q. j. hæc eſt fides, & xxiij. q. j. dixit apoſtolus, & vide infra rediens, & infra de forma ſententiarũ contra redeuntes. vide ſupra deſpici, & infra miſericordia, & habetur. l. diſt. ferrum. vide contrarium infra in inſtructionibus inquiſitionis in x. inſtructione, qualiter inquiſitores in ſententia vocant eos hæreticos.

Nota ꝙ hæreticus eſt ſimpliciter, qui pertinaciter diſcredit vnũ articulum fidei, ſi non eſt paratus corrigi, & in omnibus ſequi doctrinam eccleſiæ, ſi enim non pertinaciter, iam nõ eſſet hæreticus, ſed errans. Tho. ij. ij. q. vj. ar. iij. & ſic concluditur, ꝙ qui de his, quæ eccleſia docet, quæ vult tenet, & quæ vult, non tenet, iam talis non inhæret doctrinæ eccleſiæ tanquã infallibili regulæ, ſed potius propriæ voluntati. ex quo ſequitur ꝙ talis hæreticus eſt ſimpliciter, vt ſupra. Et ſic dicens contra articulos fidei, non eſt hæreticus niſi pertinaciter affirmet. Lau. in Clemen. j. de ſum. trin. verſi. temerè. ad de. gl. in l. omnes. C. de hæreti. Pau. in dicta Clemen. j. vbi tractat quid de dicente aliquid contra fidem ex lapſu linguæ, vel truſatiuè, ſeu cauſa diſputationis? & de hoc vide ſupra blaſphemia.

Item eſt notandum ꝙ non ſolũ eſt hæreticus qui ſpõtè aliqua, quæ ſunt contra fidem catholicam, facit, ſed etiam compulſus facere aliqua, quæ ſunt contra fidem, ſi ea facit, vt habetur diſt. xxj. in c. nunc autem, in text. & in glo. & no. ibi qualiter papa dedit ſententiam contra ſeipſum, vt nõ ſepeliretur in cœmeterio, licèt hæc ſententia magis habeat vim precationis, quàm ſententiæ. vide cœremonia. §. poſt verò publicationem, & ſupra blaſphemus. §. ſed & an tales, & ſupra excuſari, & infra metus. §. an metus mortis.

Supra dictum eſt, ꝙ qui fuit ſeductus, vel dubius in his quæ ſunt fidei, ſi eſt paratus corrigi, ꝙ non eſt hæreticus, etiam ſi aliquis dixit verbũ hæreticum, ſed poſt correctionem non defendit illud pertinaciter, nec reſiſtit, vel dicit ſe non dixiſſe, & paratus

ſte

eſt ſtatim corrigi, eo ꝙ audiuit veritatem, non eſt hęreticus, nec hęreticus reputandus, vt in dicto.c. dixit apoſtolus, & ſecúdùm Hoſ. in ſum. de hæreti. §. qualiter deprehendatur, & per Andre. de Iſer. in aut. Gazaros.

Item aſſerens pertinaciter exercere vſuras ⁊ non eſſe peccatū, dicitur hęreticus, vt in Cle. vnica, de vſuris, cum hoc ſit contra doctrinam eccleſiæ, vt eo.ti.c. cum tu, & notatur per glo. & per doc. in alle. Cle.

Item aſſerens pertinaciter ꝙ fornicare non eſt peccatum, dicitur hæreticus, vt in Cle. iij. de hæreticis, & ibi gl. hoc probat, & in c. qui in eccleſia. xxiij. q. iij. & c. hæreticus.

Item dicunt Zenze. Matth. & Ioan. de Imol. in dicta Clem. vni. quòd pro ſequentes errores, de quibus ibi ſunt per eccleſiam damnati, ſi ſe corrigãt audita veritate, tunc non poſſunt hæretici vocari. fatentur tamē quòd aliqualis pœnitentia eſt eis imponēda.

Item ſi quis dicat, quòd vſus diuinandi non ſit improbatus ab eccleſia, vel ſi contra hoc pertinaciter facit, hęretic⁹ eſt, cum dicat, vel faciat contra illud quod Romana eccleſia tenet. Nam tenet quòd ſolius dei eſt prænunciare futura, & qui exercet eo modó quo ſupra vſum diuinandi, cenſetur hæreticus, & præuaricans fidem Chriſtianam, vt prædicitur. xxiij. q. iij. qui in eccleſia, & cap. hæreticus.

Item dubius in fide infidelis eſt, ſi determinatè in tali dubitatione perſiſtit, vt in c. i. de hęreti. & ideo oportet credere quod ſancta Romana eccleſia, & ſancti doctores eccleſiæ determinant, aliàs hæreticus eſt, quia magiſter erroris eſt qui non vult eſſe diſcipulus veritatis. & huic nõ eſt communicandum, ſed vitandus eſt poſt primam, & ſecundam correctionem, vt. xxiiij. quęſtion. iij. c. quid autem, niſi eſſet damnatus de hęreſi, quia tūc poſt vnam monitionem vitabitur, vt ibi in glo. vide infra iſta litera, in. §. fi. ſuper poſtilla.

Sed ſi quis diceret, quòd prælati eccleſiarum non habent poteſtatem ligandi, vel ſoluēdi, vel ſimile verbū, ſi quidem correctus pertinaciter defendit errorem, quem aſſerit, ſiue id gignat, ſiue ſequatur, hæreticus eſt cenſendus, vt dicto capitulo. qui in eccleſia. xxiii. quæſtio. iij. & cap. hæreticus.

Non eſt alienus ab hæreſi qui claues eccleſiæ contemnit, de exceſſi. prę latorum, cap. tanta, de pœniten. & remiſsio. c. ſi. xxij. diſ. c. i.

Quid ſi aliquis idiota publicè dicat truſando, ſi non habeo vxorem in hoc ſæculo, habebo in alio, an inquiſitor poterit contra eum procedere? videtur quòd ſic, quia dixit cōtra euangelium, quod dicit, non nubent &c. contrarium tenet Laude. dum tamen pertinaciter ille non perſiſtat. idem cardinalis in Clementina. de ſumma trinitate. habetur in ſumma Baptiſtinia. in dictione, hæreticus. §. iij.

Item quid de illo, qui oſculatur ſepulchrum Mahometi, vel aliquid facit ad eius venerationem, ſicut alij infideles? Reſpondet Alexander de Ales & dicit, quòd ſi ille facit, quia ita credit, & ideo profitetur, ſic eſt apoſtata, & hæreticus, & excommunicatus.

Si verò hoc facit ſolo verbo, vel ꝓpter metum, non in corde, tunc peccat

cat mortaliter,non tamen eſt hæreticus, nec excommunicatus.

Idem dicendum de eo qui abnegauit fidẽ timore mortis,vel metu tormentorum.Nam talis licèt peccauerit mortaliſſimè,tamen propriè non eſt hæreticus,nec per conſequens excommunicatus. nec eſt neceſſe propter hoc quòd vadat ad papam, vel epiſcopum pro abſolutione obtinenda, hæc in ſumma Baptiſtiana in dictione,hæreticus. §.v.

Sed Andreas de Iſernia, q̃rit an qui ſemel dixit verbum hæreticum,& ſtatim requiſitus paratus eſt ſe corrigere, debeat puniri vt hæreticus? & dicit primò ſecundùm Hoſtienſem in ſumma, titulo de hæreticis. §. qualiter deprehendatur,quòd eſt conſiderandum quid locutus eſt, ſicut de illo qui maledixit principi. & ſic iſte qui maledixit deo,& veritati, & vnitati fidei.vnde.C. de his qui imperato.maledi.l.i.dicitur,quòd ex perſonis hominum ſunt huiuſmodi maledicta penſanda. Nam ſi ex leuitate, vel errore hoc dicit, non quòd id credat,ſed quòd contemnendum eſt tale verbum dictum, & quòd verè pœnitet, talis dignus eſt venia. Lubricũ quidem linguę ad pœnam facile trahendum non eſt. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. l. famoſi. Sed dicit idem Andreas de Iſer. Ego hoc caſu pœnã aliquam, & pœnitentiam leuem imponerem,vt iteratò ſit memor, quòd non labatur laſciuia talia dicere,propter exempla aliorum, & quia deliquit hæc erronea proferendo, ergo puniendus eſt;& quia longè grauius eſt diuinam,quàm humanam lædere maieſtatem: & hoc ſit propter correctionem malè loquentis,& fatuè. ſed ſi ex inſania dixit, tunc eſt miſeratione dignus,quia non dẽt addi afflicto afflictio.Sin aũt ex animo verba hæretica dixit,& paratus eſt corrigi, licèt non ſit hæreticus, tamen puniendus eſt plus quàm in primo caſu, quando ex leuitate,vel errore. Nã hoc caſu princeps iniuriam ſibi dictam puniret & ex calliditate perſonæ, & dicti ſtatueret pœnam, quia cum ſit puniendus, ex quo deliquit, nec ſit expreſſa pœna in iure, ergo arbitraria eſt imponenda.de of.delega.c.de cauſis. Cõſtat enim plus delinquere hũc ex animo loquentem mala,quàm primum qui ex leuitate, ſeu errore hoc protulit:ergo plus punitur.ff.de pœnis.l.capitalium.§.ſolent,ſecundùm eundem Andream. & hanc opinionẽ ſequitur Ioann.de Imol.poſt Matth. in Clementi.prima, de hæreticis, dicens quòd aliqui proferunt ludendo vel ex iracundia,vel ex fatua ſimplicitate,& talibus taliter delinquentibus poſſunt ĩquiſitores imponere pœnas pecuniarias.nam has pœnas ſolet imponere eccleſia.xxiiij.diſt.quamquã, de Iudæis,ad liberandam,de qua pœnitentia vide infrà pœnitentia pecuniaria. & de ſupradictis vide ſupra blaſphemia.

Licèt quis ex ignorantia habeat opinionem hæreticam, non eſt hæreticus ſi refert ſe ad intellectum eccleſię, vel ſubijcit ſe eius correctioni, vt extra de ſumma trinitate, & fide catho.damnamus.ad finem.de quo dictum eſt ſupra,hęreſis. vnde quotiẽs fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiſcopos veſtros non niſi ad Petrum.i.ſui nominis, & honoris autoritatem referre debere, veluti nunc retulit veſtra dilectio, qa

per

per totum mundum poſſit eccleſijs prodeſſe omnibus xxiiij.q.i.quotiês. allegat Thomas.ſecunda ſecundę.q. xj.ar.ij.

Non eſt hæreticus qui facit contra ſtatutum papę, niſi forte credat, aut teneat papę non eſſe obediendum, & ſic debet intelligi.c.ſi qui præsbyteri ſunt.lxxxj.diſ. vbi dicitur, Qui verò huic ſaluberrimo pręcepto obedire noluerit idololatrię peccatum incurret, Samuele teſte, & beato Gregorio inſtruente peccatum ariolandi eſt nō obedire, & quaſi ſcelus idololatrię non acquieſcere. peccatum igitur paganitatis incurrit quiſquis dū Chriſtianum ſe eſſe aſſerit, ſedi apoſtolicæ obedire contemnit.

Item non eſt hæreticus ſi quis habeat fidem catholicam implicitè, qa credit quicquid eccleſia credit, ſed falſo opinetur ratione naturali motus, ſcilicet ꝙ pater maior, vel prior ſit filio, vel ꝙ tres pſonę ſint tres res a ſe inuicem diſtinctæ, & ſeparatę, & diſtantes: dummodo hunc errorem non defendat, & hoc ipſum credat quod credit ſic eccleſiam credere: & ſuam opinionem fidei eccleſię ſupponit, paratus ſe ſubmittere iudicio eccleſię, vbi eccleſiam ſciret contrariū ſentire & ſic iuſtificari poteſt, quod no. Innocen. de ſum. trini. & fide catho.c.firmiter, quia hęreſis requirit pertinaciam, vt in Cle.vnica.§. porrò, de ſum.tri.& in Cle.vnica, de vſuris.§.penulti.

An frangēs iconas, vel imagines ſtę eccleſię vilipendendo, ac iniuriam faciendo, an talis dicatur hæreticus? & reſpōdetur quòd non, licèt aliàs grauiſsima pœna ſit puniendus. ſed ſi illud faceret putando illas eſſe ſimulacra, & quòd ſit peccatum adorare in eis id quod repreſentatur per eas, eſſet hęreticus, & memoria eius debet damnari, eo quia videtur dicere ſanctam eccleſiam non potuiſſe condere illa decreta, quę dicunt venerari imagines, ſecundū An.de Iſi. in alle. aut.Gazaros, q allegat cōteſtē.Hoſ. in ſum.de hęre.§.qua pœna, vbi plura per eos.quod eſt intelligēdum primum dictum. niſi in hoc eſſet eius opinio grauata, & propter hoc diffamatus proteruè id faciens, ac ſi exiſtimaret eas non eſſe venerandas, per ea quę dicta ſunt ſupra de ſimoniaco, & vſurario.vide infra Iudæus.§.an inquiſitor.

An conficiens imagines cęrę, & pungendo eas vt vitas hominum, & inimicorum ſuorum labefaciant per magicas incantationes, conuocatis dęmonibus, ſit vt hęreticus puniendus, vide ſupra dęmon.

Hæreticus plus peccat quàm Iudæus, & plus punitur. Angelus in l. apud Iulia.§.conſtat, in fi. de lega.i.

Item nota quòd dicens contra articulos fidei non eſt hæreticus, niſi ꝑtinaciter affirmet. Lau. in Clementi. j.de ſumma trinitate, in verſu, temere.adde gloſſ.in l.omnes.C. de hęreticis. Paulus in dicta Clementin. j. vbi tractat, quid de dicente aliquid contra fidem ex lapſu linguæ, vel truſatiuè, ſeu cauſa diſputationis?

An hæreticus poſſit exercere iuriſditionem, vide infra iuriſditio.

An ſcripta hæretici reprobentur, vide infra ſcriptura.

An hæretici ſint tolerandi, vide infra tolerantia.

De comparatione hæreticorum ad alios infideles vide ſupra de compara-

paratione hæreticorum in litera. C.

De his quæ interdicuntur hæreticis, vide infra pœnitentia, & ꝟ. pœna.

An proſint hæreticis bona opera caritatiua, quæ faciunt exterius, ſicut facere eleemoſynas, vel ieiunare, eccleſias ædificare, & ſimilia, vide infra eleemoſyna.

Nota quòd in crimine læſ. maieſt. tenetur quis ex ſola ſcientia, ſi non reuelauerit, vt in l. quiſquis, in fi. in ver. conſcijs. C. ad l. Iuliam maieſtatis, & per Bar. in l. vtrũ. ff. ad. l. Pompeiã de paricidijs. ergo a fortiori tenetur qs ex ſola ſcientia in crimine hæreſis, cũ magis ſit diuinam, quàm humanam lædere maieſtatem, vt in c. vergentis, de hæreticis, & cum crimen læſ. maie. & crimen hæreſis pari paſſu ambulẽt, vt habetur in dicta. l. quiſquis, & in quadam conſtitutione Friderici imperatoris, quę incipit, Inconſutilem tunicã, vbi ſic dicit ad literam, Quamuis iudicij poteſtate alterũ alteri non excellat. & eſt ſpeciale in iſtis criminibus quòd ex ſola ſcientia quis teneatur, licèt regulariter ex ſola ſcientia in alijs quis non teneatur. vt. l. culpa caret. ff. de regul. iuris. hoc tamen limitat Bald. in quodam ſuo conſilio, quod incipit, quamquã allegata ſunt multa, & pulchra, verum eſſe, ſi talis ſcientia ſit perſonalis, per. l. accuſare. C. de ædẽdo. & ex hoc infert ipſe Bal. quòd aſſeſſores euntes poſt Bar. in dicta. l. vtrum, & occidentes homines propter ſolùm non reuelare ſacramẽtum non perſonale, omnes ſunt homicidæ, quia viſus vidit, velit, vel nolit, quia ſenſus corporis eſt, & primi motus non ſunt in poteſtate noſtra, vt notat glo. in l. i. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure, in ver. coniugatio. & propter hoc deplorat ipſe Baldus, in dicto conſilio memoriam fidelisſimi militis Florentini domini dictanti de baldidorum, qui ob hanc cauſam miſerabiliter cum aliquibus ſuis ſequacibus fuit decapitatus. de hoc vide Io. de Plate. inſtitu. de actioni in §. publica autem, in. iiij. & v. col. vide infra ſcire, in. §. ex ſola ſcientia.

De nominibus hæreticorũ, & quibus aſſimilentur, vide ſupra hæreſis. & vide infra nomina.

An hæreticus poſſit habere ſeruũ Chriſtianum, vide infra ſeruus.

An puniãtur ſicut hæretici illi qui ligãt homines, ne poſſint habere acceſſum ad mulieres, vide infra ligare.

Omnes hæretici cuiuſcunque nominis ſint, ſunt anathematizati per papam, vt habetur in quadam extrauagante Alexandri, quæ incipit, Nouerit vniuerſitas, quia quolibet anno die Iouis ſancta anathematizantur per papam. de quo vide infra de proceſſu annali, qui fit per papã illa die, inuenies in fine libri, vbi ſunt extrauagantes.

Item hęretici damnati per eccleſiã relinquuntur brachio ſæculari, vt ſupra brachiũ ſæculare, & notatur in dicta extrauagãte, Nouerit vniuerſitas.

Item nota quòd Pelagius papa ſtatuit quòd hęretici, & ſchiſmatici debeant per ſæcularem poteſtatẽ coerceri. xxiij. q. v. relegentes. & plura alia vide in faſciculo temporum, fol. lvj. prima pla.

Qualiter hæretici notati per eccleſiam ſunt vitandi, vide ſupra communicare, & infra vitandi, & in dicta extrauagante.

Item an ſit hæreticum, ſi offerantur creaturæ ſacrificia, quæ deo debentur,

bentur, vide ſupra dæmon. Item ab hæreticis res eccleſiæ iniuſtè poſſidētur. de quo vide ſupra eccleſia.

Qualiter, & quando hæretici recipiantur ab eccleſia, & ad miſericordiam, vel qualiter, & quando puniātur, vide ſupra abiuratio, & infra procedere, & infra pœna, & infra negatiuus, & infra miſericordia, & ſupra occidi, & ſupra comburi.

An exiſtens in excommunicatione per annum poſſit tanquam hæreticus condemnari, vide ſupra excommunicatio.

Poſtquam hæreticus eſt recōciliatus eccleſiæ, nō debet deſpici, nec vocari hæreticus in eo quòd iam fuit, & poſt per pœnitentiam incepit eſſe qđ ante non fuit. & cum eccleſia eum recepit in ſuo gremio poſtquam abiurauit ſuos errores, ſi non fuerit relapſus, non debet vocari hæreticus, vt. l. diſ. ferrum & c. fidelior.

Si hęretici conuertantur, nunquid reſtituentur eis, vel eorum filijs bona, vide ſupra bona. §. ſi hæretici.

An habens conſcientiam ſcrupuloſam circa ea quæ ſunt fidei, dicatur hæreticus? & dicendum quòd non, quia dubitatio quæ procedit a ſcrupulo conſcientiæ, potius eſt pœna, q̃ culpa, quia punitur ex illa cogitatione, nec ſapit hæreſim, quia frequēter contra voluntatem accidit, imò qui ſe bene confirmat in fide, & talibus motibus reſiſtit, meretur, ſicut ille qui reſiſtit ſtimulis carnis. Ioann. de Anania. in cap. j. de hęreticis, in principio. vide ſupra iſta litera in. §. item dubius, & ſupra fides.

Hæreticum eſt dicere omnem hominem eſſe ſaluandum, ſicut dixit Origenes per illud, nil odiſti eorum quæ feciſti. & ita dicebat adeo deum miſericordē, & non iuſtum. Item iſte Origenes dixit Chriſtum paſſum in aere pro diabolis ſaluādis, quòd eſt etiam hęreticum. de quo vide gloſſ. ſi. in c. ſanè profertur. xxiiij. q. ij.

Nota quòd hęreticus ex ſola mentis cogitatione punit, licèt in eo ſigna hæreſis non appareant, Bal. in l. ſi quis non dicam. vij. col. C. de epiſc. & cler. & in ij. col. Nam eo ipſo quòd quis credit hęreticis, incidit in excōmunicationem, vt eo. tit. in c. excommunicamus. §. credētes. ver. receptatores. & eſt caſus ſpecialis in hęreſi, vbi punitur voluntas. de hoc vide ſingularem gl. in c. quicunque, in §. cogitationis, de pœniten. diſ. i. & gloſſ. in c. ſi quis cum militibus. vj. q. i.

Item nota quòd ex corde, & ex mēte cenſetur quis, ſeu iudicatur hęreticus, vide ſupra detegitur, in §. item quandocunque. Nam ſola voluntate incidit quis in hæreſim, ar. in c. ad abolendam, quia in maleficijs voluntas ſpectatur non exitus ff. ad l. Cornel. de ſica. diuus.

Vtrum ſimplices, qui in ſubtilitatibus fidei errant, peccent vel ſint hæretici, vide ſupra fides.

ADDITIONES.

a *De huius legis intellectu, & lectione vide Siman. in Enchir. de probati. nume. 6. In C. Theodoſiano, ſic legitur vt in Iuſtiniano. hæreticus quis dicatur. vide ẽt Catechiſ. in articul. Symb. Credo S. eccle. catholi.* P. V.

b *Hæreticus vnde dicatur Io. Calder. in princi. ſui tract. hæreſis, & Carer. in eo tracta. numero. 5. ver. Hæreſis autem dicitur, & infra hoc ipſo verbo, verſic. ad*

hoc vt meliorem notitiam.& ver. ſubſequenti,& Zanchi.eo.tracta.capitulo.1. Quintil. Mand.

c Hæreticus etiam dicitur, qui falſam de fide catholica opinionem gignit, vel ſequitur.Io.Calderi.de hæreti.c.2.num. 5.Albert.de agno aſſer.catho. quæſ.29. nu.40.verſ.præterea non obſt. Alberti. de Roſa in Dictio.in verb.hæreticus propriè eſt qui falſam de fide opinionem inuenit vel inuentam ſequitur,Vmbert.in Iudi.inquiſi.hoc verb hæreticus.num.5. ver. Quintò hæreticus dicitur. Q. M.

d Anan.in c.firmiter.de ſum.trin.& fi. catho. Albert.in d.Dictiona.verſi.hæreticus,propriè eſt qui falſam.Vmberti.in Iudi.inquiſi.in ver.dubius in fide.Carer. de hæret.nu.8.Alberti.de aſſer.catho.q. 3.nu.6. Q. M.

e Idem ſupra in verb.hæreſis,verſi.ſed & quicunque aliter ſcripturam.Io.Calder.in tracta.hęret.c.2.nu.5.verſ.tertio modo.Albertin.de aſſer.catho.quæ.29. nu.37. Q. M.

f Idem Calderi.in tract.de hæret.c.2.in prin.Paul.Ghirlan.eo.tracta q.2. Vmbert.in Iudi.inquiſi.in verb.hæret.nu.8. & ſequen. Q. M.

g Idem ſupra verſi. Item hæreticus eſt qui vel leui argumento.Ioan.Calderi de hæreti.c.2.ante nu.6.in 6.modo Io.Frã. pontius,de lamijs,nu.p 8.verſic. ſecunda quòd licèt,qui leui argumento. Quintil. Mandoſius.

h Feli.in c excommunicamus,2. de hæreti.D.meus Phili.Dec.in con.137.col. 2. Ampliatur, vt ſit etiam hęreſis ſi quis dicat non poſſe pœnitere eum qui vſque ad ſenium vixit in peccatis,nec eum abſolui.per tex.in c.is qui.26.q.6. quòd in quacunque hora peccator ingemuerit ſaluus erit Carer.de hæreti.numero.13. Quint. Mand.

i Feli.& Doct.vbi ſupra, & Carer.nu. 14.ver.Item hæreſis contrahitur, aſſerẽdo papam. Q. M.

k Abb.in c. excommunicamus. ad fin. de hæreti.Carer.eo.tract.de hæret.nu.xi. ver.Itẽ hęreſis eſt, & contrahitur ſi quis noluerit iurare. Q. M.

l Ioan.c.1.Calderi.in tract.hær.e.c.22. nu.6.verſi.Hæreticum eſt enim credere quod aliquid ſit diuinum præter Deum. Quint. Mand.

m Pro affirmatiua Ancar. in Cle. 1.§. ſanè.de vſur.per glo.ibi latè Carer.de hæreti.nu.37.verſic. item contrahitur hæreſis aſſerendo pertinaciter decimas. Quintil. Mand.

n Contra illud Lucę.3.Exijt edictum,vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & illud, Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari.Clem. 1.& ibi Card. in princip. de ſentent.excommunic.Carer.de hæreti. numero.15. verſi. item contrahitur hæreſis, ſi dicatur Imperatorem. Q. M.

o Supra hoc verb.hæreticus.verſi.item hæreticus communiter eſt qui de fide falſam opinionem inuenit. Quintillianus Mandoſius.

p Idem ſupra hoc ipſo verbo,verſ. iam hæreticus eſt qui aliter ſcripturam. & Carer.de hæreti.num.16.ver.Item contrahitur hæreſis per nouũ ſenſum. Paul. Ghirland.eod.tract.queſt.2.poſt numer. 5.verſic impropriè verò. Quintillian. Mandoſius.

q Io.15.ſi quis non mãſerit in me,mittetur foras,& areſcet. Arelat. de hæretic. num.38. Q. M.

r Admonitũ te velim,hic proponi quæſtionem,reſponſionem verò, ſiue ſolutionem hinc abeſſe,quam à Calderino de hęre.c.21 vbi hæc ea.legũtur,ſumito.videlicet,extendi ſibi videri.& quod ſequitur de hęreticis reducendis,legas ex eod. Calder.

Calderini loco, De ipſis reducendis, quod emendatius videtur, cum de Iudęis, & id genus cęteris habeatur oratio. P. V.

s *L.fin.verſ.finem ibi. intelligi eum hoc ipſo nolle nuptam ſibi.ff.de diuort. c. per tuas. de condi.appo.* Q. M.

t *Quod eſt contra ius diuinum, & naturale Gen.2. Erunt duo in carne vna, Vnde Lamech, qui duas eodem tempore vxores habuit adulterium commiſit. Ge. 4.& ibi gl.& Doct.Paul.1.ad Corin.7. Si dormierit vir cui vult nubat mulier in domino, Et qui contrarium aſſerit hæreticus eſt. Alber.de aſſer.cat. q.23.nu. 14.& ſeq.* Q. M.

u *Hæreticus vnde dicatur ſupra hoc verbo, in ver. Sed hæreticus dicitur.* Q. M.

x *Ad l.idonei.ff.de teſti.c.inter.de purga.cano.Ponzi.in tract.de lamijs.col.fi. nu.89.Vmber.in iudi inqui.in verb.conuerſatio.Siman.Enchi.titu.40. de præſumpt.ante num.12.Gui.de ſuza.de indi.& tortu.nu.32.Blan.eod.tract.de inditijs.nu.253.* Q. M.

y *In Conſtitu.regni vſurariorum, & ibi Matth.in c.ſtatuimus in 1.not. Guindiſ. in tract.de hæret.q.9.nu.2.Carer.eodem tract.nu.9.Io.Calder dicto tract.q. 20. nu.2.Alber.de aſſer.catho.quæſt.3.n.9. Quint. Mand.*

z *Idem ſupr.in ver.fornicatio.ver.item dicens quòd fornicatio carnalis.* Q. M.

a. *Idem ſupra hoc ver.hæreticus.verſ. item hæreticus eſt, qui circa fidē dubius eſt.Vmb.in iudici inquiſi.in verſi.dubius in fide.* Q. M.

b. *Matth.in proœm. conſtit.in col.pen. ver.ſecunda conclu.& in conſt.multæ leges.l 1.Carer.de hęret.nume.49.verſic. item contrahitur hęreſis frangendo imaginem.* Q. M.

c *Idē Io.de Anania. in c.ſi quis epiſcopus.col 3.de hæret.& in c.conſuluit.col. 3.de vſur.Feli.in tract.de tonatu. col.2. verſ.quartus caſus.glo.in clem.1.§.verum.in verb.eo ipſo de hære.Cardina.in cle.1.§.verum.q 6.& ſeq.de vſu.Nic. Arela..de hære.not 9 nu.2.Io.fran.põtius de lamijs poſt nu.69.verſ.ſexta eſt, quòd licèt regulariter.* Q. M.

Hæreſiarca.

a Supra viſum eſt quid eſt hæreſis, & vnde dicatur.& quid hæreticus, & vnde dicatur. Nunc videndum eſt qs propriè dicatur hæreſiarcha. & dicē dum quòd hæreſiarcha propriè dicitur ille, qui gignit errorem ita, ſicut ille qui pertinaciter defendit errorē, vt.xxiiij.q.iij.c qui aliorum.

Item hæreſiarcha dicitur ille, qui docet errorem, quem ipſe gignit, vel ſequitur, vel eum prædicat.

Et dicitur hæreſiarcha ab hæreſi, & archa, quaſi archa hæreſis ad conſeruandum errorem, vt.d.capitu.qui aliorum.

Et etiā poteſt dici hæreſiarcha cū quis publicè defendit errorē, & iſte talis poteſt etiam dici hæreticus manifeſtus, vt ſupra dictum eſt, & habetur ī c.ſup quibuſdā, extra de ver. ſig.

No.ꝙ ille qui defendit hęreticos, non ſolū hæreticus, ſed hæreſiarcha dicendus eſt, vt.xxiiij.q. vltima qui aliorum.

Item dicēdum ꝙ ſicut patriarcha dicitur princeps patrum, ſic hæreſiarcha dicitur princeps hęreticorum ab archos, quod eſt princeps, & hæreſi quaſi princeps in hæreſi, ſeu hęreſum vel hæreticorum. nam ſicut illi dicuntur hæretici propriè, qui habent errorē eorū q̄ ſunt fidei, in mēte, & pertinaciā in voluntate. Verū ēt qui huiꝰ modi errorē adinuenerūt ſeu cōfinxerunt, vel adinuētā & fictā hæreſim

alios docuerunt, & magiſtri erroris effecti ſunt iuxta illud, quod habetur d.quæſt.xxiiij.q.iij.qui aliorum. vbi ſic dicitur, qui aliorum errorem defendit, multò eſt damnabilior illis, qui errant, quia non ſolùm iſte errat, ſed etiam alijs offendiculum præparat, & confirmat. vnde quia magiſter erroris eſt, non tantũ hæreticus, ſed hæreſiarcha dicendus eſt.

A D D I T I O N E S.

a *Vmbert. in iudi. inqui. in verb. Hæreticus. nu. 23. verſi. hæreſiarchæ qui ſint, & in verb. ſcriptura. nu. 7. ver. hæreſiarcarum libri.* *Q. M.*

Tu videas de hereſiarchis indicem librorum probibitorum, in regulis 1. & 2. item Albert. de aſſer. catho. q. 35. nu. 60. q. 29. nu. 25. Siman. in Enchiri. tit. de dogmatiſtis. § 9. & de pen. nu. xi. *P. V.*

Sapere [a] hæreſim manifeſtè. circa ea quæ ſapiunt hęreſim manifeſtè, eſt primò notandum, quòd iſtud verbum Manifeſtè, determinat verbum Hæręſis, & ad eius qualificationẽ venit, prout in ſimili dicit Bar. ff. de iniurijs, item apud Labeonem. §. conuitium, cum apponitur alicui, quòd interfecit proditoriè. vnde dicit Pe. de Ancha. in c. accuſatus, de hæreticis, l. vj. quòd ſumere, vel dare pocula amatoria, vel exercere ſortilegia ſimplicia ad amorem mulieris prouocandum, vel propter conſcientiam ſumere hoſtiã non conſecratam pro conſecrata nõ ſapit hæreſim manifeſtè, quia alia eſt pœna talia facientium, quàm hæreſis. Et ꝙ ſint diuerſa delicta ab hęreſi, patet ex diuerſitate rubricarũ, quia Rubrica de hæreticis ponitur ſeparatè a Rubrica de ſortilegijs, & poculis. ponitur. ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. de hoſtia ponitur de celebra. miſ. ab homine. Et ſic ſciendũ, ꝙ imagines facere, & dæmones inuocare, & incantare ad amorem mulierũ prouocandum, magis eſt ſuperſtitioſum q̃ hæreticũ. de quo vide s̃. de mõ. Ex quibus concluditur quòd in iſtis ſortilegijs, & diuinationibus ſapientibus hæreſim manifeſtè, habet inquiſitor cognitionẽ, dummò pertineat ad ſcientiam, & prouidentiam futurorum, & ſint manifeſta, ſ. per euidẽtiam facti, eo quia publicè prædicat, vel facit, aut confitetur illa quæ ſapiũt hæreſim, vel quia cõſtat p teſtes, quia per hoc dr̃ hæreſis manifeſta, vt notatur de hæreticis, ad abolendam.

Nota ꝙ inquiſitores non ſe intromittunt de diuinationibus, & incantationibus, & ſortilegijs, niſi manifeſtè ſapiant hæreſim, vt ſupra dæmon & infra incantatores, & infra ſortilegia, & habetur in c. accuſatus, de hæreti. li. vj. videlicet ſi inuocentur dæmones, vt prouocent animum mulieris in peccatum. Nã licèt iſtud ſit in ſe grauiſſimum peccatum, non tñ ſapit hæreſim, quia proprium dæmonis eſt tentare creatura, vt s̃. dæmõ. §. vj. nec põt cognoſcere an ſapiat hæreſim, quia iuriſditio eſt ſibi attributa, videlicet exiſtẽte illa qualitate notorietatis, vt dicit gloſſ. in dicto c. accuſatus. Secus dico vbi ipſe vellet cognoſcere, an ſapiat manifeſtè, & ita intelligit gloſſ. in capit. i. de offic. deleg. li. vj. quæ videtur contraria glo. allegare. Idem tenet Oldrad. dicens quòd ſi quis inuocat dæmones, vt ſciat futurã, ſapit hæreſim manifeſtè,

quia

quia quod eſt propriũ creatoris, attribuitur creaturę. ſi autem ad prouocandum tentationem carnis, non ſapit hęreſim manifeſtam. ſed hoc verũ qñ facit per modum imperij, vt videlicet ſibi pręcipiat: ſecus, ſi ipſum adoraret: tunc ſaperet hęreſim manifeſtam. vide ſum. Baptiſt. in dictione, hæreticus. §. iiij.

Item eſt notandũ ꝙ tunc vſus ſortilegiorum, & diuinationum dicitur ſapere hæreſim manifeſtè, quando ille vſus eſt manifeſtus ad præſumendum, quòd vtens malè ſentiat de fide, ſeu aliquo eius articulo, vt quia per exercitationem illius vſus aſſociat ſibi hæreticos. Nam propter talem conuerſationẽ præſumitur quis talis, qualis eſt ille cum quo conuerſatur, vt patet de hæreticis. c. accuſatus. §. ille quoque, lib. vj. & in auth. de monachis. §. ſi verò ijs, & ibi perſcriben. vel ad talem vſum inuocans dæmonem ad adiuuandum, vel poſtulandum aliquod ſuffragium, cum tunc ratione inuocationis præſumitur hæreſis manifeſta, & idem in ſimilibus caſibus, vt prædicitur. Non autem dicitur talis vſus manifeſtè, ſi ſimpliciter quis vtitur ſortilegijs, & diuinationibus etiam publicè, ſicut etiam ſi publicè peccaret adulterando, fornicando, vel alia peccata committendo, quia non ſapiunt hęreſim iſta, cum propter hoc contra fidem manifeſtè non aſſerat, vel ſentiat, vt ſupra. §. hæreticus manifeſtus. dicitur in litera hæreticus, & §. itẽ Andreas de Iſer. ver. ex quibus, niſi frequentaret, ac ſi eſſet hæreticus, & diffamatus nedũ pro ſortilego, & diuinatore, ſed ẽt pro hęretico, vt ſ. dictũ eſt in d. §. Nam ſortilegiorũ quædã ſapiunt hæreſim, quędã non, ſed ea q̃ ſapiũt hæreſim. aliqñ ſapiũt manifeſtè, aliqñ non, vt p̃dicitur poſt Io. An. Itẽ quia diuerſi ſunt tituli eorũ, vt p̃mittitur. item q̃a ſimplicia ſortilegia nõ ſapiũt hęreſim manifeſtè: ſec⁹, ſi eſſent duplicia, ſeu mixta cũ participatiõe hęreticorũ, ſeu ĩuocatiõe dęmo.

Item an, & qñ blaſphemia ſapiat hęreſim manifeſtè ad hoc vt inquiſitor poſſit cognoſcere, & inq̃rere de blaſphemia, & dicendum ꝙ tunc inquiſitor põt cognoſcere de blaſphemia, quãdo ſapit hæreſim manifeſtè expreſsè, vel per ſimilitudinem actus ſic operetur blaſphemia, ac ſi exiſtimaret deum non eſſe deum omnipotentem, honorandũ, & laudandũ, & hoc maximè ſi nõ ſolũ blaſphemaret deum, ſed alia verba turpia contra deũ proferret, vel appropriaret. Nã verbis, & factis deus negari dr̃, vt ſ. blaſphemia, & ſ. facto. & ſ. hęretic⁹.

Vlterius procedendo videndũ eſt an, & quando diuinationes, & ſortilegia ſapiãt hęreſim ad hoc, vt inquiſitor poſſit procedere contra talia facientes. & ante oĩa inquiſitor debet videre, an ſapiãt hęreſim manifeſtè, vel ne, cum enim ſua iuriſditio non extenditur niſi de his quæ ſapiũt hæreſim manifeſtè, & non de alijs, vt not. glo. in c. accuſatus, de hæreticis §. ſanè, qđ declarat Dominicus ibi, dicens ꝙ ſi manifeſtè appareat, ꝙ ſapiãt hæreſim, & ſuper iſtud qđ ſit manifeſtum, vel nõ reuocatur in dubiũ, ꝙ ſi inquiſitori liqueat, ꝙ ſit manifeſtũ iudicialiter, poterit pronunciare ſe eſſe iudicem. ſi verò non apparet, ꝙ ſit manifeſtum, ſe non intromittet, vt ibi dicit gl. ſecundũ eum. ad hoc allegat Ant. de Butr. ibidem in cõteſtem.

vnde diuerſitas conſiſtit, an dubium ſit in iure, an in facto. primo caſu nō poteſt cognoſcere, ſecundo ſic, ſicut in ſimili dicit Anto. de But. in Clem. i. de do. & con. quòd aliud eſt conſtare manifeſtè de contumacia, & aliud cō ſtare de manifeſta contumacia, vt ſupra dictum eſt, contumacia. vnde iſta ſimul ſtant quòd manifeſtè cōſtet de crimine, vel contumacia alicuius, & tamen ſi dictum crimen, vel contumacia non fuerint manifeſta, vel manifeſtè commiſſa, vt ibi per eum, & etiam ſicut in ſimili dicit Bar. ff. ſolu. matri. l. Titia, quem communiter ſequuntur canoniſtę, quando dubitatur ſuper matrimonio, vel vſura, & alijs, vbi facit differentiam, an dubitetur in iure, vel in facto. & plenius ꝑ Dominicum, de foro competen. c. fi. in fi. li. vj.

Item quęritur, an ſi inquiſitori cōſtat per teſtes, qui reprobari non poſſunt, quòd de tali vſu ſapiēti hæreſim ſit manifeſtum, ſeu notorium, vel ēt per confesſionem, vel notorietatem, an pronunciare poterit ſe iudicem? & reſpondetur quòd ſic. & hoc caſu inquiſitor debet in ſua inquiſitione exprimere, quòd illa de quibus infamia eſt orta, ſapiunt hæreſim manifeſtè, & ſufficit quòd talis qualitas deducatur expreſsè, vel comprehendi posſit ſub generalibus verbis inquiſitionis, ſicut in ſimilibus caſibus dicunt doctores, maximè Ant. de Butrio, & Io. de Imola, de iudi. c. cœterum, & per doc. in l. ij. ff. ſi quis in ius vo. nō ie. & eſt vtile talia declarare ſapere hęreſim manifeſtè, ſicut in ſimili de eo qui in caſu notorij debet procedere. Nā primò debet declarare illud eſſe notorium: non tamen eſt neceſſarium, licèt ſit vtile, quia ſi procederet tāquā ſuper notorio, & non eſſet, retractaretur ſententia, niſi pręcederet in hoc declaratio, quia ſibi imputet pars, ſi non appellauit, cum ſit lata contra ius litigatoris, ſecundùm Ant. de Bu. & Fran. Zabba. & Io. de Imola. c. i. de re iudi. Similiter dicitur de archiepiſcopo viſitante prouinciam intēdente punire crimina, quæ eſſent notoria: quia ſi dubium eſt, an ſint notoria, debet pronunciare, vt in cap. i. de cenſi. lib. vj. de quo ibi per doct. Hinc eſt quòd ſi iudex procedit ex officio, & reuocatur in dubium, an ſua ſit iuriſditio, poteſt pronunciare, an ſit iudex,[b] vt notat. ibi Domi. poſt Anto. de Butri. & Io. de Imola. de reſcrip. in ca. ſuper literis, & per Ange. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. l. ij. Sed in cauſa hæreſis diſtinguitur, an in iure, an in facto dubitetur, vt prædicitur: adde ſecundùm Ab. Sicu. de hæreticis in c. ad noſtrum, vbi idem Ab. ibi in concluſionibus gloſſarum tradit multa de his quę dicta ſunt ſupra, ſcilicet dicere hominem eſſe impeccabilem, & quòd in hac vita posſit haberi perfectisſima caritas, & mulieris oſculum ex cauſa libidinoſa non eſſe peccatū, & quòd ſimplex fornicatio nō ſit peccatum mortale, affirmare iſta eſſet hæreticum, vt ſupra dictum eſt in litera, hęreticus.

Quando dicatur aliquid ſapere hæreſim, eſt ſatis difficilè definire: ſed Oldra. conſi. ccx. volens hoc determinare, dicit quòd ſi quis per inuocationem dęmoniorum vult aliquid futurum ſcire, quòd hoc tale hæreſim ſapit manifeſtè, quia vult dæmoni attribuere, quod eſt ſoli deo reſeruatū, iuxta illud Iſa. xlj. Annunciate nobis

bis q̃ ventura ſunt, & dicemus quòd dij eſtis vos. de quo vide quod dictũ eſt ſupra dęmon.

Item qui in ſuis diuinationibus, vel ſortilegijs admiſcent iſta, ſcilicet imagines baptizare, vel puerum rebaptizaſſe vel caput oleo ſacro inunxiſſe, vel caput defuncti ſuffumigaſſe, & his ſimilia, talia facientes vt hæretici ſunt habendi, eo quòd talia hæreſim ſapiũt manifeſtè, & ſi tales voluerint abiurare huiuſmodi ſapientia hæreſim manifeſtè, & ſatisfactionem congruam exhibere, ſunt per iudices ad miſericordiam admittendi. aliàs ſi abiurare noluerint, nec ſatisfactionẽ congruam exhibere, ſunt hæretici im pœnitentes, tradendi curiæ ſæculari, animaduerſione debita puniẽdi, iuxta.c.ad abolendam.§.pſenti, non q̃a diuinatores, vel ſortilegi meri, ſed q̃a hęreticalia in talibus ſortilegijs admiſcentes, quæ dicuntur ſortilegia hęreticalia. de quo vide ſupra diuinatores, & ſupra dæmones inuocare, & ſupra blaſphemia.

Secundùm doctores canoniſtas alia dicuntur ſapere hæreſim manifeſtè, ſpecialiter ſecundùm Io.An. ſup c.accuſatus.§.ſanè, de hæreti.libr.vj. in verbo, ſaperent. vbi dicit, Saperẽt, vt circa aras idolorum nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones conſulere, eorumque reſponſa recipere, vt.xxvj.q.ij.hi qui, & q.iiij. igitur. vel aſſociant ſibi per ſortes exercendas hæreticos. vel faciunt pdicta cum corpore, vel ſanguine Chriſti. vel in ſortibus vt poſſint habere reſponſa puerum rebaptizant, vel his ſimilia. hæc Io.And. vbi ſupra. Arch. verò ſuper eo.c.& ſuper verbo arioli, quando aliqua faciunt vt habeant reſponſa a dæmonibus, vt ea. cau.q.ij. hi qui. tales enim multomagis peccãt quàm in caſu poſito, eo.c.§.cum ille.& magis hoc videtur hæreticum quàm illud. hoc Archi. Io. autem Monachus ſuper eod. ca.& verbo, Saperent, dicit: illa quæ dixit Io.An. ſcilicet ſaperent, ſicut circa aras idolorũ nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones conſulere, eorum reſponſa accipere. xxvj.q.ij. hi qui & c. igitur tam per ca.iſtud, quàm per illud.q.iiij. ſuper ver. arioli, iſta videntur ſapere hæreſim manifeſtè, & eſt ratio, nam ſi adorare hæreticos eſt hæreticum ſupra eo.c.accuſatus.§. ille, & hoc non propter perſonam, ſed ꝓpter vitium adorare erit magis peccatum, iuxta illud propter quod vnũquodque tale, & illud magis auth. multomagis. C. de ſacro ſan. eccle. hæc Io.Mon. Et idem Vlratius in cõpilatione quæſtionum, qua quęrit an Io. de Poliaco, qui dedit pocula amatoria mulieri, ſit ſuſpectus de hæreſi vehementer. in reſponſione quæſtionis dicit ſic. Nunc ergo videẽdum eſt, an dare pocula amatoria mulieri ſapiant hæreſim manifeſtè? & videtur quòd ſortilegia ſimplicia, vel etiam pocula amatoria, vel propter conſcientiam hoſtiam conſecratam pro non conſecrata ſumere, hæreſim non ſapiunt manifeſtè, vt apparet ex terminorum diſtinctione, & pœnarum impoſitione, vt de primo habetur extra de ſortilegijs in rubro, & nigro, quia Rubrica ſeparata ponitur a Rubrica de hæreticis, vt habetur expreſſè extra de hęreticis, lib. vj. c. accuſatus. §. ſanè. & de iſto habetur etiam de cele. miſ. c. de homine. De tertio habetur. ff. de pœnis. l. ſi quis. §. qui

abortionis, aut amatorium. Imò facere ad amorem mulierum prouocãdum, magis videtur ſuperſtitioſum, quàm hæreticum. Licèt hoc indubitanter ſecundùm Auguſt. li. x. de ciu. dei dicat ꝙ ad dæmones pertinet eſſe ludificatores animarum ſibi ſubditarum, ſicut etiam tradit ſanctus Th. ij. ij. xcvj. diſti. in. c. de ſuperſtitionibus obſeruantiarum. q. ij. de quibus vide plenè ſupra adorare, & ſupra dæmõ. Hoc etiam ponit Guillelmus de mõte Laudano. & Bar. Raimundi ſuper eodem verbo, ſaperent, vt ſ. dictũ eſt.

Ex pdictis apparet, ꝙ magicam artem ſectantes, & exercentes, vt hæretici ſunt habendi, & vitandi. aliàs autoritas Apoſtoli, quæ dicit hęreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem deuita, tanquam impertinens ad propoſitum eſſet inducta. Sed dæmones inuocantes, & eiſdem ſacrificãtes, magicam artem in hoc ſuper ſectãtes, & exercentes ſunt vt hæretici ab eccleſia dei habendi, & vitandi.

Item inuocantes Mahometum an ſint hæretici habendi? & dicendum ꝙ ſic, vt concor. beatus Tho. vt dictum eſt ſupra prima concluſione iſtius q. & concludit ꝙ ſic, quia in omnibus videtur apoſtaſia a fide pp pactum initum cũ dæmone: vel verbotenus, ſi vocatio interſit, vel facto aliquo, & ſi ſacrificia deſunt, quia nullus poteſt duobus dominis ſeruire, vt habetur Matthæi. viij. hæc Tho.

Sed circa petitiones dæmonum eſt diligentius attendendum, nam ſi petitur illud quod excedit dæmonis facultatẽ, vt ſunt futura a dei arbitrio merè dependentia: voluntate, vt reſuſcitatio mortui, quã poſtulauit Saul, per Pythoniſſam, vel certificatio mortis, vel vitæ quam a Beelzebub petijt Ochozias, vt patet iiij. Regum. i. vel hominem cogere ad peccatum, & ſimilia, & tunc ex huiuſmodi petitione hæretici iudicantur, quia proteſtãtur ſe credere fore deum.

An illę ſceleratę mulieres, quę Xorguinæ vocantur, poſſint per inquiſitores puniri, tanquam facientes ea quæ ſunt hæretica, vel ſapientia hæreſim, vide infra Xorguinæ.

ADDITIONES.

a *Sapere propriè pertinet ad ſenſum guſtus, proprieque traditur res ipſa ſapere quæ habet in ſe aliquem ſaporem. Cic. 2. de fi. non enim ſequitur vt cui cor ſapiat, et non ſapiat palatus. Transfertur & ad animum, pro ſapientem eſſe, ſeu rectam ſententiam, vel opinionem habere. Ter. in Eunu. ſi ſapis neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas &c. Pla. in Trinu. haben tu amicum aut familiarem, cui pectus ſapiat? Quia verò per ſaporem refertur res quid ſit, inde factum eſt vt pro referre ſumatur, idque tropicos ad ſequentia transfertur, quod ſæpe contingit, & Quintil. de tropis, vbi de Synecdoche, & metonymia tractat, & ſupra ſæpe monuimus, vt illud apud Perſium. cum ſapimus patruos, ideſt ecrum, ſapientiam, & mores referimus eadem quoque ratione dicimus hunc, vel illum ſapere hæreſim hoc eſt intellectus guſtu ſentimus hæreſim referre. Hæreſim manifeſtã ſapientia, quæ ſint adde Alber. de aſſer. catho. q. 24. num. 1, 58. & 66. Simac. de his quæ facere nequeunt inquiſit. ti. 8. nu. 9. 10. & xi. item de præſump. & ſuſpitio.* Petrus Vendr.

b *L. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. Bart. in l. quidam*

l.quidam conſulebat.nu.4.ſequitur ibi Alexan.nu.14 ff.de re iudi.& valet talis ſententia,& ab ea appellari poteſt.gl.& Iaſ.nu.38.in l.2.ff.ſiquis in ius voca non ierit, ſecus dicendum eſt ſuper exceptionibus, quæ contra perſonam iudicis pronuntiantur, tunc enim pronũtiare & cognoſcere ſuper illis non poteſt, vt per præallega. & hanc eſſe communem affirmat Iul.Cal ſent.lib.5.§.fi.q.43.nu.4. Quintil. Mand.

Homo, [a] Licèt malus, diligẽdus eſt,non aũt malum quod in eo eſt.lxxxvj.di.odio.

Homini peccatori ſemper eſt miſerendum,ſed iraſcendũ peccato.xxiij.q.iiij.duo iſta.

Homo: fiſcus venit appellatione hominis.glo.& Bal.in l.eos.§.ſuper. C.de vſuris.

Homo cuſtoditur ab angelis.[b] Th. in prima parte.q.cxiii.ar.i.& in.ii.di.xj.ar.ij. Et quod quilibet homo habeat proprium angelum cuſtodem, vide in præallegata.q.cxiii.ar.ij.Item ꝙ tales angeli cuſtodes hominum ſunt inferioris ordinis, vide vbi ſupra ar.iii.& in ij.diſ.xj. ar. ii. item ꝙ nunquam ille angelus deſerit hominem cuſtoditum,in præal.q.cxiij.ar. viij.& in.ij.diſ.xi.ar.x.

Homo groſſi capitis nihil valet, ſed ingenioſus fic.Bal.in l. liberti. C. de ope.lib.per.l.fi.in prin. C. communia de lega.

In hoĩe longo ſapiẽtia rarò reperitur præterquã in dño Cino, qui fuit nimis lõg[c],& ſapiẽs.Bar.in l.i.ij. col. in ver. q̃ro extra gl.ff.de iuriſ.om. iu.

Homo mortuus nõ eſt homo.xxxij.q.ii.Moiſes,de celebra.miſ.in quadam,in Cle.i.de ſum.tri. niſi in crimine hæreſis,& in crimine notorio. xxiiij.q.ii. in ſumma.de hæreti.ſi epiſcopus.xxiij.diſti.quorundam. lxxxviij. diſ.neque.de ſenten.excom. a nobis, & quod per Bar.in l. promiſſor.la ij. de conſti.pecunia.

Homo non eſt factus deus.Tho.in iii.parte.q.xvj.ar.vij.& in.iij.diſt.vij. ar.iiij.& diſ.xii.ar.i. Et demonſtrato Chriſto verum eſt ꝙ hic homo incipit eſſe,vt in præallegata q.xvj.ar.ix. & in iii.diſ.xij.ar.i.

Homo extra paradiſum formatus eſt de limo terræ.mulier verò in paradiſo.Geneſ.i.& ij.xl.diſ.illud.

Homines in principio erant ſilueſtres.Thomas in tertia parte, diſtin. xxxvj.ar.i.

Homines ſilueſtres moribus non reguntur.gl.in l.omnes populi.ff. de iuſtitia & iure.

Homo duplex maledictus eſt & fugiendus. vide ſupra apoſtaſia, & infra hypocrita.

Homo factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinẽ dei,Geneſis. c. j. & ĩ ſpe. iiij.parte,in prin.

Homini nõ fuit prouiſum de tegumento ſicut brutis, & quare ita deus voluit,vide Th.in.iiij.diſ.xxxiij. ar. i.

Item quò ad ius naturale omnes homines ſunt æquales.not. in aut.de monachis.§.i.coll.i.& ff.de tegu.iur. l.quòd attinet.

Homines decẽ[c] faciũt turbã vel plebẽ,in ſpe.de rap.ante ver.cęterũ, & l. prętor.la ij.ff.vi bono.raptorũ. ſed rixa inter duos tantùm fit, vt ibi.

Qualiter hõ generetur virtute dei in ventre matris,vide.lvj.diſ.naſci.

Homo maſculus non poteſt generare veriſimiliter poſt.lx.annos,[d] vt. ff.de ado.l.ſi pr̃.§.fi.fęmina verò poſt

quin-

quinquaginta.nota.C.de legit.hære. ſi maior,& ibi gloſ. tu dic ſecundùm Solinū quod maſculus vſq; ad.lxxx. fœmina vſque ad lx. de quo conſule philoſophos.

ADDITIONES.

a *Hominis appellatione tam fæminam quàm maſculum contineri nō dubitatur, inquit Caius.in l.152.de verb.ſigni.commune itaque nomen eſt, idque exemplo Græci ſermonis, ἄνθρωπος, nam & Hæbrei. Adam, quo nomine terra natum hominem ſignificant. ad vtrumque ſexum referunt, Gen.c.5.Creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adā. Dicitur autem homo, ſiue ab humo, vt Varro exiſtimauit, ſiue à concordia, ἀπὸ τοῦ ὁμονοίας, quòd nullum animal ſit ſocialius. Inde lex, quæ de homine loquitur, etiam de fæminis accipienda eſt, & propriè.Bart.in l.1.ff.de verb.ſignif.vide Alciat.in l.152.eod.tit.Ex duabus ſubſtantijs conſtat homo, anima & carne, anima cum ratione.carne cum ſenſibus ſuis, quos tamen ſenſus non mouet caro abſq; animæ ſocietate. anima verò rationale ſuum tenet ſine carne, Hæc D.Auguſ.de ſpiri.& ani.c.3.et 49.vbi c.35.& 36.de hominis dignitate tractat. poſtea cur cinis eſſe dicitur creatura mundi appellatur vel propter excellentiam, qua excellit inter alias creaturas, vel propter conuenientiam quàm habet cum omni creatura.lib.1.ſen.diſt.3.vnde μικρόκοσμος, vocátur à Græcis. De hominis fabricatione & opificio, vide Cic.lib.2.de nat.Deorum.Lactantij quoque libellum. Vulgata eſt hominis definitio, quod eſt animal rationis particeps. Hominum autem quidam liberi, quidam ſerui, quidam ſtatuliberi, alij libertinī dicuntur, Inſti.de iur. perſo.& ff.de ſtat.homi. & de his qui ſūt ſui. & de ſtatu libe.* P. V.

b *Adde Catechiſ.in præcep.decalo. Nō habebis Deos.& c.ca. verùm illud. & in proœmium in Orati.Domi.Lib.ſent.diſt.xi.& 12.* P. V.

c *Homines decem multi dicuntur, & faciunt populū, l.prætor.2.& ibi Bart.nu.4.ff.vi bon.rap.gl.1.in c.1.de elect.& ibi Ab.nu.7.gl.in c.1.x.q.1.Bal.in aut.quod locū.ad fi. C.de collat. Fel.in c.cū oporteat, poſt nu.6.de accuſa. Et decem teſtes faciunt notorium.Bald.& Fel.vbi ſupra.Et quot faciant gentem, multitudinem, & populum, Nico.Boer.de ſeditio. in 7.præſumptio.* Q. M.

d *Ariſt.lib.7.c.6.de natura animaliū inquit, Mares plurimi ad ſexageſimum generant, quem ſi exceſſerint; vſq; ad ſeptuageſimum procedunt. & iam quidam annos ſeptuaginta nati, genuerunt.* Q. Mand.

Honor Nota[a] quod talis honor debetur ipſis inquiſitoribus, qualis debetur illi, cuius vicem gerunt.vide infrà vicarius.

Honorandus non eſt homo plus quàm deus.Hoſti.Io.An.& alij in c.& ſi Chriſtianus, de iureiuran.

ADDITIONES.

a *Honor, eſt præmium virtutis, iudicio ſtudioque ciuium delatum ad aliquem, Cic.de Cla.Orato.idem in epiſto.ad Plācum.lib.x.epi.x. Honor vt definit Ariſt.Rheto.1.eſt ſignum gloriæ comparatæ ex multis, magniſue beneficijs in alios collatis. ea verò beneficia honore dignantur, quæ vel ad ſalutem faciunt, vitamque hominum conſeruāt, ac tuētur, quæque cauſa nobis ſint, vt ſpiritum ducamus*

mus, vel ea quæ ad domeſticas egeſtates ſubleuandas pertinent, ſuppeditando nobis, aut aliquod eorum bonorum tribuendo, quæ ægre comparantur. Quibus autẽ modis honor tribuatur, deinde proſequitur. Honor quid ſit docet catechiſ. in præcep. Honora patrem, Honor etiam accipitur pro magiſtratu. Inſti. de iur. natu. §. prætorum. vnde ius honorarium appellatur ibid. Vnde Caliſtratus. in l. honor. 14. ff. de mune. & bono. ait. Honor municipalis, eſt adminiſtratio reipub. cum dignitate gradus, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione contingens: item de albo ſcriben. & decurio. & de decre. ab ord. faci. qd ei ſolet deferri, dictus, inquit Varro ab honeſto onere. itaque honeſtus dicitur quod oneratus. & dictum onus eſt vt honos qui ſuſtinet rempub. item pro honorario accipitur. l. 6. ff. mand. pro dignitate quoque, vt ſup. dignitas. annotauimus. aliquando igitur pro his etiam quæ cauſa ſunt honoris, aliquando pro his quę ei tribuũtur, interdum pro his quæ conſequuntur, vide Nonium. P. V.

Habitus. [a] Ex diuerſitate habitus ſcandalum generatur, vt. xij. diſ. illa, & xxxiij. q. v. quod deo. vide ſupra iſta dictione, habitus.

Qui nouiter baptizantur, debent vti veſtibus albis. de conſec. diſti. iiij. poſt baptiſmum, & c. accepiſtis.

Talis quis præſumitur qualem habitum portat, vt. ff. de iniurijs. l. apud Labeonem. §. ſi quis virginem. de sẽ. excom. ſi iudex, li. vj. Abbas in c. ſi vero, el. ij. de ſenten. excom. & in c. in audientiam, eo. ti. & in c. ad apoſtolicæ, de priuileg. libro. vj. & l. ignorans. ff. locati, & C. de adulte. l. ſi ea.

Non dicitur quem habere habitũ fidei, ſed ea quæ ſunt fidei, ſi non inhæret doctrinæ eccleſiæ ſicut infallibili regulæ, & diuinæ regulæ, quæ procedit ex veritate prima in ſcripturis ſanctis manifeſtata, quia ſpecies habitus remanere non poteſt, eo quod formale obiectum fidei eſt veritas prima, ſecundum quod manifeſtatur in ſcripturis ſanctis, & doctrinæ eccleſiæ.

An Iudæi, vel infideles ſint cogendi portare habitum inter fideles, per quem habitum cognoſcãtur eſſe infideles? & dicendum quod cogendi ſunt, vt talem habitum continuę deferant, quo manifeſtè ab alijs diſtinguuntur, vt extra de Iudæis c. in nonnullis, & ibi Abbas.

Item mulier non debet vti habitu viri, vt. xxx. diſ. ſi qua mulier, vbi etiã habetur, ꝙ in ſignum ſubiectionis debet mulier nutrire comam.

Iniuria dicitur fieri religioni, ſi is qui non eſt de ea defert illius habitũ. vide tex. & ibi Zenze. in extrauagant. Io. xxij. quæ incipit, ſacroſancta.

An monachus factus epiſcopus retineat illum habitum, cuius ordinis erat antequam haberet epiſcopatũ, & dicendum quod monachus factus epiſcopus non abijciat habitum, ſed retento habitu deſuper ferat habitũ, in quo magis cõueniat eis inter quos eſt, vt extra de vita, & honeſtate cler. c. deus qui.

Vtrum liceat Chriſtianis in aliquo caſu ſumere habitum infidelium? & dicemus ſecundum Verue. quod poſſet hoc fieri ex rationabili cauſa, ſicut beatus Sebaſtianus, qui ſub clamyde militari Chriſti militiam gerebat abſconditam. ſed hoc intelligendum, niſi eſſet inſtitutum aliquod determinatum ſignum ad cognoſcendum profeſſores

feſſores alicuius idololatriæ. tunc enim nõ liceret. idem Verue. in ſum. confeſſ.eo.ti.q.vj.

ADDITIONES.

a *De habitu & ſupra ante vocem hæreſis, agit, & hic repetit more ſuo.* *P. V.*

Eremita [a] ideſt diuiſus, & ſeparatus morans ab alijs, vt tenet Azo in ſumma.C. de hære.in prin.& ſupra hęreſis in princ.

An vita eremitica, ſiue ſolitaria ſit perfectior quàm congregatio religionis? vide ſanctũ Tho.ij.ij.q. cxxxviij. ar.viij.

Quę ſit arctior vita, an vita eremitarum, vel aliorum monachorum, glo.xvj.q.j.qui verè.

ADDITIONES.

a *Eremita, qui deſertis locis ſeruiendi cauſa Deo inhabitat, diciturq́; religioſa perſona, gl. & Doct. in l.2.ff.de in ius voc. glo. & Doct. in c.qui verè. 26.q.1. Hinc Eremitani Anachoritę.* *Q. M.*

Eremita, & Anachorita ſynonima ſũt, quòd eãdem rem ſignificent, ille enim habitat ſolitudines, hic autẽ receſſus, quod idem re videtur. quòd ſolitarij vita periculoſa ſit atteſtatur D. Ieron. in epiſt. ad Demetriadem. de virgin. ſeruanda. & in epiſt. ad Ruſt. monachum. de viuendi formá, item de ſolitudinis laudibus vide eund. in epiſt.1. *P. V.*

Hæredes [a] An teneantur adimplere pœnitentiam iniunctam illi, cui ſucceſſerunt, ſi quibus fuit impoſita in vita qui non adimpleuerunt, vide infra pœnitentia. §. quid autem, & infra obligationes. §. ij.

An hæredes iſto crimine hęreſis admittantur [b] ad purgandum innocentiam defuncti, vel id quod pro innocentia reputatur, vt eſt quælibet iuſta defenſio, vt puta præſcriptio, vel qđ fecit ignoranter, vel ſeductus, vel ꝙ fuit catholicus, vel ad aliam defenſionem pro innocentia ipſius defuncti. Nam eius factum põt defendi, quanuis omni defenſione excuſari nõ poſſit. ff. ad l. Iul. maieſ. repetundarum. l. lege Iulia. §. fi. ita tenet Bald. in l. ij. C. qui teſta. fa. poſ. ſed in crimine hęreſis difficilè innocentia poſſet probari, vt ſupra defunctus, & ĩ. probatio.

Item an hæredes ſolummodo excludantur a iure ad probandum pro mortuis contrarium directũ eius qđ probatum fuerat: ſecus autẽ per modum indirectum. de quo vide ſupra filij, & infra probatio.

Item an hęredes teneantur de pœnitentia, quę nondum fuit impoſita ipſi hęretico, cui ſucceſſerũt, vide infra pœnitentia.

An debeant citari hęredes, quando fit proceſſus cõtra defunctos, quibus ſucceſſerunt, & qualiter fiat citatio, vide ſupra citatio.

An iſto crimine tranſeat executio in hæredes hæreticorum, vide ſupra executio.

Et an hæredes admittantur ad defendendum hæreticos, quibus ſucceſſerunt quò ad bona ſibi relicta. vide ſupra bona.

Nota ꝙ qui eſt inſtitutus hæres ab hęretico, non poteſt pro hæreditate agere, vt C. de hæreticis, cognouim*. in c. vergentis, eo. titu. extra, & in c. ſi quis epiſcopus, & in ſpec. in ſecunda parte,

parte, titu. de actore, ver. item quòd eſt ab hæretico.

ADDITIONES.

a *Hæres eſt, qui defuncto ſuccedit in vniuerſum ius, quod habuit mortis tempore, arg. l. hereditas. 62. de reg. iur. quidam dictum putant ab hæreo, quòd qui hæres eſt hæret, hoc eſt proximus eſt illi, cuius eſt hæres. Quidam ab hærus deriuant, quòd dominus fiat bonorum quæ ad eum perueniunt, hæres enim apud veteres pro domino dicebatur autore Feſto. quod etymon probat, inſt. de hæred. qual. & diff. §. vlt. tres aũt ſpecies hæredum ſunt, quidã enim ſui & neceſſarij. quidam neceſſarij, quidam extranei. & voluntarij, Primi ſunt liberi, qui ſunt in poteſtate morientis. ſecundi Serui. Tertij ſunt ij, qui ſubiecti nõ ſunt iuri teſtatoris, ſiue ſint de eius liberis ſiue de alia familia, qui extranei appellãtur. vnde Inſt. de hered. quall. & diffe. Heredis aũt appellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi. l. hæredis. 170. ff. de verb. ſig. licèt quidam in hoc diſſentiant, vide in eam Alciæ. & l. ſtipulatio iſta, habere. ff. de verb. obliga. P. V.*

b *Non ſolùm admittuntur immo etiam ſi non compareant citari debent ad deſendendum, ex quo heredum intereſt, pro conſeruanda fama, & memoria defuncti, & nè bona auferantur: Et ẽt nè hæredes ad quos nonnunquã nonnullæ pœnæ tranſeũt indebitè grauari poſſint. Imo quicunque audiendi ſunt, pro mortui defenſione probabiles cauſas allegantes. c. filij de hæret. lib. 6. Bellam. deciſ. 678. & ſequ. Vmbert. in iudi. inquiſi. in verb filius. nu. 14. verſic. volens autem inquiſitor. Siman. Enchir. titu. 62. de mortuis. nume. 8. Quint. Mand.*

Honeſtas. An in perſona honeſta aggrauetur magis, vel minus peccatum, quã in perſona inhoneſta, vide infra peccatum.

Humilitas, Non [a] põt eſſe, vbi eſt hypocriſis, de pœn. diſ. j. taciturnitas, vbi tex. ꝙ ſine humilitate non licet ſperare veniã. de quo vide. ſ. venia, & ſ. redeuntes.

Humilitas enim ad ſapientiam diſponit, vt dicitur prouerbiorum. xj. vbi humilitas, & ibi & ſapientia. vide ſupra diſputare.

Sine humilitate nemo poteſt ſaluari, vt patet Matth. ij. & Lucæ xviij. & no. Nico. de Lyra ſuper pſal. lxxxiij. & Tho. ij. ij. q. clxij. ar. v. Ideo Prouiſo Solerter circa eos qui petunt miſericordiam ſine humilitate, & cum humilitas opponatur ſuperbiæ quæ radix, & mater eſt omnium peccatorũ, vt patet per Grego. moralia. xxxi. ca. xxxviij. vnde & de pœn. diſ. ij. c. principium, ad fi. idem Gre. dicit, conſideret homo elatus quid in terra mereatur, ſi prælatus angelo in cœlo in terram proſternitur.

Humiliter debemus ergo confiteri peccata ad hoc, vt peccatorum veniam conſequamur, vt extra de iureiuran. c. quanto, in fi. cũ dicit ibi, tuũ humiliter confiteri peccatum &c. & xxii. q. ii. humilitatis.

Circa humilitatem Ægidius de regimine principum in. i. li. in ij. parte. xxvj. ca. tractando de humilitate dicit: ꝙ qui ſe deſpiciunt, vel deijciunt vltra quàm debeant, vt illi qui neque quærunt honores, neque quærunt opera honore digna, quòd non eſt humilitatis ſed magis eſt vilitatis, & miſeriç. erit ergo humilitas media inter. præſumptionem, & puſillanimitatẽ.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Vera autem, inquit D. Auguſti. fidelium humilitas eſt, in nullo ſuperbire, in nullo murmurare, nec ingratum eſſe, nec quærulum, ſed in omnibus Dei iudicijs gratias Deo agere, Deumque laudare, cuius omnia opera aut iuſta ſunt, aut benigna. Pet. Vend.*

Imburſari. An pœnitentiæ pecuniariæ debeāt imburſari, vel in quibus debeāt expendi, vide infra pœnitentia pecuniaria.

Incantatores [a] ad malum eſſe non debent, & contrafacientes grauiſſimè puniuntur, vt C. de male. & mathemati. l. ij. & iii. neque ire debent ad domum alterius, nec aliquis debet eos vocare ad domum ſuam, vt in allegata. l. iij.

Incantatores ſunt illi, qui ſuam artem verbis peragunt, vt quia dicunt in ſuis verbis fore ſupernaturalem quodāmodo circa ptātem ea quæ ipſi faciunt, vt. xxvij. q. iiij. c. i.

Incantatores, vel artes magicæ non poſſunt infirmis conferre ſanitatem, ſed ſunt laquei diaboli. xxvi. q. vii. amoueant.

Incantatores ſunt inimici Chriſti xxvi. q. v. peruenit.

Incantationibus vti non licet, ſed ſolùm oratione dominica, & Symbolo. xxvi. q. v. non liceat.

An iſtis incantatoribus confiſcentur eorum bona, & ſint perdita, vide ſupra confiſcatio.

De pœnis quæ iſtis incantatoribus infliguntur per iudices eccleſiaſticos tam de iure cano. quàm de iure ciuili, vide infra de pœnis.

ADDITIONES.

a *Incantationes, & diuinationes ad malum ex inſpectione aquæ benedictæ, vel ſpeculi, vel cum forcipe, cribro, & ſimilibus. Blan. de indici. nu. 397. & ſequ. vbi etiam, contra Bald. qui dicebat permitti nonnunquam maleficium per aliud maleficium tolli, quia malè ipſe Bald. in hoc ſentiebat. & de incantationibus ſerpentum Ghirlan. de ſortileg. qu. xi. num. 28. Quintil. Mand.*

Ex Auguſt. & Iſidoro, Incantatores quidem videntur eſſe quædam Magorum ſpecies qui artem magicam verbis peragerent. 26. q. 3. & 4. c. 1. ideſt qui carminibus quibuſdam certis, formuliſque verborum in id conceptis mali quid hominibus, vel agris calamitatis quid inferrent aut depellere conarentur, vel quid aliud impetrare, depellere, vel commentari, quę facilè colliguntur ex Plin. hiſt. natu. lib. 28. c. iij & l. 4. 6. 7. C. de malefic. & mathe. Lege xij. tabu. interdicta erant, eiuſmodi incantamenta, vel incantationes, inquit ibid. Plini. his verbis, Qui fruges excantaſſet, & alibi, Qui malū carmen incātaſſet. Item Seruius in Eglo. 8. Virgil. in illud carmen. Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes. Magicis inquit quibuſdā artibus hoc fiebat. vnde in xij. tabu. Neve alienam ſegetem pellexeris. prohibita deinde fuit ars iſta peſtifera legibus Imperatorum. C. de maleſi. ſed quaſi permiſſa tunc videbatur, cum quid remedij quæreretur humanis corporibus, atque agreſtibus locis innocenter ſuffragia adhiberentur, nec maturis vindemijs metuerentur imbres, aut ventis grandiniſque lapidatione quaterentur, l. 4. C. eodem

dem. Iure verò canonico, pœnitus inhibita; 26. q. 3. c. amoueant. & Vlpia in l. 1. ff. de var & extraor. cogni. non eſſe ſcribit iſta medicinæ genera cum quis incantauit, cum imprecatus eſt, ſi, vt vulgari verbo impoſtorum vtar, ſi exorcizauit, non ſunt iſta, inquit, medicinæ genera, tametſi ſint, qui. hos ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment. ſed illũ Vlpiani locũ quia exorcizandi verbi meminit, ſuſpicor in Chriſtianos eſſe ſcriptum, hic enim de officio proconſulis libris ſeptem reſcripta principum nefaria collegit, vt doceret quibus pœnis affici oporteret, eos qui ſe cultores Dei cõfiterentur. auto. Lactã. lib. v. inſtit. diui. c. 14. quamquam potius de alijs eſt intelligendum, cum falsò nomen impoſtoris obijcere, licèt cõtumelioſis nominibus Ethici Chriſtianos appellarent, & omnium ſcelerum reos, deorum, Imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicos exiſtimabant, ex nomine ſolummodo Chriſtiani, non quia conuicti ſunt vnquam. Tertull. in apologeticõ. ca. 2. & 7. & in opere paſſim. T. V.

Incontinenti, quãdoque [a] ponitur pro triduo. l. fi. C. de erro. ac quandoq; pro biduo. l. iij §. cum igitur, & ibi Bart. de vi, & vi, ar. l. cum ſpecialis, & ibi Bal. in prin. C. de iudi. & Bal. in l. fructus, & in l. diuortio. ff. de ſol. quãdoque ponitur pro parum ante, vel parum poſt. Bar. in l. ſi ita. §. i. ff. de nouati. & in l. i. ff. de ſol. Bal. in l. i. C. de ope. lib. quãdoque ponitur, ſi primò quis interrogatur, & deinde ſubitò poſtea reſpondetur. glo. fin. & Bar. in l. duos. §. duo. ff. de duo. re. quandòque ponitur pro antequam diuertatur ad extraneos actus l. quòd ait. §. ait. ff. de adul. l. cum antiquitas, & ibi Bal. C. de teſta. l. i. §. ſi ita, & ibi doc. ff. de ver. ob. quandoque ponitur pro quatenus durat mandatum. l. iuriſgentium. §. ſi eum. ff. de pac. aliquando ponitur pro antequam contractus habeatur pro perfecto, ſecundũ Bar. in l. contractus. C. de fid. inſtru. item quandoque eſt in arbitrio iudicis, ꝑ Ab. in c. i. de mu. peti. & in c. veniens, el ij. de teſ. item incontinenti appellari dicitur antequam iudex à quo, receſſerit à bancho. quandoque ponitur antequam teſtis loquatur cũ partibus. glo. & doc. in c. præterea, de teſti. cogen.

Incontinenti quomodo ponatur, vide Spe. ti. de appel. §. vj. poſt princ. & Bal. in l. i. C. de edic. diui Adri. tol. ibi dicitur quòd aliquando ponitur per quinque dies, aliquando per decem aliquando per triduum, aliquando per duos menſes. ſed verius eſt eſſe in arbitrio iudicis.

Incontinenti reuerſus, nõ dicitur receſsiſſe, in ſpe. de ſala. §. iiij. ver. i.

Incontinenti facta videtur ineſſe [b] Spe. de poſiti. §. x. ver. ſed poſt lit.

An hæretico qui incontinenti reuertitur ad fidem, parcatur ei ad hoc vt euadat pœnam mortis, vide infra pœnitentia, & infra miſericordia, & infra rediens.

ADDITIONES.

a *Vide annotationes ad vocem Continuo. & adde Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. gloſſ. 5. numer. 6. & deinceps. Petrus Vend.*

b *Incontinenti, quod eadem die fit, quia præſumitur factum eod. contextu. Bart. & Imol. in l. in operis. ff. loca. Bal. in l. 2. C. de ope. liber. Vmbc. in iudi. inquiſi. hoc ipſo*

ipſo ver. incontinenti. Et quod ea quæ in continenti fiunt, primo actui ineſſe videantur probatur, ex l. lecta. verſi. dicebam. ff. ſi cer. peta l. in bonæ fidei. & l. petens. C. de pac. l. ſi itaque. §. Seia cauit. ibi. Deinde incontinenti. ff. de verb. obligat. c. officij. verſicu. nos autem. de elect. Quintil. Mand.

Indicare. [a] An quis teneatur indicare inquiſitoribus illos, quos ſciuerit ſuſpectos de hæreſi, & quam pœnam incurrat, ſi eos non indicauerit, vide ſupra accuſare, & ſupra fautores.

ADDITIONES.

a *Indicare reum quid ſit declarat Vlpia. in l. indicaſſe. quæ eſt 197. ff. de ver. ſigni. & indicanti in crimine læſæ maie. ſi reus conuictus eſſet quarta pars bonorum rei decernebatur, autor eſt Cornel. Taci. lib. 4. quod & affirmat Alciat. in d. l. indicaſſe. Q. M.*

Indicia. [a] Ex quibus indicijs detegitur error, vt per hoc quis cenſeatur hæreticus, vide ſupra detegitur.

Indicium dicitur minus quàm ſemiplena probatio. [b] Ang. in aut. de nupti. §. ſi verò vſufructus, coll. iiij. l. cum probatio. ff. de probati, vnde indicium non ſufficit ad iuramentum in ſupplementum probationis. Bal. & docto. in l. bonæ fidei. ij. col. C. de de re. credi. quia minus valet, vt ſupra niſi in caſu legis, ſi duo. ver. multum, de iureiuran. vbi facit ſemiplenam probationem, quia ſufficit ad iuramentum in ſupplementum probationis, ſecundùm Bart. in l. admonendi. x. col. ff. eo. tit. vide Bal. in l. nō hoc, vnde cog. an indicium ſit ſemiplena probatio.

Indicium eſt triplex. ſimplex, vrgens, & indubitatum. Io. An. in addi ti. ſpe. de noto. cri. §. vt autem, & Bar. in l. fi. ff. de quæſt. & Anton. de Cana. in tractatu tormentorum. iiij. q.

Nota quòd ſeptem ſunt indicia mentis, & animi per quæ poteſt cognoſci de mente alicuius, quæ notantur. in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat. i.

Per circunſtantias, & indicia oportet de animo indicari? facit quod nota. C. ad l. Cornel. de ſic. l. i. & conſtat præſumptiones præſumptionib' cõtrarijs quandoque tolli, vt de elec. cũ inter, in gloſ. hæc concurrunt, de præſumpt. literas; in gloſſ. antepenultim. Io. An. in addi. ad ſpe. in Rubrica de iniurijs.

Vtrum interrogatus, vel ſua ſponte dicens faciat indicium contra ſocium? & dicendum quòd non, vt notat Bar. in l. i. §. ſeruus. ff. de quæſ. maximè cũ omne indicium debeat probari per duos teſtes, vt per gloſſ. & doc. in l. fi. C. fa. ercif. & per Bart. in l. fi. in antepenultim. q. ff. de quæſtion. per Ange. in l. fin. ff. quòd metus cau. per Bal. in l. qui proponebatur. ff. de lega. ij. vnde licèt vnus teſtis quando deponit directè ſuper ipſo facto principali, pura quia vidit committi ipſum maleficium, faciat indicium, ſi eſt omni exceptione maior, vt nota. in l. ſi quis. C. ad l. Iulia maieſ. Bar. in l. fi. ff. ad l. Corne. de ſic. & Bal. in l. fin. C. fa. er. Sali. in l. fi. C. de queſt. notã. Bart. & Ang. in l. i. ff. de fur. tamen ſupradictus ſocius, ex quo confeſſus eſt crimen ſuum eſt infamis, infamia fa

ẟi

ẞi ſaltem, ideo non eſt teſtis omni exceptione maior, quia vilis & infamis non facit indicium aliquo modo. ita dicit Bar. in l. i. §. idem Cornelio, per illum tex. ff. de quæſt. & Bald. in c. i. §. ſacramentum, de conſue. recti feudi, de vſi. feu. dicit quòd illud quod dicitur vnum teſtem facere indicium, debet intelligi, ſi eſt vitę probatæ, vel bonæ opinionis, nec poteſt haberi ſuſpectus familiaritate, vel fama mala, vel alia cauſa arbitrio iudicis. & ideo ſecundùm eum infamis infamia facti non eſt idoneus teſtis, vt nota etiam ipſe Bal. in l. fi. C. de requi. reis. per nota. ibi per glo. & quid ſit indicium, & quomodo probatur, & in quibus fallit, vide infra iſta litera. §. an cõfesſio ſocij. & vide in ſum. Ange. confesſio delicti, & in dictione indicium, per totum.

Indicia cauſas decidunt. Bald. in l. voluntatis. C. de fideicommiſ.

Nota quòd indicium graue ęquiparatur præſumptioni iuris. Cy. in l. metum. C. de dolo. Bal. in l. non hoc, vnde cog.

Indicium dicitur ſufficiens, id eſt à iure approbatum, non autẽ quod animum iudicis aliqualiter moueat. Bal. in l. cum circa. C. de iure do.

An indicia in generali inquiſitione ſufficiant in ſpeciali, Bar. in l. fi. in fi. C. de quęſt.

Indicium debet probari per duos teſtes.[c] glo. & Bar. & Bal. & doct. in l. fi. ff. de quæ. gl. in l. proponebatur, de lega. ij. Innoc. in c. ſicut, de ſimo. Ant. de Cana. in tractatu tormentorum. xj. q. in prin. quod intellige ſi duo teſtes directè non probent ſuper crimine, ſed ſuper inditio criminis, ſecundùm Bald. in conſi. in Chriſti nomine amen, an mandatarius, & infra.

Item verum etiam in ſtatuto loquente de indicijs, ſecundùm Angel. in aut. de teſta. imperfec.

Indicia hæreſis debent plenè probari. Innoc. in c. ſicut, de ſimo. i. per per duos teſtes per notata in l. fin. C. fa. er. vel per vnum qui de veritate deponat. ſi tamen ritè ſit, & legitimè examinatus, ſecundùm Bald. in marga. ver. indicia, ver. ij. & ſupra eo.

Quãdo in occultis aliqua indicia apparent, quid ſit faciendum, vide infra denunciatio, & infra procedere, & ſupra detegitur, & infra monitio, & infra procedere.

Quæ indicia ſufficiant ad torturã, relinquitur arbitrio iudicis.[d] Bart. in l. fi. ff. de quæſt. p l. milites. §. oportet, eo. ti. & l. de minore. §. tormenta, eo. ti. Bal. in c. j. vij. col. de pa. tenẽ. Anto. de Canaria in tractatu tormentorum. vj. q. vide infra tortura.

An, & qñ vnicũ indiciũ ſufficit ad torturã, Bar. in l. fi. ff. de quæſti. & in l. j. §. ſi occiſorum. ff. ad Silla. & Bald. in l. congruit. ff. de offi. præſi. & in l. j. C. de ſum. tri. & Cy. in l. fi. C. de quæſ. & Ange. Are. in tractatu maleficiorum, ver. ꝙ fama. item Bald. in addi. ſpe. de ſen. ver. tortura, ꝙ ſic ſufficit, ſi tale indicium eſt indubitatum.

An confesſio ſocij criminis faciat indicium contra ſocium criminis.[e] & Bar. in l. i. §. ſi ſeruus. ff. de quæſt. & Ange. Are. in tractatu maleficiorum. ver. ꝙ fama, tenent ꝙ non, ſed cõtrarium no. per Cy. & doc. poſt glo. in l. fi. C. de accu. & Ange. in l. & ſi certus, ff. ad Silla. & Pau. de Caſt. con. cxcv. & cxcvij. ꝙ torqueri poteſt ex dicto fęminæ, & ſocij criminis.

Sed an cófesſio extraiudicialis ſit

Ee ſuffi-

ſufficiens indicium ad torturam? & dicendum quòd ſic. Bart. in l. capite quinto.ff.de adulte.

An teſtimoniũ de auditu proprio, ſeu alieno faciat indicium, ſeu præſumptionem ad hoc vt transferatur onus probandi aduerſario, vide infra probationes.

Nota quòd pupillus ſemper facit indicium teſtificando, quia inſtruit, & non probat.glo.ſing.& Bar.in l.fi. C.de his qui.vt indi. Lu.Ponta.in Rubri.ff. de arbi.xj.col.& in.l.i. §. nè filij,ad Trebel.glo.in ver. pupillus, in l.inuiti.la.ij.ff.de teſti.& in.c.i.iiij.q.iij.& Bar.in l.2. §.quòd obſeruari,in ij.col.in fin.in.verſi. ſecundò probo. C.de iura.calum. ſed aliter dicit in l. ii. §.impubes, ad Silla.quòd non faciat indicium. ſed vide per Bart.in l. maritus,in i.col.in fi.in ver. vlterius oppo.ff.de quæſtion. item pupilli teſtimonium ipſo iure non valet. Angelus.in aut.de teſti. in. §. i. in verſi. ſingu.

Nota quòd indicia purgantur per probationem bonæ vitę. Bart. in l.ij. §.pen.ff.de re milita.

Quid ſi eſſent duo, vel tres teſtes ſingulares, qui confiterentur contra tertium,an poſſint coniungi?& dicẽdum quòd nullo modo poſſint coniungi ad faciẽdum indicium, niſi ſit teſtis omni exceptione maior, vt ſupra dictum eſt in §.vtrum interrogatus.& multò minus ad faciẽdam plenam probationem. ratio quia cum duo teſtes requirãtur regulariter, vt ij.teſtes, tales non ſufficiunt, q̃a vnũquodque dictũ de per ſe imperfectũ eſt,ita no.Bal.in l.ſi quis ex argentarijs.§.i.ff.de edendo,& patet per no. p do.Ant.in c.licèt,de teſtibus, dum loquitur de probatione per teſtes ſingulares. nec obſtat quòd vnus teſtis deponens ſuper facto principali iungatur cum probatione famæ, vt no. in l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſti.& p Bar. in l.admonendi.ff. de iureiurã. Iſtud eſt quia hic eſt perfectum,ſcilicet vnꝰ teſtis integer,vt dictum eſt. Item fama, quæ facit perfectum indicium, vt no.Bar.in l.de minore.l. ſi plures. ff.de q.Item nec obſtat, quòd duæ probationes ſemiplenæ diuerſi generis coniungantur ad vnam plenam faciẽdam,iuxta no.in dicta.l. admonendi,quia illud verum quando coniunguntur ad eundem actũ. ſed duæ probationes diuerſorum actuum, & diuerſorum generum nunquam coniunguntur ad plenam probationem faciendam.iſte eſt caſus, & ita deducit Bal.in l.teſtium,in fi.C.de teſti.& idem Bal.in l.obſeruare. C. quando appel.non reci.poſſint.domi.Antonius in c.veniens,el.i.de teſti.Ex iſtis infertur,quòd duæ mulieres dicẽtes ſe peccaſſe cum aliquo non poſſint iungi ad faciendum indicium perfectum,nec arctandum ad veritatẽ dicendam etiam cum aliquibus coniecturis, maximè cũ deponant de delicto perpetrato in eorũ corpore,iuxta no.per Bar.in l. ſi quis in graui. ff. ad ſena.cõſul.Sill.vbi dicit quòd nullum facit indicium.& idem Ange. in l.ii.C.de cal.vide infra teſtis. §. vtrũ teſtes ſingulares pbent in Apoſtilla.

Nota quòd per indicia indubitata non poteſt quis condemnari corporaliter:f ſecus autem ciuiliter & in pecunia.hoc Ange.de malefici.in §. comparuerunt dicti,in iiij.col.

Quæ ſint indicia indubitata, vide Gandinum in ſuo tractatu maleficiorum,

ficiorum, ſub Rubrica de præſumpt. & indicijs indubitatis, ex quibus cũ demnatio ſequi poteſt, & ibi numerat omnes caſus, ex quibus ſequi poteſt cõdemnatio. & de hoc poteſt poni exemplum de illo qui intrauit domum gladio euaginato, & exiuit cũ eo cruento, & quidam dabat voces in domo, vbi poſt quis inuenitur vapulatus, vel occiſus. hoc Angel. vbi ſupra.

Quæ ſint noua indicia [a] ad hoc vt poſſit repeti tormentum? Et dicendum quòd ſunt ea, quæ differunt a præcedentibus ſpecie, vel ſubſtantia, verbi gratia, prima indicia erant de mala fama rei, vel quòd erat inimic9, &c. Superuenit poſtea vnus teſtis q dicit ſe vidiſſe reum percutere, vel dicit quòd vidit cum gladio euaginato. talia enim dicuntur noua indicia, quæ a prioribus ſpecie differunt, vel ſubſtantia, ſicut dicimus in capitulis nouis, vt. l. per hanc. C. de tempo. appella. & c. fraternitatis, de teſti. quod bene nota nè erres, quia ſi tu primò habuiſti indiciũ ex fama per aliquos teſtes, licèt poſtea plures habeas ſuper fama, non dicũtur noua indicia, ſed dicitur noua probatio primi indicij. & ſic propter nouos teſtes ſuper fama non poſſet in tormentis repeti, vide infra tortura.

Ex quibus indicijs poſſit iudex procedere diffinitiuè, vide j̃. tortura.

Quando hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi non conuincitur, nec fatetur, & ſunt aliqua indicia contra eũ quid ſit faciẽdum, vide ſupra abiuratio. nam debet abiurare, ſi ſint talia indicia. Nota ꝙ minor numerus teſtium quã requiſitus a iure, facit indicium ad torturam, vide j̃. tortura.

An ille qui non debuit examinari, vel in teſtem recipi, indiciũ faciat ſi examinetur, vide ſupra examinatio, in Apoſtilla, in §. nota nunquid examinetur.

A D D I T I O N E S.

a *Indiciũ propriè eſt delatio, detectioque criminis, a quopiam facta, quòd eius conſcius fuerit, Vnde Dona. in Eunu. Teren. act. 5. ſce. 7 inditiũ, inquit, dr̃ eius q vnà peccauit. Teren. in Adelph. Indicio de ſe ipſe erit. & in Eunu loco citato. Ego met meo indicio miſer, quaſi ſorex perij. Saluſt. in Catil. Indicium falſum videri, in quã ſignificationẽ ſumitur in l. in q. ff. ad l. Iul. maie. item ſæpe in l. 1. ff. de q. & l. Diuus. 9. eod. tit. & in l. 4. de condi. ob turp. cau. dictum ab indice. qui eſt ait Aſcon. in Diuina. qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius latebras indicat impunitate propoſita. Dona. etiam in Adelph. Indicat is, inquit, qui de ſe volens aliquid, & de alijs etiam prodit. ſed confitetur qui de ſe tantùm, & qui inuitus. Aſcon. eod. loco ſcribit, Certa ſunt in quibus impunitas indici datur, vt in cauſa proditionis, maieſtatis, & ſi quid huiuſmodi eſt, Certæ etiam perſonæ ſunt, quæ indices fieri pñt, itaq; neq; repetundarum cã per indices agi ſolet, neq; ſenatoria perſona põt inditium profiteri ſaluis legibus. Hinc poſtulabatur indicium Cic. de diuina. quapropter ſi tibi indicium poſtulas dari, quòd tecum vnà feceris, concedo, ſi id lege permittitur. Indicium profiteri conſueuiſſe ſcribitur in l. 1. ff. ad l. Corn. de ſicca. Budæus autem in eam. l. ita definit huiuſmodi profeſſionem. Eſt autem inquit profiteri indicium vltro ſeſe, conſortesque criminis deferre. id quod Ciceron. Indicium ſibi poſtulare dixit in*

diuina.inde abijt velut in prouerbiũ Indicio ſibi eſſe quem verbis, vt rodendo ſõricem. Accipitur etiam Indicium pro ſigno, argumento, veſtigio, ſiue nota alicuius rei, ſicut hic accipitur. Cic. poſt reditum. Hoc indicium animi ſui fore non putauit. Idem pro Cluentio. Indicia, & veſtigia veneni, idq́; confirmatur l. milites 8. C. de quæſtio. & l. 3. eod. item l. 1. in prin. & l. vnius. 18 ff. eod. et l. indicia. C. de rei vendi. vlt. C. de probati. ad quã dicitur indicia eſſe argumenta, ſic dicta; quia rem indicant. Quod vocat ſignum Quint. l. 5. c. 9. de ſignis, id quidam aiũt, indicium, quidam veſtigium nominauerunt, per quod alia res intelligitur, vt per ſanguinem cædes. Idem repetit. c. x. §. ſed nunc. Cice. ad Heren. lib. 2. Signum eſt per quod oſtenditur idonea perficiendi facultas eſſe quæſita, quod diuiditur in ſex partes. Item lib. 1. de inuent. ſignũ eſt, inquit, quod ſub ſenſum aliquem cadit, & quidã ſignificat quod ex ipſo profectum videtur, quod aut ante fuerit, aut in ipſo negocio, aut poſt ſit conſecutũ, & tamẽ indiget teſtimonij & grauioris confirmationis, vt cruor, fuga, pallor, puluis, & quæ his ſunt ſimilia. Adiuncta appellat in Topicis, inter veriſimilia ponit. in Partitio. Orat. & argumentum vocat quiddam, quod ex facti veſtigijs ſumitur, vt telum, cruor, &c. ex his in Topicis, & in 2. ad Hæren. in allegatis locis moueri, ſcribit ſuſpitiones, Ariſt. 1. Rhetorico. ſignũ dupex tradit vnũ neceſſariò aliquid aut eſſe, aut fuiſſe, aut futurũ eſſe declarat, alterum verò in ſe neceſſitatem nõ habet, verũ ſæpe fallit. prius genus appellat in Partitio. Cice. propriæ notæ argumentum, Quintill. Philoponum ſecutus, diuidit tripartito C. de ſignis. Indicia contingentibus ennumerat Agricola libro. 1. de inuention. capitulo 20.

Exempla tibi quoque ſubminiſtrat de Latinis. alia ſi locus pateretur addidiſſem. ea frequentius in iure vocabulo præſumptionis appellantur, vt de probationibus, & præſumption. & ſparſim in eod. vt l. vltim. in princi. ff. quod met. cau. l. ſi chirographum. ff. de probat. item a gloſſ. in eaſdem leges. & in l. abſentem ff. de pæn. & extra titul. de præſumptio. aliquando & a rhetoribus & in iure coniecturæ. l. vtrum. 48. ff. de dona. & l. continuus. 137. §. 2. ff. de verb. obliga. argumenta nonnunquam l. non omnes. 5. §. a barbaris ff. de re milit. l. ex libero. 15. & l. vnius. 18 ff. de quæſtioni. l. 2. de require. l. 3. & l. milites. 8. vbi qualia eſſe debeant conſtituuntur. C. de quæſ. aliquando rationes l. ſicuti. 4. C. eo. quandoque veriſimilia nuncupantur. l. vl. in prin. ff. q̄d met. ca. & l. ſed ſi vnius. 17. §. filio familias. ff. de iniur. ſuſpitiones interdum l. vl. ff. de quæſt. & l. 1 ff. eod. in prin. ibi ſuſpectus reus. l. abſentem. ff. de pæn. & l. 3. §. ſiquis. ff. de mino. ſic itaque largiori quandoque ſignificatu, quandoque ſtrictiori, nominantur, æquè varijs his nominibus apud rhetores ſignificantur. Nota ꝓprię. M. Tull. in partitio. appellat argumentũ, q̄d nunquã aliter ſit certumq́; declarat, vt fumus ignem. veriſimile ait Cic. ibid. eſt, q̄d plerumq; ita fiat, quod alibi probabile nuncupat. Ex inditio igitur q̄ñ plena, quando ſemiplena, & quando minor probatio ſequi poſſit, ex his diſtinguendũ vr̃, ſunt. n. quędã quæ tm̃ ſuſpicionem mouent q̄ ſcribuntur à Cic. l. 2. ad Hæren. in definitione argumẽti, & in his in quæ diuiditur argumentũ, item de conſtitutione coniecturali, li. 2. de inuen. item in Topic. in argumenti ab adiunctis explicatione, idem in partitionibus cum agit de veriſimilibus aut ꝓprijs rerũ notis item Quintillia, lib. 5. c. de ſignis. & infra ſu-

ſpicio

ſpicio iura proferuntur. quæ de ſuſpitionẽ conſtantibus loquuntur. Indicia vt accipiat Cice. vide in Orat. in Catili. ſol. mihi 217. & 218. Item lege Directo. inqui. in 2. parte, de ſignis genera ſingula hæreticorum dignoſcendis extrinſecus. Quænam differentia ſit inter inditium, præſumptionem, & ſemiplenam probationem, vide Alber. de aſſer. catho. 34. q. nu. 38. Item quid ſit Inditium prout hic ſumitur, vide Bart. in l. excuſantur. ff. de excuſ. tut. Francũ. ad c. non ſolũ. de reg. iu. li. 6. not. 7. De inditijs latiſſimè Boſſi. in tract. Prætcrea cum argumenta, ſigna, & indicia, quibus ſuſpectus eſt reus, ex varijs perſonarum & rerum circunſtantijs, oriãtur, nulla certa regula definiri poſſunt, ita vt arbitrio iudicum neceſſariò relinquantur. Bar. & omnes, in l. vlt. de quaſt. plurimi citati ab Hippolyto in pract. §. diligenter. Hec Siman. in Enchi. tit. 52. num. 12. Indicium denique ſumitur pro proditione perſonæ latitantis, l. ſolent. 16 ff. de præſcrip. verb. l. idem. §. vlt. ff. de cond. ob turp. cauſ. P. V.

b Idẽ Bar. in l. 2. ff. de excuſa. tuto. Brun. de Inditijs. par. 1. q. 1. nu. 2. Blan eo. tra. n. 51. ver. nono præmitto. & nu. 326. Alber. de aſſer. cath. q. 34. nu. 38. Q. M.

c Inditium per duos teſtes probandum. Ang. l. fi. circa prin. ff. quod me. cau. Blã. de indi. nu. 46. & quòd inditium quodlibet ad minus per duos teſtes probari debeat, cõem affirmat Ioã. de Ami. de Venaſ. con. 127. nu. 10. An aũt, & qñ et ad quos effectus ſufficiat vnus teſtis, vide per Blan. vbi ſupra. nu. 47. & ſequ. Iul. Clar. ſen. li. 5. §. fi. q. 21. nu. 2. ver. vnus teſtis, & per Brun. de inditijs. q. 2. nu. 1. & alijs ſeq. Et dixit Fran. Caſſa. de tormen. c. 6. nu. 7. quòd inditium remotum, maleficio per duos teſtes probari debet, proximum verò & immediatum per vnum; quòd ſi per duos probaretur, non inditium ſed plenam faceret probationem. Q. M.

d Idem Bald. in l. 1. col. fi. in prin. C. commu. de lega. Are. in tract. malefi. in verb. fama publica. col. 5. verſi. quæro an vnũ inditium. Guid. de Suza. de indi. & tortu. nu. 30. ver. quæ, & qualia inditia requirantur. & Lud. Bologni. in addi. ad ipſum. nu. 35. & hãc cõem teſtatur alios ad idẽ citans Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fi. q. 64. nu. 14. de quo vide Vmber. in Iudi. inquiſi. hoc verb. inditium. nu. 4. Q. M.

e Socius criminis quòd non faciat probationem cõem dicit Cur. Iun. con. 170. nu. 4. & quòd ẽt non faciat inditium ad torturã, niſi alia addatur præſumptio, vel inditium, voluit Vmber. in indi. inqui. in ver. Inditium. nu. 25. & ſeq. Et Ioan. de Ami. de venaſ. communem aſſerit ſociũ criminis ſolùm facere inditium ad inquirendum, quã etiã verã dicit con. 27. n. 5. & con. 37. eo. nu. Blan. diſtrictius cæteris loquens hæc tractat de indi. nu. 377. cum alijs ſequ. vbi plura inuenies huc ſpectantia. Q. M.

f Cepol. con. crimi. 6. & 32. Caſſo. tract. crim. xi. tit. Nẽreus per aliqua inditia: nu. 26. & 34. idem de tormen. c. 21. titu. de confe. ratifi. nu. 10. verſ. ſed per indicia licèt indubitata, ſentio non poſſe damnari, ſed torqueri. Ex inditys indubitatis condemnationẽ in criminalibus fieri non debere communem teſtatur Dec. conſil. 175. col. 8. in fin. Q. M.

g Idem quod hic Ange. in tract. malefi. in verb. fama publica. verſic. quæro quæ dicantur noua inditia. Brun. de indi. & tortu. in 5. quæſt. 2. parte. nu. 63. ver. ſed cum hic fiat mentio de nouis inditijs Ludo. Bologn. in addi. ad Gui. de Suza. eod. tit. de Indi. & tortu. num. 61. practi. Papien. in forma inquiſi. verſi. ſed quia in ſuperioribus. Q. M.

Ieſus. [a] In nomine Ieſu omne genu flectatur [b] celeſtium terreſtrium & infernorum. & quando hoc nomen in eccleſijs pronunciatur, vel decãtatur, debent omnes fideles reuerenter inclinari, vt habetur in ca. i. de immunitate eccleſia. libro.vj.

Vnde dicatur hoc nomen [c] Ieſus, vide in dicto.c.i.de immunit. eccleſi. libro.vj.

Ieſus Chriſtus pingendus eſt non in formã agni, ſed hominis. de conſecra.diſ.iij.ſextam ſanctam.

ADDITIONES.

a *Ieſus hic proprium eſt nomen eius, qui Deus, & homo eſt, quod Saluatorem ſignificat, non quidem ſortuitò, aut hominum iudicio, & voluntate, ſed Dei conſilio & præcepto illi impoſitum, Catechi. in artic.fidei. Et in Ieſum Chriſtum. De eo complura videas in Syno. Tridentin. Petrus Vendra.*

b *Gene.27. Et incuruentur ante te filij matris tuæ. Iſa.1. Et incuruabitur omnis ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur dominus ſolus in die illa. & ca.45. Et egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu. Matth.2. Et procidentes adorauerũt eum. Ad Rom.14. viuo ego, dicit dominus quoniam mihi flectetur omne genu. Quintil. Mand.*

c *Hoc nomẽ eſt ſupra omne nomen, pſal. 137. Quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum. Hoc nomen a Deo ipſo impoſitum fuit Iſa.c.62. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Q. M.*

Incarnatio Domini noſtri Ieſu Chriſti fuit conueniens, & poſsibilis. ſanctus Thom. in iij. parte. q.i.ar.i. & ij. & eam non meruerunt antiqui patres, idem in iij. parte. quæſ.ij. ar.xi. & in iij. diſtin. iiij. ar.v.

Incarnatio domini noſtri Ieſu Chriſti fuit neceſſaria propter reparationem hominis, vt in præal.iij. parte.q.i.ar.ii.& in iii.diſ.xx. ar.i.

Nota quòd nec fuiſſet talis incarnatio, ſi homo nõ peccaſſet. vide eundem Tho.in iii.parte.q.i. ar.iij. & in iij.diſ.i.ar.iii.

Incarnatio magis fuit ad remediũ originalis peccati, quã actualis. idẽ in.iij.parte.q.i.ar.iiij.

Conuenienti tempore facta eſt incarnatio. idem in iij. parte.q.i.ar.v.& vj.& in.iij.diſ.i.ar.iiij.

Idololatra dicitur ille q adorat idola, vel ea veneratur, vel eis facit holocauſtum, vel ſacrificium, vt ſupra dæmones, dictum eſt, & habetur.xxvj.q.ii.illud, & l.diſ.prælatura, & xxviii.q.i.idololatria, & C. de ſarrace. & paga. per totum titul.

Peccatum idololatriæ committit, qui credit, aut tenet papæ non eſſe obediendum. de quo ſupra hæretic.

Peccatum idololatriæ incurrunt ſacerdotes fornicarij ingredientes eccleſiam.lxxxi. diſtin. ſi qui ſunt preſbiteri.

Idololatra cenſetur omnis diuinator, & ſortilegus. xxvj.q.v. quòd autem. & dæmones inuocare, & ſortes exercere, vt xxvj.q.ii.c. ſed illud, & §.his ita, & dicto.c. quod autem. xxvj.quæſt.v.

Quid ſit idololatria, vide per ſanctum

ctum Thomam.in iij.diſtin.ix.ar.iij.

Idololatria eſt quando cultus qui debetur deo, exhibetur creaturæ. ſanctus Thom.ij.ij.q.xciiii.ar.i.vj.quæſ. i.quæro.

Satius eſt fame mori quàm idolothytis veſci.xxxii.q.iiii.ſicut ſatius.

Nota quòd Salomon deuictus luxuria mulierum templa idolis ædificauit.xxii.q.iiij.Salomon quippe.

Quare apoſtolus dixit idolum nõ eſſe in mundo, vide ſecunda ſecundæ q.xciiij.ar.i.& in iij.diſ.xxxvij.

Indulgentia. Nota quòd papa cõcedit indulgẽtiam illis qui exterminauerint hæreticos, ſicut conceditur cruce ſignatis vltra maria, vt.xxiij.q.viij.legi,& de hæreti.excommunicamus.§.catholici,& extra de pœn.c.quòd in te, in fi.& patet latius in quadam extrauagante conſtitutione Innocentij quarti, quæ incipit malicia, quæ fuit approbata per Alexandrum papam in quadam eius conſtitutione, quæ incipit fœlicis.vide ſupra crux.§.nota quòd cruce ſignati.

Nota quòd papa nunquam concedit indulgentias niſi pro actu licito, & approbato, & opere caritatis, vt nota per doc.in c.quòd autẽ,de pœni.& remiſ.pro quo eſt textus eo.tit. cum ex eo.tenet Tho.iiij.ſenten.diſt. xx.vnde concluditur quòd punire, & deſtruere hæreticos eſt opus caritatis.

Nota quòd legati domini papæ poſſunt de iure facere perpetuas indulgentias in terminis ſuæ legationis, ſicut & perpetua ſtatuta. de offi. delega.c.vl.in tex.& in gl.

Indulgentiæ an proſint animabus defunctorum, nota in c. cum creatura, de cele.miſ.xxiiij.quæſtio.ii. ſane.

Nunc videndum eſt de indulgentijs, quas inquiſitores poſſunt concedere. Et nota quòd poſſunt concedere viginti, vel quadraginta dies de indulgentia, quotiens opportunum viderint omnibus verè pœnitẽtibus & confeſſis, qui conuocati fuerint in fauorem officij, vt habetur in quibuſdam literis diuerſorum pontificum, quæ miſſæ fuerunt inquiſitoribus in fauorem inquiſitionis, quæ literæ cõtinentur in quadam extrauagãte Vrbani, quæ incipit, Vrbanus epiſcop⁹, &c. Præ cunctis noſtræ mentis deſiderabilibus catholicæ incrementum fidei, &c.

Item inquiſitores exercendo officium gaudent in quolibet actu inquiſitionis, quando fit aliquis actus reconciliationis per eos, vel aliqua executio durante tempore officij in quolibet actu indulgentia plenaria omnium peccatorum ſuorum, vt habetur in præallegatis literis diuerſorũ ſummorum pontificum, vbi ſic dicitur. Vobis autem pro huiuſmodi negocio laborantibus illam peccatorũ veniam indulgemus, quæ ſuccurrentibus terræ ſanctæ in generali concilio eſt conceſſa. hoc eſt peccatorum venia.& de indulgẽtia, quę datur ſuccurrentibus terræ ſanctæ, habetur in c.ad liberandam, extra de Iudæis, & Hoſt.notat in parte deciſa. hæc Clemens quartus in quadam extrauagante, quæ incipit, Clemens epiſcop⁹ ſeruus ſeruorum dei, &c.

Nota quòd fratres, qui ſunt ſocij inquiſitorum, & etiam notarij inquiſitionis, qui laborant in dicto officio & omnes illi qui dant fauorem, vel auxilium ad perſequẽdos hæreticos,

fautores, receptatores eorum, quilibet iſtorum gaudent tribus annis indulgentiæ, & ſi qui ex his in perſecutione officij deceſſerint, ſiue ipſi inquiſitores, & ſocij eorum, ſiue notarij, ſi ore confeſſi fuerint ſua peccata, & de eis contritionem habeant, gaudẽt in articulo mortis indulgentia plenaria, vt habetur in præallegatis literis diuerſorum ſummorũ pontificũ, vbi ſic dicitur. Socijs verò fratribus veſtri ordinis, & notarijs veſtris, qui vnà in huiuſmodi perſecutione negocij laborauerint, & oĩbus q̃ vobis pſonaliter aſtiterint in eodẽ negocio, & q̃ ad pugnãdos hęreticos fautores, & receptatores, & defenſores eorum ex animo vobis præſtiterint auxilium, conſilium, & fauorem de omnipotentis dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorũ eius autoritate confiſi, tres annos de iniũctis ſibi pœnitentijs relaxamus.

Et ſi qui huiuſmodi in pſecutione huiuſmodi negocij fortè deceſſerint, eis peccatorum omnium de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint plenam veniam indulgemus.

Ex ſupradictis nota, ꝙ inquiſitores conferunt illis omnibus qui interfuerunt prædictis ſermoni, & ſententiæ inquiſitionis, quadraginta dies de indulgẽtia ex parte domini noſtri papæ, poſtquam fuerit factus ſermo, & lecta ſententia. & dicatur publicè ꝙ omnes, qui præſtiterint auxilium, conſilium, vel fauorem in facto fidei præterito, habuerunt tres annos indulgentiæ. vide infra ſententia.

ADDITIONES.

a *Indulgentia eſt obſequium, patientia, quædam lenitas in filios pręſertim. Cic. Atti. li. x. filium patris indulgentia deprauari, Aliquando pro molli permiſſione, Quintil. lib. 1. c. 3. mollis illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnes, & mentis, & corporis frangit, In hunc ferè ſenſum ſumi videtur, in l. 1. ff. de collu. detegen. & in l. 2. §. vtrum. ff. ad ſenat. conſ. Silla. Hinc fit vt pro cõceſſione, permiſſione, & remiſſione capiatur. nã cum obſequimur, in conſequentiam permittimus, cõcedimus, atque remittimus. Exempla de ſcriptura ſacra colligit magiſter ſenten. lib. 4. diſt. 26. hinc pro remiſſione pœnæ criminis. l. 2. & 3. C. de gene. aboliti. & l. pen. ff. ad ſenat. con. Turpil. ſed hæc remiſſio non eſt niſi pœnæ corporalis ac aliàs tẽporaria venia, hic aũt accipitur pro remiſſione pœnæ debitæ pro peccato, q̃ eſt ęterna, vnde ſic ea definitur. Indulgẽtia eſt quędã remiſſio pœnæ debitæ pro peccato poſt contritionẽ habitã de eo. Sic Ang. in ſumma, de ea ẽt vide Fel. tractatũ. Indulgentiæ eiuſmodi ſunt cæleſtes eccleſię theſauri, ad quæſtum non exercendæ. Con. Tri. ſeſſ. 21. c. cum multa. 9. ſunt maximè ſalutares earũq; conferendi poteſtas, á Chriſto dño cõceſſa, et quõ concedendæ, in eo. Con. ſeſſ. 25. c. de indulgentijs pro cõceſſione c. vl. vt lit. pen. c. dudũ de priui. Itẽ pro cõceſſione, vel permiſſione. l. in fundo. §. cenſuimus. ff. de rei ven. & l. cũ lex. ff. de legi. l. 2. §. ignominia. ff. de his qui not. inf. itẽ pro ea quam vocamus vulgò diſpenſationẽ, c. dudũ. 2. de elect. & 77. diſt. c. vlt. & l. ſi ſenator. 31. ff. de rit. nup.* P. V.

Infans [a] Antequam ſit adultus dũ eſt in infantia, eius ętas ſine peccato eſt, & crimine, vt in Cle. vnica. de homici. nam lex dicit de talibus ꝙ ætas illa id quod videt ignorat, vt in l. i. C. de falſa. mone.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Infans dicitur qui, quæve ſeptennium non cõplevit, l. ſi infanti. 18. C. de iur. del. & l. 2. §. 2. ff. de admini. tut. à non fando dictus. Cic. de Ora. Nã & infantes actionis ſæpe fructum tulerunt. et eſt quòd aut dici nõ debeat aut fari nõ poſſit, nã & infantes vſq; eò appellãdi ſunt, donec cęperint fari. Hæc Nonius. ſed infantiam iura ſeptennio concluſerunt, nequid ambiguitatis eſſet ex alijs autoribus. quod ſæpiſſimè fecerunt legum latores. Itaq; dubia monentia ad legem ferendam, & ex aliorũ quã iuris autorũ & ex legibus, moribusve alibi diuerſis inuenienda cenſeo. Translatè dicitur ẽt infans, qui cogitata, conceptuſq; ſuos nequeat effari vel eloqui, Non. ex Cic. Itẽ infans oĩs filius ad cõparationẽ patris idiomate Hebreorum vocatur, autore D. Ieroni. de q. Hebrai. in Gen. c. 21.* P. V.

Infamia [a] An debeat præcedere inquiſitionem ad hoc vt inquiſitio formetur, vide infra inquiſitio.

Qui dicantur infames, [b] & qualiter tollatur infamia, habetur. vj. q. i. in c. omnes, el primo, in gloſſ. & in c. infames.

Qualiter probetur infamia, vide plenè extra de accuſatio. in c. inquiſitionis, in fi. & de purga. canonica, in ter. quaſi per totum.

Infamia cedit loco accuſatoris, de quo vide ſupra accuſatio.

Quando infamia probatur clarè contra aliquem, indicitur purgatio, vt infra purgatio.

Infamis regulariter poteſt teſtari. l. is cui. §. ſi quis, & ibi Bar. ff. de teſta. l. i. & ibi Bal. C. de ſecun. nup. & gloſſ. Io. Fa. & docto. Inſtitu. de teſtamen. §. teſtes. & ſequitur: niſi ſit infamia ex crimine famoſo, ſi non retinet bona vſque ad mortem. Bar. in l. i. vj. q. in repeti. de ſacroſan. eccleſi. & hæretici non poſſunt facere teſtamentum, vt in c. excommunicamus. §. credẽtes, extra de hæreticis, & in l. Manich. C. de hæreticis. nec etiam poſſunt hęredes inſtitui, vt ibi. nec ab inteſtato poſſunt aliquid habere, vt in l. quiſquis cum militibus. C. ad l. Iulia. maieſtatis. quæ eſt canonizata. vj. qu. j. ſi quis.

Infamis dicitur qui portat crucẽ propter hæreſim publicè pœnitens.

Item qui hæreticos receptat, & defendit. item qui Chriſtianæ legis normam abijciunt. item & condemnati de crimine publico. [c] lege ſpe. ti. de teſte. §. i. ver. quid de portantibus.

An infamis poſſit eſſe teſtis, vide infra teſtis, in margine. §. infamis.

An infamia tollatur per pœnitentiam, Abbas in c. quia diligentia, in ij. col. de elec. & ibi de infamia canonica, iuris, & facti.

Infamia canonica, vel ciuilis tollitur per pœnitentiam. in ſpe. ti. de teſte. §. i. ver. quid de portãtibus. & nota quòd infamia canonica incurritur ex quolibet peccato mortali. [d]

Nota quòd ſi infamia inducit ſcandalum, vel crimen magnum, infamatus poteſt ſtatim ſuſpendi pendente proceſſu. glo. nota. in c. presbyter. ij. q. v. Io. An. in c. i. de accu. l. vj. ab in c. at ſi clerici, de iudicijs.

Confeſsio infamat, ſicut ſententia gl. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſi eum. ff. de iureiuran. & habitus pro confeſſo ex delicto committendo in commiſſo

eſt

eſt infamis, vt l. ſi tutor. C. de interdi. ma. & ibi Bal.

Omnes hæretici ſunt infames, vt infra pœna.

Omnes periuri ſunt infames, vt infra periurus.

An infamis poſſit accuſare hæreticum viuum, vel defunctum, vide ſupra accuſatio.

Infamia ab incerto autore procedit. de conſe. diſ. iiii. ſanctum. & ſufficit ſecũdùm Rai. quòd apud bonos, & graues quis ſit diffamatus, non diſtincto a quibus orta fuit infamia. concor. Ber. & Hoſti. in c. qualiter & quando, el. ij. extra de accuſati. & in ſum. confeſ. l. iij. ti. xxxiii. q. v.

Condemnatus de crimine per viã inquiſitionis quòd inducit infamiã per viam accuſationis, non fit infamis. tex. & ibi gl. in l. tutor. §. præterea. ff. de ſuſpec. tuto. vide.

Item an damnatus per inquiſitionem [c] efficitur infamis, vide Bar. in l. infamen. ff. de publi. iudi. & in quodam conſilio ſuo, quod incipit Ioannes Nicola.

An papa poſſit reſtituere famæ infamatum? & dicendum quòd ſic, vt habetur. xi. q. 3. Euphemium. §. proximo. [f]

ADDITIONES.

a *Infamia ſic poſſe finiri ſiue deſcribi videtur. vt ſit amiſſio, diminutiove exiſtimationis argu. l. quid ergo. §. pœna ff. de his qui not. infa. & l. non damnatos. 18. C. eod. tit. & l. cognitionum. §. exiſtimatio. ff. de extraordi cognitio Exiſtimatio verò eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus, ac moribus comprobatus, quæ ex delicto noſtro autoritate legum, aut minuitur, aut conſumitur. Minuitur exiſtimatio quotiens manente libertate circa ſtatum dignitatis pœna plectimur. ſicuti cum relegatur quis, vel cum ordine mouetur. vel cum prohibetur honoribus publicis fungi. vel cum plebeius fuſtibus ceditur, vel in opus publicum datur, vel cum in eã cauſam, quis incidit quæ edicto perpetuo enumeratur. conſumitur verò quoties magna capitis diminutio interuenit, ideſt cum libertas adimitur, & C. ea. leg. cognitionum §. exiſtimatio. Quibus autem modis ex edicto perpetuo quis notetur infamia, vide l. 1. & deinceps. ff. de his qui not. infa. & C. eod. tit. magna verò capitis diminutio quibus caſibus, contingat, habes ex tit. de cap. diminu. l. 5. & l. vlti. ff. & cit. l. cognitionum. Item inſti. eod. tit. de cap. diminu. Poteſt & infamia dici eſſe macula exiſtimationis qua iure quis notatur, vel aſpergitur. l. verbum. 17. C. eo. verùm hæc infamia ciuilis iuris; quæ dupliciter irrogatur, vel ipſo iure, vel per ſententiam. l. 1. & ſeq. ff. eod. & l. infamem. ff. de pub. iudi. & 3. q. 7. c. infames. §. porrò. eſt & canonici iuris infamia, vnde Adrianus papa ſcribit in hunc modum, Omnes verò infames eſſe dicimus quos leges ſæculi infames appellant. & omnes qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi, Item Clemens papa Iacobo Ieroſolimi. epõ ſcribit quos habeat infames, vide c. omnes verò cum ſequ. 6. q. 1. Inde doct. eliciunt eſſe quandam canonicam infamiam quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, glo. in d. c. omnes. Item qui infames ſint. Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 19. eſt adhuc tertium infamiæ genus, quæ facti nominatur, cum apud bonos & graues, opinio cuiuſpiam grauatur vel oneratur l. ea quæ. 13. & l. interlocutio. 19. C. eod. quia ſcilicet re ipſa & opinione hominũ non*

non effugiunt infamiæ notam, licet verbis edicti non habeantur infames, l. 2. ff de obſequi a libe. & c. qui ob vitium aliquod, vel turpitudinem malè audiunt, cum ſugillātur boni mores, l. apud celſum §. aduerſus ff. de do. excep. vel pudor. l. ſed ſi. hoc eſt ff l. prætor ff. de in ius vocan. vide Brocar. Azon. rubr. 77. An & quibus modis reſtituatur infamia non eſt hic explicandi locus, vide glo. in d. c. omnes. & c. autoritatem. 15. q. 6. l. 1. §. deinde. ff. de poſtu. & c. cum te. de ſenten. et re. iudi. cum Docto. & c. ex tuarum. de purg. cano. l. ampliſſimi. ff. de excuſ. tuto. & l. quid ergo. § cum autem. ff. de his qui no. infamia. P. V.

b *Infamia triplex eſt, videlicet facti, altera iuris ciuilis, quædam iuris canonici, Ab. in c. teſtimonium. de teſtibus. & qualiter quælibet incurratur declarat Vmb. in iudi. inquiſi. hoc verb. infamia in prin. Et infamiam triplicem eſſe affirmat Lāber. de iur. patro. fol. 243. ar. 16. in prin. Quintil. Mand.*

c *L. infamem. ff. de publi. indi. Placenti. de accuſa. tit. 2. nu. 12. & ſequen. Iulius Cla. ſent. lib. 5. quæſt. 72. nu. 3. vbi ſubdit conclusionem hanc de plano procedere quādo proceſſum eſt via ordinaria, & ſic per accuſationem. Q. M.*

d *Infamia canonica incurritur, p quodcunque peccatum mortale, quo ſublato tollitur. c. infames. 6. q. 1. Vmber. in iud. inqui. hoc ipſo verbo. infamia. poſt. nu. 2. & nu. 7. per nota in c. teſtimonium. de teſti. & quod ſi infamis exiſtat in peccato infamia canonica, ſublato peccato tollatur effectus infamiæ; cōmunem teſtatur Lamber. de iur. patrona. art. 17. nume. 2. Quintil. Mand.*

e *Damnatus, an ſi proceſſum ſit per viā inquiſitionis efficiatur infamis, pro negatiua, & ſic pro opinione de qua hic Cald. con. 2. de pæn. concludit & hoc dixit cōmunius, & benignius, & mitius quàm fieri poteſt in pœnis agatur Angel. verò in l. ea quidem. num. 28. C. de accuſa. contrariam opin. & ſic affirmatiuam communem affirmat, quam affirmatiuam et communem teſtatur Pariſ. con. 88. nu. 4. vol. 4. Et hanc etiam ſequitur Iuli. Clar. ſent. li. 5. q. 72. nu. 4. & hæc mihi verior videtur. Q. M.*

f *Dictū 1. q. 3. Euthemium. §. 1. epiſcopus autem directò ad famam reſtituere non poteſt, vt voluit Abbas in capitulo cum T. col. 4. de re iudic. indirectè tamē & ipſe poteſt, vt in additi. ad ſingu. Matheſi. 61. num. 12. ver. Et nota quòd licèt epiſcopus. Q. M.*

g *Raphael. Cuma. conſil. 161. A miles. poſt numerū. 5. verſic. Ad decimum. Quintil. Mand.*

Infidelis principi dicitur ille, q contrahit amicitiam, & pacta fœderata tacita, vel expreſſa cum inimicis principis, maximè cōtra principis voluntatem. Nam talis dicitur infidelis, & proditor, & præuaricare fidem principi datā, vt plenè notatur per Andream de Iſer. tit. quæ ſit pri. cauſa ben. amit. §. rurſus. coll. ii. & iij. & per ea quæ leguntur, & notantur. xciij. diſ. ſi inimicus dei. imò multo magis eſt in crimine hæreſis. Nam iſti hęretici, & apoſtatę noſtri temporis dici poſſunt infideles, & pręuaricatores, & proditores diuinę maieſtatis, eo quia magis eſt diuinam, quàm humanam lædere maieſ.

Infideles ſunt hoſtes Chriſtianorum. l. fi. & ibi Bal. C. de capti. & poſſunt capi in eccleſia. Oldr. conſ. liiij.

Item infidelis, & rebellis dicitur ille, qui facit publicè, aut operatur cōtra

tra honorem principis, in x. col. qui ſint rebelles. ergo a fortiori qui agit contra honorem dei, multomagis infidelis & rebellis dicitur.

An quando vnus infidelium conuertitur ad fidem altero remanente in infidelitate, an ipſo iure ſit ſolutũ matrimonium, vide ſupra coniugatus, in §.i.& ij.

Item nota quòd infidelis, & proditor dicitur, ſi quis fidem quam negligit, tenere videatur. ſanctus Tho. in iiij. diſ. xxv. ar. x.

Item blaſphemus dicitur infidelis, de quo vide ſupra in litera, blaſphemus.

Nota quòd quando vnus infidelium conuertitur ad fidem catholicam, & alter remanet in infidelitate, quòd proles quæ eſt in minori ætate conſtituta debet dari fideli, non obſtante quòd indiget matris obſequio ad educationem. & ſi proles peruenit ad perfectam ætatem, tunc poterit libere ſequi patrem fidelem, vel matrẽ infidelem. hoc Tho. in. iiij. ſententiarum, diſ. xxxix. ad quartum, in fin. vide ſupra Iudæus. & probatur hoc in c. ex literis, de cõuerſi. infid. & de hóc etiam habetur in Summa Ange. in litera, impedimentum, decimò. §. vlti.

Item an peccet grauius hæreticus, quàm infidelis, vide ſupra hæreticus.

Item quando fidelis ſeparatur ab infideli, an recuperet totam dotem, vide ſupra dos.

Infidelis eſt ille, qui ſalutẽ ab alio quàm a deo ſperat, vide infra ſalus.

Cur non credit infidelis, vide ſupra credentes §. infideles.

De comparatione quę fit de hæreticis ad infideles, vide ſupra hæreticus. Nota quòd infidelitas, [a] ſecundũ quòd eſt peccatum, oritur ex ſuperbia, ex qua contingit quòd homo intellectum ſuum non vult ſubijcere regulis fidei, & ſano intellectui patrũ. vnde Greg. dicit. xxxi. moralium, q̃ ex inani gloria oriuntur nouitatum præſumptiones. hæc Tho. ij. ij. q. x. ar. iii. in ſolutione tertij argumenti.

An cum infidelibus ſit communicandum, vel ſint vitanda eorum colloquia, & conuiuia, vide ſupra communicare, & ſupra comedere.

In infidelibus vera virtus eſſe non poteſt. habetur. xxviij. q. i. his itaque.

Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis. de quo ſupra hæreſis.

Infidelium ſerui recipientes fidem a ſeruitute ſunt liberati. liiij. diſtinc. fraternitatem. adde de diuor. c. quanto, & quod ibi notatur.

Omnes infideles dicuntur proximi natura, & ſic Iudęi, & Saraceni dicuntur proximi, vt de pœniten. diſ. ii. §. proximos. in. c. caritas, el ij. & glo. ſuper parte participes, & lxxxvi. diſtinctione. paſce.

An infidelis vnius ritus poſſit contrahere cum infideli alterius ritus, vide Th. in. iiij. diſ. xxxix.

Quid ſi infidelis repudiata prima vxore aliam ducit, & conuertatur ad fidem, an teneat matrimonium. vide Tho. in iiij. diſ. xxx.

An infidelium ritus ſint tolerandi, vide Thom. ij. ij. q. x. ar. xj. & quæſ. xj. art. ij.

Hi cõuerſi noſtri temporis qui ad ritus Iudæorum tranſierunt, vel redierunt, nec vt infideles deſcendunt, nec permanent vt fideles, ſed miſteriorum percepta notitia, fidei noſtrę ſecretioribus perſcrutatis, conuerſi poſtmodum impugnant nos, & con

tra-

traditionibus ſuis corda noſtra diſrumpunt conculcantes verbi dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. qui magis propriè apoſtatę dicuntur, vt ſupra dictum eſt in litera, apoſtata.

Quædam exteriora verba, vel opera ad infidelitatem pertinent, inquantum ſunt ſigna infidelitatis, ſecundũ Tho. ij. ij. q. xii. ar.

ADDITIONES.

a *Infidelitate, fides, & gratia amittitur, con. Trid. ſeſſ. 6. c. 15.* *P. V.*

Informatio. [a] No. ꝙ informatio iudicis fine iuramẽto videlicet ad inquirẽdum. gl. fin. in c. i. §. ſi duo, de pa. te. in ver. ſeu. Lau. de Fau. in l. in quorum. xxx. col. de pigno.

Iudex ad ſui informationem poteſt recipere probationes, & pro hoc faciendo non requiritur cauſę cognitio, nec partis citatio, ar. de teſti. veniens, el ij. de appel. interpoſita. quòd nota Innoc. de elec. bonæ memoriæ Maguntini. de transla. prę la. licèt. de præſcrip. dudum. & ꝙ no. Archi. in c. i. de elec. li. vj. & ibi Inno. & Io. An. faciunt notata in Cle. i. de offi. delegat. ar. xi. q. iii. eorum. Spe. ti. de notorio crimine. §. i. & §. fi. Circa ĩformationem iudicis vide infra iudex.

ADDITIONES.

a *Informatio propriè dicitur illa prima & rudis forma, quæ ab artifice operi cuipiam inducitur, per tranſlationem accipitur pro rudi quadam & imperfecta ratione à natura primùm animo impreſſa. Cic. 1. de natu. Deo. Quod genus hominũ quod non habeat anticipationem quandam Deorũ, quam appellat πρόληψιν, Epicurus, hoc eſt anteceptã animo rei quandam informationem? Item li. 2. Cleantes quidem noſter quatuor de cauſis dixit in animis hominum informatas eſſe Deorũ notiones, Hinc & anticipata illa cognitio, & propè rudis iudicis aliqua de re ante rei vocationem præhabita, dicitur informatio, de qua hic verba fiunt, Hinc etiam informare cauſam inquit Cic. pro Quintio. quæ informatio dicitur inquiſitio, vide infra, Inquiſ. Ad informationẽ quomodo teſtes, & in quibus caſibus recipiantur Panor. docet ad c. 1. de poſtu. prælа. nu. pen. cum annotatio.* *P. V.*

Ieruſalem. Quot modis hoc nomen ſumitur in ſacra ſcriptura, vide de ſacra. vnc. ca. i. & quòd nota lxv. diſ. quoniam.

Ieruſalem capta fuit a Nabuchodonoſor vnà cum Chaldæis, vt. xxiij. q. v. §. hinc.

Ciuitas[a] Ieruſalem cũ templo fuit a Tito, & Veſpaſiano imperatoribus funditus euerſa. lxxvj. diſ. ieiunium, vbi vide plenè in glo.

ADDITIONES.

a *Videas tu Ioſephum de bello Iudaico, & Niceph. de hiſt. Eccleſ. li. 3. c. 3. & 4.* *Petrus Vendr.*

Ignorantia [a] Eſt cauſa peccati. Thom. in j. ſecũda ſecundæ. q. lxxvj. ar. i. & i. q. de malo. q. iij. ar. vj. & in ii. diſ. xxij. ar. iiij.

Ignorantia voluntaria non excuſat peccatum. xi. quæſ. iii. excellentiſſimus.

Ignorantia nõ prodeſt, vbi culpa præ-

præcedit, vt l.itaque.§.i. ff. de cõtra. empt.

Qui ignorat, ignorabitur.i. ad Corinthios.xiiij.xxxviij.diſ.qui ead.xv. q.i.in prin.

Ignorantia eſt peccatum in his q̃ quis ſcire tenetur de pertinẽtibus ad fidem, de quibus per ſanctum Tho. ij.ij.ar.v.& xxxviij.diſti.qui ea,& per philoſophum. iij. ethi. & per magiſtrum.ij.ij.xxii.vide ſupra excuſari.

Ignorantia Iudæorum qui credũt Meſsiam nondum veniſſe, an ſit aliquo modo excuſanda? dic quòd nõ. tex.eſt & glo.i.q.iiij.§.notandum.

Quæ ignorantia excuſet a peccato, vide.i.quæſti.iiij.turbatur nauicula Petri.

Ignorantia peccati non excuſat aliquem.vt.i.q.iiij.eccleſia.

Ignorãtia facti an debeat puniri? & dicendum quòd in perſona ſingulari non debet puniri, quia illa fallit prudentiſsimos, vt. ff. de iure. & fac. igno.l.ii.& extra de cle.ex.c.apoſtolicæ, ad quod de regu.iuris li.vj.ignorantia. de quo vide ſupra ædictum: ſed ſecus eſt in pupillo & minore. nã ignorantia facti in pupillo & in minore punitur, vt.ff.ad Macedo.l.ceſſare.vide glo.iij.in l.qui fidem.ff. mã dati. & quòd ignorantia facti fallit ſæpè peritiſsimos, habetur etiam in c.i.de conſti.l.vj.& Spe.ti.de Aduocato.§.nunc tractemus, iuxta prin.

An ignorantia excuſet errantem iſto crimine, vide ſupra excuſari, & ſupra bona. Et no.ꝙ ſi quis errat propter ignorantiam in articulis fidei, quòd non excuſatur, vt.xxiiii.quæ.i. ſchiſma, & ibi glo. ſed adde quòd nõ omnes eodem modo ſcire tenentur, vt infra ſcire.

ADDITIONES.

a *Ignorantiæ vocabulum manifeſtæ, & vulgatæ ſignificationis eſt, ea verò duplex eſt, facti ſcilicet, & iuris. ff. & C. toto tit. de iu. & fa. igno. quæ ſit vtraque nè replicem, vide ſupra factum quæ ſunt annotata. Ignorantia iuris & illa complectitur, quę boni, & mali eſt, cum maximè iuris appellatione, & canonicũ ius comprehendatur, ex ea conſiſtit omnis error: Auguſt. de Ciui. Dei libro.22.ca.22. Petr. Vend.*

Impediens a Officium inquiſitionis directè, vel indirectè in cauſa hæreſis eſt ipſo iure excommunicatus, & ſi per annum in ea animo indurato perſtiterit tanquam hæreticus poteſt condemnari, vt in c.vt inquiſitionis, de hæreticis, li.vj.& ibi per docto. & maximè per Dominicum.

Delegatus poteſt punire eos, qui impediunt ſuam iuriſditionem, vide Io.An.in addi.ſpe.ti.de iudice delega.§.ii.ver.quid ergo.

Sed nunc quæritur, an contra impedientes officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis poſsint inquiſitores procedere, & eos punire? & dicendum quòd licèt inquiſitorum iuriſditio, & poteſtas ſit delegata ſolummodo ad cauſas hæreſis, ſeu de his q̃ pertinent ad fidem, vt extra in c. per hoc, & in c.accuſatus.§.de quæſtion. de hære.lib.vj.& propter hoc non videatur ſuam iuriſditionem extendere ad alia ſibi non commiſſa. b iudex non attẽdet, vt.xxv.q.vj. amputato. & C.ſi a non compe.iudi.per totũ. tamen ſi aliquis impedierit verbis, vel

factis

factis inquiſitorem circa executionẽ ipſius officij, quòd ipſe inquiſitor poterit circa talem impedientem procedere, & eum punire. quod probatur, & oſtenditur multis rationibus. Primò quia tales impedientes officium inquiſitionis incidunt in ſuſpitionẽ hæreſis, ſeu fautoriæ, & excommunicationem incurrunt, vt d.c. inquiſitionis. §. fi. & c. vt officium §. denique, de hæreti. li. vj. vt dictum fuit ſupra de fautoribus. cum ergo inquiſitor habeat ſuam iuriſditionem contra hæreticos, & de hęreſi ſuſpectos, nimirum ſi contra impedientes ſuã iuriſditionẽ ſe extendit. Secundò q̃a ſi non poſſent impedientes punire, iam non poſſent ſuum officium explicare, rectè ergo poterũt punire impedientes, quaſi ẽt hoc eis videatur eſſe commiſſum: nam quotiens aliquid alicui demandatur, demandatur ẽt illud, ſine quo illud nequeat explicari. ff. de iuriſdi. om. iudi. libr. 2. & caſus extra de of. deleg. c. præterea, & c. paſtoralis. Tertiò quia ex quo mandata eſt inquiſitoribus iuriſditio, videtur eis ẽt mãdata coertio. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. l. fi. imò rectè faciunt ſi impedientes puniãt, quia tenentur defendere ſuam iuriſditionem in pœnali iudicio, vt. ff. de offi. præſi. l. obſeruandum. ſi quis ius dicen. non obtem. l. i. Quartò quia iu de[illegible]ſt punire exceſſus commiſ ſ[illegible]a eius officium. & ideo non mirum ſi inquiſitores puniant delinquentes circa eorum officium impediendo illos, vt. C. de teſti. l. nullum, & ff. de pœnis. l. minor. extra de offic. dele[illegible]a. c. præterea. Quod autem inquiſitores hoc poſſunt, habetur text. ca[illegible]ſſus extra eo. vt officium. §. denique, lib. vj. & in quadam extrauag. Clemen. quæ incipit, Ab omnib᾿, vnde dictus. §. denique ſumptus fuit, quæ quamuis non ſit in libris, tamen quia eſt iuri conſona, & in fauorem fidei, & in ſuſtentationem officij, eſt ſeruanda, vt in d. c. vt officium, habetur. & nota quòd admonentur omnes rectores, & ptãtes qui circa executionem dicti officij fuerint requiſiti, ꝙ debeãt inquiſitoribus præſtare auxilium, conſiliũ, & fauorem, vt in d. c. vt officium. §. ſtatuimus.

Nota quòd iſta pœna, quam inquiſitores poſſunt imponere ipſis impedientibus, erit arbitraria prò motu eorum, conſideratis perſonis, & qualitate facti, prout dictat, vt. ff. de pœnis, aut facta, quæ eſt canonizata de pœ. diſ. ij. c. fi. & hoc ideo. quia non inuenitur pœna determinata a iure, & ideo relinquitur arbitrio iudicantis. ff. de effrac. l. i. §. expilationis. & quòd nota de offi. deleg. c. ex cauſis.

Item impedientes officium inquiſitionis tanquam fautores hæreticorum, & defenſores poſſunt puniri, vt habetur in quibuſdam literis diuerſorum ſummorum pontificum in directorio inquiſitionis, vbi ſic dicitur. Cæterum ſi fortè (quòd non credimus) alicui cuiuſcũque conditionis huic negocio vobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, vt nõ poſſit procedi liberè in eodem, imò niſi requiſiti illud fouerint & iuxta officium, & poſſe ſuum ſinguli iuuerint ſtudioſè contra eos tanquam contra hæreticorum fautores, & defenſores ſecũdùm canonicas ſanctiones, freti eadẽ autoritate, intrepidè procedatis. ſed præcipitur tam epiſcopis, quàm inquiſito-

quiſitoribus, nè malitioſè, & falſè imponant alicui, quòd impedit officiũ inquiſitionis, cum non impediat. nã ſi tale fecerint inquiſitores, ſunt excommunicati excõmunicatione papali: à qua non poſſunt abſolui niſi à papa, & in articulo mortis. & epiſcopus hoc faciens eſt ſuſpenſus ab officio per triennium, vt in Cle. i. de hæreticis. & vide infra in dictione, inquiſitores. §. nota quæ prohibentur.

Item quoniam ſæpè multi clerici, & ſacerdotes prætextu pœnitentiæ, vel alicuius ſeruitij temporalis inueniuntur aliquando inquiſitionis impedire negocium, inſtruẽdo citatos hæreticos, vel eorũ credẽtes de celanda veritate, vel falſitate dicenda, vel eos indebitè liberando, De quibus quęritur, vtrum inquiſitores poſſint tales capere, & etiam retinere, aut ꝙ ſic accepta reſtituant coarctare? Dubium itaque non videtur, quòd hi quos conſtat exercere præmiſſa, faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis, quòd tales poſſunt per inquiſitores compeſci, & pęna debita caſtigari tam per captionem perſonarum, quàm etiam aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. hoc habetur in quadam extrauagante Vrbani quarti, quę incipit, Salutem, & apoſtolicam benedictionem, quę eſt poſita in directorio, & habetur in. c. accuſatus. §. fi. de hęr. li. vj.

Vtrum ludi impediant pœnitentias exteriores.

Vtrum ſpectacula impediant pœnitentias exteriores.

Vtrum exercitium militiæ impediat pœnitentias exteriores. de hoc vide Tho. iiij. ſententiatum, diſt. xvj. & in decre. c. falſas pœnitentias. de pœni. diſ. vj. & diſ. v. c. conſideret. vide de hoc infra pœnitentia.

ADDITIONES.

a *Vide ſupra directè. P. V.*

b *Quæ continentur hoc §. leguntur verbis eiſdem apud Calderi. de hæreti. c. 31. par. 1. inde ſuppleas hic, quæ ſunt omiſſa. Petrus Vendr.*

c *Has quatuor rationes tranſcribit Vmber. in iudi. inquiſi. hoc verb. Impedientes ſolùm addit ſumos Põtifices pro tempore ſtatuiſſe, ab omni impedimento liberum fore & exemptum. Et ante hos plura hic deducta tradidit Io. Calderi. de hæreti. c. 31. tit. de impedien. off. Inquiſitionis. Eaſdem etiam quatuor rationes poſuit etiam Zanchi. eo. tract. de hæreti. c. 31. ibi vide. & ibid. in additio. Camilli Campegij. Q. M.*

Ieiunare [a] Non eſt licitũ Chriſtianis die dominica, nec quinta feria, ſcilicet die Iouis, vt non imitemur gentiles, & infideles, & hæreticos, qui ſolent talibus dieb⁹ ieiunare. habetur de conſe. diſt. iij. in c. ieiunium dominici diei, & c. nè qs ieiunet, & xxx. diſt. ſi quis tanquam. adde de obſeruati. ieiu. c. i. de verbo. ſigni. quæſiuit. xxvj. q. vij. ſacerdos. vide ſan. Thom. ſecunda ſecundę. q. cxlvij. ar. v. Et nec debemus ieiunare diem dominicum in contemptum ipſius diei, vt in dictis iuribus, & lxxvj. diſ. c. vtinam, & Tho. ij. ij. q. xlvii. ar. v. ad tertium. & quaſtiones contrarias ſolue per gloſſ. dicti. c. ſi quis tanquam, & etiam per dictam quæ. Tho.

Sicut diebus dominicis non debemus ieiunare, etiam nec ex feſto reſurrectionis vſque ad pentecoſten genua

genua flectere in oratione, vt xxx. diſtin. c. ſi quis præsbyter.

Ieiunia Iudæorum quot ſunt, & quo tempore cadunt, & qua de cauſa ſtatuta fuerũt, inuenies. lxxvj. diſ. ieiunium quarti, & ibi vide.

Ieiunium, ſeu prãdium non eſt differendum vſque ad noctis tenebras, modo Iudæorum, & Saracenorum. Ab. in rub. de obſer. ieiu.

An liceat in diebus ieiunij abſtinere a cibo, & potu per totam diem, & poſt adueniente nocte comedere, ſicut ſeruat conſuetudo multarum ciuitatum, præſertim in vigilia natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, & gl. dicit quòd non licet, de conſe. diſt. v. ſunt ibi, quæ videtur dicere ꝙ tales ſunt ritus paganorum.

Itẽ an liceat ieiunare duobus diebus continuis? & gl. videtur dicere ꝙ non, de conſe. diſt. v. non dico.

Multorum infirmitates ieiunia ſanant, vt ſupra gula.

Ciborũ tẽperantia ſalutẽ, abũdantia ꝯ̃rium parit, de conſe. diſt. v. nihil.

No. ꝙ quando quis eſt impeditus ꝙ non poteſt ieiunare, ꝙ poteſt illud ieiunium commutare in pecuniam, dando alicui pecuniam, vt pro eo ieiunet, vt habetur. lxxxij. diſt. in gl. fi. c. præsbyter.

Inquiſitor, vel epiſcopus pñt compellere ieiunare inquiſitum pro veritate eruenda, cum tale ieiunium dicatur tormentum, vt habetur in gl. Cle. j. de hære. & ibi per Io. de Imo. & alios doc. & pñt iniungere ieiunium ipſis hæreticis in pœnitentiã. & ꝙ ieiuniũ detur loco tormẽti, patet per etymologiam, nam tormẽtum dicitur quaſi torquens mentem, & nemini dubiũ ꝙ per ieiunium aſperum torqueatur quis ad veritatem eruendã, vt eſt glo. in d. Cle. j. in ver. tormentis. b

In quadrageſima dum ieiunamus non debemus comedere niſi iã dictis veſperis, de conſe. diſt. j. ſolent.

In ieiunijs abſtinẽdum eſt ab ouis, lacte, & caſeo; quod intellige in ieiunijs quadrageſimalibus. ſed quid in alijs ieiunijs? ſerua cõſuetudinẽ. Ab. in rub. de obſer. ieiu. & Archi. poſt Th. in c. rogationes, de conſe. diſt. iij.

ADDITIONES.

a *Ieiunare eſt à cibis abſtinere propriè, Ieiunium verò eſt abſtinentia illa, vel dies quibus a cibo abſtinemus, a ieiuno inteſtino, qđ inane reperiatur, ducta metaphora. Hic accipitur pro a cibis vetitis abſtinentia, modo & tempore, & ſolẽnitate a S. Matre eccleſia catholica traditis. Ieiunantium cibi qui ſint, habes diſtin. 4. c. denique. §. par autem. ex epiſt. D. Gregorij. Augu. Anglorum epiſcopo. cui ita ſcribit. Par eſt aũt vt nos, qui his diebus a carnibus animalium abſtinemus ab omnibus quoque, quæ ſementinam trahunt originem carnis, ieiunemus, a lacte videlicet, caſeo, & ouis. cæterũ piſcium eſus ita Chriſtiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis ſolatium, non luxuriæ pariat incendium, denique qui à carne abſtinẽt, nequaquam ſumptuoſiora marinarum beluarum conuiuia præparent; vinum quoque ita bibere permittitur; vt ebrietatem omnino fugiamus: alioquin reſtat vt omnia quæ corporibus libent ſimiliter faciamus, tempora ieiuniorum huiuſmodi leguntur 76. diſt. per tot. & de conſec. diſtin. 5. c. quadrageſima. De qualitate, & vtilitate ieiuniorum, & ſacra ſcriptura docet, de conſe. diſt. 5. c. ieiunia. canon dico. cum ſequen. ad c. vſque, quia dies. c.*

 ſexto.

ſexto. 35. diſt. & experientia magiſtra confirmat: De eius item virtute Synod. Triden. ſeſſ. 12. & 25. diſt. de delect. cib. ieiun. & c. D. Leo. 1. complures habuit de eius vi, & vtilitate ſermones, vide ſupra continentia. & Ebrietas. Eſt & ieiunium magnum & generale abſtinere ab iniquitatibus, & ab illicitis ſeculi voluptatibus. c. ieiunium autem, ead. diſtin. quod priori coniunctum prodeſt. c. nihil. ead. diſtin. eius initium vetuſtiſſimum, indictum eſt enim ieiunium abſtinentiæ lex a domino Deo; præuaricatio legis a Diabolo. & c. Gula a Paradiſo regnantem expulit, abſtinentia ad paradiſum reuocauit errantem. 35. diſt. c. ſexto die. Petrus Vendr.

b Et probat tex. iunct. gl. in l. 1. §. quæſtionis verbo. in verb. dicunt. ff. de iniu. Item dicitur infra in verb. tortura. verſ. nota quòd inter cætera tormenta ſolent inquiſitores. Q. M.

Inimicus [a] an repellatur a teſtimonio, vide infra teſtis. ſed nota quòd inimici capitales nunquàm in teſtimonium admittuntur, vt infra teſtis.

Item an inimicus capitalis admittatur ad accuſandum, vide ſupra accuſatio, & infra teſtis.

Item an propter inimicitias ortas ex cauſa ciuili repellatur accuſator, vide ſupra accuſatio.

Inimicus vnius de genere, intelligitur eſſe inimicus omnium de genere. vide textum in l. i. ff. de li. cauſa. Bar. in l. i. ff. de his qui. vt indig. & in l. pe. C. de adul. adde text. in l. ſi ſororem. C. de his qui. vt indig.

An quælibet inimicitia repellat teſtem, vel accuſantem? dicit Vincentius quòd ſola capitalis, de qua in c. cũ oporteat, extra de accu. & ibi Ab. ſed iſtud eſt verum, vbi agitur de repellendo inimicum a iure communi, vt in l. licèt. ff. de arbi. licèt vbi agitur de repellẽdo a præmio, ſufficit qualibet odioſitas qualitercunque concepta. alle. tex. in l. teſtamento centuri. ff. dẽ manu. teſta. & in l. Lucius. ff. de le. ij. Non ſolùm eſt mihi ſuſpectus inimicus meus, ſed et amicus eius, vt in l. ſcire. ff. de le. iij. & l. ſciendum. & ſic amicus inimici eſt inimicus, ar. C. de inof. teſ. l. ſi liberi. vide infra iſta litera, in §. inimicus præſumitur.

Qui bona noſtra tollit, inimicus noſter eſt. Ab. de reſ. ſpo. c. item cum q̃s. de hac materia vide infra iniuria.

An conuerſantes cũ inimicis meis dicantur inimici mei? glo. dicit quòd ſic, in c. cum oporteat, de accu.

Nõ omnis qui parcit, eſt amicus, nec omnis qui verberat, inimicus. v. q. v. non omnis, & c. ſeq. xxiii. q. iiij. quis faciet.

Teſtis qui fuit inimicus, poteſt teſtificari contra inimicum, etiã ſi de nouo facta eſt pax. hoc tenet Inno. in c. cum oporteat, de accu.

Inimicitia noua repellit teſtem in ductum pro me prius, vt in Spe. de teſte. §. x. ver. & nota.

No. quæ cautela debeat teneri per iudicem, quando aliqui allegant inimicicias. vide infra inquiſitores, in §. penulti.

Nunc quæro quæ dicantur inimicitiæ capitales? [b] & dicendum quòd inimicitia capitalis dicitur duobus modis, vel per accuſationem de crimine capitali, vel per mortis comminationem. glo. eſt in l. licèt autẽ, ver. capitalẽ. ff. de arbi. & in §. inimicitiæ Inſt. de excu. tu. tex. & Bar. in l. pe. §. Seia. & Bar. in l. ex parte, de adimẽ. le. l. ſi

l.ſi inimicitiæ,de his qui vt indig.l.j. & ibi Bar.de iure pa.& in l.iij.in prin. ff.de teſti.vide Bal.in l.liberi.C.de in of.teſt.itē per accuſationē vel litē de maiori parte bonorū,Bar.in l.athletę.§.dant,de exc.tu.item qñ quis oc cidit conſanguineum: vel ſi patrocinium præſtitit contra aliquem in cā capitali,Bar.in l.iij.§.fi.ff.de adimē. lega.Et Bar.ff.de adimen.lega.in l.ſi quis.§.non ſolū,ſic dicit.quæro quę dicantur inimicitiæ capitales? & dicendum φ ſi quis interfecit meū conſanguineū,vel affinē,vt l.l. gis Corn. in prin.ff.de iniurijs, adeo φ repellatur a teſtimonio,& conſimilibus.idē ſi nō occidit, nec de capitali crimine accuſauit ſed minatus eſt ſe interficere,vt no.in l.licet.ff.de arbi. ſecus tñ videtur, ſi auxilium præſtiterit cōtra eū in cā capitali.ar.l.qui cū maior.ff. de adimen.leg.vide de hoc ỹ ,iſta lra, in §.q̃ dicantur inimicitiæ capitales.

Item quæ dicantur inimicitię grauiſſimæ? & dicendum φ cauſæ ciuiles oīm bonorū, vt Inſt.de excu.tu. idē puto in oībus caſibus, in quibus dicit fieri atrox iniuria, qđ habes in l.irē apud §.tunc,cū ſe.ff.de iniuri.& Inſt.de iniuri.§.atrox,ſed quæ dicāt atrox iniuria,& qualiter intelligatur vide Bar.in l.licitatio.§.φ illicitē.ff. de Pub.vltimō iſta.l.φ ſi tertium, facit ad multa,φ poſtquā facta eſt pax, non pōt poni exceptio illius inimicitiæ.intelligo hoc, pacē eſſe factā tacitè,vel expreſsè.hæc ſupradicta poſtilla ponitur per Bar.in d.l.ſi quis.ff.de adimē.le.& de hoc vide p Ab. & Henri.& An.in c.cum oporteat,de accu. ſed hoc limita,quando inimicitia eſt antiqua,ſecus ſi eſt recens:& quæ dicāt inimicitiæ graues,& grauiſſimę. vide Bal.i l.iij.§.fi.ff.de adimē. leg.

Quando autem inimicitia dicatur remiſſa? & dicendū φ ſi probatur cōuerſatio,vel potatio adinuicem.glo. Inſ.de iniuri.§.in ſumma.Bal.in aut. ſi dicatur.C.de teſ. itē ſi vnus conſtituatur tutor ab altero.l.athletæ.§. dant,& ibi gl.& Bar.& §. inimicitiæ, de excu.tu.& gl.e.ti.§.inimicitiæ itē per indicia, vt quia alter alteri ſeruiuit,Bal.in l.in ipſius. C.fa.er.itē per venditionē feudi factam per vaſallū inimico ſuo, per quam præſumitur poſt facta reconciliatio.Bal.fin.in c. 1.iiij.col.de prob.ſi.ali.per ỹ ed.vbi dicitur hoc per.l.creditor.§.i.ff.man dati.item per contractum celebratū inter inimicos,ſecundùm Bal.ibi.itē per legatum factum ab vno alteri ſecūdùm Bal.in d.l.in ipſius,in fi. & in l.vj.§.fi.& ibi Bar.ff.de adimen.le. vide de hoc infra ſecundo. §. ſeq.

Nota quòd quando aliquis allegat inimicitias, quòd inquiſitor debet petere ab allegante nomina illorum,quos habet ſuſpectos, & cauſas ſuſpitionis, ſ. inimicitiæ,& ipſe teneē dare.de quo vide infra teſtis.

An ſalutans inimicum ſuū videatur ſecum eo pacificare,not.gl.lxiii. diſ.cum Adrianus, in gl. ad ſalutandum,facit qđ no. moderni in ſaluta. Grego.bo.tex.in c.ex ore, de his quæ fi.a ma.par.cap.in contrarii facit,de ſen.ex.ſi aliquē,& in Cle. ſi ſummus, & quod ibi no.de ſen.ex c.

An,& qñ inimic⁹ recōciliatus admittatur in teſtem, vide infra teſtis.

Quādoq; iudex incurrit inimicitiā ex adminiſtratione iuſtitiæ, vt in c. qualiter,& quando,de accu.& Ab.in c.i.de iudicijs.

Nūquam credas tibi fidelem quē

ex animo inimicũ habueris.& ſi ã gratiam reuerti quæſierit, non credas illi. captus enim vtilitate, ſed non amica voluntate, vt fingendo decipiat quem non potuit perſequendo. hæc Senec. Ideo Prouiſo Solerter.

Ex pace omnis inimicitia ceſſat, & omnis cauſa inimicitiæ. ff. de adimẽ. le. l. iij. §. fin. cum l. ſeq. & quod ibi notatur.

Item frater accuſatoris, & accuſatus efficiuntur inimici ex accuſatione criminali facta ab alio fratre accuſatore, Ab. in c. cum. P. Mancónella, de accuſa. & ibi dicit quòd Peruſini non faciunt vindictam niſi de fratre carnali. vide Ant. Cur. in repertorio Ab. in dictione, frater §. vlt.

Accuſator præſumitur inimic⁹ accuſati, & amicorũ eius vide. ij. q. viij. ſi quis epiſcopus tex. & ibi doc. in c. frequens, de teſti. ſpo. l. vj. de accuſa. cum. P. & c. cum oporteat.

Lex antiqua permittebat odio habere inimicos, ſed lex euangelica, iubet, vt eos diligamus. xxiij. q. iiij. cum in lege, & §. præcepta. ibi vide.

Inimicos diligimus tũc, cum eos corrigendo punimus. xxiij. q. iiij. ea vindicta.

An, & quando inimicitiæ habeant repellere a teſtimonio, vide glo. magiſtralem in c. cum oporteat, de accuſatio. Bar. in l. i. §. circa. ff. de quæſtionibus. Innocen. in dicto. c. cum oporteat. quæ tamen videtur eſſe arbitrio iudicis ſecundùm Bar. in dicto. §. circa. adde quod nota Bal. in aut. ſi dicatur, C. de teſt. vbi dicit eſſe in arbitrio iudicis quæ dicatur grauis, & leuis inimicitia. adde quod nota Bar. in l. i. ff. de his qui. vt indig. & ibi no.

Quę dicãtur inimicitię capitales, ſuperius eſt dictum. ſed vide in l. cum autem l. §. excipitur. ff. de ędil. edic. & l. editio. ff. de verbo. ſigni. & in l. ij. ff. de publi. iudi. & in l. capitalium. §. ſi opus. ff. de pœnis. & nota de ſim. in c. per tuas, in gl.

Inimicus meus pręſumitur qui cõtra me teſtificatur voluntate: ſecus ſi coactè, vt in c. cum oporteat, de accuſatio.

Licèt inimicitia ſit nouiter ſublata, & facta amicitia, & tamen repellitur quis a teſtimonio, ſecundùm Innocen. in c. cum. I. & A. de re iudicata. de quo videtur caſus in c. accuſatores. iij. q. v.

Sicut amicus eſt qui nõ ex leui notitia coniunctus eſt, vt l. latè. §. amicos. ff. de verbo. ſignific. ſic inimicus propriè eſt qui nõ leui inimicitia eſt odioſus. xxiij. q. iiij. cum lege. Et propriè inimicus dicitur, qui ad alterius vltionem tendit. iij. q. v. de accuſatoribus, & c. quia ſuſpecti.

Qui inimicis in vna ratione cedit, vel literas, ſeu nuncium, vel aliquod ſignum mittit, incidit in crimen læſæ maieſtatis, vt. ff. ad l. Iulia. maieſta. l. i. ij. & iij & nota xxiij. quæ. vlt. de forma fidelitatis.

Iudex poteſt pręcipere inimico alicuius, ne faciat trãſitum ante domũ eius vide. i l. i. ff. de offi. præfecti. vrb. Bar. de re iudi. l. quod iuſſit.

An minans, vel maledicens ſit inimicus? dic conſiderandam qualitatẽ minantis. C. ſi quis impera. maledixe. l. i. C. de action. & obligationi. l. fin. ff. ex qui. cau. maior. l. iij. & quod ibi nota.

Semel inimicus ſemper præſumitur inimicus, & repelluntur non tantùm capitales inimici, ſed etiam ſuſpecti

ſpecti

ſpecti in capitali inimicitia. Inno. dicit in .c. cum P. Manconella, de accu.

Inimicitia probatur parẽtela probata, & confæderatione cum inimico. Nam coniuncti, & fœderati præſumuntur eiuſdem conditionis. vide glo. in l. liberi. C. de inoffi. teſtamento. vbi dicit Bal. ꝙ inimicitia probatur ex offenſione, vel iuſſu offenſionis, puta ex inſidijs, vt ibi dicit. Item probatur per matrimonium contractum cum parentela inimici, vel per confæderationem factam cum eo. Nam coniuncti, & confæderati præſumuntur eiuſdem intẽtionis, quòd eſt notabile. Ex hac cauſa amittitur feudum. quod probatur per glo. in titulo. quæ ſit prima cauſa bene. amit. x. coll. facit. l. iiii. cum ſi. ff. de legat. i.

Nota quòd ille, qui fuit cauſa inimicitiæ, poteſt excipere de inimicitia. Abb. in c. repellantur, de accu. allegat notata in l. nec timorem, & facit. l. ſequens. ff. quòd metus cauſa. vbi cauetur, ꝙ licèt quis culpa ſua ſit in loco, vbi patiatur metum, nihilominus cõpetit ſibi quòd metus cauſa, licèt glo. contrarium ſenſerit in c. vt debitus, de appella. in ver. minus. vbi ſi cauſa ſuſpitionis ꝓcedit ex culpa recuſantis, recuſare non poteſt.

Nota quòd iudex debet eſſe caut⁹. nam multi faciunt ſibi inimicos, vt eos recuſare poſſint, vt dicit Abbas in dicto. c. repellantur, de accuſati. refert Bar. in l. i. §. cum quis. ff. de quæſtionibus, de eo qui cautè dedit cuidam teſti alapam.

Inimicus reconciliatus tacitè vel expreſsè non cenſetur inimicus. Bar. in. l. iii. §. fi. ff. de adimen. lega. ſed an tunc repellatur a teſtimonio. Bar. tenet ibi quòd non. vide Anto. poſt gl. nota in aut. de teſt. §. ſi verò libertis, col. vij. & vide infra iſta litera. §. an & quando.

Inimicorum informatio non ſufficit ad inquirendum. c. qualiter, & quando, de accu. Ange. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. li. x. quod verum ſuper delicto, ſed ſuper fama, & credulitate hominum ſic. Io. An. ſin. ĩ c. cum in veritate, de pręſumptio. & Ludoui. in ſing. ver inquiſitio, ver. non formatur. Inimicus præſumitur qui eſt amicus inimici. Cy. in l. ſi quis. C. de teſti. & Bal. & doc. & Bart. in l. i. ff. de legibus, & in Spe. de appe. §. i. ver. ſi verò appellatur, & de cita. §. i. ver. item ꝙ ſit. & de accu. ver. item ꝙ cum inimico, & ſe. quia paria ſunt eſſe inimicum, vel inimici amicum, vt ibi.

Inimicus fratris, vel cõſanguinei mei præſumitur meus inimicus, arbitrio tamen iudicis. Bar. contra gl. in l. tutor. §. ſi tutor. ff. de ſuſ. tu. & ifra.

Inimicus qui non eſt, ſed accuſatur de crimine capitali tanquam inimicus ad cautelam, vt a teſtimonio repellatur, & accuſatio eſt inſtituta contra eum pendente cauſa, in qua ſit teſtificaturus, nè malitia proſit accuſatori, admittitur in teſtem. ſed ſi non conſtet de malicia, debet ſuperſederi in cauſa ciuili, donec ſuper accuſatiõe feratur ſñia, qua declaretur an ſit inimic⁹, vel nõ. Bal. in aut. ſi dicatur, vl. col. ver. mõ q̃ritur. C. de teſ. poſt. Io. An. in c. ſi. e. ti. addo Bar. in l. i. §. ſi ſeruo, & in § cũ aliq̃s. ff. de q. & Bal. ĩ. l. ſed & ſi q̃s. §. illud. ff. ſi q̃s cau.

Nota ꝙ inimicus præſumitur ille qui nõ vult alloqui, vel ſalutare. c. Adrianus, el ii. lxiij. diſ. & ſupra.

Inimicus præſumitur qui accuſat, & qui cum inimico cohabitat,

eſt infamis, vt l. ſi tutor. C. de interdi. ma. & ibi Bal.

Omnes hæretici ſunt infames, vt infra pœna.

Omnes periuri ſunt infames, vt infra periurus.

An infamis poſſit accuſare hæreticum viuum, vel defunctum, vide ſupra accuſatio.

Infamia ab incerto autore procedit. de conſe. diſ. iiii. ſanctum. & ſufficit ſecũdùm Rai. quòd apud bonos, & graues quis ſit diffamatus, non diſtincto a quibus orta fuit infamia. concor. Ber. & Hoſti. in c. qualiter & quando, el. ij. extra de accuſati. & in ſum. confeſ. l. iij. ti. xxxiii. q. v.

Condemnatus de crimine per viã inquiſitionis quòd inducit infamiã per viam accuſationis, non fit infamis. tex. & ibi gl. in l. tutor. §. prætèrea. ff. de ſuſpec. tuto. vide.

Item an damnatus per inquiſitionem [c] efficitur infamis, vide Bar. in l. infamen. ff. de publi. iudi. & in quodam conſilio ſuo, quod incipit Ioannes Nicola.

An papa poſſit reſtituere famæ infamatum? & dicendum quòd ſic, vt habetur. xi. q. 3. Euphemium. §. proximo. [f]

ADDITIONES.

a *Infamia ſic poſſe finiri ſiue deſcribi videtur. vt ſit amiſſio, diminutio ve exiſtimationis argu. l. quid ergo. §. pœna. ff. de bis qui not. infa. & l. non damnatos. 18. C. eod. tit. & l. cognitionum. §. exiſtimatio. ff. de extraordi cognitio Exiſtimatio verò eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus, ac moribus comprobatus, quæ ex delicto noſtro autoritate legum, aut minuitur, aut conſumitur. Minuitur exiſtimatio quotiens manente libertate circa ſtatum dignitatis pœna plectimur. ſicuti cum relegatur quis, vel cum ordine mouetur. vel cum prohibetur honoribus publicis fungi. vel cum plebeius fuſtibus ceditur, vel in opus publicum datur, vel cum in eã cauſam, quis incidit quæ edicto perpetuo enumeratur. conſumitur verò quoties magna capitis dominutio interuenit, ideſt cum libertas adimitur, & C. ea. leg. cognitionum §. exiſtimatio. Quibus autem modis ex edicto perpetuo quis notetur infamia, vide l. 1. & deinceps. ff. de bis qui not. infa. & C. eod. tit. magna verò capitis diminutio quibus caſibus, contingat, habes ex tit. de cap. diminu. l. 5. & l. vlti. ff. & cit. l. cognitionum. Item inſti. eod. tit. de cap. diminu. Poteſt & infamia dici eſſe macula exiſtimationis qua iure quis notatur, vel aſpergitur. l. verbum. 17. C. eo. verùm hæc infamia ciuilis iuris; quæ dupliciter irrogatur, vel ipſo iure, vel per ſententiam. l. 1. & ſeq. ff. eod. & l. infamem. ff. de pub. iudi. & 3. q. 7. c. infames. §. porrò. eſt & canonici iuris infamia, vnde Adrianus papa ſcribit in hunc modum, Omnes verò infames eſſe dicimus quos leges ſæculi infames appellant. & omnes qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi. Item Clemens papa Iacobo Ieroſolimi. epõ ſcribit quos habeat infames, vide c. omnes verò cum ſequ. 6. q. 1. Inde doct. eliciunt eſſe quandam canonicam infamiam quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, glo. in d. c. omnes. Item qui infames ſint. Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 19. eſt adhuc tertium infamiæ genus, quæ facti nominatur. cum apud bonos & graues, opinio cuiuſpiam grauatur vel oneratur l. ea quæ. 13. & l. interlocutio. 19. C. eod. quia ſcilicet re ipſa & opinione hominũ*

non

non effugiunt infamiæ notam, licèt verbis edicti non habeantur infames, l. 2. ff de obſequi a libe. & c. qui ob vitium aliquod, vel turpitudinem malè audiunt, cum ſugillātur boni mores, l. apud celſum §. aduerſus ff. de do. excep. vel pudor. l. ſed ſi. hoc tīt. ff l. prætor ff. de in ius vocan. vide Brocar. Azon. rubr. 77. An & quibus modis reſtituatur infamia non eſt hic explicandi locus, vide glo. in d. c. omnes. & c. autoritatem. 15. q. 6. l. 1. §. deinde. ff. de poſtu. & c. cum te. de ſenten. et re. iudi. cum Docto. & c. ex tuarum. de purg. cano. l. ampliſſimi. ff. de excuſ. tuto. & l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui no. infamia. P. V.

b *Infamia triplex eſt, videlicet facti, altera iuris ciuilis, quædam iuris canonici, Ab. in c. teſtimonium. de teſtibus. & qualiter quælibet incurratur declarat Vmb. in iudi. inquiſi. hoc verb. infamia in prin. Et infamiam triplicem eſſe affirmat Lāber. de iur. patro. fol. 243. ar. 16. in prin. Quintil. Mand.*

c *L. infamem. ff. de publi. iudi. Placenti. de accuſa. tit. 2. nu. 12. & ſequen. Iulius Cla. ſent. lib. 5. quæſt. 72. nu. 3. vbi ſubdit concluſionem hanc de plano procedere quādo proceſſum eſt via ordinaria, & ſic per accuſationem. Q. M.*

d *Infamia canonica incurritur, p quodcunque peccatum mortale, quo ſublato tollitur. c. infames. 6. q. 1. Vmber. in iud. inqui. hoc ipſo verbo. infamia. poſt. nu. 2. & nu. 7. per nota in c. teſtimonium. de teſti. & quod ſi infamis exiſtat in peccato infamia canonica, ſublato peccato tollatur effectus infamiæ, cōmunem teſtatur Lamber. de iur. patrona. art. 17. nume. 2. Quintil. Mand.*

e *Damnatus, an ſi proceſſum ſit per viā inquiſitionis efficiatur infamis, pro negatiua, & ſic pro opinione de qua hic Caldæ con. 2. de pæn. concludit & hoc dixit cōmunius, & benignius, & mitius quàm fieri poteſt in pœnis agatur Angel. verò in l. ea quidem. num. 28. C. de accuſa. contrariam opin. & ſic affirmatiuam communem affirmat, quam affirmatiuam et communem teſtatur Pariſ. con. 88. nu. 4. vol. 4. Et hanc etiam ſequitur Iuli. Clar. ſent. li. 5. q. 72. nu. 4. & hæc mihi verior videtur. Q. M.*

f *Dictū 1. q. 3. Euthemium. §. 1. epiſcopus autem directò ad famam reſtituere non poteſt, vt voluit Abbas in capitulo cum T. col. 4. de re iudic. indirectè tamē & ipſe poteſt, vt in additi. ad ſingu. Matheſi. 62. num. 12. ver. Et nota quòd licèt epiſcopus. Q. M.*

g *Raphael. Cuma. conſil. 161. A miles. poſt numerū. 5. verſic. Ad decimum. Quintil. Mand.*

Infidelis principi dicitur ille, q contrahit amicitiam, & pacta fœderata tacita, vel expreſſa cum inimicis principis, maximè cōtra principis voluntatem. Nam talis dicitur infidelis, & proditor, & præuaricare fidem principi datā, vt plenè notatur per Andream de Iſer. tit. quæ ſit pri. cauſa ben. amit. §. rurſus. coll. ii. & iij. & per ea quæ leguntur, & notantur. xciij. diſ. ſi inimicus dei. imò multo magis eſt in crimine hæreſis. Nam iſti hęretici, & apoſtatę noſtri temporis dici poſſunt infideles, & pręuaricatores, & proditores diuinę maieſtatis, eo quia magis eſt diuinam, quàm humanam lædere maieſ.

Infideles ſunt hoſtes Chriſtianorum. l. fi. & ibi Bal. C. de capti. & poſ. ſunt capi in eccleſia. Oldr. conſ. liiij.

Item infidelis, & rebellis dicitur ille, qui facit publicè, aut operatur cō

tra

tra honorem principis, in x. col. qui ſint rebelles. ergo a fortiori qui agit contra honorem dei, multomagis infidelis & rebellis dicitur.

An quando vnus infidelium conuertitur ad fidem altero remanente in infidelitate, an ipſo iure ſit ſolutũ matrimonium, vide ſupra coniugatus, in §.i.&ij.

Item nota quòd infidelis, & proditor dicitur, ſi quis fidem quam negligit, tenere videatur. ſanctus Tho. in iiij. diſ. xxv. ar. x.

Item blaſphemus dicitur infidelis, de quo vide ſupra in litera, blaſphemus.

Nota quòd quando vnus infidelium conuertitur ad fidem catholicam, & alter remanet in infidelitate, quòd proles quæ eſt in minori ætate conſtituta debet dari fideli, non obſtante quòd indiget matris obſequio ad educationem. & ſi proles peruenit ad perfectam ætatem, tunc poterit libere ſequi patrem fidelem, vel matrẽ infidelem. hoc Tho. in. iiij. ſententiarum, diſ. xxxix. ad quartum, in fin. vide ſupra Iudæus. & probatur hoc in c. ex literis, de cõuerſi. infid. & de hóc etiam habetur in Summa Ange. in litera, impedimentum, decimò. §. vlti.

Item an peccet grauius hæreticus, quàm infidelis, vide ſupra hæreticus.

Item quando fidelis ſeparatur ab infideli, an recuperet totam dotem, vide ſupra dos.

Infidelis eſt ille, qui ſalutẽ ab alio quàm a deo ſperat, vide infra ſalus.

Cur non credit infidelis, vide ſupra credentes §. infideles.

De comparatione quę ſit de hæreticis ad infideles, vide ſupra hæreticus. Nota quòd infidelitas, [a]ſecundũ quòd eſt peccatum, oritur ex ſuperbia, ex qua contingit quòd homo intellectum ſuum non vult ſubijcere regulis fidei, & ſano intellectui patrũ. vnde Greg. dicit. xxxi. moralium, quod ex inani gloria oriuntur nouitatum præſumptiones. hæc Tho. ij. ij. q. x. ar. iii. in ſolutione tertij argumenti.

An cum infidelibus ſit communicandum, vel ſint vitanda eorum colloquia, & conuiuia, vide ſupra communicare, & ſupra comedere.

In infidelibus vera virtus eſſe non poteſt. habetur. xxviij. q. i. his itaque.

Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis. de quo ſupra hæreſis.

Infidelium ſerui recipientes fidem a ſeruitute ſunt liberati. liiij. diſtinc. fraternitatem. adde de diuor. c. quanto, & quod ibi notatur.

Omnes infideles dicuntur proximi natura, & ſic Iudęi, & Saraceni dicuntur proximi, vt de pœniten. diſ. ii. §. proximos. in. c. caritas, el ij. & glo. ſuper parte participes, & lxxxvi. diſtinctione. paſce.

An infidelis vnius ritus poſſit contrahere cum infideli alterius ritus, vide Th. in. iiij. diſ. xxxix.

Quid ſi infidelis repudiata prima vxore aliam ducit, & conuertatur ad fidem, an teneat matrimonium. vide Tho. in iiij. diſ. xxx.

An infidelium ritus ſint tolerandi, vide Thom. ij. ij. q. x. ar. xj. & quæſ. xj. art. ij.

Hi cõuerſi noſtri temporis qui ad ritus Iudæorum tranſierunt, vel redierunt, nec vt infideles deſcendunt, nec permanent vt fideles; ſed miſteriorum percepta notitia, fidei noſtrę ſecretioribus perſcrutatis, conuerſi poſtmodum impugnant nos, & con-

tra-

tradictionibus ſuis corda noſtra diſrumpunt conculcantes verbi dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. qui magis propriè apoſtatę dicuntur, vt ſupra dictum eſt in litera, apoſtata.

Quædam exteriora verba, vel opera ad infidelitatem pertinent, inquantum ſunt ſigna infidelitatis, ſecundũ Tho. ij. ij. q. xii. ar.

ADDITIONES.

a *Infidelitate, fides, & gratia amittitur, con. Trid. ſeſſ. 6. c. 15. P. V.*

Informatio. [a] No. ꝙ informatio iudicis fine iuramẽto videlicet ad inquirẽdum. gl. fin. in c. i. §. ſi duo, de pa. te. in verſ. ſeu. Lau. de Fau. in l. in quorum. xxx. col. de pigno.

Iudex ad ſui informationem poteſt recipere probationes, & pro hoc faciendo non requiritur cauſę cognitio, nec partis citatio, ar. de teſti. veniens, el ij. de appel. interpoſita. quòd nota Innoc. de elec. bonæ memoriæ Maguntini. de transla. pręla. licet. de præſcrip. dudum. & ꝙ no. Archi. in c. i. de elec. li. vj. & ibi Inno. & Io. An. faciunt notata in Cle. i. de offi. delegat. ar. xi. q. iii. eorum. Spe. ti. de notorio crimine. §. i. & §. fi. Circa ĩformationem iudicis vide infra iudex.

ADDITIONES.

a *Informatio propriè dicitur illa prima & rudis forma, quæ ab artifice operi cuipiam inducitur, per tranſlationem accipitur pro rudi quadam & imperfecta ratione à natura primùm animo impreſſa. Cic. 1. de natu. Deo. Quod genus hominũ quod non habeat anticipationem quandam Deorũ, quam appellat πρόληψιν, Epicurus, hoc eſt anteceptã animo rei quandam informationem? Item li. 2. Cleantes quidem noſter quatuor de cauſis dixit in animis hominum informatas eſſe Deorũ notiones, Hinc & anticipata illa cognitio, & propè rudis iudicis aliqua de re ante rei vocationem præhabita, dicitur informatio, de qua hic verba fiunt, Hinc etiam informare cauſam inquit Cic. pro Quintio. quæ informatio dicitur inquiſitio, vide infra, Inquiſ. Ad informationẽ quomodo teſtes, & in quibus caſibus recipiantur Panor. docet ad c. 1. de poſtu. præla. nu. pen. cum annotatio. P. V.*

Ieruſalem. Quot modis hoc nomen ſumitur in ſacra ſcriptura, vide de ſacra. vnc. ca. i. & quòd nota lxv. diſ. quoniam.

Ieruſalem capta fuit a Nabuchodonoſor vnà cum Chaldæis, vt. xxiij. q. v. §. hinc.

Ciuitas[a] Ieruſalem cũ templo fuit a Tito, & Veſpaſiano imperatoribus funditus euerſa. lxxvj. diſ. ieiunium, vbi vide plenè in glo.

ADDITIONES.

a *Videas tu Ioſephum de bello Iudaico, & Niceph. de hiſt. Eccleſ. li. 3. c. 3. & 4. Petrus Vendr.*

Ignorantia [a] Eſt cauſa peccati. Thom. in j. ſecũda ſecundæ. q. lxxvj. ar. i. & i. q. de malo. q. iij. ar. vj. & in ii. diſ. xxij. ar. iiij.

Ignorantia voluntaria non excuſat peccatum. xi. quæſ. iii. excellentiſſimus.

Ignorantia nõ prodeſt, vbi culpa præ-

præcedit, vt l. itaque. §. i. ff. de cõtra. empt.

Qui ignorat, ignorabitur. i. ad Corinthios. xiiij. xxxviij. diſt. qui ead. xv. q. i. in prin.

Ignorantia eſt peccatum in his q̃ quis ſcire tenetur de pertinẽtibus ad fidem, de quibus per ſanctum Tho. ij. ij. ar. v. & xxxviij. diſti. qui ea, & per philoſophum. iij. ethi. & per magiſtrum. ij. ij. xxii. vide ſupra excuſari.

Ignorantia Iudæorum qui credũt Meſsiam nondum veniſſe, an ſit aliquo modo excuſanda? dic quòd nõ. tex. eſt & glo. i. q. iiij. §. notandum.

Quæ ignorantia excuſet a peccato, vide. i. quæſti. iiij. turbatur nauicula Petri.

Ignorantia peccati non excuſat aliquem. vt. i. q. iiij. eccleſia.

Ignorãtia facti an debeat puniri? & dicendum quòd in perſona ſingulari non debet puniri, quia illa fallit prudentisſimos, vt. ff. de iure. & fac. igno. l. ii. & extra de cle. ex. c. apoſtolicæ, ad quod de regu. iuris li. vj. ignorantia. de quo vide ſupra æ dictum: ſed ſecus eſt in pupillo & minore. nã ignorantia facti in pupillo & in minore punitur, vt. ff. ad Macedo. l. ceſſare. vide glo. iij. in l. qui fidem. ff. mãdati. & quòd ignorantia facti fallit ſæpè peritisſimos, habetur etiam in c. i. de conſti. l. vj. & Spe. ti. de Aduocato. §. nunc tractemus, iuxta prin.

An ignorantia excuſet errantem iſto crimine, vide ſupra excuſari, & ſupra bona. Et no. ꝙ ſi quis errat propter ignorantiam in articulis fidei, quòd non excuſatur, vt. xxiiii. quæ. i. ſchiſma, & ibi glo. ſed adde quòd nõ omnes eodem modo ſcire tenentur, vt infra ſcire.

ADDITIONES.

a *Ignorantiæ vocabulum manifeſtæ, & vulgatæ ſignificationis eſt, ea verò duplex eſt, facti ſcilicet, & iuris. ff. & C. to. to tit. de iu. & fa. igno. quæ ſit vtraque nè replicem, vide ſupra factum quæ ſunt annotata. Ignorantia iuris & illa complectitur, quę boni, & mali eſt, cum maximè iuris appellatione, & canonicũ ius comprehendatur, ex ea conſiſtit omnis error: Auguſt. de Ciui. Dei libro. 22. ca. 22. Petr. Vend.*

Impediens [a] Officium inquiſitionis directè, vel indirectè in cauſa hæreſis eſt ipſo iure excommunicatus, & ſi per annum in ea animo indurato perſtiterit tanquam hæreticus poteſt condemnari, vt in c. vt inquiſitionis, de hæreticis, li. vj. & ibi per docto. & maximè per Dominicum.

Delegatus poteſt punire eos, qui impediunt ſuam iuriſditionem, vide Io. An. in addi. ſpe. ti. de iudice delega. §. ii. ver. quid ergo.

Sed nunc quæritur, an contra impedientes officium inquiſitionis hæreticæ prauitatis posſint inquiſitores procedere, & eos punire? & dicendum quòd licèt inquiſitorum iuriſditio, & poteſtas ſit delegata ſolummodo ad cauſas hæreſis, ſeu de his q̃ pertinent ad fidem, vt extra in c. per hoc, & in c. accuſatus. §. de quæſtion. de hære. lib. vj. & propter hoc non videatur ſuam iuriſditionem extendere ad alia ſibi non commiſſa. [b] iudex non attẽtet, vt. xxv. q. vj. amputato. & C. ſi a non compe. iudi. per totũ. tamen ſi aliquis impedierit verbis, vel

factis

factis inquiſitorem circa executionē ipſius officij, quòd ipſe inquiſitor poterit circa talem impedientem procedere, & eum punire. quod probatur, & oſtenditur multis rationibus. Primò quia tales impedientes officium inquiſitionis incidunt in ſuſpitionē hæreſis, ſeu fautoriæ, & excommunicationem incurrunt, vt d.c. inquiſitionis. §. fi. & c. vt officium §. denique, de hæreti. li. vj. vt dictum fuit ſupra de fautoribus. cum ergo inquiſitor habeat ſuam iuriſditionem contra hæreticos, & de hęreſi ſuſpectos, nimirum ſi contra impedientes ſuā iuriſditionē ſe extendit. Secundò qa ſi non poſſent impedientes punire, iam non poſſent ſuum officium explicare, rectè ergo poterūt punire impedientes, quaſi ēt hoc eis videatur eſſe commiſſum: nam quotiens aliquid alicui demandatur, demandatur ēt illud, ſine quo illud nequeat explicari. ff. de iuriſdi. om. iudi. libr. 2. & caſus extra de of. deleg. c. præterea, & c. paſtoralis. Tertiò quia ex quo mandata eſt inquiſitoribus iuriſditio, videtur eis ēt mādata coertio. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. l. fi. imò rectè faciunt ſi impedientes puniāt, quia tenentur defendere ſuam iuriſditionem in pœnali iudicio, vt. ff. de offi. præſi. l. obſeruandum. ſi quis ius dicen. non obtem. l. i. Quartò quia iude[illegible]eſt punire exceſſus commiſ[illegible]a eius officium. & ideo non [illegible] ſi inquiſitores puniant delinquentes circa eorum officium impediendo illos, vt. C. de teſti. l. nullum, [illegible] pœnis. l. minor. extra de offic. [illegible]a. c. præterea. Quod autem in[illegible]ores hoc poſſunt, habetur text. [illegible]ſius extra eo. vt officium. §. denique, lib. vj. & in quadam extrauag. Clemen. quæ incipit, Ab omnib⁹, vnde dictus. §. denique ſumptus fuit, quæ quamuis non ſit in libris, tamen quia eſt iuri conſona, & in fauorem fidei, & in ſuſtentationem officij, eſt ſeruanda, vt in d. c. vt officium, habetur. & nota quòd admonentur omnes rectores, & ptātes qui circa executionem dicti officij fuerint requiſiti, ꝙ debeāt inquiſitoribus præſtare auxilium, conſiliū, & fauorem, vt in d. c. vt officium. §. ſtatuimus.

Nota quòd iſta pœna, quam inquiſitores poſſunt imponere ipſis impedientibus, erit arbitraria pro motu eorum, conſideratis perſonis, & qualitate facti, prout dictat, vt. ff. de pœnis, aut facta, quæ eſt canonizata de pœ. diſ. ij. c. fi. & hoc ideo. quia non inuenitur pœna determinata a iure, & ideo relinquitur arbitrio iudicantis. ff. de effrac. l. i. §. expilationis. & quòd nota de offi. deleg. c. ex cauſis.

Item impedientes officium inquiſitionis tanquam fautores hæreticorum, & defenſores poſſunt puniri, vt habetur in quibuſdam literis diuerſorum ſummorum pontificum in directorio inquiſitionis, vbi ſic dicitur. Cæterum ſi fortè (quòd non credimus) alicui cuiuſcūque conditionis huic negocio vobis commiſſo ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, vt nō poſſit procedi liberè in eodem, imò niſi requiſiti illud fouerint & iuxta officium, & poſſe ſuum ſinguli iuuerint ſtudioſè contra eos tanquam contra hæreticorum fautores, & defenſores ſecūdùm canonicas ſanctiones, freti eadē autoritate, intrepidè procedatis. ſed præcipitur tam epiſcopis, quàm inquiſito-

quiſitoribus, nè malitioſè, & falſè imponant alicui, quòd impedit officiũ inquiſitionis, cum non impediat. nã ſi tale fecerint inquiſitores, ſunt excommunicati excõmunicatione papali: à qua non poſſunt abſolui niſi à papa, & in articulo mortis. & epiſcopus hoc faciens eſt ſuſpenſus ab officio per triennium, vt in Cle. i. de hæreticis. & vide infra in dictione, inquitores. §. nota quæ prohibentur.

Item quoniam ſæpè multi clerici, & ſacerdotes prætextu pœnitentiæ, vel alicuius ſeruitij temporalis inueniuntur aliquando inquiſitionis impedire negocium, inſtruẽdo citatos hæreticos, vel eorũ credẽtes de celanda veritate, vel falſitate dicenda, vel eos indebitè liberando, De quibus quęritur, vtrum inquiſitores poſſint tales capere, & etiam retinere, aut ꝙ ſic accepta reſtituant coarctare? Dubium itaque non videtur, quòd hi quos conſtat exercere præmiſſa, faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis, quòd tales poſſunt per inquiſitores compeſci, & pęna debita caſtigari tam per captionem perſonarum, quàm etiam aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. hoc habetur in quadam extrauagante Vrbani quarti, quę incipit, Salutem, & apoſtolicam benedictionem, quę eſt poſita in directorio, & habetur in. c. accuſatus. §. fi. de hęr. li. vj.

Vtrum ludi impediant pœnitentias exteriores.

Vtrum ſpectacula impediant pœnitentias exteriores.

Vtrum exercitium militiæ impediat pœnitentias exteriores. de hoc vide Tho. iiij. ſententiarum, diſt. xvj. & in decre. c. falſas pœnitentias. de pœni. diſ. vj. & diſ. v. c. conſideret. vide de hoc infra pœnitentia.

ADDITIONES.

a *Vide ſupra directè. P. V.*

b *Quæ continentur hoc §. leguntur verbis eiſdem apud Calderi. de hæreti. c. 31. par. i. inde ſuppleas hic, quæ ſunt omiſſa. Petrus Vendr.*

c *Has quatuor rationes tranſcribit Vmber. in iudi. inquiſi. hoc verb. Impedientes ſolùm addit ſumos Põtifices pro tempore ſtatuiſſe, ab omni impedimento liberum fore & exemptum. Et ante hos plura hic deducta tradidit Io. Calderi. de hæreti. c. 31. tit. de impedien. off. Inquiſitionis. Eaſdem etiam quatuor rationes poſuit etiam Zanchi. eo. tract. de hæreti. c. 31. ibi vide. & ibid. in additio. Camilli Campegij. Q. M.*

Ieiunare [a] Non eſt licitũ Chriſtianis die dominica, nec quinta feria, ſcilicet die Iouis, vt non imitemur gentiles, & infideles, & hæreticos, qui ſolent talibus dieb⁹ ieiunare. habetur de conſe. diſt. iij. in c. ieiunium dominici diei, & c. nẽ qs ieiunet, & xxx. diſt. ſi quis ranquam. adde de obſeruati. ieiu. c. i. de verbo. ſigni. quæſiuit. xxvj. q. vij. ſacerdos. vide ſan. Thom. ſecunda ſecundę. q. cxlvij. ar. v. Et nec debemus ieiunare diem dominicum in contemptum ipſius diei, vt in dictis iuribus, & lxxvj. diſ. c. vtinam, & Tho. ij. ij. q. xlvii. ar. v. ad tertium. & quaſtiones contrarias ſolue per gloſ. dicti. c. ſi quis tanquam, & etiam per dictam quæ. Tho.

Sicut diebus dominicis non debemus ieiunare, etiam nec ex feſto reſurrectionis vſque ad pentecoſten genua

genua flectere in oratione, vt xxx. diſtin. c. ſi quis præsbyter.

Ieiunia Iudæorum quot ſunt, & quo tempore cadunt, & qua de cauſa ſtatuta fuerũt, inuenies. lxxvj. diſ. ieiunium quarti, & ibi vide.

Ieiunium, ſeu prãdium non eſt differendum vſque ad noctis tenebras, modo Iudæorum, & Saracenorum. Ab. in rub. de obſer. ieiũ.

An liceat in diebus ieiunij abſtinere a cibo, & potu per totam diem, & poſt adueniente nocte comedere, ſicut ſeruat conſuetudo multarum ciuitatum, præſertim in vigilia natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, & gl. dicit quòd non licet, de conſe. diſt. v. ſunt ibi, quæ videtur dicere ꝙ tales ſunt ritus paganorum.

Itẽ an liceat ieiunare duobus diebus continuis? & gl. videtur dicere ꝙ non, de conſe. diſt. v. non dico.

Multorum infirmitates ieiunia ſanant, vt ſupra gula.

Ciborũ tẽperantia ſalutẽ, at ũdantia ꝯrium parit, de conſe. diſt. v. nihil.

No. ꝙ quando quis eſt impeditus ꝙ non poteſt ieiunare, ꝙ poteſt illud ieiunium commutare in pecuniam, dando alicui pecuniam, vt pro eo ieiunet, vt habetur. lxxxij. diſt. in gl. fi. c. præsbyter.

Inquiſitor, vel epiſcopus pñt compellere ieiunare inquiſitum pro veritate eruenda, cum tale ieiunium dicatur tormentum, vt habetur in gl. Cle. j. de hęre. & ibi per Io. de Imo. & alios doc. & pñt iniungere ieiunium ipſis hæreticis in pœnitentiã. & ꝙ ieiuniũ detur loco tormẽti, patet per etymologiam, nam tormẽtum dicitur quaſi torquens mentem, & nemini dubiũ ꝙ per ieiunium aſperum torqueatur quis ad veritatem eruendã, vt eſt glo. in d. Cle. j. in ver. tormentis.[b]

In quadrageſima dum ieiunamus non debemus comedere niſi iã dictis veſperis, de conſe. diſt. j. ſolent.

In ieiunijs abſtinẽdum eſt ab ouis, lacte, & caſeo; quod intellige in ieiunijs quadrageſimalibus. ſed quid in alijs ieiunijs? ſerua cõſuetudinẽ. Ab. in rub. de obſer. ieiu. & Archi. poſt Th. in c. rogationes, de conſe. diſt. iij.

ADDITIONES.

a *Ieiunare eſt à cibis abſtinere propriè, Ieiunium verò eſt abſtinentia illa, vel dies quibus a cibo abſtinemus, a ieiuno inteſtino, qđ inane reperiatur, ducta metaphora. Hic accipitur pro a cibis vetitis abſtinentia, modo & tempore, & ſolenitate a S. Matre eccleſia catholica traditis. Ieiunantium cibi qui ſint, habes diſtin. 4. c. denique. §. par autem. ex epiſt. D. Gregorij. Augu. Anglorum epiſcopo. cui ita ſcribit. Par eſt aũt vt nos, qui bis diebus a carnibus animalium abſtinemus ab omnibus quoque, quæ ſementinam trabunt originem carnis, ieiunemus, a lacte videlicet, caſeo, & ouis. cæterũ piſcium eſus ita a Chriſtiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis ſolatium, non luxuriæ pariat incendium, denique qui à carne abſtinẽt, nequaquam ſumptuoſiora marinarum beluarum conuiuia præparent, vinum quoque ita bibere permittitur, vt ebrietatem omnino fugiamus: alioquin reſtat vt omnia quæ corporibus libent ſimiliter faciamus, tempora ieiuniorum huiuſmodi leguntur 76. diſt. per tot. & de conſec. diſtin. 5. c. quadrageſima. De qualitate, & vtilitate ieiuniorum, & ſacra ſcriptura docet, de conſe. diſt. 5. c. ieiunia. c. non dico. cum ſequen. ad c. vſque, quia dies. c.*

 ſexto.

ſexto. 35. diſt. & experientia magiſtra confirmat. De eius item virtute Synod. Triden. ſeſſ. 12. & 25. diſt. de delect. cib. ieiun. & c. D. Leo. 1. complures habuit de eius vi, & vtilitate ſermones, vide ſupra continentia. & Ebrietas. Eſt & ieiunium magnum & generale abſtinere ab iniquitatibus, & ab illicitis ſeculi voluptatibus. c. ieiunium autem, ead. diſtin. quod priori coniunctum prodeſt. c. nihil. ead. diſtin. eius initium vetuſtiſſimum, indictum eſt enim ieiunium abſtinentiæ lex a domino Deo; præuaricatio legis a Diabolo. &c. Gula a Paradiſo regnantem expulit, abſtinentia ad paradiſum reuocauit errantem. 35. diſt. c. ſexto die. Petrus Vendr.

b *Et probat tex. iunct. gl. in l. 1. §. quæſtionis verbo. in verb. dicunt. ff. de iniu. Item dicitur infra in verb. tortura. verſi. nota quòd inter cætera tormenta ſolent inquiſitores. Q. M.*

Inimicus [a] an repellatur a teſtimonio, vide infra teſtis: ſed nota quòd inimici capitales nunquam in teſtimonium admittuntur, vt infra teſtis.

Item an inimicus capitalis admittatur ad accuſandum, vide ſupra accuſatio, & infra teſtis.

Item an propter inimicitias ortas ex cauſa ciuili repellatur accuſator, vide ſupra accuſatio.

Inimicus vnius de genere, intelligitur eſſe inimicus omnium de genere. vide textum in l. i. ff. de li. cauſa. Bar. in l. i. ff. de his qui. vt indig. & in l. pe. C. de adul. adde text. in l. ſi ſororem. C. de his qui. vt indig.

An quælibet inimicitia repellat teſtem, vel accuſantem? dicit Vincentius quòd ſola capitalis, de qua in. c. cū oporteat, extra de accu. & ibi Ab. ſed iſtud eſt verum, vbi agitur de repellendo inimicum a iure communi, vt in l. licet. ff. de arbi. licèt vbi agitur de repellēdo a præmio, ſufficit qualibet odioſitas qualitercunque concepta. alle. tex. in l. teſtamento centuri. ff. de manu. teſta. & in l. Lucius. ff. de le. ij. Non ſolùm eſt mihi ſuſpectus inimicus meus, ſed & amicus eius, vt in l. ſcire. ff. de le. iij. & l. ſciendum. & ſic amicus inimici eſt inimicus, ar. C. de inof. teſ. l. ſi liberi. vide infra iſta litera, in §. inimicus præſumitur.

Qui bona noſtra tollit, inimicus noſter eſt. Ab. de reſ. ſpo. c. item cum qs. de hac materia vide infra iniuria.

An conuerſantes cū inimicis meis dicantur inimici mei? glo. dicit quòd ſic, in c. cum oporteat, de accu.

Nō omnis qui parcit, eſt amicus, nec omnis qui verberat, inimicus. v. q. v. non omnis, & c. ſeq. xxiii. q. iiij. quis faciet.

Teſtis qui fuit inimicus, poteſt teſtificari contra inimicum, etiā ſi de nouo facta eſt pax. hoc tenet Inno. in c. cùm oporteat, de accu.

Inimicitia noua repellit teſtem inductum pro me prius, vt in Spe. de teſte. §. x. ver. & nota.

No. quæ cautela debeat teneri per iudicem, quando aliqui allegant inimicitias. vide infra inquiſitores, in §. penulti.

Nunc quæro quæ dicantur inimicitiæ capitales? [b] & dicendum quòd inimicitia capitalis dicitur duobus modis, vel per accuſationem de crimine capitali, vel per mortis comminationem. glo. eſt in l. licèt autē, ver. capitalē. ff. de arbi. & in §. inimicitiæ Inſt. de excu. tu. tex. & Bar. in l. pe. §. Seia. & Bar. in l. ex parte, de adimē. le.

l. ſi

l.ſi inimicitiæ, de his qui, vt indig. l.i. & ibi Bar. de iure pa. & in l.iij. in prin. ff. de teſti. vide Bal. in l.liberi. C. de in of. teſt. itē per accuſationē vel litē de maiori parte bonorū, Bar. in l.athletę. §. dant, de exc. tu. item qn̄ quis occidit conſanguineum: vel ſi patrocinium præſtitit contra aliquem in cā capitali, Bar. in l.iij. §. fi. ff. de adimē. lega. Et Bar. ff. de adimen. lega. in l.ſi quis. §. non ſolū, ſic dicit. quarto quę dicantur inimicitiæ capitales? & dicendum ꝙ ſi quis interfecit meū conſanguineu, vel affinē, vt l.l. gis Corn. in prin. ff. de iniurijs, adeo ꝙ repellatur a teſtimonio, & conſimilibus. idē ſi nō occidit, nec de capitali crimine accuſauit ſed minatus eſt ſe interficere, vt no. in l.licèt. ff. de arbi. ſecus tn̄ videtur, ſi auxilium præſtiterit cōtra eū in cā capitali, ar. l.qui cū maior. ff. de adimen. leg. vide de hoc ī iſta lr̄a, in §. q̄ dicantur inimicitiæ capitales.

Item quæ dicantur inimicitię grauiſſimæ? & dicendum ꝙ cauſæ ciuiles oīm bonorū, vt Inſt. de excu. tu. idē puto in oībus caſibus, in quibus dicit fieri atrox iniuria, qđ habes in l.itē apud §. tunc, cū ſe. ff. de iniuri. & Inſt. de iniuri. §. atrox. ſed quæ dicat atrox iniuria, & qualiter intelligatur vide Bar. in l.licitatio. §. ꝙ illicitè. ff. de Pub. vltimò iſta, l. ꝙ ſi tertium, facit ad multa, ꝙ poſtquā facta eſt pax, non pōt poni exceptio illius inimicitiæ. intelligo hoc, pacē eſſe factā tacitè, vel expreſsè. hæc ſupradicta poſtilla ponitur per Bar. in d.l.ſi quis. ff. de adimē. le. & de hoc vide p Ab. & Henri. & An. in c.cum oporteat, de accu. ſed hoc limita, quando inimicitia eſt antiqua, ſecus ſi eſt recens: & quæ dicāt inimicitia graues, & grauiſſimę, vide Bal. ī l.iij. §. fi. ff. de adimē. leg.

Quando autem inimicitia dicatur remiſſa? & dicendū ꝙ ſi probatur cōuerſatio, vel potatio adinuicem. glo. Inſ. de iniuri. §. in ſumma. Bal. in aut. ſi dicatur. C. de teſ. itē ſi vnus conſtituatur tutor ab altero, l. athletæ. §. dant, & ibi gl. & Bar. & §. inimicitiæ, de excu. tu. & gl. eti. §. inimicitiæ itē per indicia, vt quia alter alteri ſeruiuit, Bal. in l.in ipſius. C. fa. er. itē per venditionē feudi factam per vaſallū inimico ſuo, per quam præſumitur poſt facta reconciliatio. Bal. ſin. in c. l.iiij. col. de prob. fe. u. ali. per Fed. vbi dicitur hoc per l.creditor. §. l. ff. mandati. item per contractum celebratū inter inimicos, ſecundùm Bal. ibi. itē per legatum factum ab vno alteri ſecūdùm Bal. in d.l.in ipſius, in fi. & in l.vj. §. fi. & ibi Bar. ff. de adimen. le. vide de hoc infra ſecundo. §. ſeq.

Nota quòd quando aliquis allegat inimicitias, quòd inquiſitor debet petere ab allegante nomina illorum, quos habet ſuſpectos, & cauſas ſuſpitionis, ſ. inimicitiæ, & ipſe tenetur dare. de quo vide infra teſtis.

An ſalutans inimicum ſuū videatur ſecum eo pacificare, not. gl. lxiii. diſ. cum Adrianus, in gl. ad ſalutandum, facit qđ no. moderni in ſaluta. Grego. bo. tex. in c. ex ore, de his quæ fi. a ma. par. cap. in contrarii facit, de ſen. ex. ſi aliquē, & in Cle. ſi ſummus, & quod ibi no. de ſen. exc.

An, & qn̄ inimic⁹ recōciliatus admittatur in teſtem, vide intra teſtis.

Quādoq; iudex incurrit inimicitiā ex adminiſtratione iuſtitiæ, vt in c. qualiter, & quando, de accu. & Ab. in c.i. de iudicijs.

Nūquam credas tibi fidelem quē

ex animo inimicũ habueris.& ſi i gratiam reuerti quæſierit, non credas illi. captus enim vtilitate, ſed non amica voluntate, vt fingendo decipiat quem non potuit perſequendo. hæc Senec. Ideo Prouiſo Solerter.

Ex pace omnis inimicitia ceſſat, & omnis cauſa inimicitiæ. ff. de adimẽ. le. l. iij. §. fin. cum l. ſeq. & quod ibi notatur.

Item frater accuſatoris, & accuſatus efficiuntur inimici ex accuſatione criminali facta ab alio fratre accuſatore, Ab. in c. cum. P. Manconella, de accuſa. & ibi dicit quòd Peruſini non faciunt vindictam niſi de fratre carnali. vide Ant. Cur. in repertorio Ab. in dictione, frater §. vlt.

Accuſator præſumitur inimic⁹ accuſati, & amicorũ eius vide. ij. q. viij. ſi quis epiſcopus tex. & ibi doc. in c. frequens, de reſti. ſpo. l. vj. de accuſa. cum. P. & c. cum oporteat.

Lex antiqua permittebat odio habere inimicos, ſed lex euangelica, iubet, vt eos diligamus. xxiij. q. iiij. cum in lege, & §. præcepta. ibi vide.

Inimicos diligimus tũc, cum eos corrigendo punimus. xxiij. q. iiij. ea vindicta.

An, & quando inimicitiæ habeant repellere a teſtimonio, vide glo. magiſtralem in c. cum oporteat, de accuſatio. Bar. in l. i. §. circa. ff. de quæſtionibus. Innocen. in dicto. c. cum oporteat. quæ tamen videtur eſſe arbitrio iudicis ſecundùm Bar. in dicto. §. circa. adde quod nota Bal. in aut. ſi dicatur, C. de teſt. vbi dicit eſſe in arbitrio iudicis quæ dicatur grauis, & leuis inimicitia. adde quod nota Bar. in l. i. ff. de his qui. vt indig. & ibi no.

Quę dicãtur inimicitię capitales, ſuperius eſt dictum. ſed vide in l. cum autem l. §. excipitur. ff. de ędil. ędic. & l. editio. ff. de verbo. ſigni. & in l. ij. ff. de publi. iudi. & in l. capitalium. §. ſi opus. ff. de pœnis. & nota de ſim. in c. per tuas, in gl.

Inimicus meus pręſumitur qui cõtra me teſtificatur voluntate: ſecus ſi coactè, vt in c. cum oporteat, de accuſatio.

Licèt inimicitia ſit nouiter ſublata, & facta amicitia, & tamen repellitur quis a teſtimonio, ſecundùm Innocen. in c. cum. I. & A. de re iudicata. de quo videtur caſus in c. accuſatores. iij. q. v.

Sicut amicus eſt qui nõ ex leui notitia coniunctus eſt, vt l. latè. §. amicos. ff. de verbo. ſignific. ſic inimicus propriè eſt qui nõ leui inimicitia eſt odioſus. xxiij. q. iiij. cum lege. Et propriè inimicus dicitur, qui ad alterius vltionem tendit. iij. q. v. de accuſatoribus, & c. quia ſuſpecti.

Qui inimicis in vna ratione cedit, vel literas, ſeu nuncium, vel aliquod ſignum mittit, incidit in crimen læſæ maieſtatis, vt. ff. ad l. Iulia. maieſta. l. i. ij. & iij & nota xxiij. quæ. vlt. de forma fidelitatis.

Iudex poteſt pręcipere inimico alicuius, ne faciat trãſitum ante domũ eius vide. i l. i. ff. de offi. præfecti. vrb. Bar. de re iudi. l. quòd iuſſit.

An minans, vel maledicens ſit inimicus? dic conſiderandam qualitatẽ minantis. C. ſi quis impera. maledixe. l. i. C. de action. & obligationi. l. fin. ff. ex qui. cau. maior. l. iij. & quod ibi nota.

Semel inimicus ſemper præſumitur inimicus, & repelluntur non tantùm capitales inimici, ſed etiam ſuſpecti

ſpecti

ſpecti in capitali inimicitia. Inno. dicit in. c. cum P. Manconella, de accu.

Inimicitia probatur parētela probata, & confœderatione cum inimico. Nam coniuncti, & fœderati præſumuntur eiuſdem conditionis. vide glo. in l. liberi. C. de inoffi. teſtamento. vbi dicit Bal. ꝙ inimicitia probatur ex offenſione, vel iuſſu offenſionis, puta ex inſidijs, vt ibi dicit. Item probatur per matrimonium contractum cum parentela inimici, vel per confœderationem factam cum eo. Nam coniuncti, & confœderati præſumuntur eiuſdem intētionis, quòd eſt notabile. Ex hac cauſa amittitur feudum. quod probatur per glo. in titulo. quæ ſit prima cauſa bene. amit. x. coll. facit. l. iiii. cum ſi. ff. de legat. i.

Nota quòd ille, qui fuit cauſa inimicitiæ, poteſt excipere de inimicitia. Abb. in c. repellantur, de accu. allegat notata in l. nec timorem, & facit. l. ſequens. ff. quòd metus cauſa. vbi cauetur, ꝙ licèt quis culpa ſua ſit in loco, vbi patiatur metum, nihilominus cōpetit ſibi quòd metus cauſa, licèt glo. contrarium ſenſerit in c. vt debitus, de appella. in ver. minus. vbi ſi cauſa ſuſpitionis ꝓcedit ex culpa recuſantis, recuſare non poteſt.

Nota quòd iudex debet eſſe caut⁹. nam multi faciunt ſibi inimicos, vt eos recuſare poſſint, vt dicit Abbas in dicto. c. repellantur, de accuſati. refert Bar. in l. i. §. cum quis. ff. de quæſtionibus, de eo qui cautè dedit cuidam teſti alapam.

Inimicus reconciliatus tacitè vel expreſsè non cenſetur inimicus. Bar. in. l. iii. §. fi. ff. de adimen. lega. ſed an tunc repellatur a teſtimonio. Bar. tenet ibi quòd non. vide Anto. poſt gl. nota in aut. de teſt. §. ſi verò libertis, col. vij. & vide infra iſta litera. §. an & quando.

Inimicorum informatio non ſufficit ad inquirendum. c. qualiter, & quando, de accu. Ange. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. li. x. quod verum ſuper delicto, ſed ſuper fama, & credulitate hominum ſic. Io. An. ſin. ī c. cum in veritate, de pręſumptio. & Ludouſ. in ſing. ver inquiſitio, ver. non formatur. Inimicus præſumitur qui eſt amicus inimici. Cy. in l. ſi quis. C. de teſti. & Bal. & doc. & Bart. in l. i. ff. de legibus, & in Spe. de appe. §. i. ver. ſi verò appellatur, & de cita. §. i. ver. item ꝙ ſit. & de accu. ver. item ꝙ cum inimico, & ſe. quia paria ſunt eſſe inimicum, vel inimici amicum, vt ibi.

Inimicus fratris, vel cōſanguinei mei præſumitur meus inimicus, arbitrio tamen iudicis. Bar. contra gl. in l. tutor. §. ſi tutor. ff. de ſuſ. tu. & ifra.

Inimicus qui non eſt, ſed accuſatur de crimine capitali tanquam inimicus ad cautelam, vt a teſtimonio repellatur, & accuſatio eſt inſtituta contra eum pendente cauſa, in qua ſit teſtificaturus, nè malitia proſit accuſatori, admittitur in teſtem. ſed ſi non conſtet de malicia, debet ſuperſederi in cauſa ciuili, donec ſuper accuſatiōe feratur ſnia, quā declaretur an ſit inimic⁹, vel nō. Bal. in aut. ſi dicatur, vl. col. ver. mō q̄ritur. C. de teſ. poſt. Io. An. in c. ſi. e. ti. addo Bar. in l. i. §. ſi ſeruo, & in § cū aliq̄s. ff. de q. & Bal. i. l. ſed & ſi q̄s. §. illud. ff. ſi q̄s cau.

Nota ꝙ inimicus præſumitur ille qui nō vult alloqui, vel ſalutare. c. Adrianus, el ii. lxiij. diſ. & ſupra.

Inimicus præſumitur qui accuſat, & qui cum inimico cohabitat,

vel conuerſatur.in ſpec. de accu.ver. item quòd cum inimico,& ſe.& de teſte §.i.ver.item quòd cohabitat.

Nunc concludendo ex prædictis nota quòd inimicus capitalis ex cauſa criminali,vel ciuili magna non poteſt eſſe teſtis.l.iij.in prin.& ibi Bart. ff.de teſta.c.qualiter,& c. cum oporteat,& c.inquiſitionem,& c. repellantur,& c.meminimus,de accuſ.ii.q.i. in primis iij.q.v.c.i.& ij. & in Spe. de Aboli. §. ij. in Specu. de teſte.§.j.in prin.& de Accu.§.ii.quòd eſt verum, etiam ſi ſuſpitio ſit de inimitia capitali, licèt de ea non conſtet liquidè ſecundùm Innocē. in c.cum. I.& A.de re iudica. & in d.c. cum oporteat, & in c.com P. Manconella, de accu.& Bal.in aut.ſi dicatur.C.de teſ,itē verum, etiam ſi veritas aliter apparere non poſſit.in Spe.de Accuſat.§.i.ad fi.c.per tuas,de ſimo.item niſi is contra quē producitur, dediſſet cauſam inimicitiæ.Bar.in l.i.§.cum quis, in fi.ff.de quæſ.adde Bal.in l.ſed & ſi qs §.illud ff.ſi quis cau.& in d.aut. ſi dicatur,in vl.col.in prin.ver.modò q̄ritur.vide Bar.Cepo.in cau.xvij. Lanfran.in c.quoniam cōtra,verſ.teſtes. de prob.c.vt debitus; de ap, & ſupra item verū ſi inimicitia ſit grauis,non ſi leuis. glo. inſti.de iniur.§. in ſumma,& in Spe.de dele.§.ſuper eſt, ver. item ſi eſt inimicus,etiam per Io.An. ibi in addi. quòd ex qualitate cauſæ iudicis arbitrio iudicandum eſt. Bal. in d.aut.ſi dicatur, & Inno.in d.c.cū oporteat.item ſi ſit leuis, non adhibetur ei tanta fides, Bal.in marga.teſtis viii.col.item verum, ſi ſit amicus inimici, quia inimicus eſt, ſecūdùm Cy.& Bal.in d.l.ſi quis.C.de teſt.& ſupra eo.ver.x.item verum, niſi ſit recōciliatus, Inn. vbi ſupra,& Bal.in marga.ver.teſtis.viii.col.& Bal.in d.aut. ſi dicatur,& Bar.in l.iii.§.non ſolùm ff.de adimen.le.& in.l.athletæ,de excu.tu.& Ange.in aut.de teſt. §. ſi verò libertatis,poſt glo.ibi quòd verū, niſi ſit reconciliatus de recenti, quia repellitur a teſtimonio, ſecūdùm Innocē. in c.cum I.& A.de re iudica. & Spe.in ti.de iudi.dele.§.ſupereſt, ver. item quod quondam,& ibi Io.An. in addi.Bald.in marga.teſtis viij.col.& eſt caſus.iij.quæſt.v.accuſatores. vide Bar.in l.præſcriptione. C.ſi cōtra ius,vel vti.pub.Lud.in ſin. ver.teſtis, ver.in materia repulſionis. item verum ſiue expreſſim oſtendat ſe inimicum,ſiue tacitè,id eſt qui odium gerat in mente ſecundùm Inno. in d.c. cum I.& A.& Bald.in marga.verſi.teſtis.xv.col.& in d.l. præſcriptione,& Ludoui.ſin.in Rubrica ff.de arbi.xij. col.præſumitur autem odium gerere in mente is,qui nō alloquitur, vel qui non ſalutat.gl.eſt ſin. in c. Adrianus,el ij.lxiii.diſ.per.c.cum ſuper,de offi.dele.item verum, ſi inimicus tēpore teſtimonij, licèt tempore aperturæ, proceſſus ſit reconciliatus, ſm Bar.in l.athletæ.§.amplius, de excu. tu.item verum, ſi inimicitia ſuperuenit cum teſte poſtquam eum quis ꝑ ſe induxit.in Spe.de teſte.§.x. ver. & nota.item verum,etiam ſi ſit cauſa inimicitiæ, vel eſſe p.æſumatur, licèt odium non habeat in mente, ſecundùm Innocen. in d. c. cum. I. & A.& Bald.in marga. in ver. teſtis.xv.col. & ſupra ver. in prima limitatione, item verum, etiam ſi ſit in articulo mortis.

Inimicus dicitur etiam ſi offenſus ignoret offenſam, vt etiam tunc repellatur

pellat a teſtimonio. Bart. in l. i. de his qui. vt indi.

¶ Quando oritur inimicitia ex poſt facto ex malicia aduerſarij teſtis tũc non repellitur, vt ſi vnus ſolus teſtis deponebat contra aliquem, & poſtquam depoſuit, ille contra quem depoſuit, dedit ei alapam in iudicio, vel alibi. hæc Bar. in l. i. §. cum quis. ff. de teſt. & Ab. in c. repellantur, de accuſat.

¶ An, & quando inimicus reconciliatus admittatur in teſtimonium, vel non, vide ſupra iſta litera in § inimicus reconciliatus. ſed Inn. in c. cũ oporteat, de accu. dicit quòd non admittitur, ſi reconciliatio erat recens: ſecus, ſi antiqua, quia ex antiquitate præſumitur obliuio. ff. de vſur. l. videamus, & l. generi. facit quòd nota glo. de ſimo. per tuas. ff. de an. lega. l. iii. §. fi. ff. de exc. tu. l. athletas. §. dat remisſionem.

¶ Inimicitia præſumitur in pñti ex præterito, niſi contrarium appareat directò, vel per oliquum. Bald. in l. ex perſona. iii. col. C. de prob. quem etiã vide in d. l. in ipſius, & in l. ii. in fin. C. de his qui per me. iu. non app. & in l. non ignorabit. C. ad exhi. & in aut. ſi dicatur. C. de teſ.

A D D I T I O N E S.

a *Inimicus dicitur qui alium odio proſequitur, vlciſcendique tẽpus expectat. Inimicitia eſt ira vlciſcendi tempus obſeruans, ait Cic. 4. Tuſcula. Ira eſt libido puniendi eius qui videatur læſiſſe iniuria. Odium ira inueterata, idem ibi. Eandem iræ definitionem affert Ariſto. rhet. li. 2. vnde Cic. deſumpſit, eamque ibi explicat Ariſto. Tria ſcribit idem. 2. rhet. quæ gignant inimicitias, ira, incommodatio ludibrij cauſa importata, criminatio. Iram verò, & odium diſcrepare tradit inter ſe, Primò quia ira excitatur ex rebus, quæ ad ipſum ſuosque referuntur. Contrà odium vel inimicitia ex nonnullis etiam, quæ ad ipſos minimè pertinẽt, ſæpe enim, inquit, quanuis nihil ab eo incommodi acceperimus, ſi huiuſcemodi eſſe ſuſpicamur, odio quempiam habemus, Exempligratia ſi furem, ſi improbum, quanuis neque fur aliquid noſtri ſuſtulerit, neque improbus vlla in re nobis impoſuerit, ſecundò ira contra ſingulos, inquit homines excitatur, qui enim iraſcitur, aut Calliæ, aut Socrati, aut certo cuidam hõi iraſcitur, odium non aduerſus ſingulos tantùm, ſed contra genera quoque hominium quędam ac nationes. nam furẽ & delatorem quiſque odit. tertiò ira tẽpore ſanari poteſt, odium nõ poteſt, quartò ira dolorẽ incutere cupit, ac ſi egrè illi, in quem commota eſt fecerit, ſatisfecit animo ſuo: inimicitiæ damna importare, ac pernitiem magis geſtiunt quintò ira habet adiunctam ægritudinem, contrà odium vacat ægritudine. qui enim alicui iratus eſt, mærore conficitur, qui odit non mæret. ratio quia cum nulla in re ſit læſus, ægritudine non conficitur, ſed ob ſcelera, ac impuritatem eius perditum illum cupit. iratus autem qui ſe læſum putat iniuria, triſtatur, angit enim ipſum iniuria in animo reſidens, recordatioque affert illi moleſtiam, item miſericordiam non excitatur, qui odit; contra miſeretur iratus. Si multis malis obrutum eum videret. Quæ iram, & odium excitare ſoleant in quempiam, ex contrarijs cauſis, quæ amorem & amicitiam conciliare ſolent diſcere poſſumus, inquit Ariſtoteles ibidem, & ex libris rhetorum ipſi colligere, præſertim ex 2. Ariſtotelis rhetoricorum.*

rum, Quæ verò receptæ ſint a legibus inimicitiæ ad quem ab accuſatione vel teſtimonio repellendum ſatis hic autor oſtendit, ſi foret ocium tibi de iure conuenientia Ariſtotelicæ doctrinæ depromerem, nõ omittam, quod act. 5. in ver. Cic. ſcribit, inimicitias videlicet maiores eſſe nullas quàm contrarias hominum ſententias ac diſſimilitudines ſtudiorum & voluntatum, quod & multis ipſe confirmat. P. V.

b *Quæ, & quot modis dicãtur inimicitiæ capitales, & graues, Vmber. in Iud. inqu. in ver. inimicitiæ. Blan. de indicijs. nu. 91. cum pluribus ſequen. & nu. 104. & alijs. nu. 115. & ſequ. ac numer. 127. Quintil. Mand.*

Iniuria [a] An inquiſitor poſſit, vel debeat punire iniuriantem eum? & notandum quòd ſæpe fuit dubitatum, an inquiſitor poſſit procedere contra talem, & punire, ſi verbis, vel factis ei iniuriam fecit, & an ipſe inquiſitor, vel iudex debeat petere a competente ordinario iudice illius ꝙ illum puniat & quidam dixerunt, quòd ipſe inquiſitor non poterit contra talem procedere duplici ratione, prima quia in hoc excederet fines mandati, & procederet ſuper his, quæ non tangunt hęreſim, & circa non commiſſa, vt ſupra dictũ fuit in litera, impediẽtes. ſecũda quia inquiſitor eſt delegat⁹, vt in c. ꝓ hoc, de hær. l. vj. & vbi fit iniuria iudici de legato, iudex ipſe delegatus non punit, ſed ipſe delegans, vt extra de pœnis, dilectus, & ibi no. per Inn. ſed tamen in fauorem fidei, & officij dicerem ꝙ his non obſtãtibus ipſe idem ĩquiſitor poſſit procedere cõtra iniuriantem, [b] quia hoc crimen cõmiſſũ in inquiſitorem videtur tãgerę eccleſiã. ij. q. vii. ſi quis ab epõ. ad ꝙ extra. de verb. ſig. ex parte. & vide in c. ſi qs erga. ii. q. vii. in gl. vlti. vbi ſic dicit ꝙ eps propria iniuria poſſit aliquẽ excõicare & punire, vt. xlv. diſ. & q emẽdat, & xxiij. q. iiij. Guiliſarius contra eſt. xxiij. q. iiii. inter quęrelas, & q. v. de occidẽdis. vbi videtur ꝙ pro ſua iniuria iudex nõ debet eũ occidere, cui⁹ iudex eſt. & circa hoc diſtingue, q a ſi iniuria tãgit ſpecialiter inquiſitorẽ, vel plãtũ, nõ põt excõicare aliquẽ ꝓ tali iniuria ſi tãgit eccleſiã, vel officiũ inquiſitiõis, põt excõicare, & ꝓcedere ꝯ iniuriãtẽ. nã eps põt eſſe iudex in cã ſuę eccleſię, ſicut ꝓcurator fiſci eſt iudex in cã fiſci, vt. C. vbi cauſæ fiſcales. l. i. ſic imperator eſt iudex in cã fiſcali. ff. de his q̃ in teſt. dele. proximẽ. & tñ res fiſci res imperatoris dr̃. ff. ne q d in loco pub. l. i. §. hoc interdictũ. & dico ꝙ iniuria ĩquiſitori illata maximẽ cũ eſt in actu explicandi officiũ nõ videtur ſibi facta ꝑtextu ſuæ priuatæ perſonæ, ſed ꝑtextu, & in ꝯtẽptum ſeu impedimentũ officij, vt extra de fo. cõ. c. ii. de ſen. ex. c. cũ deſideres. §. fi. de mal. c. i. & ibi vide. & facit extra de pœnis, Romana, in tex. & gl. li. vj. ergo nimirũ ſi ipſemet ĩquiſitor, cui facta fuit iniuria, cognoſcat, & puniat de prædictis, & pœna erit arbitraria prout. ſ. dictũ eſt de impedientibus officiũ inquiſitionis. tñ ſcias ꝙ taliter iniuriãs grauius punitur, quã ſi alteri perſonæ iniuriã tuliſſet, vt ff. de iniuri. l. iudici, & ff. de pœnis l. aut facta. §. perſona, cũ ſi. vide ĩ. inquiſitio. §. an inquiſitio poſſit inſtitui. & vide ĩfra iudex. §. no. quòd poteſtas.

Nota quòd actio iniuriarum non datur ad vindictam aliquotiens, ſecũdùm Archi. ſuper verbo iniuriarum, de

de of.ordi.in c.ſi canonici,l.vj.domini verò auditores ſacri palacij nõ cõiter cognoſcunt de iniurijs, quæ dicũtur cauſæ illicitæ alicui, niſi expreſſa mentio fiat in commiſſione papali: & hodie tamen vix de Roma. curia eæ literę impetrari poſſunt ſecũdùm Hoſt.in c.grauis,de reſ.ſpo.nec ſufficeret narrare ĩ ſupplicatione de iniurijs.ratio eſt,quia in actione iniuriarum ſi agatur criminaliter,condẽnatus eſt infamis; ſecus ſi ciuiliter,vt l. i.ff.de his qui not. infa. & no. in c.cũ tu,de.teſ.cogẽ.& Arch.in alle. c. ſi canonici.habetur hoc per do. de Ro.in ſuis antiquis dec.dec.634.No.ꝙ act.

An delegatus ſuper iniurijs, & violentijs factis alicui poſſit ſuper illis procedere per inquiſitionem, vide ſupra delegatus.

Qua pœna puniantur conſpirantes contra epiſcopum, vel etiã coniurantes,vide Abba.in c.ſi. de teſti.cogen.in glo.i.& ibi de pœna illius,qui facit tumultum contra aliquẽ. & gl. dicti.c.ſic dicit ad literã.clerici enim qui contra epiſcopum ſuum faciunt coniurationem, vel inſidias ei parauerint,deponendi ſunt, & tradẽdi curiæ ſęculari,vt puniantur.xj.q.i.ſi qs ſacerdotum,& c.coniurationum , & tribus.c.ſe. Laici verò qui contra epiſcopum ſuum conſpirationẽ faciũt, ſunt excommunicandi,& cõmunione priuandi.xj.quæſtion.i. conſpirationum,& ſecundùm Hoſti.& Io.Calde. condemnantur in vna libra auri ſinguli. & ſi quis tumultum contra aliquem fecerit, vel ſeditioſas voces emiſerit, capitalis eſt pœna l.denunciamus.C.de his qui ad ec.confu.l.i. & ii.C.de ſedi.& ff.de pœ.l. aut facta, & C.de epiſcop.& cleri. l.conuenticula.vbi prohibentur cætus, vel turba congregari, niſi inueniatur conceſſum expreſsè.ff.de col.illi.per totum clerici debet deponi, vt ſupra.

Tot ſunt iniuriæ quot ſunt iniuriantes, vt.ff. de iniur. ſi plures. & ideo pœna vnius non liberat alios. ff.ad l.Aquil. item Mella.§.ſed ſi plures,& xii.q.ii.cum deuotiſſima. & ꝓ qualibet iniuria venit quis puniendus.l.edixit.§.ſi plures.ff.d iniurijs. ff.ad l.Aqu.l.illud.§.ſi accedat,C. de epiſ.audi.l.nemo.§.his ergo,cum ſi. extra de iudi.c.cum non ab homine.

An iniuria facta vni ex parentela, videatur facta omnibus de parentela illa? not.ff.de iniurijs.l.lex Cornelia,in gl.eorum,Bar.ff.de ſuſpe. tu.l. tutor quoque.§.ſi tutor, & ibi Bart. tangit an iniuria facta vni ſocio, videatur facta alteri ſocio.

Salutans inimicum non videtur remittere iniuriam,de ſen.ex.ſi quæ.do cto.de iniurijs,olim.

Iniuria fit hæredi ſi defunctus exhumatur,vt.ff.de acqui.hær.l. pro hærede.§.ſi.& ff.de ſepul.vio.l. qui ſepulchra,in prin.xiij.q. iii. autem.

Non debet fieri iniuria cadaueri,[c] vt in l.i.§.quotiens.ff.de iniur. & tenet Ange.in l.defuncto.ff. de public. iudi.dicit tamen Io.de Imo.in d.l. de functo,quòd qnandoque de facto ꝑſertim in grauibus delictis, & vbi eſſet talis conſuetudo, toleranda eſſet in odium,& deteſtationem criminis, & propter facti memoriam, ar. eius ꝙ hẽt.xv.q.i.c.mulier.vide ſ. defun.

Nota glo.ſingularem in c. quemadmodum,in §.his verò,& verſic. de epiſcopis verò.xxiij.quæſtio.iii. non inferenda,quam tene menti, & eſt in fine gloſ. quæ ſic dicit.non credo aliquem

quem peccare qui iniuriam patientem defendit, etiam ſi homicidium ibi fiat, vt dicta.q.xxiij. q. iii. non inferenda,& ea.quæſti.Maximianus,in tex.& glo.ſuper parte, conſilium, licet fortè irregularis efficiatur, quia non fuit ibi ineuitabilis neceſsitas, vt l.diſ.quia te quaſi obnoxium.quã gloſſ. commendat Abbas in c.olim, de reſtitutio.ſpoliat. & nota. de ſenten.excommu.quãtæ,& ij q. vij. negligete.

Iniuria illata clerico vel eccleſiæ poteſt in iudicio deduci ab omnibus tã quam publicum crimen. l. ſi quis in hoc genus,& ibi Bart. C.de epiſco.& cleri.Item poteſt inquiri, & puniri ex officio iudicis non implorató, vt ibi dem.an remittatur per clericum,Innocent.in c.non dubium, de ſentent. excommuni.

Iniuriam nemini facit, qui vtitur iure ſuo. ſpe. de aboli.§.i. ver. ſed cũ ſupra.

Si aliquis dicit me deliquiſſe, poſſum dicere, Tu mentiris, nec teneor iniuriarum.ff.de procu.l.quę omnia & ibi Bar.

Si ego ſum hæreticus,& aliquis me vocat hæreticum, non habet locum actio iniuriarum, cum illud conuitiũ prouenit ex culpa mei. ita notat Io.An.in addi. ad ſpec.in rub.de iniurijs.

Delegatus poteſt punire iniuriam factam parti in duobus caſibus. de of.dele.c.i.& c.de cauſis.

Delegans poteſt agere pro iniuria facta delegato.de offic.delegat. cum olim.

Iudex iniuriat⁹ ſi quid recipiat ab iniuriante, nè puniat ipſum, tenetur ad reſtitutionem in foro cõſcientiæ. Oldra.conſi.vij.quòd ſic. An contra offendentem officialem inquiſitionis,vel famulum miniſtrorum officij poſſit inquiſitor formare inquiſitionem,vide infra inquiſitio.§.an in quiſitio poſſit inſtitui.

Si prouocans me ad iram, & propter hoc verbo, vel facto iniuriam ti bi facio, non teneor iniuriarum. gloſſ.in l.ob hæc verba.ff. de his qui no.infa.

Iniuria non poteſt remitti antequam ſit facta.ff.de pac.l.ſi vnus. §. illud Bal.in l.vt vi.ff. de iuſti. & iure.

Iniuriam facit qui vi bonum facit.nota ff.ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §.& ſi puerum, in gloſſ. ſed iniuriam.

Violans aliquam conſtitutionem dicitur iniuriam facere autori eius Archi.x.diſ.cæterum.

Iniuria dicitur fieri iudici, ſi non permittitur exequi iuriſdictionẽ ſuã. tex.de of.dele.ex literis,in fi.& quod ibi nota.

Inde iniuriæ non dicuntur naſci, vnde iura naſcuntur,de reſcrip. non nulli.glo.de accuſa.qualiter C. de in di.vidui.tol.l.ij.

Iniuria fit bonis diuina diſpenſatione,vt purgentur.vj.q.i.ſunt.

Deus facit iudicium, & iuſtitiam omnibus iniuriam patientibus. pſ. cij.qui incipit, Benedic anima mea. xxiii. q.iiii. §. hinc etiam.vnde ſcriptum eſt.Mihi vindictã, & ego retribuam,dicit dominus.

Qui non eſt capax doli, nõ poteſt alteri facere iniuriam.xv.q.i.illud de deli.pue.c.i.

Quot modis tollatur iniuria, & quanto tempore quis excludatur ab actione iniuriarum, nota gloſſ.

xxiij. quæſtione iiij. ſi illic. Non fit iniuria maiori, ſi minor inueniat, q̃d maior ignorat. C. de ve. iure enucle. l. i. §. cumque, in fi.

An iudex excommunicans aliquẽ iniuſtè teneatur iniuriarum actione, vide ſupra excommunicare.

ADDITIONES.

a *Iniuria ex eo dicta eſt, quòd non iure fiat, omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur, hoc generaliter. ſpecialiter autem iniuria dicitur contumelia, Interdum iniuriæ appellatione damnum culpa datum, vt in lege Aquilia dicere ſolemus, Interdum iniquitatem iniuriam dicimus, nam cum quis iniquè vel iniuſtè ſententiam dixit, iniuriam ex eo dictam quòd iure, & iuſtitia careat, quaſi non iuriam. Contumeliam autem a contemnendo. Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis, Re quotiens manus inferuntur, verbis autem, quotiens manus non inferuntur, ſed conuitium fit. omnem iniuriam aut in corpus inferri. aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinere. In corpus fit, cum quis pulſatur, ad dignitatem, cum comes matronæ abducitur, ad infamiam cum pudicitia attentatur. Itẽ aut per ſemetipſum alicui fit iniuria, aut per alias perſonas. per ſemetipſum, cum directò ipſi patri familias, vel matri familias fit iniuria: per alias per conſequentiam fit, cum fit liberis meis, vel ſeruis meis, vel vxori nurúive, l. 1. ff. de inuti. ſtipu. eodem tit. Voluntas autem, ſi niſque in rebus inſpicienda ſunt, indeque ſtatuendum, iniuria an nõ appellanda ſit. Duarum autem rerum altera impellere ſolet ad improbè aliquid agendum: conſilium alteri incommodandi, aut ſe ſuaſque res iuuandi. neque enim qui percuſſit omnino contumeliam fecit, ſed qui vt propoſitum ſibi aliquem finem adipiſceretur, quique eo conſilio fecit vt eum ignominia afficeret, aut ipſe ex eo facto caperet voluptatem, nã animi ſæpe cauſa improbi, petulantesque quidam alios cædere conſueuerunt, Hæc Ariſtot. in 1. Rhetori. In 2. verò tradit contumeliam eſſe partem oligoriæ ideſt contemptus, & paruipenſionis, quam quidem contumeliam dicit eſſe detrimentum importare, ac incutere dolorem in rebus è quibus dedecus gignitur illi, qui contumeliam perpetitur, non tñ eo conſilio vt aliquid lucri fiat ei, qui cõtumelia inſequitur verum vt ſolùm oblectetur, & ex ea re capiat lætitiã. & duobus modis hanc exerceri docet improbitatem factis videlicet, ac verbis, quæ alicui moleſta ſint. Hæc Ariſtotel. hinc furioſus; & impubes, quì doli capax non eſt, iniuriam facere non poſſunt, namque hi iniuriam pati ſolent non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat, conſequens erit dicere hos ſiue pulſent, ſiue conuitium dicent iniuriam feciſſe non videri. Itaque pati quis iniuriam, etiam ſi non ſentiat poteſt. facere nemo niſi qui ſcit ſe iniuriam facere, etiam ſi neſciat cui faciat. Quare ſi quis per iocum percutiat, aut dum certat iniuriarũ non tenetur. Siquis liberum hominem ceciderit, dum putat ſeruum ſuum, in ea cauſa eſt, nè iniuriarũ teneatur l. 3. ff. de iniur. In iniurijs itaq; ſpectatur animus, & propoſitum iniuriã facientis, quod, & tota lege, item apud. 15. ff. eod. monſtratur. quod & generale eſt in delictis. l. qui in ius. ff. de fur. Hinc palam eſt iuriſconſultos a philoſophis, & alijs mutuaſſe & commento eſſe, quæ retuli.* Pet. Venll.

b *Idem concludit, & per ead. verb. Calderi. in tract. hær. c. 3 2. tit. de his quæ iniuri.*

iuri.inquiſito.& Vmber.in Iudi.inquiſ. hoc ipſo.verb.iniuria. nu. 2. idem etiam voluit Siman.Ench.tit.7.nu.13.& Zanchi.de hære.c.32.tit. de his qui iniuri. inquiſito. Q. M.

c *Inter alia crudelia facta Syllæ, Vale. Max.lib.9.tit. de crudeli. illud commemorat, quando nec cineribus Marij pepercit, cuius aliquando quæſtor fuerat, illas enim in Anienis alueum ſpargebat, quod facere etiam hæredi teſtatore id iubente iura prohibent l.quidam in ſuo.ff. de condi.inſtitu. Q. M.*

Innocentia [a] in crimine hæreſis difficile eſt eam poſſe probari. de quo vide ſupra defunctus.

Quis admittatur ad purgandum innocentiam defuncti, vide ſupra defunctus.

ADDITIONES.

a *Innocentia hic eſt nomen appellatiuũ, non proprium, quæ eſt, inquit, Cic. libr.3. Tuſcula.affectio talis animi, quæ nemini noceat. Et primus innocentiæ gradus eſt odiſſe neſanda.86.diſtin.c.3. Innocentia in omnibus criminibus qualiter probetur, vide ſupra defunctus, §.conuincitur. & gl.in l.vltim. §.vlt.ff.de bon.eor.qui ante ſen.& in l.2.C.qui teſta.fa.poſſ. Poſſunt etiam hæredes innocentiam purgare defuncti, l.vlt.§.vlt.ff.de bon.eor.& l.res quę.22.ff.de iur.fiſ. vbi habes an interim ſuſpendatur diſtractio bonorum. Petrus Vend.*

Impœnitens [a] Quis dicatur vide ſupra hæreticus, & infra pœnitentia.

Impœnitentibus venia denegatur l.diſ.ſi quis præpoſtera, & c.Ioannes. Ideo Prouiſo Solerter.

Impęnitenti nunquam datur abſolutio.xxiiij.q.ij.legatur. Ideo prouiſo Solerter.

Impœnitentia finalis dicitur peccatum in ſpiritum ſanctum, de pœn. diſ.i.hic etiam.

ADDITIONES.

a *Impœnitens eſt contrarius pœnitenti, quem non pœniteat actorum ſuorum, nec ad meliora cõuertitur, et ſatisfacit Deo. c.non ſufficit.de pœni.diſti.1. vide Catechiſ.quibus modis accipiatur pœnitentia inde quid impœnitentia per contrarium, ſcies, & infra pœnitentia. Impœnitens ille eſt, inquit Siman.Enchiri.titu.61.qui pœnitentiam agere non vult & Impœnitentes, inquit, vocare ſolemus hæreticos, qui errores ſuos confiteri nolunt, ſed negant ſe eos commiſiſſe, vnde pertinaces negatiuos eos vulgus appellat, item hæretici quorum errores probati ſunt, & eos omnes confiteri non volũt. tertiò qui non confitentur omne tempus errorum, nec participes hæreſum prodere volunt, quos omnes diminutos impœnitentes appellant, Hæc Siman. ibid. vide ſupra ſictè conuerſi. & infra negatiua. pertinaces. Vmbe. in caſibus Romæ & alibi deciſis. Petrus Vend.*

Hypocriſis [a] & hypocrita. Hypocriſis eſt ſpecies ſuperbiæ, & hypocrita eſt omnis qui peccatum ſuum excuſat, & negat. de pę. diſ.i.taciturnitas. & ideo iſti hæretici apoſtatę reiudaizantes bñ poſſunt dici hypocritæ. Ideo Prouiſo Solerter.

Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt.vt.c.xii.q.i.nolo.

Item

Itē ficti diſsimulatione omnes hypocritæ ſunt contra deum: ſic innuit Auguſtinus libro de conflictu vitiorum, dicens, ꝙ dupliciter damnātur hypocritæ, ſiue pro occulta iniquitate, ſiue pro aperta ſimulatione, ex illo enim condemnantur, quia iniqui ſunt. nam tales falſam pacem ſimulant, & intus pleni ſunt dolo. & iſtos hypocritas reprehēdit Chriſtus Matthæ.xxiij. dicens, veh hypocritę qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, & intus eſtis pleni hypocriſi, & iniquitate. vide ſupra eleemoſina.

Hypocriſis an ſit ſemper peccatū mortale. vide ſanctum Tho.ij.ij.q.iij. ar.iiij.

Hypocrita eſt peior quàm apertè malus. xij. q. j. certè ego. & talis magis nocet eccleſiæ. lxxxiij. q. nemo.

Quis dicatur propriè hypocrita. Tho. in iiij. diſtinc. xvj. ar. xxv. aliàs diſtin.xxv.

Hypocrita contra ſuos iudicat, vt bonus reputetur. de con.præben.c.j. in glo.pen.lib.vj.

An hypocrita qui facit ſpiritualia propter humanam laudem, committat ſimoniam, vide infra ſimonia.

Tullius lib.j.de officijs dicit totius iniuſtitię nulla capitalior eſt, quā eorum qui cum maximè fallant, id agūt, vt boni viri eſſe videātur. de hoc in Cle. ad noſtrum, de hære. in §. viij. & ibi glo. ſuper parte, ſanctitatis.

Homo duplex maledictus eſt, & fugiendus, vnum enim gerit in corde, & aliud in ore.[b] vide ſupra apoſtata. §. homo duplex.

Hypocritæ veram virtutē non habent, quam videntur habere. de pœn. diſtin. ij. citius. ad hæc, & ibi text. dicit ꝙ hypocritæ in apparentia ſunt aurum, & in exiſtentia lutum.

Hypocrita eſt omnis qui verecundia ductus, diuidit confesſionem. de pœn.diſt.v.conſideret.

Hypocritæ per bonam apparentiā alijs proficiunt, ſed per mala opera ſeipſos perdunt, & eorum finalis caſus debet eſſe cautela bonorū. de pœn.diſt.ij.citius ad hæc.

Tu hypocrita primò eijce trabem de oculo tuo, poſtea feſtucam deduces de oculo fratris tui. Matth.vij.j. q.j.multi, in prin.iij.q.vij.§.idem teſtatur. de ſta.mo.c.fi.in glo. Lucæ vj. xxii.q.vj.in prin.

ADDITIONES.

a *Hypocriſis eſt nomen Græcum; Latinè ſimulatio, & Hypocrita ſimulator a Latinis dicitur. Hypocriſis itaque eſt ſimulatio alienæ perſonæ, cum ſcilicet quis ſe alium videri cupit, quàm eſt: vnde etiā in Comœdijs, & Tragedijs actio ipſa vocatur Hypocriſis, eò quòd actores alias ſimulāt perſonas. Hypocriſim etiam rhetores appellant quam Latini pronuntiationem vocant, vel actionem in geſtu, motuque præcipuè conſiſtentem. Item hypocrita dicitur ſimulator alienæ perſonæ, inde hiſtriones & mimi, & ſi qui alij sūt fabularum actores, qui perſonam aliquā aſſumant, propriè vocantur hypocritæ. Transfertur & ad eas perſonas, quæ aliud in pectore gerunt aliud in ore, cumque ſe probos & pios videri cupiant, longiſſimè tamen abſunt ab ea perſona, quā ſimulant. veluti hæretici, qui ſe catholicos eſſe fingunt. & in iure dicitur de hypocriti, & hypocritis. i. de ſimulatione & ſimulatoribus. eſt tit. in C. plus valere quod agitur, quā quod ſimulatè concipitur, & ſparſim in iure ſæpiſſimè. P. V.*

Hinc

b *Hinc ſcribitur prouer.c.18. Verba bilinguis quaſi ſimplicia & ipſa perueniũt vſque ad interiora ventris. & c.26. verba ſuſſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima cordis. Eccleſiaſtic.2. Veh duplici corde, & labijs ſceleſtis. Epiſto.cano. Iacob. c.1. Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. & c.4. & purificate corda duplices animo. c.ex merito.ad fin.6.q.1. Q. M.*

Poteſt & ille Verſus Virgilianus adduci. Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues. Aene.1. P. V.

Immunitas [a]eccleſię.an hereticus confugiens ad eccleſiâ vel ſi in ea inuenitur, gaudeat imunitate eccleſiæ taliter quod nõ posſit inde capi, et extrahi per alguazelum? & dicendum quod heretici non gaudent immunitate eccleſiarum pro quo eſt bona gloſſ.in aut.de man.princi.§.nec autem, coll.iij.facit ad idem tex.in.l.i.C.de his qui ad eccle.confu. vide ſupra eccleſia, & ſupra fugiens.vide, ſupra, captura, & ſupra.eccleſia.

ADDITIONES.

a *Immunitas eſt exemptio, & vacatio a muneribus, & oneribus publicis toto tit.ff.de iur.immu.& extra.de immuni. eccleſi.quæ vel rei cohęrẽt, vel perſonæ, & realia illa nuncupãtur, hæc autem perſonalia, vel miſta ſunt vtriſque. l. munerum.ff.de munc.& bono.huius etiam vocabuli ſignificatio transfertur, & ad priuata munera, & ad alia generaliter, vt quis dicatur immunis a criminibus.c.cõſtitutis.& c.vlt.de purga.cano.pari ratione qui confugiat ad eccleſiam immunis fiat, & liberetur a pœna mortis.c.inter alia.de immu. eccleſi. vbi dicuntur, qui gaudeant hac immunitate, ſic & ad alia transferri poteſt, ex eo dicta immunitas, quòd ſine munere & onere, ſed liberam rem eſſe ſignificet. De immunitate eccleſiaſtica reſtituenda, & conſeruanda Syno.Trid.ſeſſ.25.c.cupiens. 20. Petrus Vend.*

Inquiſitio eſt[a] duplex[b] ſcilicet generalis, & ſpecialis. generalis eſt quadruplex: prima quando præſes inquirit generaliter quò ad delicta, & quò ad perſonas, ſi in ſuo territorio ſunt aliqui pœna digni, vt Bar. in l.cõgruit.ff.de of.præſi.& in hac non requiritur citatio, ſecundùm Bal.i l.iubemus.C.de prob. & ſubdit ibi, quod talis generalis inquiſitio eſt præcedens ad ſpecialem; quia ex prima informatur iudex, poſtea inquirit ſpecialiter receptis iterum teſtibus, cuius citationis generalis loco hodie ſuccedit bannum generale, quòd communiter hodie faciunt poteſtates terrarum in principio officij ſecundùm Iaco. Butri. in dicta.l.congruit; & Salicetus in l.ea quidem.C. de accuſa. ver. ſed quia p hoc, licèt Ange. contra in l. ſi vacantia.C.de bo.vacan. libro. x. quòd ſecunda eſt generalis quoad perſonas; ſed ſpecialis quò ad delicta, vt cum delictũ eſt notorium, ſed ignoratur malefactor l. iii. §.manda. ad l. Iuli. pecula. tertia eſt generalis quò ad delicta ſpecialis quò ad perſonas, quã facit viſitator eccleſiæ ſupra exiſtentes in eccleſia ad inueſtigandum, & puniendum crimen per aliquem eorum commiſſum, de qua in c. per inquiſitionem, de accu. vel cum Syndicus communis inquirit contra officiales?

ciales generaliter de commisſis in officio. quarta eſt generalis contra perſonas de neceſsitate, vt cum inquiritur contra homines certæ vniuerſitatis, vt in l. aliud aufertur, de reg. iur. ff. ſpecialis eſt quò ad delicta, vt cum inquiritur de furto contra Ticium, & ſim. Et quotuplex ſit inquiſitio. vide Bar. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adult. & plenè in ſpe. ti. de inquiſitione. §. quã do autem, ver. licèt autem.

Inquiſitio eſt proceſſus ordinari⁹ & legitimus. ita dicit Inno. in c. dilectus, de ſentent. ex. adde quod habetur in l. congruit. ff. de of. præto. Dynus in regula actus, li. vj.

An propter rumorem poſsit procedi ad inquiſitionem, vide notata in c. qualiter, & quando, de accu. tex. facit quòd ſic. ii. q. v. habet.

An propter ſolam ſuſpitionẽ poſſit procedi ad inquiſitionem, vide Inno. de accu. cum oporteat. Archi. de accu. eo. c. li. vj. Io. An. de of. ordin. ex parte. Inno. de purga. cano. cum dilectus, in glo. magna, in ver. nobis videtur. idem de ſimo. licèt, in glo. i. Lau. in Cle. i. de of. or. do. An. in c. cum oporteat, de accu.

Item nota quòd ratione infamiæ habentis ortum a perſonis maleuolis non eſt formanda inquiſitio, vt in c. qualiter, & quando, de accuſ. de pur. ca. cum in iuuẽtutẽ. Bar. in §. publico, Ange. in l. ſi vacantia. Bal. in l. congruit, de of. præſi. quod intellige cum grano ſalis, quòd nõ eſt formãda ſuper dicto, ſed ſuper fama inquirenda ſic. dictum eſt Io. An. in c. cum in iuuentute, de præſumpti. quòd eſt ſingulare. vide Lud. in ſuis ſin. ſuper parte, inquiſitio, fo. xiiij. col. ii.

Inquiſitio eſt ius quoddam per officium procedendi ad condemnationem, & punitionem contra nominatim inquiſitos de certis delictis infamatos. Bar. in l. ii. §. ſi publico. C. de adul. & Sali. in l. ea quidem, ver. circa quod, his præmisſis. C. de accuſatio.

An poſsit procedi ad inquiſitionẽ propter denunciationem, vel ſuſpitionem allegatam per regem, vel per alium principem ſæcularem, notat Ioann. And. in ca. cum oporteat, de accuſat.

An ſi impetrans inquiſitionem remoueatur, poſsit alius proſequi, vide de ac. cum oporteat.

Quæ dicatur mera inquiſitio, vide de iudici. exhibita.

Quæ ſint partes iudicis inquirentis, nota in c. qualiter, el ii. de accuſa. in gloſſ. magna. vbi vide an poſsit recuſari.

Quando inquiſitio dicatur ſolennis, & quando in ea requirantur ſolennia accuſationis, & an ex confeſſione facta ex inepta inquiſitione poſſit ſequi condemnatio, vide Ange. in conſi. ſuo, quod incipit, Viſis actis, nu. clxxx. & alio. cc.

Inquiſitio generalis reſpectu perſonarum, & exceſſuum non expectat poſt ſe diffinitiuam, ſed eſt ordo ad inquiſitionem ſpecialẽ. vnde iudex per generalem informatur, & ſuper ea inſtruitur. poſtea verò deſcẽdit ad ſpecialem, in qua citandus eſt reus, & ſunt producenda iteratò teſtimonia. facit quòd notat Inn. qui matri. ac. non poſ. in c. cum in tua. Bal. in l. pe. C. de prob.

Si inquiſitio committitur a lege, vel ſtatuto, poteſt iudex ſecũdùm arbitrium ſuum inquirere, ſed non ſententiare, ſed debebit pœnam ordinariam

nam imponere.glo.ff.de procu.l.qui procuratorē, & ibi Bal.adde ad hoc quòd nota.in l.ictus.ff.de his qui no. infa.ff.de pœnis.l. hodie. Bal. dicit ꝙ hoc habuit de li.Bar. hoc idem ſentit in d.l.qui procuratorem.

Quotuplex ſit inquiſitio, & quib⁹ cauſis inquiri poſſit tam generaliter, quàm ſpecialiter,dictum eſt ſupra in §. i. ſed de multis alijs ad materiam inquiſitionis pertinentibus vide Bar. in l.ii.§.ſi publico.ff.de adult.& plenè in Spe.ti.de inquiſitione.§. quando autem,ver.licèt autem.

Quis ſit modus inueſtigandi maliciam per inquiſitionem generalē, vide Bar.in l.fi.ff.de quæſtionibus..

An ſi proceſſum eſt ad inquiſitionem non præcedente infamia, & poſtea ſuperueniat, an habeat iudex neceſſe inchoare proceſſum,vide doc.in c.qualiter, de accu.

An ſit inductum de iure diuino, ꝙ ad inquiſitionem non procedatur niſi præcedente infamia? videtur quòd ſic.per ea quæ habentur Geneſ.xviii. & Luc.xvi.de accu.qualiter. contrarium tenet do.Car.Flo.in Clem.i. de of.ordi.in tertia,vel quarta quæſtio.

An ſine teſtibus iuratis poſſit procedi ad inquiſitionem? & dicendum quòd ſi eſt inquiſitio generalis quæ fit per ordinarium ex officio,vel etiā ſpecialis ad inſtructionem ſuam tantùm parte non citata,tūc proceditur ſine teſtibus iuratis: ſecus quando fit parte citata.ita notat do.Car.Flo. in d.Cle.i.de of.or.faciunt notata de accu.§.debet.

Inquiſitio generalis nō ſufficit ad condemnandum malefactorem ex ea repertum culpabilem, niſi poſtea ſequatur inquiſitio ſpecialis contra eum.Bal.in.§.iniuria.v.colum.C.de pace iuran.fir.Io.An.in c.i.de of. ordi.in nouella.Innocen.in c. bonæ,de elec. Archi.l.diſ.miror.§.fi. Bar. in l. ii.§.ſi publico.ff.de adulte.

Sed an teſtes generalis inquiſitionis ſit repetendi in ſpeciali, vide Bar. in d.l.ii. §.ſi publico. ff. de adulte.& Bal.quòd ſic.in marga.teſtis.xv.col. quem vide in l.pe.C.de proba.& Ange.in l.ſi vacantia,de bo. vacan. li.x. & per Bar.in l.fi. de quæſtio.

Inquiſitio de crimine poteſt formari ex officio per iudicem regulariter vſq; ad triginta annos de iure cōmuni,vt in l.ſicut,& ibi glo.C. de pręſcrip.xxx.an.ſed vide glo.& doc.in l. quærelam.C.de falſis. d

An in inquiſitione ſit facienda ſpecificatio criminum,& circunſtantiarum,notat Innocen.de purga.c.c.fi. vbi per d.Ant.& moder.Bar.in l.ii.§. ſi publico.ff.de adul.glo.Inſti.de publi.iudi.in prin.adde quod not.Pau. in Clement.conſtitutionem. §.ii.de elec.

Licèt ad inquiſitionem ſpecialem non ſit procedendum niſi præcedente infamia, vt de ſimon. licèt Heli.de accu.qualiter. c ſecus tamen in generali,quādo incerta ſunt delicta, & incertæ perſonæ delinquentes.ita dicit Bar.in l.ii.§.ſi publico.ff.de adul.no. in c.i.de poſ.præla.& in c.i.de of.ordi. vide. infra in §. an poſſit fieri inquiſitio. b

Nota circa inquiſitionem quæ fit in foro conſcientiæ, & de ea quæ fit iudicialiter.per Archi.de officio ordin.quia plerique, libr. vj. vbi etiam vide per Ioan.An. qualiter procedatur in gnāli inquiſitione, quæ fit ad pnīam imponendam,& nō ad pœnā.

An

An in inquiſitione ex officio primò debeat ſciri veritas ab inquiſito, quã alia probatio recipienda, Hoſtien.in c.qualiter,in prin.de accuſa.

Inquiſitio ad veritatem facti non poteſt peruenire, niſi diligenter circunſtantiæ inquirantur. xxiij.q.viij. occidit.

Iudici magis neceſſaria eſt leuis inquiſitio, quàm atrox punitio. xxiij. q.v.c.i.in fine.

No. differentiam inter inquiſitionem quæ fit ex officio, & eam quæ fit ad inſtantiam alterius, quam ponit Io.An.in c.qualiter,el ij. de accu. vbi etiam ponit dñiam inter inquiſitionem generalem,& ſpecialem.

An in inquiſitione quæ fit ad inſtãtiam alterius requiratur infamia, vide Anto.in præalle.c.qualiter.

An contra infamatum ab vno poſſit inquiri, vide Lau.in Cle.i.de of.or.

No.quòd virtute generalis inquiſitionis poſſunt officiales in Syndicatu per ſyndicos condemnari. Aug.in l.& ſi vacantia,in prin.iiij.chartę.C. de bonis va.

No.quòd ordinarius poteſt inquirere contra certam perſonam non p̃cedente infamia, & lite non conteſt. dum tñ ſit ſuſpitio contra illũ,contra quẽ inquiritur,vt in Spe.ti. de inqui. §.ij.ver. pp ſuſpitionem aũt & Inn.in c.cum oporteat,in fi.mag.gl. de acc. cum dicit propter ſuſpitionem autẽ, licèt in prin. videatur dicere contra, ver. item ſi aliquis petit. & dic vt per Archi.in c.non eſt,de conſue. li.vj.de hoc do.de Ro.deciſ.in anti. ccj.

Inquirentes ex officio incurrunt odium plurimorum,cum nõ poſſint omnibus complacere . & quantò q̃s eſt iuſtior,tantò minus põt omnibus complacere, cum diligenter habeat ſuum officium exequi.Ab.in c.qualiter & qñ,in ij.col.in ver.no.viij. de accu.& ibid. in v. col. an ſit differentia inter proceſſum faciendum ex mero iudicis officio,& illum qui fit alio impetrante,& promouẽte inquiſitionẽ.

An poſſit fieri inquiſitio infamia non præcedente?& dicendum eſt ſm ea quæ tenet Ab.in c.i.de of.ord.ſ.ꝙ qñ eps generaliter inquirit, qualiter viuat popul⁹,ꝙ tũc bene põt. ad hoc allegat.x.q.i.c.relatum,& c. placuit, & in c.i. de cenſi. li. vj.ad idem xxxv. q.vj.in c.epiſcopus in Synodo.

Item qñ crimẽ eſt notorium, & neſcitur quis illud commiſit. nam tunc ſuperior facit inquiſitionem generalem,vt no.Inn.in c.bonæ,el i.de elec. & Bar.in l.fi.ff.de.quæſti.

Itẽ quando prælatus inquirit non ad finem puniendi,ſed ad finẽ impediendi promotionem ad aliquam p̃latio nem,vel ad ordines;de hoc in c. i.de poſtula.præla. & in c.cum nobis de elec.

Nota ꝙ crimen hęreſis non requirit diffamationem ad hoc,vt ſuper eo formari poſſit inquiſitio Angel. col. viij.circa medium. vbi etiam dicitur ꝙ ſuper eo procedit inquiſitio ſine loco & tempore,col.eadem circa fi.hęc Ange.de Are.de malefi. in tabula verborum in tractatu in ĩquiſitione poſitorum in.i.col.& an inquiſitio procedat ſine loco & tempore,vide infra iſta litera.

Qualiter autem procedatur in inquiſitione generali.& dicendũ ꝙ debet procedi ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt in Clement.ſæpe,de ver.ſign. cum non debeat ſeruos dei talibus implicari,

Gg extra

extra de accu.olim.non ita, quòd ordo iudiciarius omnino omittatur. ſed quando proceditur ſimpliciter & de plano, non oportet quod neceſſario exigatur libellus, nec litis conteſ. item in tali inquiſitione recipiuntur teſtes quales inueniuntur in domib⁹, ipſorum, contra quos fit inquiſitio, quia q̃ domi fiunt, per domeſticos ꝓbari oportet, extra de teſ.c.veniens.

No. quòd cum papa ad denunciationem alicuius inquiſitionem committit, tunc inquiſitor nõ procedet ꝑ viam inquiſitionis, ſed per modũ denunciationis quantum ad hoc, vt niſi impetrator inquiſitionis & eã proſequens illum præmonuerit, repellatur. expreſsè patet extra de ſim.licèt. §.contra quos, & extra de cal. c.ij.& in hoc cõcor. Gof.& Io.& no. ꝙ cũ ex officio inquiritur, ꝙ nõ eſt neceſſaria monitio, vel ẽt cũ proceditur ad pœnam canonicã imponendã. no. in ſp. ti.de ĩquiſitione §.i.ver. ſed nunq̃.d.

No. ꝙ in ciuilibus non habet locũ inquiſitio, quia nemo experitur ſine actione, vt in l.ſi pupilli, in §.fi. ff. de nego.geſ.& eſt dictum Bar. in l.ſolemus.ff.de iudi.& Ang.ibid.tenet. ſed no. ꝙ in cauſis vſurarum bene habet locũ inquiſitio, vt no. In. in c.ad nrã, de iureiu. & ẽt habet locũ in cã ſuſpecti tutoris, vt ff. de ſuſpe.tu.l.iij. in §. præterea, & l.i.e.tit. no. Bal. in li. feu. ti.de pa.tenen.c.i.§. ſi tres. de for.libel. in actio.fini.regun. vide Fabrum Inſti.de acti.§.quædam actiones.

No. quòd ad inquiſitionem proceditur quatuor cauſis, ſ. ex clamoroſa inſinuatione, vt in c.qualiter & qñ, el ij.extra de accuſ. Itẽ propter ſcandali timorem, quòd poteſt turbare eccleſiam; ſiue ſit vnus adeo potẽs ꝙ ipſe ſcandalizatus poteſt eccleſiæ ſcandalum ſuſcitare, ſiue ſint plures. ad remotionem autem talis ſcandali inducitur purgatio, & illa ſequitur inquiſitionẽ. Item poteſt fieri inquiſitio contra eũ, q ſuſpectus eſt ſuo prælato, vel principi terræ, vel alijs bonis viris, qa ex hoc inducitur purgatio. Itẽ fit inquiſitio propter periculum, & ſine infamia, ſicut fit in hæreſi, & in alijs criminibus, quæ ſerpũt in occulto, vt i d.c.qualiter & quando, & extra de pur.can.accedens, & eo.ti.c.cũ in iuuentute, & ibi per doc.

Quando inquiſitores incipiunt aliquam ĩquiſitionẽ de nouo in aliquo epatu, ciuitate, vel loco, primò debẽt pñtare literas ſuæ delegationis corã epo illius diœc. vel eius vicario, vel c. & poſtea coram correctore, & rectoribus ciuitatis, vel cõram dño, villæ, vel caſtri, ſi fuerit locus alicuius dñi. poſtea præconizetur publicè per ciuitatem, vel locũ ꝙ oẽs veniant die ſequenti ad audiendum ſermonẽ fidei. Item in fine ſermonis legatur quoddam monitorium multis cẽſuris corroboratum, & publicè iurent oẽs ibi exiſtentes crucem præ oculis hñtes, & ſac.ſan.euang.& dñs vel corrector & aliæ perſonę iuſtitię, vel rectores tãgãt crucẽ, & euãgelia, & iurent ꝙ exterminabunt oẽs hæreticos, ſicut ſ. iuramentum & fiet teſtimoniũ in publica forma per notarios officij. hæc ſupradicta forma ponitur in prima inſtructione inquiſit. facta Hiſpalis.

Attende ꝙ aqualiter debet fieri inquiſitio in locis, & terris aliquorum dominorum, ſicut in terris, & dominijs regalibus, & qua forma debet teneri per inquiſitores, qñ inquirunt in terris alicuius domini, habetur in in ſtru-

ſtructio.inquiſitio.txj.inſtructione.

Circa formam procedendi in inquiſitione talis modus debet obſeruari. nam qñ eps, vel inquiſitor volũt inquirere ꝯ aliquẽ, vel aliquos, in primis faciũt publicè legere in eccleſia edictũ talis tenoris, & formæ. ſ. Hæc eſt inquiſitio, quã reuerẽdus in Chriſto pr̃ talis, vel talis inquiſitor &c. ex ſuo mero officio facere intendit ꝯ talẽ, de tali loco de infraſcriptis crĩbus & exceſſibus hæreſis, ſeu ſapientibus hæreſim manifeſtè, de quib⁹ habetur ex veriſimilibus, & legitimis coniecturis ſuſpectus, quẽ ſi de his culpabilẽ inuenerit, intendit corrigere & punire iuſtitia mediante, cum illius ſanguis de ſuis manib⁹ requiratur, & ad corrigẽdum ſubditorum exceſſus teneatur ꝓcedere, nè dãnabiles eorũ offenſas deſerere videat, itẽdẽs iuſtitiã miniſtrare iuxta merita probãdorũ.

De forma procedendi. no. circa inquiſitionẽ, quòd ſic ſeruat totus mũdus, quòd contingente maleficio notorio ſtatim inquirit iudex generaliter, non contra certam perſonã: & facta inquiſitione vocat noĩatos in inquiſitiõe de maleficio, vt ſe defendãt & qđ longã interpretationem recepe rit ex iteratione factorum, mutari nõ debet ff. de leg. minimè, & l. ſi de interpretatione, & l. ſe. itẽ tunc cum maleficiũ ſic notoriè factũ eſt, ſed qs illud fecerit ſit incertum, iudex nullo vocato procedet ad inquiſitionẽ illius maleficij, ſ. per quos ſit factũ. & idẽ, ſi certũ ſit de aliquibus perſonis, & de aliquibus incertũ, ſalua tñ remanet defenſio illi, de quo dictũ eſt in inquiſitione, vt de of. ordi. c. i. ff. de of. præſ. congruit. ff. de cuſ. & exh. re. diuus, & l. ſe. C. de ferijs, prouin. in aut. de col. §. iubemus autem. & eſt ar. optimum quia ſi nulla perſona nominata ſit in inquiſitione de ſtatu monaſterij, & teſtes recipiuntur, qui de quolibet monacho teſtimoniũ ferrent, ipſe tñ contra quẽ dicit, dictum eius impugnare poterit, vt de re iudi. cũ. I. & A. ar. ij. q. v. ſæpè interrogant ſi poterit fieri & in maleficijs notorijs. & dicũt quidam ꝙ hæc inquiſitio, quæ fit de ĩcerta perſona, eſt tantũ præparatoria alterius ĩquiſitionis. nã cõtra perſonã in prima inqu. noĩata recipitur noua inquiſitio. & dicunt quidã, ꝙ ijdẽ teſtes, qui dixerunt in prima. ſ. qñ contra nullã perſonã agebatur, iterũ recipientur, in ij. qñ contra certã perſonã agitur, ar. de teſ. veniens. hoc Inno. in c. bonæ, de elec. in iij. col. vide infra teſtes §. vtrum teſtes in generali, & ſupra examinatio. §. an hoc procedat.

In primis inquirendum eſt ex officio dictæ curiæ ſi olim in anno primæ indictionis. M. cccc. liij. de menſe tali præſidente in ſummo officio dño noſtro dño Nicolao papa. v. ſummo põtifice in platea tali, talis de tali loco ſuæ ſalutis ĩmemor publicè affirmauit animo pertinaci exercere vſuras nõ eſſe peccatum, vel fornicationem non eſſe peccatum mortale, vel exercuit ſortilegia diuinationis, hæreticos propter hoc ſibi aſſociando, dicẽdo quòd ſortes exercuit ſuper tali facto, & diuinabat talem feciſſe, vel ſubtraxiſſe, ſeu pro certo commiſiſſe, vel in ſuum ſuffragium dæmones inuocauit, vel ad habendum reſponſa, vel contra deum, vel articulos, vel ſacramenta eccleſiæ tale quid aſſeruit pertinaciter, vel tales ritus, & cæremonias Iudæorum fecit in opprobrium fidei Chrĩanæ, vel tale qđ opat⁹ fuit,

quod creditur contra fidẽ ſentire&c.

Item inquirendum eſt, vt ſupra ſi dũ talia diceret, & exerceret, fuit ab aliquo reprehenſus, & nõ curauit de reprehenſione, ſed magis dicebat, & affirmabat,ſeu exercebat affirmãdo non eſſe peccatum,&c.& nolebat applaudere tali correctioni animo indurato,ſeu pertinaci.

Item inquirendum eſt, vt ſupra ſi dictus talis ſit ſolitus talia addiſcere, facere,vel exercere,vel conſulere magos,& alios diuinatores, vel dæmones, & cum eis conuerſari in eorum domibus proprijs, vel aliàs hæreſim abiurauit.

Item inquirendum eſt, vt ſupra ſi confeſſus fuit publicè, vel occultè talia exercuiſſe,dixiſſe,vel feciſſe.

Item inquirendum eſt, vt ſupra de loco, tempore, & circumſtãtijs alijs.

Itẽ inquirendũ eſt,vt ſ.ſi de prædictis oĩbus,& ſingulis eſt publica vox, & fama, & notoriũ in ciuitate tali inter hoĩes,& ꝑ hoĩes eiuſdẽ, & maior, & ſanior pars hoĩm prædictorũ ita tenet,credit,& ſẽtit,q̃ñ inter eos de talibus narrat.Et hæc oĩa acta,& cõmiſſa fuerũt ꝑ ꝓfatũ talẽ doloſè,ſcienter & appẽſatè aĩo, & intentione contẽnendi fidẽ Chriſtianã diaboli tẽtatione,quo ſpiritu inſtigatũ in ciuitate tali, ſeu loco intra tales fines; ꝯ ius,& ſan.matrem eccle.catho.ſuper quib⁹ oĩbus,& ſingulis connexis,& depẽdẽtibus ab eiſdẽ,& prorſus extraneis dictus talis inquiſitor, vel eṗs inquirunt,vel inquirere intendunt condemnare, vel punire ſm formam iuris, & conſtitutiones ſan.Romanæ eccleſiæ prout erit probandum coniunctim,vel diuiſim, non aſtringens ſe, &c.ſalua correctione,vt ſupra.

Item no.quòd ad hoc,vt fiat inquiſitio per eṗm , vel inquiſitorẽ coniunctim,vel diuiſim,prius debet pręcedere infamia, & primò debet inquiri de veritate infamiæ.nã ex leui, & modica præſumptione inquiri pôt contra aliquẽ de hæreſi,vt probatur in c.accuſatus.§.i.de hær.l.vj. & ſic infamia debet præcedere. Aliàs ſi inquiſitus exciperet,ꝙ infamia nõ præceſſit, nõ valeret inquiſitio,vt de accu.c.i. & ij. l.vj.& ibi per gl.& doc.& ẽt ſi de iure ordinar. eṗs procederet,hoc caſu ſm An.de Bu.poſt Lapũ in Cle.i.de vſur. ſed ſi non exciperet,ſed confiteretur, nõ poſſet poſtea opponere ꝙ infamia non præceſſit,vt in alle.c.i.& ij.de accu.l.vj.& q̃ñ poſſit iquiri infamia nõ pręcedente,vide ſupra iſta litera.

Si papa dat certam formam in cõmiſſione ad inquirẽdum, illa forma ſeruanda eſt per inquiſitorem: aliàs pôt inquiri de hæreſi per denũciationem,vel accuſationẽ,vel inquiſi.item tenentur diœceſani ſemel in anno ad minus per ſe,vel per alios quærere hęreticos, vbi fama eſt eos habitare.& eos quos credunt aliquid de hoc ſcire,debent compellere iurare,vt eis indicent, ſi quos hñt ſuſpectos propter occulta conuenticula,vel alia ſigna, vt extra de hære.c.excõmunicamus. §.adijcimus.Itẽ ſuſpectus ſi vocatus confitetur, & ſperatur de eius correctione,pôt iniungi ei pnĩa ſalutaris.ſi aũt negat,& tñ ſit infamatus,indicẽt ei purgatio.quã ſi non præſtiterit, excõicabitur,& vſq; ad ſatisfactionẽ cõdignã ab oĩb⁹ euitabitur,& ſi ꝑ annũ ſic ſteterit, extunc velut hæreticus cõdemnabitur,vt in c.excõicamus.§.q aũr,extra de hær. vide ſupra excõica.

Not.ꝙ poteſt inquiri de hæreſi pp

leuem

leuem ſuſpitionem, vt habetur ī quadam conſtitutione Frider. impe. quæ incipit, Inconſutilem tunicam. & qñ dicatur leuis ſuſpitio, vel leue argumentum, vide infra ſuſpitio.

Item forma inquiſitionis talis eſt, qñ proceditur ſpecialiter contra certā perſonam, ſ. ꝙ pars citatur verbaliter, vel realiter ꝑ capturā perſonæ, ſi grauiter infamatus, vt tenet Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. li. x. & facit. c. paſtoralis, de re iud. Item debet poni locus, & tēpus. Bar. in l. ii. §. ſed quæro vtrū in inquiſitione. & Sal. in l. ea quidē. C. de acc. ver. & ſi propter denunciationis. non tñ requirit concluſionem in ea Bal. in l. ædita. C. de æden. licèt apponi ſoleat clauſula, ſuper quibus omnibus, & ſingulis ſecūdùm Bar. in d. §. ſi publico. ver. tertiò quæro vtrum inquiſitio, & Ang. in d. l. ſi vacantia, ver. itē quæro an inquiſitio. itē ꝙ fiat in ſcriptis ſicut libell⁹, ſecundū Azo. in aut. de exh. reis. §. ſcimus, in fi. gl. iij. & Ange. in d. l. ſi vacātia, ver. item quæro an & quando. Itē prius quam fiat inquiſitio, reus interrogetur ſuper eo ꝙ contigerit inquiri. ſecus, ſi poſtea interrogaretur, vt in d. c. qualiter, & quando, ver. debet igitur, de accu. licèt hęc de conſuetudine nō ſeruētur? ſecundū Ang. in d. l. ſi vacātia, ver. proceditur. Cuius dictū procedit, quando inquiſitus eſt abſens, ſi verò eſt pñs, tunc officialis ſemper examinet diligenter reū cum tortura, vel ſine, & pluries, ſuper quo formet inquiſitionē & poſtea formet eam ſecundùm Ange. Are. vbi ſ. ver. v. principaliter. viij. col. Non tamē requiritur li. conteſ.ᶠ ſm Ang. Are. vbi ſupra. & Ange. in d. l. ſi vacantia, ver. itē quæro, an in dicta inquiſit. & prædicta vera in criminibus grauibus, ſecus in leuibus, in quibus non requiruntur prædictæ ſolennitates, cū ſufficiat de facto fieri mandatū de ſoluēdo pœnā, & ſi ex forma ſtatuti iudex teneatur facere proceſſum de omni delicto, quia intelligitur de graui, nō de leui, ſecundùm Bar. in l. leuia, ad fi. ff. de accuſ. & Ang. Are. vbi ſ. & ita debet practicari ī officijs. itē ꝙ fama publica præcedat: aliàs inquiſitio nō procedit, vt ſ. dictum eſt, & habetur in l. fi. & ibi Bar. C. de of. præfec. vr. & in ſpe. ti. de inquiſitione. §. i.

Inquiſitus tenetur reſpōdere cum iuramento de crimine ſuo. i. ſi deliqt vel non, in Spe. de poſi. §. vij. ver. xix. de inquiſitio. §. iii. poſt. ver. probata. qualiter & quando inquiſitus teneatur reſpondere, ſi crimen commiſit, vide de confeſſis. c. ij.

An, & quando proceditur per inq ſitionem poſſit interuenire procurator, no. Io. An. de acc. c. inquiſitionis, & c. qualiter. & quando. ij. Inn. de teſ. c. cum olim, & qui fi. ſunt legit. c. cauſam, in fi. magnæ glo.

No. quòd ſi inquiſitor procedat cōtra Ioannem, & Ioannes opponit declinatoriam. & inquiſitor dicit, reſponde prius inquiſitioni, reſeruatis tibi exceptionibus, an Ioannes teneatur reſpondere? vide Inn. in c. exhibita, de iudicijs.

Qualiter verò puniatur crimen, de quo conſtat per viam inquiſitionis. vide Bar. & Bal. in l. i. C. de ſum. tri. in repetitio.

Eò ipſo ꝙ committitur inquiſitio ad inſtantiam alterius, videtur ille legitimus promotor. Inno. in c. ex parte de accu.

An miniſter deputatus per iudicē

ad proſequendum inquiſitionẽ poſſit repelli per ipſum, quandocunque placuerit, vide Innocen.in c.cum cla. mor, de teſ.de accuſ.c.pe.Inn.& Hoſ. de iudi.exhibita.

Si pendente inquiſitione ſuper crimine ſuperueniat accuſator, præfertur accuſatio tãquam via ordinaria inquiſitioni, quæ eſt via extraordinaria, ſecundùm Hoſt. de accuſa. accedens.quòd eſt verum ante ſententiã, ſecũdùm Dynum, qui hoc notat tex. in regula, factũ legitimè, li. vj.& multo fortius ſi ſuperueniat ante inquiſitionem inchoatã, vt notat. In. & Io. An.in c.ſuper literis, in gl.magna, de reſcrip.ver.ſi quærit Inno.

Inquiſito ponitur eadem pœna, quæ & accuſato, quando tale eſt crimen, quòd peracta pœnitẽtia impedit ordinis executionẽ. vide de hoc in c.inquiſitionis, de accuſa. & quòd ibi notatur.

Vbi iudex procedit ad inquiſitionem, niſi plenè probetur, non debet abſoluere, ſed expectare, ſi veniat accuſator, vt ff.de offi.præſi.l.diuus, in princip. Ideo Prouiſo Solerter.

An poteſt inquirere iudex poſt terminum datum ad accuſandum? Bar. in l.non ſolùm §.quamquam ff.de iniurijs, doc.& Io.de Platea.in l. filiusfamilias §. veterani, de procu. & Sal. in l.quęrelam.C.de falſis, & in l.ita demum, de procur.vide ſupra edictum.

An in generali inquiſitione detur copia articulorum, vide ſupra copia.

An in inquiſitione requiratur ꝙ debeat poni locus, & tempus, ſicut in accuſatione? & poteſt dici quòd non, vt ait Bal.in l.ædita.C.de edẽ.in ver. ix.opponit. qui dicit quod in inquiſitione nõ debemus apponere locum, quia nullibi, in l.aliqua hoc cauetur. nec obſtat.l.libellorum.ff. de accuſa. quæ eſt canonizata.ii.q.viij.in c.præſcripta §.libellorũ, quia lex illa procedit in accuſatore, qui non caret odio: ſed non ſic in iudice. item poteſt addi hoc non procedere in crimine hęreſis, vbi non requiritur locus, ſingulariter dixit Bald. in l.i. C. qui ac. non poſ.v. col. & ibi vide rationem. vbi ratio eſt, quòd in generali inquiſitionẽ non ponitur locus, nec temp⁹. ſed ſecus in ſpeciali inquiſitione. de hoc vide Ange.in tracta. de maleſi.in §.fecit inſultum, in iiij.colu. in fin.& idem Ange.ſupra in glo. hæc eſt quædam inquiſitio, in addi. in arti. an in inquiſitione requiratur locus, & tempus.& omnino vide Ab. in c.fi. extra de purga. cano. qui videtur limitare prædicta. & quòd dicitur in inquiſitione non debere apponi locus, nec tempus, eſt verum de generali, ſecus de ſpeciali, & quando proceditur per accuſationem.de quo Iaco.Butri.In ſtitut.de acti.in prin.Bal. in l.i.C. de eden. & ſic eſt intelligendum quod ſupra dictum eſt, vt habetur in ſpe.ti. de hæreti.per totum. Et nota quòd licèt in actis debeat apparere dies productionis, non tamen ſic in inquiſitione. dictum eſt Bart. in extraua. ad reprimendam. in glo. per accuſationem. vide infra tempus, & ſupra accuſatio, & ſupra iſta litera, in §.item forma, & infra teſtis. §.an, & quando proceditur.

An inquiſitio poſſit inſtitui per inquiſitorem contra offendentem officialem inquiſitionis, vel famulũ eius? & Cyn.in l.i.C.ne quis in ſua cauſa. Bart.in l. ſi quis fortè. ff.de pœnis. ꝙ ſic, ſi crimen eſt notorium, vel ſi crimen

men non eſt notorium, & crimen eſt circa officium principaliter, non autem circa perſonam officialis: & idē in d. §. ſi quis. ſecus ſi circa perſonam principaliter, vt in l. ſenatus, de accu. ſed vide per Io. And. in c. ex parte, de ver. ſig. Archi. in Clem. i. de for. com. facit. c. Romana, de pœnis, in vj. in tex. & in glo.

Qualiter debet inquiri de crimine, ad hoc vt pœna augeatur vel minuatur, vide infra pœna.

Item de forma procedendi in inquiſitione vide plenè infra in litera, Procedere.

Quales, & quot inquiſitores debēt poni in qualibet inquiſitione, quę incipit de nouo, & circa notarios, & Fiſcalem, & alguazelum, & alios officiales, qui debent poni in qualibet inquiſitione, & qualiter omnes in ſuo officio debent eſſe habiles, & diligentes, & qualiter debent eis ſituari ſalaria per reges dominos noſtros, & ꝙ vltra illud ſalarium nil aliud exigant ab aliqua perſona propter dependentia ex ſuis officijs, & qualiter nullus inquiſitor poteſt ponere officialem ſuum familiarē, vide inſtructionem inquiſitionis. xxix.

In officio inquiſitionis commendatur nimis concordia, & pax inter officiales, & miniſtros dicti officij: & ſuper hoc debet multum prouideri per inquiſitores: item quòd quando ſunt duo inquiſitores, non pręſumat vnus habere maiorem præeminentiam, quàm alter ſuus collega, licèt vnus ipſorum habeat vices ordinarij, & alter non, & quæ forma ſit tenenda, quando aliqua diſcordia oritur inter inquiſitores, vel miniſtros dicti officij, hæc omnia habentur xxvj. inſtructione inquiſitionis, & vide infra officialis.

Item inquiſitores debent multum prouidere, vt officiales inquiſitionis ſint in amore, & conformitate ſine murmuratione tractando ſe bene, & quòd viuant honeſtè. & ſi contrariū viderint inter eos, quòd ipſi inquiſitores poſſint corripere eos caritatiuè, & honeſtè, & non aliter. & quādo non potuerint ſic remedium dare inter ipſos, denuncient domino priori ſanctæ crucis. ita habetur. xxvij. inſtructione inquiſitionis.

Quod receptor fiſci vnius inquiſitionis non ſe intromittat in occupandis bonis alicuius hæretici alterius inquiſitionis. ſed ſi aliqua bona inueniuntur in ſua inquiſitione, quæ pertineant alteri inquiſitioni, quòd fiat notificatio illorum illi receptori, cui talia bona pertinent, vt habetur. xxxvj. inſtructione inquiſitionis.

ADDITIONES.

a *Inquiſitionis definitionem a ſimili poſſumus è Clem. Alex. ſtrom. lib. 6. ad rem de qua agitur, deducere, quæ eſt huiuſmodi. Eſt autem Inquiſitio quidem, incitatio, & impulſio ad comprehendendum, quæ per quædam ſigna inuenit id, quod eſt ſubiectum. Inuentio autem finis eſt &c. Signum autem dicunt eſſe id quod præcedit, aut quod eſt vnà, aut quod ſequitur, quod quidem eſt comprehenſio. impellitur enim iudex deferente ſama, ad comprehendendum, an ſit quod ab ea defertur, quod inuenit per ſigna, quæ vel neceſſaria eſſe, vel probabilia debent, vt ſuo loco dicetur, & ſupra indicia dictum eſt. Diffuſè Maranta in ſpecu. & Boſſ. in tra. crimi. de inquiſitione, tractarunt Inquiſitio*

tio ſignificat inueſtigationẽ.Cic.1.of.hominis eſt propria veri inquiſitio atque inueſtigatio.& l.vlt.ff.de ſer.ſug. ab inquirendo verbo,quod inueſtigare & diligenter quærere demonſtrat.l.1.& 4.ff eod. quoniam verò per inquiſitionem aliquo de facto informamur, ſumitur ex conſequenti,pro illo informandi actu,per teſtes & inſtrumenta qualis fuit inquiſitio Cic. in Verr. Aſcon.in 2.in Verr. vnde inquiſitor in eum fuit.idem Cic.2.in Verr. Licèt autem quærere dicat eſſe proprium magiſtratuum Bud.in annota. inquirere verò ſit aliorum, tamen etiam magiſtratus inquirunt hodie, & pro inquirere, quandoque conquirere dicitur.l. cõgruit 13.ff.de offi.præſi. quandoque requirere. l.4.ff.de ſer.fugi.& de requi. re.ff.& C. & l.in reb.§.poſſunt.ff.commoda. Item Tertullia.in Apologetico.& Plin. ſecũ. in epiſt.de Chriſtianis ad Traianum quã etiam ille citat. P. V.

b *Pro hac diſtinctione Fran.Caſſon. hoc tit.de inquiſiti.nu.9. Vmber.in iudi. inquiſi.hoc.eod.ver.inquiſitio.Siman. tit. 22.de inquiſi.ordi. Q. M.*

c *Immo regulariter inquiſitione ſpeciali facta non præcedente diffamatione per duos teſtes omni exceptione maiores,licèt adſint teſtes optimi probantes delictũ in inquiſitione contentum, non poteſt ad vlteriora procedi, etiam ſi iudex ex ſolo ſuo officio procedere vellet. & hęc eſt cõmunis ſententia,vt per Grat.reſpon. 57. nu.xi.part.2. Aliquid per Siman. Ench. tit.22.nu. 6.& ſeq. Quid autem in materia hæreſis.Siman.dicto num.7.& Nic. Boſſ.de hæreti.nu. 6. Q. M.*

d *Et quòd vſque ad viginti annos tantũ inquiri poſſit,communem affirmat.Pari. con.169.in prin.volu.4. Q. M.*

e *Ange.in repet.l.ſi vacantia.C.de bon. vacan.lib.x.alter Ange.in pract. crim. in ver.hæc eſt quædam inquiſi.& Hipp. de Marſi.in § conſtante.nu.16.& ſeq. in crimine tamen hæreſis inquiſitio abſque diffamatiõe procedit,Bar.in extrau. ad reprimen.in verb.inquiſitione. Cardi. in Clem.1.§.pen.& in Cle.2.q.2.de hæreti.Carer.in tracta.de hær.nu.110.ver. item not. quòd licèt in aliis criminibus. Quint. Mand.*

f *Reſponſio rei ſuper delicto interrogati habet vim litis conteſtationis.Bart.in l. is qui reus.nu.4 ff.de pub iudi. Ant. Columb.in tracta.proceden.in cont. crimi. art.202.Vmber.in Iudi. inquiſi. in ver. tortura.poſt nu.3.Iul.Clar.ſent.lib.5.q. 45.nu.2. Q. M.*

Inquiſitores. [a] Nota quòd inquiſitoribus eſt commiſſa defenſio fidei Chriſtianæ, vt extra de hær.l.vj.in c.accuſatus §. ſanè,& c.vt of.§.denique.& ſi inquiſitor ſcit aliquem peccare ꝯ fidem, & non corrigit propter ſui negligentiã incidit in ſuſpitionẽ hæreſis, ſeu fautoriæ,vt ſ. dictum eſt de fautoribus.

An inquiſitores poſſint procedere contra officialem, vel nuncium curiæ Romanę, ſi inuenitur culpabilis iſto crimine? & reſpondetur ꝙ non ꝑ quandam extraua.Io.quæ incipit,cũ frater.& in alia extraua. Io.quæ incipit,cum Matthęus de Portiano.

Inquiſitor quãdoque repræſentat rem publicam, & partem offenſam. de quo vide ſupra confeſſio facta coram iudice inquirente.

Item qualiter inquiſitor debeat ꝓcedere in inquiſitione,quæ fit contra ſingularem perſonam? & dicendũ ꝙ inquiſitor debet primò deſcẽdere in locum, vbi conuerſatur perſona, de qua eſt inquirendum,vt.xxiij.q.j.parat⁹,extra de electi.poſtquã, & extra

de

de præſcrip.quoſdam.citabitur autẽ ipſe, contra quem inquirendum eſt, & ſic debet eſſe præſens, niſi per contumaciam ſe abſentauerit. & debet fieri coram eccleſiæ ſenioribus,& poteſt intelligi de legitimis officialibus iudicis inquirentis. item exponenda ſunt ei capitula,de quibus contra eũ inquirendum, vt facultatem habeat defendendi ſe:& non ſolùm dicta teſtium ſunt ei dicenda, ſed etiam nomina eorum, vt quid, & a quo ſit dictũ appareat, & nè ſuppreſſione nominum detur audacia infamandi; & hoc niſi graue periculum ſuper declaratione nominum emineret. de quo vide infra nomina.& admittẽdę ſunt exceptiones, & replicationes legitimæ, vt extra de accu.vt d.c.qualiter, & quando,el ij.v.q.ij.ſi primates. & talis poteſt opponere contra inquiſitorem de ſuſpecto, & contra teſtes, & dicta eorũ,vt extra de acc.cũ oporteat,& c.cum dilectus.ij.nam nõ debent admitti teſtes niſi legitimè, vt extra de ſen.& re iudi.cum I. & A.

An ſi iudex,vel inquiſitor procedat ad inquiſitionẽ per miniſtrũ deputatũ ab eo ꝯ quẽ poſtea opponit exceptio inhabilitatis, poſſit ille illo repulſo ĩquiſitionẽ finire? vide Io.An. de iudi.exhibita per eundẽ de teſti.cũ clamor, de accu.c.cum oporteat.

Inquiſitor debet inniti potius veritati quã ſolennitati.Inno.in d.c.cũ oporteat,de accu.

Item inquiſitor hæreticæ prauitatis põt punire hæreticũ etiam ex ſola mẽtis cogitatione,licèt ſigna hęreſis nondũ oſtenderit. Bal.in l.ſi qs non dicã.ij.& vij.col.C.de epiſco. & cleri. Ideo Prouiſo Solerter.

An inqſitor poſſit procedere contra vſurarios,vide ĩ.vſura.ſed hic poteſt dici ꝗ bene põt inquiſitor cognoſcere contra vſurarios, quia hæreſis, & vſura ſunt connexa. Bald.ſin.in c. ad hæc.ij.col.de pa.iuran.fir. & Ioã. Mona. in c. accuſatus, de hæreticis, libro vj.

Inquiſitor hæreſis vẽdicans bona diſtracta reſtituto precio nõ põt denegare emptoribus retẽtionem melioramentorũ.Bal.in l.ij.§.fi. C.cõia de lega.vide ĩ.melioramenta.

Ad hoc vt quis poſſit eſſe inquiſitor, quam ætatem debet attingere, vide ſupra ętas.

An qñ iura loquuntur de inquiſitore, intelligantur etiã de epõ, vide ſupra examinatio,& ſupra epiſcopꝰ.

An inquiſitores poſſint inuocare brachium ſęculare pro expeditione officij,vide ſupra brachiũ ſęculare,& ſupra executio.

In quibus poſſit procedere inquiſitor ſine epõ, & è conuerſo, vide ſ. cõmittere,& ſ.communicare, & infra procedere,ſed circa hæc nor. tres caſus,in quibus epſ ſine inquiſitore, vel eius ſubſtituto,vel inquiſitor ſine epõ,vel eiꝰ vicario,ſeu ſubſtituto nõ poteſt procedere in cauſa hæreſis.primus caſus eſt,ſi velit ſuſpectũ de hæreſi ponere in carcere duro, & arcto, qui eſſet magis ad pęnam,q̃ ad cuſtodiam.de quo vide ſupra carcer.ſecũdus caſus eſt, ſi velit ponere ad torturam.[b] tertius caſus eſt, ſi velit procedere ad ſñiam.[c] & hoc verum, ſi ad inuicem ſui copiam habere valeãt intra octo dies poſtquam ad inuicẽ ſe requiſiuerunt, vnica ad minus requiſitione,niſi vnus alteri committat vices ſuas, vel conſenſum, vt ſupra cõmittere: aliàs carceratio, tortura, vel

vel ſententia ſunt ipſo iure nulla, vt probatur de hære. in Clem.i.multorum. nec validatur aliquis actus ex his tribus, ſi poſt octo dies cõſenſus alterius ſuperueniat, ſecundùm Pau. & Io.de Imo.ibi.Inſuper ſi ambo procederent contra ſuſpectum de hæreſi,licèt diuiſim, tamen communicabunt ſibi proceſſus in fine, cum non reſtat in proceſſu niſi ferre ſententiã, vt ibi dicit gloſſ.in verbo, ad ſententiam, & ibi docto. vel etiam ſi vnus procedat altero prædictorum nullo modo procedente, tunc ſi epiſcopus poteſt habere copiam inquiſitoris, vel inquiſitor de epiſcopo, quando vult procedere ad carcerandum, vel ad torturam, vel ad ſententiandum, quòd debent ſe requirere, & expectare poſt octo dies,& elapſo termino a die requiſitionis, poterit tunc per ſe procedere.ſin autem non poterit habere copiam vnus de alio, tunc procedere poterit etiam nulla facta requiſitione, nec etiam iſto caſu requiri debet capitulum viuente epiſcopo,ſecundùm Io.de Im.ibi poſt Matthe. de quo vide ſupra carcer. Itẽ additur quartus caſus, ſcilicet in commutatione pœnæ,quia inquiſitor nõ poteſt mutare, vel mitigare pœnam inflictam a iure ſine epiſcopo, vt patet in c.vt commiſſi.§. & illorum, & ibi per Petrum de Ancha.qui dicit ꝙ eſt ſpeciale in hac cauſa quòd poſſit fieri alteratio, vel mitigatio pœnæ ẽt poſt ſententiã.& fortè iſte caſus quartus poteſt comprehendi ſub tertio ſupradicto,videlicet ſententiæ reſpectu finis, ad quem tendunt ſententia, & mitigatio, ſiue mutatio & poteſt dici quòd inquiſitor poteſt alterare pœnam ſecundùm qualitatem perſonarum,& modum delicti. Nunc autem videndum eſt de his quæ quilibet ipſorum poteſt facere diuiſim, & ſeparatim per ſe,& ſine alio, & ſunt iſta, ſcilicet citare realiter, vel verbaliter, aut vocando,& capi faciendo,& arreſtando perſonam, & committendo cum cuſtode, & ponẽdo in compedibus,& manicis ferreis inquiſitum, & faciendo ꝓceſſum, & recipiendo probationes, & teſtes, & his ſimilia faciendo,vt in Clemen. multorum, de hæreti. ſed alia tria contenta in p̃cedente.§.non poteſt vnus ſine alio, vt ſupra dictum eſt.

Nota quòd ſi inquiſitor,vel epiſcopus,vel eorum ſubſtituti cauſa vexãdi,vel pecuniam extorquendi,vel aliqua cauſa iniuſta aliquem faciũt de hęreſi ſuſpectum,qui non ſit, vel ſuũ officium impedientem, qui non impedit, vel omittendo aliquem de hæreſi ſuſpectum, vbi procedendum ſit, neglexerint,ſunt inq̃ſitor, & eius ſubſtitutus,vel epiſcopus,& eius vicariꝰ vel ſubſtitutus ad illud ipſo iure excõmunicati,& epiſcopus eſt per triennium ſuſpenſus ipſo iure, vt patet in Clemen.i.de hære.in §.verum,per totum. §.& eſt excommunicatus. & nõ poteſt a tali excommunicatione abſolui niſi a papa, & in articulo mortis.vide infra pœna.

In negocijs inquiſitionis ĩ his,quę non ſunt ardua

Omnia relinquuntur conſcientiæ inquiſitoris, vt in vltima inſtructione inquiſitionis. in grauibus autem, quæ non inueniuntur determinata per dictas inſtructiones, tenentur cõſultare ſuper his ſereniſſimos reges, vel reuerendum priorem ſanctæ crucis inquiſitorem generalem, vt in dicta

& a inſtructione habetur. An inquiſitores ſint iudices delegati a principe, vide ſupra delegatus. Et an ſit iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarum?& reſpondetur quod ſic, vt in c. per hoc. extra de hæreticis, iuncta gl. & naturam ordinariam ſapiunt, ſecundùm glo. c. cum cauſam, de appellationibus.

Item an inquiſitores iudicarij habeant iuriſditionem officij a miniſtro generali, qui eos nominauit, ſicut delegatus, an a papa? & reſpondetur quòd ille miniſter generalis nõ dat, nec delegat inquiſitori iuriſditionem, cum ipſe illam in ſe non habeat, ſed ſolùm habeat a papa miniſterium eligendi, (ſeu nominandi inquiſitoré, & per hoc videtur datus a papa, & non ab eo, vt. ff. de officio eius cui mã data eſt iuriſditio, in l. & ſi prætor, cum ſimilibus. & probatur extra de hæreticis. c. per hoc, de hæreti. libro vj. ſed hæc regula fallit in generali inquiſitore Reuerendo fratre Thoma de Turre Cremata priore ſanctæ crucis, nobile ciuitatis Segobię, qui cum ſit inquiſitor generalis in regnis, & dominijs iſtorum excellentisſimorũ Caſtellæ regum, & Aragonum, habet facultatem a ſanctisſimo papa tanquam inquiſitor generalis, & iudiciarius magis copioſam, & extenſam, quàm vnquam inquiſitori generali alijs temporibus fuit conceſſa.

An prælatus inquiſitoris, puta ꝓuincialis posſit illum amouere ab officio ex cauſa, & an posſit facta per ipſum alterare? & dicẽdum quòd ſic, vt in Clem. nolentes, in tex. & in glo. ſuper parte, amouere. & ibi Abbas, de hæreticis.

Quæ eſt ratio, quare inquiſitores conuocant peritos ad examinationem proceſſuum, quando non reſtat niſi ferre ſententiam?& poteſt reſponderi, quòd cum olim inquiſitores erant fratres religioſi, & in theologia periti, tamen iura ignorabãt, & quia in ordine iudiciario poterant decipi faciliter ex procesſibus per eos factis vt non abſoluerent condemnandos, nec condemnarent abſoluendos, idcirco vt in talibus procedatur ſemper præuia veritate, & iuſtitia, ideo conuenit circa occurrentia in proceſſibus communicare conſilia peritorum in iure. & licèt propter omiſſum ordinem iudiciarium nõ vitietur proceſſus, vt extra de hęreticis, in c. fi. li. vj. tamen circa iuſtitiam non foret iuſtitia violanda: & ob hoc iura diſponunt, quòd inquiſitor epiſcopo, & eius vicario, & epiſcopus inquiſitori, alter alteri communicent proceſſus, & examinent conſiliũ in arduis, & grauibus, & ad iſta conuocentur ꝑ eos periti, licèt ſæpè accidit quòd ex multis magiſtris confunditur notitia, ſed ſi periti ſunt bonæ conſcientiæ, & zelatores fidei, optimũ eſt ſemper in grauibus eos conuocare, quia quę maturo conſilio fiunt, maiori firmitate nituntur, vt C. de repudi. l. nõ eſt dubium, extra de of. delega. c. prudentiam. §. illa. xx. diſ. de quibus.

An inquiſitor posſit procedere cõtra epiſcopum, vel è conuerſo. vide ſupra epiſcopus.[d]

Nota quæ prohibentur inquiſitoribus hæreticę prauitatis. Et ſunt omnia iſta, ſcilicet vt non extorqueant pecuniam prætextu officij inquiſitionis quibusvis modis, vt ſupra extorquere. Item quòd nec ſcienter acceptent bona eccleſiarum ob delictum

cle-

clericorum, aut fiſco applicent quòd ſi contra fecerint, tam ipſi, quàm eorum commiſſarij, & etiam epiſcoporum, aut capitulorum ſede vacante ſunt excommunicati ipſo facto, nec poterunt abſolui ante ſatisfactionē pecuniæ ſic extortæ, niſi in mortis articulo, vt ſupra confiſcatio, & ſupra bona clericorum, & habetur in Clement. nolentes, de hæreticis. Item diſtrictius inhibetur eis, nè abutantur quomodolibet portatione armorū, vt ſupra arma. Item quòd non habeant niſi officiales neceſſarios, vt dicta Clement. nolentes. Item præcipitur tam epiſcopis, quàm alijs inquiſitoribus, quòd non imponant malitioſè, aut fraudulenter crimen hæreſis alicui, aut quòd impediant executionem inquiſitionis officij falſè. Itē quòd odio, gratia, vel amore lucri, aut commodi temporalis obtentu contra iuſtitiam, & contra conſcientiam non omittant procedere, vbi eſt procedendum, alias epiſcopus per triennium ab officio ſuſpenſus eſt, & eius ſuperior hæc faciens, inferiores verò epiſcopis ſunt excommunicati excommunicatione papali, vt in Clementi. multorum, de hęreticis. quod bene nota contra iſtos inquiſitores, qui citant aliquos pro hæreticis, qui tamen non ſunt, quia ſunt excommunicati ipſo facto. Item quòd non poſſint inquirere de crimine hæreſis contra epiſcopos niſi in literis apoſtolicis expreſsè, vt poſſint hæc facere, cōtineatur, vt in c. inquiſitores, de hæreticis, l. vj. de hoc vide in ſumma Angeli. in dictione, inquiſitor. §. v. vide infra pœna. §. no. quòd ſi epiſcopus.

An inquiſitores poſſint præcipere ſub obedientia, vel ſub pœna excommunicationis, vt clerus, & populus vadant ad prædicationes eorum, vide infra prædicare.

Quomodocūque inquiſitores procedant, ſiue per denunciationem, vel accuſationem, ſiue inquiſitionē, ſemper vocantur inquiſitores, & papa ſic vocat eos, & non alio nomine, vt patet in ſupraſcriptione. c. in fidei fauorem, de hæreticis, l. vj. quam papa facit inquiſitoribus.

An inquiſitor poſſit facere gratiā hæretico de bonis ſuis, vide ſupra bona, & ſupra gratia.

An inquiſitor hæreticæ prauitatis poſſit cauſas hæreſis delegare, & cōſtituere ſibi vicarios generales, vide ſupra delegatus, & dic quòd poſſunt vices ſuas delegare. nota in Clement. j. de hæreticis, in glo. ipſorum. & vide ſupra commiſſio.

An inquiſitor poſſit cognoſcere de exiſtentibus publicè in peccato mortali, vt de vſurarijs, blaſphemis, & fornicarijs, & ſimilibus, vide ſupra cognoſcere.

An inquiſitores poſſint recipere dona magna, vel modica, vide ſupra extorquere.

Item an inquiſitor poſſit procedere contra contrahentem binas nuptias viuente prima, vide ſupra contrahens.

Item an inquiſitor poſſit procedere contra fratrem, vel monacum, qui facta profeſſione exiuit a monaſterio, & contraxit matrimonium, vide ſupra contrahens.

Nota[c] quòd inquiſitores ordinis Minorum nō poſſunt ſe intromittere de ordine Prędicatorū: nec inquiſitores de ordine Prædicatorum de ordine Minorum, prætextu cuiuſcun

que

que hæreſis,vt in priuilegijs eorum. aliter ſunt excõmunicati ipſo facto (& eſt papalis) & per extrauagantẽ Pauli ſecundi. de hoc vide in ſumma Angel. in dictione,inquiſitor.§.v. & ibi vide quæ prohibentur inquiſitoribus.

An inquiſitores poſſint compelle re iurare totam viciniam contra hæreticos,& ſuſpectos de hæreſi,vide in fra iurare,& infra teſtis.

An inquiſitores poſſint indicare ſecretum illis, coram quibus fit explanatio proceſſus inquiſitionis, vt ſi arcana,ſeu ſecreta inquiſitionis pa tefecerint ſint ipſo facto excommunicati, & incurrant excommunicationem? & dicendum ꝙ ſic,vt de hęreticis.c.ſi.& §.ſi.lib.vj.

Item an inquiſitor poſſit petere cautionem ab hæretico, qui redit ad vnitatem eccleſiæ, ad hoc vt pareat mandatis? & dicendum ꝙ ſic. vide ſu pra cautio.

An inquiſitores poſſint concedere indulgentias illis, qui interſunt executioni officij, vide ſupra indulgentia.

An inquiſitores poſſint facere ſtatuta in augendis, vel minuendis pęnis ipſis hæreticis,vide infra ſtatuta, & infra pęna.

De priuilegijs cõceſſis ipſis inquiſitoribus durãte tẽpore ſui officij, vide per quandam extrauagãtem Gregorij vndecimi, quæ incipit,Ad perpetuam rei memoriam,& in quibuſdam literis apoſtolicis,& infra indulgentia,& infra priuilegia.

Inquiſitores,& iudices debent eſſe cauti circa allegãtes inimicitias, qa multi faciunt ſibi inimicos, vt eos recuſare poſſint, & vt repellantur a teſtimonio,vt dicit Ab.in c.repellãtur, de accuſa.& refert Bart. in l.j.§.cum quis.ff.de quęſtio.de eo qui cautè dedit cuidam teſti alapam. Ideo Prouiſo Solerter.

An ſi inquiſitores incurrant aliquam irregularitatem exercendo officium poſſint ſe abſoluere adinuicem,vide infra irregularis.

Nota quòd talis honor debetur inquiſitoribus,qualis debetur illi,cuius vicem gerũt. vide infra vicarius.

ADDITIONES.

a *Inquiſitor eſt nomen generis ſiue generale, quo ſignificatur quicunque vel priuatim, vel ex officio publico quid indagat,& inueſtigat.Cic.offi 1.Peregrini autem atque incolæ officium eſt,nihil de alieno inquirere.idem off.2.tum autem inquirunt aut conſultant, conducat id nec ne.& l.1.4.et vlt.ff.de ſer.fugi.ſtrictius accipitur pro eo qui criminalibus quæſtionibus præerat.Aſcon.in 2.contra Verr. nu.71. & in eiuſdem argumento in 3.in Verr. qui tamen quæſitor appellabatur. Vir.in 6.Quæſitor Minos vrnam mouet. Iudex maleficiorum a recentioribus vocatur. anguſtiſſimè verò ſumitur hic pro eo qui in hæreticos iudex eſt, qui non ſolùm per inquiſitionem ſuam, ſed per denuntiationem,& accuſationem aliorum in eos animaduertit, De cuius officio,& poteſtate ſatis ab autore ſcribitur,Item a Siman.tit.de Inquiſitoribus.7.et 8.in Enchir.ab Albertin.etiam de catho. aſſertio.q.xi.nu.2.q.23.n.1.13.14.62.& 64.& 9.25.nu.75.Calderi.in tract. de hære.c.10. 19. & 21. & aliis. præterea ab autore innominato excuſſoque poſt eum.in Directo. denique Inquiſito. in 3. parte in q.vlt. P. V.*

Idem

b *Idẽ affirmat Vmber.in iudi.inqui.hoc Inquiſi. verb. ante nu.10.& Siman.Enchir.tit.8.num.4.Carer.de hæreti.num.77.& Zanchi.eodem.tract.c.8. Q. M.*

c *Idem quod hic Vmber.& Siman.vbi ſup.ac.Albertin.de agnoſcen.aſſer.cath.q.23.nu.62.Carer. vbi ſupra.nu.77.& ſeq.Zanchi.eod tract.c.8.poſt num.4.& Camill.in addi.ad ipſum,in verb.diffinitiuam. Aduertendum tamen eſt,quòd diſtinctio illa a Camillo facta videlicet,aut loquitur in ſententia diffinitiua,& præmiſſa procedant,aut in abſoluto, & illa per ſolum inquiſitorem,vel per ſolum epiſcopum ferri poſſe improbatur, & validis quidem argumentis per eund. Sim. in annotat. in Zanchi.cum animaduerſionibus in Campeium.c.1. Q. M.*

d *Et per Zanchi.in tracta.hæretico.c.8.nu.9.vbi dum concludit inquiſitorem nõ poſſe procedere contra epiſcopum bene loquitur,dum vult epiſcopum poſſe procedere contra inquiſitorem perperam loquitur,& ſine lege & ratione,et contra obſeruantiam totius mũdi, vnde iure optimo in hoc redarguitur a Camill.Campeg.in addi.ad illum.in verb.Epiſcopus. Quint. Mand.*

e *Vide direct. inqui.par.3.quæſt.28. Petrus Vend.*

Irregularis [a] Nota ꝙ licèt inquiſitor hæreticæ prauitatis pronunciet quem hæreticum,etiam ſi ſciat eum ſtatim morti tradendum, quòd non eſt propter hoc irregularis. Archi.xxiij.q.viij.ſuper gloſſ.ſummæ.Spec.tit.de lega.§.iuxta,ver.porrò.

Si tamen a caſu inquiſitores exercẽdo officium aliquã irregularitem incurrant, poterunt ad inuicem ſe abſoluere inter ſe vnus alteri, & alter alteri ſine alia diſpenſatione, vt habetur in quadam extrauagante Vrbani tertij; quæ ſic dicit ad literam. Vrbanus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filijs fratribus ordinis Prędicatorum,inquiſitoribus hęreticę prauitatis in regno, & dominio cariſſimi in Chriſto filij noſtri Regis Aragonum deputatis a ſede apoſtolica, & impoſterum deputandis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Vt negocium fidei valeatis liberius promouere,vobis autoritate præſentium indulgemus, vt ſi vos, & fratres veſtri ordinis ſocios veſtros excommunicationis ſententiam,& irregularitatem aliquibus caſibus humana fragilitate contingat,vel recolat etiam incurriſſe, quia propter iniunctum vobis officium ad priores veſtros de leui ſuper hoc recurrere non poteſtis, mutuò vos ſuper his abſoluere iuxta formam eccleſiæ,ac vobis cum autoritate noſtra diſpenſare poſſitis,in caſibus in quibus dictis prioribus,vt dicitur eſt ab apoſtolica ſede cõceſſum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis frangere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis dei,& beatorũ, Petri, & Pauli Apoſtolorum eiꝰ ſe nouerit incurſurum. Datũ apud montem Flaſcon. ſecundo nonas Auguſti. põtificatus noſtri anno primo.

Nota quòd omnis irregularitas tollitur eo ipſo quòd quis ſe deputat obſequio Ieſu Chriſti, de iudi. cum deputati, in glo. de apoſta.c. ij.

An beatus Petrꝰ, qui tempore paſſionis domini, abſcidit auriculam Malcho, fuerit propter hoc irregularis?

ris?dicendum quòd non. de quo no. glo. xxiij.q.iij.pro membris.

Quid autem de illis, qui iuris ignari zelo fidei, & propter indulgentiam quæ dabatur, attulerunt ligna ad cremandum hæreticos, nunquid tales ſunt irregulares?& reſpondeo ſecundùm Guill. quòd ſi materia illa eſt cooperata ad mortem, irregulares fiũt, nec diſpenſabitur cum eis niſi per papam. ſi autem nõ eſt cooperata, quia iam fortè mortui erãt, vel antequam materia illa incenderetur, mortui erant, tunc non efficiuntur irregulares, & tunc ſufficit epiſcopi diſpenſatio. & ſi dubitatur de morte ante, vel poſt tutiꝰ eſt quòd habeatur diſpenſatio a papa antequam miniſtret, nec promoueatur, vt extra de tem. ordi. c. ad aures.

ADDITIONES.

a *Regularis, qui & canonicus vocabulo Græco dicitur, qui ſecũdùm regulam eſt appellatur, vnde regulares religioſi dicũtur, qui ſecundùm ſuam quique regulam viuunt. tit. de regula. tranſe. & de ſtat. regu. 9. q. 2. c. 2. & q. 3. c. 1. 2. 3. Item regulare dicitur in iure quod regulę iuris conuenit, vel ea continetur, Vnde regulariter aduerbiũ, quod legitur in l. 3. §. ſed & ſi errauit. ff. de in rem ver. & in l. regulariter. ff. de petit. hæredi. & in l. ſi ſeruo. in prin. ff. de vſufru. Regula verò eſt norma qua lineæ reguntur colu libro. 3. c. 13. duas regulas eiuſlatitudinis quã paſtinator ſulcis facturus eſt, tranſlatè p norma rectè & bene viuendi, quòd eam regat, & præbeat. c. 2. diſtin 3. Inde quoque iuris regula eſt, inquit Paulus quæ rẽ quæ eſt breuiter enarrat, ex iure deſumpta. in ſumma cũ regulæ appellatio multa cum propriè, tum tranſlatè ſignificet, ita regularis, & regulare, quæ ab ea deſcendunt complura demonſtrãt. Irregularis autem quia præpoſitionem, In, priuationem ſignificantem habet appoſitã, videtur poſſe dici generaliter, qui caret regula, vel ex ea quid non efficit. Hic quidẽ ſignificatur is qui non iuxta regulas iuris canonici poteſt ordines nec ſuſcipere, nec in ſuſceptis miniſtrare propter incurſum criminis, vel aliam cauſam a iure cognitam, quaſi regulariter cæteri poſſint, hi nequeant, cum ceciderint a regula, vnde contrahitur irregularitas, de qua loquitur c. vlt. de tempo. & quali. ordi. & ad ipſum Doctor. & quidam volumina confecerunt, vt Borgaſius. ſi volumus ex eius etymologia nomen hoc intelligere, poteſt accipi latiſſimè pro eo quod nõ eſt ſecundùm regulam, vt prędixi. Ab ea qs poſſit abſoluere. Syno. Tri. ſtatuit ſeſ. 26. c. liceat. 6. P. V.*

Interdictum [a] eccleſiæ Hodie ipſo iure eſt nullum, ſi eſt latum in aliquem locũ pro pecuniario debito, vt in c. ex reſcripta, de iureiur.

De multis quæ interdicuntur publicè pœnitentibus, vide infra pœnitẽtia, in margine. §. no. ꝙ hęreticis, & publicè pœnitentibus, & in §. nota ꝙ effectus.

ADDITIONES.

a *Interdictum in iure erat forma, atque conceptio verborum, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat quod tunc maximè fiebat, cum de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione inter aliquos cõtendebatur. Summa autem interdictorũ, hęc eſt, quòd aut prohibitoria ſunt, aut reſtitu-*

ſtitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri veluti vim ſine vitio poſſidenti, vel mortuum inferenti, quo ei ius erat inferendi; vel in ſacro loco ædificari, vel quid aliud prohibetur fieri. Inſt. & ff de interdi. quę quidem plurima ſunt in iure, ff. Inſt. & C. eod. tit. Erant qui putabant, interdicta propriè ea vocari, quæ prohibitoria ſunt, quia interdicere ſit denuntiare, & prohibere. reſtitutoria autem, & exhibitoria, propriè decreta vocari, ſed tamē obtinuit omnia interdicta appellari, qa inter duos dicuntur, Inſt. eod. quia ſcilicet interim dum de controuerſia cognoſcitur interponuntur, quaſi inter ius dicendum poſita. Hoc autem interdictum de quo agit autor, inter prohibitoria numeratur, cum eccleſiæ ingreſſus, officia diuina, & ſacramentorum eccleſiaſticorum perceptio, vel populo, vel clero ab epiſcopo, vel aliàs ordinario, vel à ſede apoſtolica interdicuntur. & hoc genus interdictorum, vel cum prouintia, regnum, vel diæceſis interdicto ſupponitur generale nuncupatur, cum verò ciuitas, vel caſtrum, aut villa, collegium, vel vniuerſitas incluſa populo, ſpeciale dicitur. c. non eſt vobis. de ſponſa. c. quod inte. de pœni. & remiſ. c. ſi ſententia. & c. ſi ciuitas, de ſent. ex com. li. 6. & Clem. 1. eod. tit. quandoque ſingulare eſt, cum in ſingularem perſonam vel eccleſiā fertur interdicti ſententia, vt not. ad allegata c item tit. de cler. ſuſpen. & c. item interdici ſolet & matrimonium tit. de matri. contra. inter eccle. & alia fieri, & in iure canonico prohibentur, quæ paſſim in eo leguntur. Iure quoque ciuili quandoque res, officium, perſona, vel locus interdicitur l. moris. ff. de pœn. Interdicta nedum a ſede apoſtolica emanata, ſed etiam ab ordinarijs promulgata mandante epiſcopo, a regularibus in ſuis eccleſijs publicari decreuit, & ſeruari Sinod. Trident. ſeſſ. 25. c. 12. cenſuræ. Petrus Vendramenus.

Interrogatorium.

Quæ interrogatoria debeant fieri contra hæreticos iudaizantes, & de quibus per inquiſitores debeāt interrogari, vide ſupra cœremonia. & interrogentur per omnes ſupra poſitas cœremonias, ſcilicet de obſeruatione ſabbati, & de omnibus alijs, de quibus ipſi confitentur iudaizare, & cum quibus, & in quo loco, & quo tempore perdurauit in hæreſi. & quis eum inſtruxit in illis erroribus. & dicat omnia ſpecificè de ſe, & ſuis conſortibus.

Item qualia debent eſſe interrogatoria, quando teſtes examinantur in cauſa hæreſis, vide ſupra examinatio, & ſupra inquiſitio, de forma procedendi in inquiſitione.

An copia interrogatoriorū quæ a parte offeruntur iudici, ſit danda alteri parti contrariæ, vide ſupra copia. [a]

Quæ interrogationes debent fieri per inquiſitores ipſis, qui confitentur hæreſim, vide ſupra examinatio, & infra in quarta inſtructione inquiſitionis. Ideo Prouiſo Solerter.

ADDITIONES.

a *Et quòd non debeat dari copia interrogatoriorū parti ea ratione nè teſtes examinandi inſtruantur, quod etiam de conſuetudine ſeruatur, eſt glo. not. in c. 2. in verb. interrogatoria, verſi. & hæc interrogatoria de conſuetudine, & de iure. de teſti. lib. 6. & glo. in c. in primis in verb. præſentia.*

præſentia.2.quæſt.1.Spe.& Io. An. de teſt.§.iã de interrogatorijs. in prin. Bal. in l.data opera.num. 36.C.qui accu.non poſſ.Alex.in l.2.nu.4. & ibid.recentio. C.de eden. Abb.& Fel.nu. 10. in c.per tuas.de teſti. Q. M.

Ira. [a] Nota quòd iraſcitur contra nos deus, non vt perdat, ſed vt conuertat, de pœni. diſtint. i. ſed è contrario. & non iraſcitur hominibus, ſed magis vitijs, de pœniten. diſ. i. quamobrem conſilium.

Nota quòd ira dei ex malorũ clericorum precibus magis augetur, ſeu irritatur quàm placatur. xlix. diſt. ecce a quibus. de materia iræ vide infra iſto folio, in dictione iudex, in apoſtilla. & vide Archi. xj. quæſtio. iij. ira. & vide infra ſodomia, & infra oratio, & infra neophytus.

Dicit Cato, ira impedit animum, nè poſſit cernere verum. Ideo tu iudex Prouiſo Solerter. Nam ira ſæpè etiam innocentes ad crimẽ adducit, quia dum iuſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coercere peccata, grauiora committimus. Ideo apoſtolus ait, nõ vos vindicantes cariſſimi, ſed date locum irę. hoc eſt declinemus eam, nè nos illa corripiat. Vnde dominus Ieſus mittens ad euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga, vt incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis, habetur in decretis. xj quæſtione. vij. ira ſępe.

ADDITIONES.

a *Ira eſt libido puniendi eius qui videatur læſiſſe iniuria. Cic. lib. 4. Tuſcul. quæ per iram facere dicamur, videas Ariſt. Rhetor. 1. & 2. & quæ ſupra inimicus annotata ſunt. Gell. libr. 1. c. 26. ita deſinit iram ex Tauri philoſophi ſententia. Motus animi, qui eſt vlciſcendi cauſa ſæuior ira dicitur. Irarum verò ſigna hæc recenſet ex Plutarco. Nũquid ego, Plutarcus inquit, iraſci tibi videor? ex vultu ne meo an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis correptum me eſſe ira intelligitur? mihi quidem (opinor) neque oculi truces ſunt, neque os turbidum, neque inaniter clamo, neque in ſpumam, ruborem ve efferueſco, neque pudenda dico, aut pænitenda: neque omnino trepido ira, & geſtio. hæc enim omnia, ſi ignoras, ſigna eſſe irarum ſolent, Ira, inquit Ennius, eſt initiũ inſaniæ. Cic. 4. Tuſcu. idem. 1. off. ait. Licet ora ipſa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqua aut metu commoti ſunt, aut voluntate nimia geſtiunt, quorum omnium vultus, voces, motus, ſtatusque mutantur. cumque nihil rectè fieri, nihil conſideratè poteſt. ibid. Idem 3. Tuſcu. proprium eſt enim irati cupere, a quo læſus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere, Item 4. iratũ propriè dicimus exiſſe de poteſtate, id eſt de conſilio, de ratione, de mente, &c. quæ ſequũtur vide.. nihil itaque iratè dici vel fieri ius præcipit. xi. q. 3. c. illa. c. ira. & ſequ. duo. quicquid iracundiæ calore fit, aut dicitur, non prius ratum eſt, quàm perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe. l. diuortium. ff. de diuort. & l. quicquid. ff. de reg. iur. & alia iura videas a gl. citatas ad ipſas ll. & cap. hæc de hominis ira dicta ſint, Ira verò Dei non eſt vt hominis, id eſt perturbatio concitati animi, ſed tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio, c. productior. de pæn. diſt. 3. De ira Dei pulcherrimum compoſuit librum Lact. Firmi. quem D. Ieronimi. de Scriplo. commendat. P. V.*

Iudex [a] Poteſt inquirere & ſe informare de fama ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu iudicij. de ſponſa. cum in tua, & ibi Inno.

Omnis iudex, qui iuſtè iudicat, geſtat ſtateram in manu, & in vtroque pẽſo iuſtitiam, & miſericordiam portat. ſed per iuſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam, vt iuſto libramine quędam per ęquitatem corrigat, quædam verò per miſericordiam indulgeat: qui dei iuſtitiam oculis ſuis præponit, ſemper timens, & tremens in omni negocio formidat, nè de iuſtitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iuſtificatur, inde potius cõdemnetur: habetur xlv. diſtin. omnis qui. Sed væ, vę, vę, quia iſtis temporibus diminuta eſt iuſtitia in iudicibus, & rectoribus. de quo vide infra veritas.

Iudex poteſt ſe informare per teſtes non iuratos. Baldus x. col. de pa. te. c. i. §. ſi duo. Inno. de poſ. prę la. c. i. de electio. bonæ. el j. vide ſupra informatio.

Noli iudex fieri, niſi poſſis virtute rumpere iniquitates. eccleſi. vij. vide infra iuriſditio. §. iuriſditione commiſſa.

Iudex debet laborare, nè vileſcat eius autoritas. & alibi dicitur, Autoritatem dignitatis debet iudex ſuo ingenio augere. l. obſeruandum. ff. de offic. præſi. Abb. in c. qualiter, el i. de accuſ.

Qualiter iudex debet corrigere ſuum errorem, vide ſupra corrigere. nam ratio debet corrigere, quod furore promulgatum eſt. xj. q. iij. cum apud.

Iudex exercens officium, quod ſibi non competit, debet acriter puniri. Bar. in l. ſi quis, la ſecunda. C. de aquæduc. l. xj.

Iudex per iram, vel odium aliquid iniuſtè faciẽs tenet de ſica. l. lex Iuli. §. fi. ff. ad legem Iuli. repe.

Iudex inductus ira nihil debet iudicare. xj. q. iij. illa. vide in c. cum æterni, de re iudi. li. vj.

Iudex an ſemper debeat habere miſericordiam, vide infra miſericordia. §. an iudex. Sed dicendum quòd potius ſeruabit miſericordiam, quàm rigorem. l. diſtint. ponderet, in fin. & lxxxvij. diſtin. non ſatis. xj. quæſtione iij. nemo peritorum. extra de ſortil. c. ij. nonne melius eſt propter miſericordiam rationẽ reddere, quàm propter crudelitatem? vt. xxvij. quæſtione. vij. alligant. Quandoque tamen potius ſeruatur rigor, quàm miſericordia, ſcilicet vbi non eſt ſpes correctionis, vt xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. vt infra miſericordia.

Iudex inquirens non debet ſe ſubſcribere, nec etiam denuncians, vt ſupra dictum eſt in litera, denunciatio. ſed iudex debet facere denuncianti caritatiuam monitionem. Angelus in l. & ſi vacantia. C. de bonis vacan. qui allegat. c. qualiter & quando, el. ij. de accuſa.

Iudex cum ſit homo, non poteſt de corde iudicare, niſi per actus exteriores, & extrinſecos, vt ſupra confeſſio, & infra de proba.

Iudex de geſtis coram ſe non poteſt teſtificari, niſi ſiut redacta in ſcripturam. ff. de probatio. l. quotiens. §. fi. & ibi Iaco. Butri.

Iudex debet iudicare ſecũdùm allegata, & probata, & non ſecundùm conſcientiam, licèt aliud conſcientia ſua ſentiat, cùm ſecundũ allegata, &

pro-

probata teneatur iudicare,vt.xxx. q. v. iudicantem oportet cũcta rimari, in tex.& in glo.

Nota quòd multis modis humanum iudicium peruertitur,vt nõ poſſit rectè iudicare,vt habetur.xj.q.iij. quatuor. vbi ſic dicit.Quatuor modis humanum genus peruertitur,timore, dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui neſcimus.Cupiditate, dum pmio alicuius animum corrumpimus. Odio, dum cõtra quemlibet aduerſarium molimur. Amore, dum amico, vel propinquo contendimus præſtare auxilium: quàm verò graue ſit,vel odio,vel amicitia,vel metu, vel munere, vel quolibet modo iudicium peruertere.Eſt quintus modus in glo. ſcilicet quando iudex pauperibus miſeretur,vt. xxiij. q. iij. eſt iniuſta,& c.nè amiſſo. Item ſunt alij duo modi, ſcilicet nimia ſeueritas,& nimia remisſio.xlv.diſtin.diſciplina.Non enim eſt conſtans iudex, cuius animi motum vultus detegit. ff.de offi.præſi.obſeruandum. itẽ eſt alius modus, quando per imprudentiam malè iudicat.inſti. de obli. quæ ex quaſi delic.naſcuntur.§.i.

Iudicium vniuerſale eſt futurum,quo iudicabuntur viui,& mortui.ſanctus Thom. in tertia parte.q.lix.ar.v. & in.iiij. diſti. xlvij.ar. i. & in ſumma contra gentiles,lj.iiij.q.xcvj.

In vltimo iudicio talis pręſentabitur anima,qualis hic recedit.xxv.diſ. qualis hinc.& in vltimo iudicio nullus poterit habere alicuius defenſoris,vel excuſatoris ſubſidium. ix. q. iij.aliorum.

In vltimo iudicio omnia damnatorum peccata erunt omnibus manifeſta.de pœnitent.diſtintion.i.

Iudicium vniuerſale fiet per locutionem vocalem. Tho. in quarto, di.xlix.ar.i. Et erit in valle Ioſaphat. idem in iiij.diſt.xlvij.ar.iiij.& i. q. de quolibet.q.ix.ar.ij.

In illo iudicio vniuerſali erũt tam homines boni, quàm mali, & etiam angeli iudicabuntur. item Thom. in tertia parte.q.lix. ar.iiij.v. & vj.& in iiij.diſ.xlvii.ar.iii.

Tempus iudicij vniuerſalis eſt incognitum.de quo vide Thom. in iiii. diſti. xlix.& in q.de potentia,q. v.ar. vi.& in iiii.diſtin.xlvii.ar.i. Et ante iudicium pręcedent ſigna,quę habẽtur Luc.iiii. de quibus vide ſanctum Th. in iiii.diſtin.xlviii.ar.iiii.

Et in pręfato iudicio aliqui iudicabunt cum Chriſto. Thomas in pręallegata diſtin.xlvij.ar.i.

In qua forma iudicabit Chriſtus, vide infra Chriſtus.

Iudicium dei locum non haberet, ſi omnia peccata in præſenti punirentur.xv.q.vj.ſi ſacerdotibus, ver. peſſimum.vj.q.i.ſi omnia.ex quibus colligitur, quò malorum vindicta deo reſeruanda eſt: nec ſunt corporaliter puniendi,ſed crebra admonitione,& caritatis beneficio ad correctionem mutãdi ſunt,vt patet.xxiij.q.iiij. hæc autem vita §.ex his.ſed hoc intelligo quando ſunt parati corrigi, & non ſunt pertinaces,vt. xxiiij. q. iij. dixit apoſtolus.

Quandoque iudex incurrit inimicitiam ex adminiſtratione iuſtitię, vt ſupra inimicus. §.quandoque. iudex.

Iudex non tenet locum partis in inquiſitione.Abbas in ca. qualiter & quando,el ij.in ver. no. ſexto.

Iudex videns portantem arma poteſt punire illum ſine alia probatione. Bal. in l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præſidis. Idem in quolibet delicto coram iudice commiſſo, licèt aliter non probetur. Angel. & Innocen. in l. ij. ff. de ferijs. vide gloſſ. in l. ij. C. qui & aduerſus, quos, & per Bald. in. l. ij. ad fi. C. de ſen. ex peri. recitan. ſed Paulus de Caſtro tenet contrarium in conſi. cxcvj.

Iudex non debet de facili credere, vt. iij. quæſt. ix. c. i. ij. & iij. & xij. quæſt. iiij. innocens, in gl. de quo vide infra mentiri.

Iudex debet eſſe cautus vt faciat ſibi dari licentiam ab accuſatore, & accuſato, vt poſſit procedere in eorum abſentia. Bar. in l. is qui reus. §. i. ff. de publi. iudi. & in l. inter, eo. ti.

Vbi requirit̃ ſemiplena cognitio, non eſt neceſſariũ ꝙ iudex ſedeat Io. An. in addi. ſpe. ti. de po. §. ij.

Iudice mortuo, vel eius officiali quis exercet eius iuriſdictionem ante aduentum ſucceſſoris? vide Innoc. in c. ad abolendam, extra de hæreticis.

Iudex qui non legitimè inquiſiuit contra aliquem, debet in expenſis cõdemnari. Cynus in l. properandum. §. huiuſmodi ff. de iudi.

Iudex ex ſola comminatione excuſari non poteſt. ita dicit Inno. in c. ſi quando, de reſcrip.

Iudex iniquus dicitur, cum malè ſe habet in officio ſuo, & hoc ideo, qa iudex debet vti æquitate. iiij. q. iiij. c. i. vnde ſecundùm Io. An. falſitas propriè dicitur in teſte, qui debet vti veritate, de crimine falſi. c. i. xj. q. iij. q̃ſquis. & propriè dicitur iniquitas in iudice, quia debet vti æquitate, vt dicto. c. i. quod no. pro forma, & practica formandi proceſſum contra teſtẽ, vel iudicem. hæc Abb. in c. quoniam contra falſam, de probatio.

Mandatum iudicis contemni non debet. xxxiiij. diſtin. c. i. ff. ne quid in loco publi. l. fi. aliàs puniuntur contẽptores, vt. ff. ſi quis iuſdi. nõ obtem. l. viij. & in c. i. extra de matri. contrahen. contra. inter. eccle.

Nota ꝙ non eſt iudex idoneus, & poteſt recuſari, qui fuit aduocatus in cauſa ipſa, vel in cauſa connexa, vel etiam procurator, vt in c. poſtremò, de appellatio. tenet Spe. de appel. §. item ſi fuerit, niſi appellatus eum impetret, ſecundùm Io. An. ibi in addi.

Item non eſt idoneus iudex, ſi fuit conſultor in cauſa. docto. & Ioan. in cap. irrefragabili, de officio ordin. & docto. in dicto. cap. poſtremo, de appellatio.

Facto ſequeſtro ſuper aliquo, iudex præfigit ſtatim terminum actori, hoc eſt illi qui impetrauit ſequeſtrũ, producendi ſuum libellũ, & inde probandi de iure ſuo. quòd ſi non fecerit, ſeu produxerit, tunc ipſum ſequeſtrum relaxabit, & idem ſeruabit iudex, ſi reus fideiuſſorem dederit, propter quod ſequeſtrum relaxauit, quia incõueniẽs eſſet, quòd fideiuſſor ſemper ſtaret obligatus, ar. in l. penulti. C. de fideiuſſoribus, & in l. ſi eo tempore. C. de remiſſione pignoris, cum ſimilibus.

Cui iudici pertineat cognoſcere de crimine hæreſis? & dicendũ quòd cum ſit crimen eccleſiaſticum, vt dictum eſt in litera crimen, quòd ita ei⁹ cognitio, & punitio pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, ſicut dicitur de quolibet alio crimine eccleſiaſtico, vj. q. ij. c. i. xij. q. ij. vt nulli liceat, & extra

extra de iud. nouit, de vſur. quoniã. nor. de foro competen. in gloſſ. iſte eſt ergo. ſed poteſt fieri differentia, qa aut agitur de articulo iam deciſo p eccleſiam, aut non. ſi agitur de articu lo nõ deciſo, iudicium ſpectat ad pa pam vt probatur. xxiiij. q. i. quotiens & c. hęc eſt fides, & c. i. de iura. calũ. & c. maiores, de baptiſ. & ſi agatur de articulo iam deciſo, pertinet iudiciũ iudici eccleſiaſtico, ſcilicet epiſcopo diœceſano, vel ſuo vicario, vel capitulo ſede vacante, & inquiſitoribus, vt prædictum eſt.

Sed quæro, quis erit iſte iudex eccleſiaſticus, qui poteſt de hoc crimine cognoſcere? & dicendum quòd eſt duplex iudex videlicet epiſcopus, qui eſt ordinarius iudex in ſua diœceſi, & alius erit inquiſitor, ſi fuerit ad hoc per ſedem apoſtolicam deputatus. & ſic ſunt iſti duo iudices, ſcilicet inquiſitor, qui habet iuriſditionem delegatam in tota prouincia ſibi decreta, alter verò. ſ. epiſcopus habet ordinariam, vt ſupra dictum eſt in litera, delegatus, & in litera, epiſcopus.

Nota quòd iudex laicus ſœcularis, ſeu poteſtas ſœcularis non ſe intromittit iſto crimine, nec ſuam exercet iuriſditionem contra hæreticos, nè detrahere videatur iuriſditioni eccleſiaſticæ, & nè interponat falcem ſuam in meſſem alienam. ad quod extra de electio. in c. venerabilem, & eſt caſus in c. vt officium, extra de hæreticis, libr. vj. in §. prohibemus. & hoc eſt verum, niſi iudex ſœcularis fuerit requiſitus per iudicem eccleſiaſticũ, vt ſupra dictum eſt, ad quod facit extra de hæreticis ad abolendam. §. ſi laicus, & §. damnati, & c. vergentis, eodem tit. & c. cum ſecundùm, eod. tit. libro. vj. vide ſupra cognoſcere, & ſupra communicare, & ſupra confiſcatio, & ſupra executio.

Iudex conſiderare debet, quis eſt qui loquit, & quid, & cui, & quãdo. Nã ex perſonis dicta penſanda ſunt: quia ſi per errorem aliquis lapſus ſit, venia dign⁹ eſt, ex quo verè pœnitet. intelligas vt. C. ſi quis imperatori maledixerit. l. vnica. nec lubricũ linguæ de facili ad pœnam trahendum erit, vt. ff. ad l. Iuliã maieſtatis. famoſi. ar. de tranſactio. c. vlt. in fi.

Ergo ſi ex obſtinata mente, & ex ſtudio dicat aliquis eccleſiam, ſiue eccleſiaſticos iudices non habere poteſtatem ſoluendi, & ligandi, vel cum eis de fide catholica diſputauerit contra articulos fidei, hæreticus iudicatur, vt. C. eo. quicunque. & hoc comprobatur. ff. de re militari. l. milites. §. irreuerens. vide ſupra blaſphemus, & ſupra ebrius. & de hoc Hoſti. in ſumma titu. de hæreticis. §. qualiter deprehendatur, verſi. & ſic debet iudex.

Iudex ſœcularis poteſt omne delictum laicorum quò ad facultatem puniẽdi punire, niſi vbi reperitur crimen eccleſiaſticum, vt probatur per locũ a ſpeciali in c. vt inquiſitionis. §. prohibemus, de hæreti. li. vj. & eſt regula. Abb. in c. cum ſit generale, in fi. de fo. compe.

Nota quod poteſtas cognoſcit, & iudicat de delictis ſuæ familiæ circa officium commiſſis, non de alijs; nec de iniuria alteri illata per familiam ſuam. Bartolus in l. ſenatus, in vltim. quæſt. ff. de offic. præſi. & ibi gloſſ. & docto. idem tenet Ioann. de Imol. in l. quotiens. §. ſed ſi, de hæredi. inſtituen. per Bartolũ in l. ſi quis

forte.§.i. de pœnis, ver. quæro quid ſi aliquis delinqueret.

Item nota quòd poteſtas poteſt iudicare de cauſa inter ſuos familiares, non autem inter familiarem, & extraneum.Bart.in d.l.ſenatus,ad finē.

Et ſic nota quòd poteſtas non cognoſcit de iniuria illata ſibi, vel ſuæ familię.glo.& Bar.in d.l.ſenatus, ad finē Cy.& Bal.in l.i.C. ne quis in ſua cauſa,ver.quærunt hic doc.vbi diſtinguunt, aut delictum eſt notorium, aut non.primo caſu poteſt punire. ſecundo caſu. ſubdiſtingue, vt ibidem per eum.Bal.in l.obſeruare. §. proficiſci. i. col. de officio procon. & le.& Florianus in §. ſi fornicarius, in l.ſi ſeruus.ff.ad l.Aquiliam. Bart.in l.lex Cornel.in princi.in ver.vl.facit.ff. de iniurijs,& in l.ſi quis forte.§.i.de pęnis,ver.quæro quid ſi aliquis.vide infra iniuria, & ſupra impediens.

Solùm per iudicem eccleſiaſticum fertur ſentētia declaratoria ſuper hæreſi,vt infra ſententia.

Nota formam, quam iudex eccleſiaſticus, ſiue inquiſitor debent tenere,quando aliquem hæreticum declarant remittendo[d] eum curiæ ſæculari,vt eum puniat,quod non eſt intelligendum,quòd inquiſitor,vel epiſcopus tradunt hæreticum manualiter ipſi iudici ſæculari, ſed ſolummodo per ſententiam ſuam declarant eum fore hæreticum, & eſſe exutum omni priuilegio clericali,ſi ſit clericus. & ſi ſit laicus,omni honore, officio,& beneficio & bona eius eſſe confiſcata a tempore commiſſi delicti.& ſic declaratum remittunt, ſeu relaxant eum iudici ſæculari illius ciuitatis.ſed inquiſitor poſtquam eum declarauit, & relaxauit, debet rogare iudicem ſęcularem,cui remittit hæreticum,vt ſe habeat miſericorditer cum illo, qui ſibi traditur.

Et his expeditis poſtquam inquiſitor relaxauit hęreticum, amplius nō ſe debet intromittere de perſona illiꝰ declarati. ſed ſæcularis poteſtas illū punit ſecundùm canonicas ſanctiones,ſeu de iure ciuili,vt ſupra dictum eſt in litera,comburi, & infra dicetur in litera pœna.

Item nota quòd ſi hæreticus ſit iudex,eius ſententia nullam obtinet firmitatem, vt habetur in quadam conſtitutione Friderici imperatoris,quæ incipit,Gazaros, Patarenos &c.

Iudex nō debet excedere fines ſui mandati, quia non licet,vt extra de reſcriptis,cum dilecti. vide ſupra excedere.

Iudex ex officio ſuo poteſt requirere defenſiones pro accuſato. Bar.in l. ſi non defendantur.ff. de pœnis, & in l.i.in fi.ff.de quæſtio. vide ſupra confeſſio. §.fin.ſed iudex in inquiſitione non tenet locum partis.Ab.in c. qualiter,& quando,el ij.de accu.& ſic nota ꝙ iudex maleficiorum pōt in cauſa criminali ex officio recipere teſtes tam ad defenſam,quàm ad offenſam ēt publicatis atteſtationbus,licèt accuſator nō producat,vt in reper.Barduxen.in dictione, iudex maleficiorum.vide infra teſtes §.item no.ꝙ iudex maleficiorum.

Iudex poteſt prohibere inimico alicuius nè faciat trāſitū ante domū ſui inimici.vide ſ.inimicꝰ §. iudex pōt.

Iudex ore proprio debet legere ſētentiam.vide infra ſententia.

Iudicium nō debet propter lachrimas[e] quorumcunque peruerti. xxiij. q.iiij.eſt iniuſta.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Iudex, eſt qui iure proprio, aut alieno vel ex ſua, vel mandata iuriſditione ius habet, cauſas litigantium, vel quæ ſunt voluntariæ iuriſditionis cognoſcendi, & definiendi, vel quid aliud decernendi legitimè l. 1. & 3. ff. de eo cui man. eſt iuriſdi. l. more. & l. ſolet. 16. ff. de iuriſdit. omn. iud. l. 2. ff. de off. procon. l. iudex. C. de iudi. Qui ex propria iuriſditione ius illud habet, dicitur ordinarius, qui ex mandata vel commiſſa, dicitur delegatus, vnde ſunt duo tit. in iure canonico. de off. ordina. & de off. delega. in Ciuili de ordinario ſunt titul ff. & C. de ſenato. de off pro con. præfecti preto. Vrbis. Vigilum. præſidis. prætoris. & cæteri vſque ad tit. de eo cui man. eſt iuriſ. vbi & ſequ. tit. de iuriſdi. ſcribitur vtroq; de iudice promiſcuè. Iudex a Dico, quòd indicat accepta poteſtate ideſt quibuſdam verbis dicendo finit Varro. Iudex propriè dicebatur cui mandabatur a prætore iuriſditio, & ita pro delegato ſumebatur a Romanis, vnde ſic eum finit Hotomanus de verb. iur. Iudex in priuatis cauſis dicitur ciuis aliquis priuatus, cui prætor ex reorum conſenſu de lite cognoſcendi, ſententiamque ex formulæ præſcripto pronuntiandi poteſtatem dedit. quam quidem definitionē pluribus explicat ex Cic. iuriſque digeſtorū ſcriptis. ſed & pro ordinario capitur. Ex his habes duo genera iudicum, Dicitur & Arbiter Iudex commiſſarius. l. ſtipulationum. 5. §. vlt ff. de verb. obligat. Item pro æſtimatore rerum. Cic. 3. de fini. Quia te æquiſſimum habeo eorum ſtudiorum, quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem & iudicem. Ex l. continuus §. 1. colligitur iudicem poſſe dici æſtimatorem. Iudicem ex probitate, vel improbitate morum litigantium, cum nulla ſit alia probatio nec abſoluere, nec condemnare poſſe Gell. li. 14. c. 2. de off. iudicis, exiſtimauit, ſed non liquere ſibi pronuntiauit ex facto. Cic. videtur aliter viſum lib. 2. de Orato. fo. 71. Vide Bar. in extraua. ad reprimendum, in vocem Denuntiationis, & in Conſtitu. apoſto. lib. 2. c. 23. Petrus Vendr.*

b *Sequi deberet. Auguſ. teſtatur dicens quicunque aut conſanguinitate, &c. vt in c. ſequ. legitur. P. V.*

c *Ac c. bene quidem. 96. diſtin. & c. eccleſia S. Mariæ. de Conſtitu. Guindiſal. in tracta. heretico. quæſtio. 20. num. 3. Vmber. in iudi. inquiſi. in verb. Laicus. nu. 6. Quintil. Mand.*

d *Pro ijs vide primam formulam ſententiarum propter crimen hæreſis proferendarum, apud Zanchi. de hæreti. c. 41. & Guindiſal. eod. tract. quæſtio. 15. Q. M.*

e *Exo. c. 23. pauperis quoque non miſereberis in iudicio. Leui. 19. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultū potentis. Q. M.*

Iudæus. Nota quòd Iudæi [a] cōfeſſores interpretātur: multos enim ex his ſequitur confeſſio, quos antea perfidia poſſidebat. hæc Iſidorus li. viij. c. iiij. & habetur in Catholicō in expoſitione vocabulorū ſuper parte, Iudæus. vide ſupra de hæreſibus Iudæorum.

Nota quinque cauſas quæ detinent Iudæos modernos in ſua perfidia, & obſtinatione. primò quia putant legem Moyſi fuiſſe datam gratia ſui, & non propter alium finem. ſecūdò quia putant ipſam in æternum duraturam. tertiò quia putant illam terram Canaam, & Ieruſalem cum omnibus fructibus ſuis eſſe eis promiſ-

ſam,& datam in præmium pręciſum pro obſeruantia legis. quartò [b] quia putant ꝙ meſſias in lege promiſſus debeat eos liberare ab omni captiuitate temporali,& reducere eos in illā terrā Canaā,& ideo non credūt Ieſum Chriſtum fuiſſe verū meſſiā, ſed expectant aliū, qui debeat illos liberare. quintò putant legem euangelicam eſſe imperfectam, & omnino cōtrariam legi Moyſi, & eſſe ſacrilegā, & falſam. ideo eam nolunt ſequi nec recipęre. de hoc vide ꝑ reuerendū Iacobum de Valentia epm Chriſtopolitanū in ſuis q. cōtra Iudęos, ī prin.

Quare Iudæi non conuertūtur ad fidē, multi tamen auertuntur a fide Chriſti, triplici de cā. prima eſt ꝓpter timorē penurię tēporalis. quia ſemper fuerunt cupidi, & in lege eorum frequenter promittitur abundantia temporalium, ideo ſ. modum abhorrent contrarium. alia cā eſt, quia a cunabulis nutriuntur in odio Chriſti, & legis Chriſtianę, & Chriſticolis maledicunt in Synagogis ſuis omnimo dē. illa autē ad quæ homines ſunt aſſueti a pueritia, ſunt quaſi in naturā verſa, vt ait phil. in li. de memoria, & reminiſcentia. conſuetudo eſt quaſi natura, & per cōſequens auertunt iudicium intellectus a veritate contraria. alia cā eſt pp difficultatem, & altitudinē eorum, quæ in fide catholica proponuntur credenda, ſicut trinitas perſonarū, in natura diuina: duę naturæ in vna perſona Chriſti, & ſacramētū euchariſtiæ q̄ nullo mō pñt capere, nec cōprehendere, & ideo reputāt nos tres deos adorare, colere, & credere in ipſa ſacra euchariſtia reputant nos peſſimè idololatrare, ſicut per experientiā cognouerunt illi, qui frequenter de iſtis cum eis conturlerūt, & ideo a fide catholica pro talibus auertuntur, & plures eorū iam baptizati ad vomitum reuertuntur. hæc Nicolaus de Lyra in quotlibeto ſecūdo, in ſuis quæſtionibus contra Iudæos. item inuenies libellum Petri Alfonſi, quem ipſe de Iudaiſmo ad fidem conuerſus edidit. & d. hoc vide Vincentium hiſtorialem in l. xxvj. c. cxviij.

Hoc autem poreſt dici contra Iudęos eo quòd vocantur Iudæi. Si autem tu Iudęus cognominaris, & requieſcis in lege, & glioriaris in deo, & & noſti voluntatem eius, & probas vtiliora inſtructus per legē, confidis teipſum ducem eſſe cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientiæ, & veritatis in lege. qui ergo aliū doces, teipſum non doces? qui prædicas nō furandū, furaris? qui dicis nō mæchādū, mæcharis. qui abominaris idola, ſacrilegiū facis? qui in lege gloriaris, præuaricatione legē domini inhonoras? nomen enim dei per vos blaſphematur inter gētes, &c. ad Romanos ſecundo. Item de Iudæis incredulis dicitur Iſaiæ. xxiij. præuaricātes præuaricati ſunt, & præuaricationē trāſgreſſorum præuaricati ſunt. hic quater ponitur pręuaricatio, q̄a primò præuaricati ſunt Iudęi Chriſti humanitatem blaſphemantes. Ecce hō vorax & potator vini, publicanorū, & peccatorū amator. Matth. xj. ſecūdò eius diuinitatē miracula virtute diuinitatis facta dęmonibus attribuētes. Luc. xj. in Beelzebub principe dæmoniorum eijcis dæmonia. tertiò mortem eius procurantes. quartò ipſum

in

in ſuis diſcipulis perſequentes, vt patet in actibus apoſtolorum in pluribus locis no. hæc Nic. de Lira Iſaiæ. xxiiij. Iudæos eccleſia tolerat in teſtimonium fidei Chriſtianæ. xlv. diſ. qui ſincera. Paulus de Caſ. conſi. ccclxxviij. & ſunt ab eccleſia ſuſtinẽdi, & tolerandi, quanto fieri poteſt, ſine contumelia creatoris. de teſt. Iudæi. nota Inno. de voto, ꝙ ſuper. xj. q. iij. ad mẽſam. xxiij. q. vij. ſi de rebus, Arch. xlv. diſ. qui ſincera. vbi bonus tex. glo. xxviij. q. i. Iudæorum.

An princeps poſsit Iudæis auferre filios ad baptizandũ? & dicendũ ꝙ ſi ſunt paruuli, quòd ſic poteſt, dũmodo non cauſa cogendi patres eorum ad baptiſmum, ſecundũ Archi. in d. c. qui ſincera. xlv. diſ. vide infra iſta litera in margi. in apoſtil. §. an poſsint ſine peccato.

An Iudæus per baptiſmum liberetur a patria ptãte? videtur quòd ſic. xxviij. q. i. Iudæorum.

Iudæus vſurarius non debet baptizari, niſi prius reſtituat vſuras. gloſſ. de conſe. diſ. iiij. Iudæi, in gloſſ. fi. Io. An. de baptiſ. debitum.

An Iudæi poſſint miſſas audire. gl. in ver. inter catechumenos. xxv. q. iij. de inceſ. & c. ſe. vbi gl. de conſ. diſ. iiij. Iudæi. no. xxv. diſ. perlectis, in glo. i.

Iudæi ad fidem conuerſi non debent cũ infidelibus cõuerſari. xxviij. q. i. c. ſæpe.

Quare cum Iudæis poſſumus loqui, & non comedere? glo. xxviij. q. i. omnes deinceps. adde glo. de Iudæis, quàm ſit. vide ſupra comedere.

Iudæi nõ poſſunt hẽre ſeruos Chriſtianos, nè ſub his Chriſtiana polluatur religio. liiij. diſ. mancipia.

An Chriſtianus poſsit emere Iudæum? & dicendum quòd ſic, vt eſt glo. in d. c. mancipia.

An iudæus iurans per Chriſtum teneatur ſtare illi iuramento, & an peccet Chriſtianus tale iuramentum recipiens a Iudæo? vide infra iuramentum.

Quid ſi Iudęus, vel paganus contraxerint cum conſanguineis ſecundùm ritus ſuos, an poſt conuerſionẽ poterunt in tali matrimonio remanere? vide tex. in c. de infidelibus, de cõſangui. & affi. ſanctus Th. in iiij. diſ. xxxvij. & de hoc eſt text. expreſſus in c. gaudemus, extra de diuor. vbi dicitur, quòd poſſunt ĩ tali matrimonio, remanere.

Nulla officia publica ſunt Iudæis concedenda. liiij. diſ. nulla. xvij. q. iiij. conſtituit, vbi contrafaciens cenſetur ſacrileg⁹, vt de Iudæis c. pe. & C. de Iudæis. l. fi. adde. no. ff. de decurio. l. generaliter. §. fi. & ibi Bar. & l. omnes qui. C. e. & habetur etiam prima parte, tit. xvij. l. xj. quę incipit. nõbre. vide infra ſacrilegium.

An Iudæis dicatur hæreticus, vide ſupra hæreticus, & ſupra infidelis.

An Iudæi ſint cogendi redire ad fidem catholicã, vide ſupra cogendi.

An & ex qua cauſa inquiſitor procedat contra Iudæos, & ſæpè dubitatum eſt. & quidam dixerunt indiſtinctè, quòd inquiſitores ſe non intromitterẽt de Iudæis, quia nihil ad eos qui foris ſunt, vt. xlv. diſ. qui ſincera, & c. de Iudęis. xj. quæſt. iij. inter verba. ij. q. i. multi. extra de diuor. gaudemus. ſed aliter eſt dicendum circa hoc, eo tamen præſuppoſito pro conſtanti, quòd Iudæi inuiti non ſunt cogendi de iure ad fidem catholicam redire, nec ad ſuſcipiendum baptiſmum,

ptiſmum,vt ſupra dictum eſt: nec ẽt ſunt reuocandi a ſuis conſuetudinibus,vt extra de Iudęis,ſicut,& c.con ſuluit,niſi blandicijs, & rectis conſilijs,vt d.c.qui ſincera.xlv.diſti. ad ꝙ. xviij.q.v.ad fin.& de hoc redditur ratio in canone, quia homo ex libero arbitrio debet cõuerti, vt patet in d. c.de Iudæis.hoc tamen retento dicendum eſt, quòd aut Iudæus [d] deliquit contra fidem in contemptum noſtrę fidei, vel impedimẽtum officij inquiſitionis: aut deliquit contra legem Moyſi:aut deliquit penitus extra iſta. primo caſu quando[e] delinquunt contra fidem noſtram, vel cõtemnendo, vel vilipendendo eam, vel committẽdo aliquid in contumeliam creatoris,ſeu ſaluatoris, & in contemptum ipſius,putà vituperãdo eccleſias, vel altaria,vel etiam ſacra ornamenta eccleſiæ,vel ſimilia.item etiam cum impedit inquiſitorem circa explicationem ſui officij, certè inquiſitor poterit procedere contra tales Iudæos, & eos punire, quia ipſi inquiſitori eſt commiſſa defenſio fidei Chriſtianæ, vt in cap. accuſatus. §. ſanè, & in c. vt officium §.denique,de hære. li.vj. & nimirum ſi inquiſitor his omnib⁹ habet iuriſditionem in tales, quia ratione ſui delicti effecti ſunt de foro eccleſiæ, & iuriſditione ipſius, vt extra de iudi.cap. nouit. facit extra de Iudæis.c.& ſi Iudæos. & de hoc not.eo. ti.Iudæi,in gloſſ.ſed quid ad nos?præterea ſi diceremus ꝙ inquiſitor non poſſet eo punire, iam ſequeretur ꝙ Iudæi eſſent melioris conditionis, quàm Chriſtiani, & iam ex ſua nequitia,priuilegium exemptionis obtinerent,quòd eſſe non debet,ar.ff. de pœnis.l. ſi a patre. §. ſi prædo. quòd vi aut clam.l.iij.§.ſi ſeruus,& ff.de neg. geſ.l.ſi hæreditaria,in fi. ad quod extra.de tranſ.epiſcopi.c. inter corporalia.§.ſed nec.cum ſi. Item inquiſitor poteſt procedere contra Iudæum qui Chriſtianum negantem fidem, & condeſcendentem ad ſectam Iudæorum recipit,& occultat. ſimiliter contra facientem aliquid in vituperiũ domini noſtri Ieſu Chriſti.de quo habetur per Oldra. in conſi. numero xxxvj. ſed non poteſt procedere inquiſitor contra Iudæum tranſeuntẽ ad ſectam Saracenorum, vt per eundem Oldra.in conſi.ij.

De iure autem diuino,& cano. Iudæi cenſentur ſerui Chriſtianorũ propter paſſionem Chriſti qui illos ſeruos effecit,& Chriſtianos liberos, vt in c.& ſi Iudæos. & nota quòd Conſtantinus imperator contulit libertatem eccleſijs, & Iudæos ſeruituti ſubiecit. poſtea verò Iulianus imperator [f] apoſtata dedit licẽtiam Iudæis nouas Synagogas conſtruere, vt extra de Iudæis,in glo.i.c.conſuluit.

Item inquiſitor poteſt procedere ꝯ Iudęos, ſi Chriſtianos denegantes fidem, & deſcendentes ad eorum ſectâ recipiunt, & occultant, vel perſuadent,& fugere faciunt, nè de crimine hæreſis cõtra eos inquiratur, vel verbis, vel factis defendunt,vt perſiſtant in Iudaiſmo, vel vẽdunt Chriſtianos Iudęis alijs,vel Saracenis, de quibus conſtat eis,quòd faciunt negare Chriſtianos fidem Chriſtianam. nam tũc poteſt inquiſitor contra tales procedere tanquam contra receptatores hęreticorum, & exiſtentes cauſa erroris illorum Chriſtianorum, vt plenè probat Oldra.conſi.xxxvj.quòd incipit, infraſcripti ſunt articuli inquiſitoris.

totis. & ratio eſt quia inquiſitor poteſt procedere contra omnes recepta tores, fautores, defenſores hęreticorum, ſiue ſint hęretici, ſiue non, vt patet. de hęreticis, accuſatus. §. ſi verò, li.vj. & etiam ſi ſunt excommunicati, vt dicunt doc. eo. ti. & li. c. cõtra Chriſtianos. & ita procedi poteſt contra Iudæos, licèt hęretici non dicantur. & ibi dicunt doc. poſt Io. An. quòd Iudęi introducentes ad eorũ ritus Chriſtianos, licèt non puniantur ſicut hęretici, quia nõ fuerunt Chriſtiani; tamẽ puniendi ſunt alia pœna tanquã fautores hæreticorum, ex quo ſic trahunt baptizatos ad Iudaiſmum & ibi plura. & ſunt tales pœna arbitraria puniendi, ex quo pœna certa non eſt ſtatuta, per regulam. c. de cauſis, in fi. de offi. delega.

Sed circa prędicta quomodo puniet eos inquiſitor, cum non poſſit pœnas pœnitentiales, ſeu ſpirituales imponere, prout imponuntur Chriſtianis ſ videlicet interdicendo Chriſtianis, nè aliquid communicent cũ ipſis Iudęis, vt extra de Iudæis, ita quorundam, in fi. & d. c. ſi Iudæos, & c. ad hæc. nam hęc eſt pœna grauiſſima conuerſari inter homines, & hominum carere ſuffragijs, vt C. de apoſta. l. ij.

Item & pœnam pecuniariam imponendo, vt extra de Iudęis. cap. poſtulaſti.

Itẽ & aliam pœnam corporalem, videlicet eos carcerãdo, vel verberando, vt extra de rapto. in arch. concor. lxvij. quęſtio. iij. conſtituit. & nota. de hoc. xlv. diſ. qui ſincera, in glo. ſed nonne, in fi.

Etiam ſunt publicis flagellis deputandi, vt patet. xxviij. q. i. ſępè. ſed aliter coram ſæculari puniuntur, vt. C. de Iudæis. l. fi. & l. Iudęis. & hoc caſu inquiſitor non poteſt Iudęos punire ſine epiſcopo, nec ſententiare, vel ecõtra per Cle. i. de hære. Et ſcias quòd in prędictis caſibus Iudæi per ſęculares ptãtes ſunt grauioribus pęnis puniẽdi, vt C. de Iudęis & l. Iudęos, & l. Iudæi, & l. fi. extra. eod. c. in illis. in fi.

In ſecundo caſu, ſcilicet quando Iudęus delinquit circa fidem eorum, puta quia fœnerantur, vel contemnunt ſeruare mandata legis Moſaicę, de talibus dicendum, quòd eccleſia non ſe intromittit niſi id quod faciunt contra ſuam legem redũdet in damnum, & præiudicium Chriſtianorũ, ſicut eſt extorquere vſuras a Chriſtianis, quia tunc licèt inquiſitor nõ ſe poſſit intromittere de hoc, cum eius iuriſditio ſit limitata in his, quæ pertinent ad defenſionem fidei, vt ſupra dictum eſt: tamen epiſcopus diœceſanus, qui eſt iudex ordinarius, poterit ipſos Iudæos punire, & a talib9 ipſos coercere vt extra de vſuris, poſt miſerabilem, & ibi glo. quia Iudęi vſurarij poſſunt per eccleſiam puniri corporaliter, & hoc ratione delicti, ꝙ eſt mixti fori ſed hoc facit contra pcedentẽ gloſ. d. c. per miſerabilem. nam ſi poſſunt corporaliter puniri per eccleſiam, quare mandat papa, eos cõpelli per ſæcularem poteſtatem? & poteſt reſponderi quòd eccleſia hoc facit, vbi habet iuriſditionem temporalem, licèt vbi habet ſpiritualẽ, poſſit idem facere in peccantibus ad forum ſuum inuocato auxilio brachij ſæcularis. item hoc nõ negatur, quin eccleſiaſticus poſſit nam hoc crimen eſt mixti fori. & in fi. gloſ. nota bene glo. quòd Iudęus ratione delicti ſortitur

titur forum eccleſiaſticum, quando delinquit contra legem diuinam, vt contra iuramentum, vel quid ſimile.

Item quádo Iudei, vel infideles peccant contra naturã. nam ſicut deus tales punit, Gen. vij. ita & eius vicari⁹ poteſt eos punire, vt nota Inno. in c. ꝙ ſuper his, de voto. hæc Ab. in eo. c. poſt miſerabilem.

Et ad id quod dicitur, quòd nihil ad nos de his, quę foris ſunt, dicendum, quòd verum eſt, vt pœnitentialiter puniantur, vel vt eccleſia intentet de his quæ faciunt, ſecundùm regulas ſuperſtitioſę religionis ipſorũ, vel vt ipſi compellantur pręciſè ad fidem catholicam venire, non ſunt cogendi, vt ſupra dictum eſt, niſi iã fuiſſent baptizati, & Chriſtianæ fidei alligati, vt extra de hæret. c. contra Chriſtianos, de hęreti. li. vj. quia tunc compellendi ſunt ſeruare fidem catholicam, quam per baptiſmum cęperũt, vt ſupra dictum eſt, baptiſmus. Aut Iudęi peccant in his, quæ faciunt in cõtemptum fidei Chriſtianæ, vel perniciem Chriſtianorum, & tunc bene ſe intromittit eccleſia, vt ſupra dictũ eſt, & ita ſoluitur iſtud contrarium, prout nota Gof. in ti. de Iudęis. §. itẽ permitti.

In tertio verò caſu, vbi delinquũt extra ꝑmiſſa, inquiſitor nõ intromittit ſe, cum talia non ſint ſuę iuriſditionis, vt dicto. c. accuſatus. §. ſanè, & §. ſe. & xxv. q. v. an puto. vbi expreſſè dicitur quòd iudex non debet attentare aliqua non commiſſa, quia ſic excederet fines ſui mandati, quod non licet, vt extra de reſcript. cum dilecti.

Sed nota quòd quandoque Iudęi puniuntur pœna ſanguinis, & mortis, vt ſi impugnarent fidem Chriſti. C. de Iudęis. l. i. vbi dicitur, Cernat Iudæus bona ſua proſcripta: mox pœnę ſanguinis deſtinandus, qui fidem alterius expugnauerit peruerſa doctrina. Item ſi impedierit volentem conuerti. C. eo. l. Iudæis, vbi dicitur, Iudæis, & maioribus eorũ, & patriarchis volumus intimari, quòd ſi quis poſt hanc. l. aliquem qui eorum feralem effugerit ſectam, & ad dei cultũ reſpexerit, ſaxis, vel alio furoris genere, quod nunc fieri cognouimus, auſus fuerit attentare, mox flammis dedendus eſt, & cum omnibus participibus concremandus.

Nota quòd Iudęi inuocando crucem, vel ea vtendo videntur facere in contemptum Chriſtianę religionis, vt C. de Iudęis l. Iudęos. & Iudęus nõ poteſt portare crucem, nec inuocare nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, nè ſit ſuſpitio quòd faciat in contemptum, Bar. in conſti. fforum, in prin.

An inquiſitor poſſit procedere cõtra Iudęos, qui in paraſceue crucifigunt[h] agnum, vel ſi crucẽ conſpuũt, & pedibus cõculcant in vituperium fidei? & reſpondetur quòd non, quia licèt ex hoc fiat iniuria fidei Chriſtianæ, tamen per hoc error contra fidẽ non inducitur, vnde non ſpectat ad eius officium, quod eſt limitatum, quãuis propter hoc per ordinarios ſœculares, & eccleſiaſticos ſaltem indirectè coerceri poſſunt, ſecundùm eundem Oldrad. in conſilio. xxxvj. idem Petrus de Ancha. in conſ. ſuo. vi de ſupra hæreticus. §. an frangens.

Sed an Iudæi cogantur deferre talem habitum continuè, per quem manifeſtè diſtinguãtur a fidelibus, vide ſupra habitus. ij.

Iudęi

Iudæi cogendi ſunt recipere teſtes Chriſtianos contra ſe,& ipſi non poſſunt ferre teſtimonium,contra Chriſtianos,vt extra de teſti.iudæi: ibi dicitur primum: ſecundùm notatur in gloſſ.

Sed an iudęus tranſiens,ad ſectam Saracenorum ſit puniendus?& Oldr. conſilio. lj. tandem poſt multa concluſit quòd non & inter cętera motiua ſua eſt illud, quòd deterior eſt infidelitas iudæos,quàm Saracenorum, aut gentilium pro quo eſt etiam tex. apertus.i.q.i.nonne.cum ergo de peiori tranſeat ad minus malam, non eſt ob hęc puniendus.

Nota quòd ca.iudęi.i.q.iiij. eſt reuocatum per.ca. vergentis, extra de hęreticis.

Nunc videamus an inter catholicos aliqua permittantur, iudæis de ſuis obſeruantijs.Et dicendum ꝙ eis permittuntur iſta,quæ ſequuntur,videlicet primò vt poſſint habere Synagogas antiquas,& eas reparare: non autem nouas conſtruere, vt in l.fi.C. de Iudæis,& in ca. Iudæi in ciuitate, de Iudæis, & ca. conſuluit. Secundò permittitur Iudæis pacificè, & quietè celebrare feſtiuitates ſuas, & officia conſueta in Synagogis eorum publicis,vt.xlv.di.qui ſincera.Tertiò ꝑmittitur Iudæis comitiua conuicinalis catholicorum. cauſa tamen aliquando interdicitur,vt de vſuris ca. quanto,& c.poſt miſerabilem. Quartò Iudæi obedientes legibus non ſūt moleſtandi à Chriſtianis.xxiij.q.viij. diſpar. Quintò Iudęi non ſunt per uiolentiam ad fidem compellēdi, vt xlv.di.qui ſincera, & ca.de Iudæis. Sextò Iudæi ſine iudicio æternę poteſtatis non vulnerentur,nec occidantur,nec pecunijs ſuis expolientur, vt de Iudæis,ca.ſicut iudæi. Septimò ꝙ de cœmeterijs eorum non exhumentur corpora defunctorum eorum in allato ca. ſicut. Octauò in omnibus ritibus eorum tolerantur, dummodo non fiant in opprobrium fidei catholicę,& contra formam canonum vt patet.xxiij.q.iiij.v. & vj. per totū, & xli.di.ca.i.& iiij.& lvj.diſti. Iſmael. liiij.di.ca.i.ij.& iij.xi.q.iij.ad menſā, & de Iudæis,per totum. inſuper ſi aliqua priuilegia ſunt eis conceſſa per Romanos pontifices,ſunt eis ſeruanda,vt de priuilegijs porrò, & c.accepimus.

Sed an poſſint ſine peccato expelli de regno, vel ciuitate Iudęi per regem,vel ſuperiorem? Oldra. tenet ꝙ ſic in conſ.lxxxvij.vbi etiam dicit eis poſſe bona auferri.& quod papa poteſt hoc pręcipere, ſed non debet, ſi ſcandalum non faciant,cum bene viuant.& per Oldra conſi. vltim. & cclxiiij.Et ſi Iudæos,quos ꝓpria culpa ſubmiſit perpetuę ſeruituti,pietas Chriſtiana receptauit,& ſuſtinuit vſque modo iſtis temporibus cohabitationem illorum, nunc verò iſti Chriſtianiſſimi reges Caſtellæ, & Aragonum,Sicilię,& Granatę viſa ingratitudine eorum,ſcilicet Iudæorum, eo quòd redderent Chriſtianis pro gratia contumeliam, ab eis fœnerando, & in contemptum noſtræ religionis Chriſtianæ impugnando fidem Chriſti multos de Chriſtianitate deſcendentes de genere ſuo ad ſuam infidelitatem ſubuerterunt,imponēdo eos in obſeruatione legis Moyſi, & eos inſtruendo circa eorum ritus, & cæremonias(qua de cauſa ex eorum familiaritate magna multitudo hæreticorum,

titur forum eccleſiaſticum, quando delinquit contra legem diuinam, vt contra iuramentum, vel quid ſimile.

Item quãdo Iudei, vel infideles pec cant contra naturã. nam ſicut deus tales punit, Gen. vij. ita & eius vicari⁹ poteſt eos punire, vt nota Inno. in c. ꝙ ſuper his, de voto. hæc Ab. in eo. c. poſt miſerabilem.

Et ad id quod dicitur, quòd nihil ad nos de his, quę foris ſunt, dicendum, quòd verum eſt, vt pœnitentia liter puniantur, vel vt eccleſia intentet de his quæ faciunt, ſecundùm regulas ſuperſtitioſę religionis ipſorũ, vel vt ipſi compellantur pręciſè ad fidem catholicam venire, non ſunt cogendi, vt ſupra dictum eſt, niſi iã fuiſſent baptizati, & Chriſtianæ fidei alligati, vt extra de hæret. c. contra Chriſtianos, de hęreti. li. vj. quia tunc compellendi ſunt ſeruare fidem catholicam, quam per baptiſmum cęperũt, vt ſupra dictum eſt, baptiſmus. Aut Iudęi peccant in his, quæ faciunt in cõtemptum fidei Chriſtianæ, vel perniciem Chriſtianorum, & tunc bene ſe intromittit eccleſia, vt ſupra dictũ eſt, & ita ſoluitur iſtud contrarium, prout nota Gof. in ti. de Iudęis. §. itẽ permitti.

In tertio verò caſu, vbi delinquũt extra ꝑmiſſa, inquiſitor nõ intromittit ſe, cum talia non ſint ſuę iuriſditionis, vt dicto. c. accuſatus. §. ſanè, & §. ſe. & xxv. q. v. an puto. vbi expreſsè dicitur quòd iudex non debet attentare aliqua non commiſſa, quia ſic excederet fines ſui mandati, quod non licet, vt extra de reſcript. cum dilecti.

Sed nota quòd quandoque Iudęi puniuntur pœna ſanguinis, & mortis, vt ſi impugnarent fidem Chriſti. C. de Iudęis. l. i. vbi dicitur, Cernat Iudæus bona ſua proſcripta: mox pœnę ſanguinis deſtinandus, qui fidem alterius expugnauerit peruerſa doctrina. Item ſi impedierit volentem conuerti. C. eo. l. Iudæis, vbi dicitur, Iudæis, & maioribus eorũ, & patriarchis volumus intimari, quòd ſi quis poſt hanc. l. aliquem qui eorum feralem effugerit ſectam, & ad dei cultũ reſpexerit, ſaxis, vel alio furoris genere, quod nunc fieri cognouimus, auſus fuerit attentare, mox flammis dedendus eſt, & cum omnibus participibus concremandus.

Nota quòd Iudęi inuocando crucem, vel ea vtendo videntur facere in contemptum Chriſtianę religionis, vt C. de Iudęis l. Iudęos. & Iudęus nõ poteſt portare crucem, nec inuocare nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, nẽ ſit ſuſpitio quòd faciat in contemptum, Bar. in conſti. ffórum, in prin.

An inquiſitor poſſit procedere cõtra Iudęos, qui in paraſceue crucifigunt[h] agnum, vel ſi crucẽ conſpuũt, & pedibus cõculcant in vituperium fidei? & reſpondetur quòd non, quia licèt ex hoc fiat iniuria fidei Chriſtianæ, tamen per hoc error contra fidẽ non inducitur, vnde non ſpectat ad eius officium, quod eſt limitatum, quãuis propter hoc per ordinarios ſœculares, & eccleſiaſticos ſaltem indirectè coerceri poſſunt, ſecundùm eundem Oldrad. in conſilio. xxxvj. idem Petrus de Ancha. in conſ. ſuo. vi de ſupra hæreticus. §. an frangens.

Sed an Iudæi cogantur deferre talem habitum continuè, per quem maniſeſtè diſtinguãtur a fidelibus, vide ſupra habitus. ij.

Iudęi

Iudæi cogendi ſunt recipere teſtes Chriſtianos contra ſe,& ipſi non poſſunt ferre teſtimonium,contra Chriſtianos,vt extra de teſti.iudæi: ibi dicitur primum: ſecundùm notatur in gloſſ.

Sed an iudęus tranſiens,ad ſectam Saracenorum ſit puniendus?& Oldr. conſilio. lj. tandem poſt multa concluſit quòd non & inter cętera motiua ſua eſt illud, quòd deterior eſt infidelitas iudæos,quàm Saracenorum, aut gentilium pro quo eſt etiam tex. apertus.i.q.i.nonne.cum ergo de peiori tranſeat ad minus malam, non eſt ob hęc puniendus.

Nota quòd ca.iudęi.i.q.iiij. eſt reuocatum per.ca. vergentis, extra de hęreticis.

Nunc videamus an inter catholicos aliqua permittantur, iudæis de ſuis obſeruantijs.Et dicendum ꝙ eis permittuntur iſta,quæ ſequuntur,videlicet primò vt poſſint habere Synagogas antiquas,& eas reparare: non autem nouas conſtruere, vt in l.ſi.C. de Iudæis,& in ca. Iudæi in ciuitate, de Iudæis, & ca. conſuluit. Secundò permittitur Iudæis pacificè, & quietè celebrare feſtiuitates ſuas, & officia conſueta in Synagogis eorum publicis,vt.xlv.di.qui ſincera.Tertiò ꝑmittitur Iudæis comitiua conuicinalis catholicorum. cauſa tamen aliquando interdicitur,vt de vſuris ca. quanto,& c.poſt miſerabilem. Quartò Iudæi obedientes legibus non sũt moleſtandi à Chriſtianis.xxiij.q.viij. diſpar. Quintò Iudęi non ſunt per uiolentiam ad fidem compellẽdi, vt xlv.di.qui ſincera, & ca.de Iudæis. [i] Sextò Iudæi ſine iudicio æternę poteſtatis non vulnerentur,nec occidantur,nec pecunijs ſuis expolientur, vt de Iudæis,ca.ſicut iudæi. Septimò ꝙ de cœmeterijs eorum non exhumentur corpora defunctorum eorum in allato ca. ſicut. Octauò in omnibus ritibus eorum tolerantur, dummodo non fiant in opprobrium fidei catholicę,& contra formam canonum vt patet.xxiij.q.iiij.v. & vj. per totũ, & xli.di.ca.i.& iiij.& lvj.diſti. Iſmael. liiij.di.ca.i.ij.& iij.xi.q.iij.ad mensã, & de Iudæis,per totum. inſuper ſi aliqua priuilegia ſunt eis conceſſa per Romanos pontifices,ſunt eis ſeruanda,vt de priuilegijs porrò,& c.accepimus.

Sed an poſſint ſine peccato expelli de regno, vel ciuitate Iudęi per regem,vel ſuperiorem? Oldra. tenet ꝙ ſic in conſ.lxxxvij.vbi etiam dicit eis poſſe bona auferri.& quod papa poteſt hoc pręcipere, ſed non debet, ſi ſcandalum non faciant,cum bene viuant.& per Oldra conſi. vltim. & cclxiiij.[k] Et ſi Iudæos,quos ꝓpria culpa ſubmiſit perpetuę ſeruituti,pietas Chriſtiana receptauit,& ſuſtinuit vſque modo iſtis temporibus cohabitationem illorum, nunc verò iſti Chriſtianiſſimi reges Caſtellæ, & Aragonum,Sicilię,& Granatę viſa ingratitudine eorum,ſcilicet Iudæorum, eo quòd redderent Chriſtianis pro gratia contumeliam, ab eis fœnerando, & in contemptum noſtræ religionis Chriſtianæ impugnando fidem Chriſti multos de Chriſtianitate deſcendentes de genere ſuo ad ſuam infidelitatem ſubuerterunt,imponẽdo eos in obſeruatione legis Moyſi, & eos inſtruendo circa eorum ritus, & cœremonias(qua de cauſa ex eorum familiaritate magna multitudo hæreticorum,

corum, & apoſtotarum inuenta eſt in iſtis regnis, & ſuſcitata, vt experiẽtia docet) & cum ipſi Iudæi illam retributionem impendant quam iuxta vulgare prouerbium, mus in pera: ignis in ſinu: ſerpens in gremio malè ſuos remunerant hoſpites, vt in §. mus. xiij. q. i. §. ij. & extra de Iudæis, ca. & ſi Iudæos. ideo ad euitandum ſcandalũ iuſtè dicti ſereniſsimi reges eos faciunt expelli de regnis, & domi nijs ſuis volendo magis vti cum eis de miſericordia, quàm de rigore, cũ omnia bona poſsẽt eis auferri, & pœna capitali punire, vt C. de Iudæis. l. i. & in l. Iudæis, & iuſtè, ſicut ipſi hæretici, poterant igne concremari, vt in dicta. l. Iudæis, & etiam autoritate principis poterant filij eorum paruuli baptizari inuitis parentibus,[l] vt p Archi. in c. qui ſincera xlv. di. vide ſupra infidelis. Et qui emendari deſpiciebant, & noluerunt emendari, ſed perſiſtere ſuis moribus deprauatis, permanendo tãtis temporibus in ſocietate fidelium: non ſolùm licitè potuerunt expelli a regnis fidelium, ſed exemplo ſuæ perditionis omnes de præcepto regum debuerant occidi cum bona conſcientia, vt nota in ca. ecce. xxiiij. q. iij. de hoc vide infra miſericordia, in additio. & qui emendari.

Vnde coertio Iudæorum tranſgredientium hos canones non ſpectat ad inquiſitores, nam ritus Iudęorum non propriè ſapit hæreſim, ſed notat infidelitatem reſpectu diſpoſitionis legis gratiæ, & hęreticus ſtricto ſumpto vocabulo differt ab infideli, & ſchiſmatico, vt dictum eſt ſupra hęreſis, quia quilibet infidelis, Iudæus, vel paganus largè dici poſſunt hæretici, vt nota xxiiij. q. iij. §. quia verò, & ca. inter chiſma. ſi ergo Iudęus ſeruat ritus ſuorum antiquorum, nõ eſt propriè hęretic⁹ imò permittitur eis ſeruare ſecundùm formam canonum, vt prædicitur ſin autem obſeruat cõtra formam canonum, non eſt ſtrictè hęreticus, ſed eſt canonum violator, & ſic ad epiſcopum ordinarium ſpectat eorum coercio principaliter quia eſt cuſtos canonũ. xxv. q. i. nulli fas, & ca. violatores. ix. q. iii. in princ. vt patet de Iudæis ca. & ſi Iudæos, & c. poſtulaſti. Et poteſt epiſcopus eos punire per indirectum prohibendo Chriſtianis, nè habeât commercium cum eis, vel etiam pœna pecuniaria, vt in allegato c. & ſi Iudæos, & c. non nullis.

Itẽ poteſt epiſcopus ordinari⁹ punire infideles delinquẽtes in ſua diœceſi pœna pecuniaria, vel corporali citra ſanguinis effuſionem, vt eſt caſus de rapto. in archiepiſcopatu. cum ſit cuſtos canonum, & ita in effectu cõſuluit do. Io. de Lignano, & ſubſcripſerunt Lauren. de Pinu, Ægidius de præsbiteris, Gaſpar de Calderinis, & Io. de Fantucijs. & incipit conſilium in Chriſti nomine, & beatæ virginis, & vtriuſque Ioannis, quia ſępe reuocatur in dubiũ &c. Et hoc quòd hic dicitur, quòd Iudæus, vel paganus non ſtrictè, ſed largè dicitur hæreticus eſt verum, niſi recepiſſet baptiſmum, & poſtea præuaricaſſet, vt patet in c. contra Chriſtianos, de hæreticis, li. vi. nam tales tunc ſtricto modo dicuntur hæretici, vt ibi, & C. nè ſanctum baptiſma, per totum, & C. de apoſta. l. i. & per totum. & adde quòd prædicitur per in conſilio. xxxvi. & per Calderin. ſub titulo de Iudæis,

dęis, conſt. ij. & iij. vt dictum eſt ſupra herer.

Iudęi debẽt tenere oſtia clauſa die bꝰ paſsionis domini noſtri Ieſu Chriſti, ca. in nonnullis, extra de Iudeis. vbi ſic dicit ad literã. In diebus autẽ lamentationis vel dominicę paſsionis in publicum minimè prodeant, eo quod nonnulli ex ipſis talibus diebꝰ, ſicut accepimus ornatius nõ erubeſcũt incedere, ac Chriſtianis qui ſacratisſimę paſsionis memoriam exhibentes, lamentationis ſigna prætendũt, illudere non formidãt. illud aũt diſtrictisſimè inhibemus, nè in contumeliã creatoris proſilire prę̨ſumant. Et qm̃ ipſius diſsimulare non debemus opprobriũ, q̃ opprobria noſtra deleuit, præcipimus præſumptores huiuſmodi ꝑ principes ſœculares cõdignę animaduerſionis adiectione cõpeſci, nec crucifixum pro nobis aliquatenus blaſphemare præſumant.

ADDITIONES.

a *Iuda enim ideſt cõfeſſio interpretatur Ieroni. ad Paulam, ſuper obitu Bleſillæ. a Iuda Iudæi.* P. V.

b *A Pſeudomoiſe deceptos olim Iudæos miſeros in inſula Creta fuiſſe tradit hiſt. eccleſia. li. 14. c. 40. Nicepho. modum ibi lege.* P. V.

c *In Calderi. tract. de hęre. q. 1. c. 36. legitur hoc caput, & caput, ſed circa, & ſeq.* Petrus Vend.

d *Iudæus an & quando puniendus ab eccleſia. Inno in c. quod ſuper. de vo. Vmb. in Iudi. inquiſi. in verb. inuocare. nu. 3. & ſeq verſ. Nam Inno.* Q. M.

e *Scribit ex Iuſtino martyre Nicepho. de hiſto. eccleſia. li. 4. c. 6. multa Iudæos cõtra Chriſti doctrinam inſidioſè molitos eſſe, q̃a viros eximios delectos Ieroſoylimis in oẽs orbis partes miſerũt qui Chriſtianam ſectam, vt atheam & Deos abolentem, impietatiſque manifeſtè confertam eſſe dicerent. Multa prophetarum dicta eos manifeſtè de Chriſto vaticinantia ſuſtuliſſe redarguit, quæ committere perſeuerarunt, vt autor conqueritur infra §. nũc videamus. ſcribit etiam Euſebius, ex Egeſippo. libro. 4. hiſt eccleſ. ex ſectis Iudæorum originem hæreſum profluxiſſe. Ad hæc idem Nicepho. lib. 14. c. 14. narrat eos Alexandria pulſos a Cirillo, vt liberaret hæreſibus ciuitatem. prę̨terea ſubiungit. Iudæorum natio ſemper infeſta Chriſtianis eſt, pietatemq́ue ſe prę̨ſtare Deo perſuaſum habet ſi quamplurimorũ nobis malorum cauſa ſit. De eorũ in Chriſtianos crudelitate ſcribit etiam lib. 17. cap. 24.* P. V.

f *De Iuliani Imperatoris apoſtaſia, a fide Chriſtiana, & quanta, & qualia molitus fuerit licèt incaſſum, in Chriſtianiſmi deletionem, pluribus explicandum eſſet lege Niceph. de hiſto. eccleſia. lib. x. multis in capitibus, maximè. 3. 4. 5. & a 19. vſque ad 33. In exaltatione ſanctiſſimæ crucis id adnectam Iulianum in ipſa idolomania ſpectris diabolicis conteritum, ſignaculo crucis ea fugiſſe 16. c. 3.* P. V.

g *Addas omiſſa ex Calderini præcitato c. 36. hæc ſcilicet. Dic quòd poterit eis alias pœnas ĩponere. videlicet &c.* P. V.

h *Imo, quod peius eſt memoriæ proditũ legi apud Niceph. eccleſ. hiſt. li. 14. c. 16. ab his impijs in Ieſu Chriſti contumeliam Chriſtianum puerum comprehenſum, flagris antea ad mortem vſque conciſum in cruce ſuſpenſum eſſe, Theodoſii imperatoris anno. 6. alia ſimilia crudelia in Chriſtianos, & in fidei Chriſtianæ cõtemptum ab his eſſe perpetrata commemorant hiſtoriæ.* Petrus Vendramenus.

Et

vel epiſcopo fuerint requiſiti, vt in c. vt officium, de hæreticis li. vj. & qui iurare recuſauerit, habetur vt iſamis & hęreticorum fautor, & de fide ſuſpectꝰ, nec amplius debet haberi pro domino, nec ad aliquod officium publicum vlterius aſſumi. & ea quæ interim reſpectu ſui officij fecerint, nullā habēt firmitatē, vt in dicto c. vt officiū, & de hoc vide ſupra epiſcopus, vbi dicitur, ꝙ qui reſpuunt iurare in fidei fauorem, & in cauſa hæreſis, ex hoc tanquam hæretici reputantur.

Nota quòd ſi poteſtas obſeruare iurauit ſtatuta ciuitatis, ſi illa ſunt talia per quæ poſſit impedire officium inquiſitionis, quòd tale iuramētum non ligat, de quo vide infra ſtatutū.

Item ſi poteſtas iurauit obſeruare ſtatuta ciuitatis, poteſt populus ei remittere iuramētum antequam poteſtas incidat in periurium, vt l. fi. ff. ad municipales, & nota in c. in his. xi. di. ſed ſi iam incidit in periurium, nil valeret remiſſio, quo minus poteſtas eſſet infamis, ar. ff. de verbo. obli. l. cū ſtipulatus ſum mihi a Proculo. & ſi omnes de concilio iurauerint ſeruare ſtatutum, poſſunt pro bono publico ipſum reuocare ſine metu periurij, quia iuramentum intelligitur, dō nec ſtatutum fuerit ſed ſtatutum modò non viget, quia eſt reuocatum. ſi tamen iuraſſent non reuocare, tunc bene eſſent periuri. & hoc verum, niſi habita eſſet conſideratio ſtatuti, tanquā a cauſa finali, quia tunc defectus cauſæ finalis excuſat a periurio, vt. C. de non nume. pecu. l. fi. & ar. de lega. iij. l. cum quis decedens, in prin.

Nota quòd nullus ſe poteſt excuſare dicere veritatem requiſitus ab inquiſitore, licèt dicat, quòd fecit iuramentum, vel votum de non dicendo, & poteſt cogi per inquiſitorem dicere veritatem in fauorem fidei. vt in c. excommunicamus. §. adijcimus, de hæreticis, libro vj. quia licèt veritas quandoque poſſit celari hoſti, vel perſecutori alterius, nunquam tamē eſt celanda inueſtigando veritatem, vt. xxii. q. ij. ne quis. nec foret ſeruādum iuramentum, vel votum tale. xxij. q. iiij. in male, & extra de teſti. cogend. ca. peruenit.

Si aliquis captus fuit ad pœnam, vel periculū mortis, & relaxatur ſuo iuramento de redeūdo ad carcerem, an teneatur redire, vide ſupra captura, & ſupra carcer.

An iuramento ſit ſtandum ſuper matrimonio occulto, quando vnus illorum negat, an viro, vel mulieri, vide. xxx. q. v. ſi quis.

An iuramentum iudiciale poſſit recuſari, & quando? & dicendum ꝙ iuramentum iudiciale poteſt recuſari. ſ. quando pars plenè probauit. & idem eſt, ſi actor nil probauit, & iuramentum defertur reo. poteſt enim illud licitè recuſare, vt nota in c. fin. de iureiur. quia ſicut actore plenè probante debet reus condemnari, ita eo prorſus deficiente debet reus abſolui, dicto. c. fin. & l. qui accuſare. C. de edendo. ſed actore ſemiplenè probante, ſeu pręſumptionem habente, locꝰ eſt delationi iuramenti, vt in dicto c. fi. pręallegato. & ſic intelligitur, & diſtinguitur text. cap. ſicut, de probationibus, ſecundùm Abbatem in dicto. cap.

Iuramentū defertur in ſupplementū probationis habenti vnū teſtē pro ſe, ſi cauſa non eſt grauis, & perſona eſt legalis. hoc tenet gloſſ. in capitu.

per venerabilem, de electi. quam op. probat ibi. Abb. in c. ex inſinuatione, de procura.

Iuramento alicuius ſtatur, cũ quæritur de conſcientia [d] alicuius, Abb. per illum tex. in ca. ſi verò, de ſenten. excommuni. de teſ. in c. præſentium, & ibi glo. & in c. paſtoralis, de exceptionibus, & in c. cũ in tua, qui matri. accuſa. poſſunt, & in c. propoſuiſti. lxxxij. di. & in l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. gl. in c. ſignificaſti, el. i. de homicidio, & ibi Abb. tu limita. c. hoc, niſi certa pſumptio extrinſeca coniecturet animũ, quia tũc non ſtatur iuramento in præiudiciũ alterius. iſtud probatur per tex. iuxta doctrinam Abbatis in c. vidua, de regula. vid. do. Ant. de Butri. & Io. de Imo. in c. i. de præſumptionibus. vbi dicunt ꝙ in depẽdẽtibus ab animo non ſtatur verbo alicuius, quando ex facto habetur certa præſumptio a iure de animo ego limitarem hic, niſi eſſet perſona honeſta, quæ ſecum haberet aliquam præſumptionem in cõtrarium, quia tunc daretur ei iuramẽtum ad elidẽdam illam præſumptionem, quam ius elicit ex facto de aĩo iſta eſt gl. in d. c. vidua. & tex. in dicto c. ſi verò procedit, quando ſubeſt pręſumptio animi declaratiua, & ad primum dictum vide gl. & ibi Ang. inſt. de actioni. in §. aliæ, in verbo, dicit. circa medium. & vide Abb. in c. accedens, de crimine falſ.

De forma iuramenti epiſcopi. vide de iureiuran. c. epiſcopus.

Item de forma iuram. imperatoris vide. lxiij. di. tibi non, & de iureiu. in Clem. vni.

De [e] forma iuramenti abnegantis hæreſim vide de conſe. diſ. v. ego Berengarius, & i. q. vij. quotiens, & c. ſaluberrimum.

Item de forma iuramenti, ſecundũm qđ iurant teſtes Prouinciales, vide. xxxv. q. vj. epiſcopus in Synodo.

De forma iuramenti qua quis iurat non reuerti ad vxorem, vel quando iurat retinere vxorem, vide. xxxv. q. vj. c. ab iſto die.

De forma iuramenti notarij vide nè clerici vel monachi. in c. ſicut.

Purgandus præſtat iuramentum de veritate, de purga. cano. quotiens fallit vbi materia non eſſet capax, iuramenti veritatis, Innoc. de pur. can.

Compurgatores debent iurare de credulitate, vt de purga. cano. quotvel quotiens, & ca. conſtitutus, & ca. ſi. glo. ij. q. i. multi. vide glo. ij. q. vi au ditum, & ca. omnibus, de purga. vide infra purgatio.

Cuſtos carceris antequã exequatur officium, tenetur iurare coràm inquiſitore, vel epõ tactis ſanctis euangelijs, quòd in cuſtodia omnem diligentiam, quam poterit, adhibebit, & quòd alicui incarceratorum nihil loquetur vnus ſine alio audiente. & ꝙ ipſis carceratis fideliter conferet prouiſiones, quas ipſe receperit ex ordinatione communi, quæ a parẽtibus, vel alijs perſonis conferuntur eiſdem incarceratis, niſi epiſcopi, vel inquiſitoris, vel ſuorũ commiſſariorum ordinatio refragetur, vt in Clem. multorũ, de hęreticis. & vide ſupra carcer.

Teſtis poteſt iurare per ſanctũ Iacobum, vel alium ſanctum, quando recipitur ad iuramentum. Cy. in l. teſtium. C. de teſti.

An teſtis debeat iurare priuſquam deponat, vide infra teſtis §. nota ꝙ teſtis prius debet iurare.

Nota

Nota quòd non poteſt homo teſtificari, nec validè deponere ad plenã probationem ſine iuraméto, licèt ſit in quacunque dignitate conſtitutus. & idem dic de viris religioſis quantũcunque honeſtis, & validis, vt eis nõ credatur ad plenum ſine iuramento etiam in fauorem eccleſiæ, vt eſt tex. in c. nuper, de teſti. & Abb. in ca. cum olim, primo de priuilegijs. Et an credatur ſine iuramento aſſertioni viri magni, ſeu religioſi in prçiuditium aliorum, vide glo. in ca. ſicut, de ſenten. excommunica. & in c. cum olim, de dolo, & contu.

Viſo de aliquibus iuramẽtis, quæ fiunt, nunc ſubſequenter videndum eſt de iuramentis, quæ recipiuntur in officio inquiſitionis. Et primò videndum eſt de iuramento, quòd inquiſitores debent recipere ab omnibus Chriſtianis in officio inquiſitionis, & in fauorem fidei. Et eſt notandum, quòd quando aliquis actus fit in officio iquiſitionis, & fit publicè, quòd omnes circunſtantes, & præſentes illi actui debent iurare iſto modo in fauorem fidei, videlicet inquiſitor, vel notarius officij inquiſitionis de præcepto inquiſitoris ſtando dicet omnibus ibi aſtantibus, quòd eleuẽt manus dexteras, & ſic eleuatis manibus dicet notari⁹, Vos, & quilibet veſtrũ iuratis per deum, & ſanctã Mariam, & per ſancta quatuor euangelia, & iſtud ſignum crucis, quod ante oculos veſtros habetis, quòd dabitis omne auxiliũ, fauorẽ, & conſilium, quæ neceſſaria fuerint officio inquiſitionis ſicut boni & catholici Chriſtiani & ꝙ non ibitis, nec venietis directè, vel indirectè, publicè, vel occultè cõtra officiũ inquiſitionis, & miniſtros eius, nec contra aliquem ipſorũ, ſed antea impendetis oẽ illud auxilium, conſilium, & fauorem quod a vobis per eos, vel quemlibet ipſorũ poſtulatum, fuerit, & neceſſarium habuerint, & ꝙ per vos, & quemlibet veſtrũ manifeſtabuntur ipſi inquiſitori, & ſuis miniſtris omnes, & quilibet hæretici, & apoſtatæ, quos ſcieritis, vel eſſe de hæreſi ſuſpectos, & eos pſequemini, & non receptabitis eos, nec ſub protectione veſtra habebitis, nec eos defendetis, nec fauorẽ, adiutorium, vel conſilium quocunque modo eis dabitis? & tunc omnes illi, qui iuramentum præſtant, alta voce reſpõdebunt. ſic iuro. Et ſtatim notarius recipiendo confeſſionẽ dicti iuramẽti dicet, ſi ita feceritis, dominus noſter omnipotens vos adiuuet, & det vobis pro eo bonum præmium, & contrarium faciendo ipſemet deus præſtet vobis malè, & peius in iſto mũdo vr̃is corporibus, & in alio mundo vr̃is animabus ſicut malis Chriſtianis, qui peierant nomen dei in vanũ. & tunc omnes illi, qui iurant, reſpondebunt, Amen.

Nota ꝙ hæc. vj. præsbyterum faciũt iurare coactũ, ſ. vt ſit recta fides, vt obediat, vt bona fama, Nè verum pereat, nè res ſacra, vel data damna, vt xxviii. di. de Syracuſanæ. & eſt glo. in cap. quotiens cordis. i. q. vij. ſuper parte, ſacramento.

Sequitur videre de iuramento Iudeorum, & de forma eius tam in Latino, quã in vulgari. Et primò videndum, an Iudæus iurãs per Chriſtum teneatur ſtare illi iuramento? & dicendum quòd ſic, vt not. Innocent. in c. & ſic Chriſtus, de iureiuran. vt refert Barto. in procemio. ffſorum.

in princip. & quòd Chriſtianus, qui tale iuramentũ recipit a Iudęo, quòd non peccat in recipiẽdo, de hoc vide Ange. Aret. procemio. iij. col. ſuper Inſtitu. & in dicto c. ſi Chriſtus, de iure iuran. & per Bart. in j. conſti. ff. in princ. & per c. monet. xxij. q. j. ſed adde, ꝙ iuramentum Iudæi per euangelia, vel per Ieſum Chriſtum non valet Bar. in l. ait prætor. §. iurari, de iure iuran. & in l. ſpadonẽ. §. iam autem, de excuſa. tuto.

Nota ꝙ iuramentũ Iudæorũ pluribus modis præſtatur, puta per legẽ Moyſi, vel per deũ. Bar. in l. iuſiurandum. §. ait pretor, in fi. ff. de iure iuran. vel ſuper decem pręceptis legis diuinæ, vel Moyſi, per legem ſi qui. C. de Iudęis. vel ſi iurat per deum patrẽ omnipotẽtem Sabbaoth. vel per deũ qui apparuit Moyſi, in Rubbo, vel ꝑ verum Adonai patrem, vel per deum Heloym. hæc omnia probantur in dicto c. monet. xxij. q. j. vel ſic, ſi periuras tu Iudæus, ſis diſperſus inter gentes, & moriaris in terra inimicorum tuorum, & terra te abſorbeat ſicut Datham, & Abirõ. & Iudæus reſpondeat, Amen. nota. vij. q. i. denique, de elec. c. licèt. vel ſic lepra te apprehendat, ſicut Naamam Syrum. i. q. i. qui ſtudet. vel ſic, fiat habitatio tua deſerta, argumen. xxiij. di. in nomine, ad fi. vel ſic, veniãt ſuper caput tuũ omnia peccata tua, & parentum tuorũ, & omnes mȧledictiones quæ ſcriptæ ſunt in l. Moiſi, & prophetarũ, & ſemper tecum maneant. & Iudæus reſpõdeat, Amen. probatur Deut. xxviii. c. & in pſalmo, deus laudem &c. vel ſic, det deus te in maledictionem, & exemplum cuncto populo. ii. quæſtion. v. hoc autem ita ſpec. titulo de iura. calumn. §. reſtat. ver. pen. & in dicto capitulo & ſi Chriſtus, de iureiurando.

Sequitur iuramentum Iudæorum ĩ vulgari videlicet. Que iurais ami da hat, & no al vueſtro por el criador q̃ fizo el cielo, & tierra, & mar, & arenas, & puſo ſu nombre en quatro letras. yot. he. vau. he. & ſaco los fijos de iſrael de tierra de egipto, & partio la mar por doze careras, & dio la ley a moyſen enel monte ſinay. & truxo alos fijos de iſrael por el yermo, & leſ dio el manna, & los lleuo deſpues a tierra de ꝓmisſiõ, & q̃ a vn que otro iuramẽto tengais fecho en cõtrario deſte que dires verdad de todo lo que ſupierdes, & ſeres pregũtado tocãte al officio dela inquiſition aſy delos que ſon biuos ora ſean preſentes, o ra abſẽtes como delos que ſon muertos. & diga el judio ſi juro. E replique el que le toma el juramento, echando le la confuſion del dicho juramento. ſy aſy lo fizieredes el criador vos apiade, & repare, & cumpla en vos todas aquellas promeſſas que prometio por los prophetas al pueblo de iſrael. E ſy el contrario fizieredes el criador vos deſtruya como deſtruyo alos del diluuio enel tiempo de noe. & a ſodoma, & a gomorra enel tiempo de abraham. & ſeys confondido como corath, & ſus compañeros datam, & abiron enel yermo, e todas las maldiciones que eſtan enel quinto libro dela ley de moyſen. e las maldiciones del pſalmo de dauid del quinto libro de elohete, elacialteharas, e naſca en vueſtra caſa fijo de vueſtro nombre que herede nombre que nin dires de mas, nin de menos nin lo dezardes de dezir por amor,

mor, nin por paz, nin por pareneſco, nin dadiua, nin intereſſe antes todo lo declarares, e ſpecificares por manera que ſe pueda eſcreuir e entender e afirmar todo ello como aquel que dicho ha la verdad, e nocurareys de amenaza de alguna perſona, nin temor q̃ nueſtro ſeñor vos eſcapara de todo ello fablãdo la verdad, E diga encabo ſi verdad dixerdes baruche, ſino arutihe, e reſponda el judio amen.

Circa iuramentum Saracenorum no. quòd iuramentum Saracenorũm per Mahometum non valet, Bar. poſt gl. in l. ait prætor. §. iurari. ff. de iure iur. gl. xxij. q. ij. quamuis.

Nota formam iuramenti Saracenorũ in lingua ſua, & fit hoc modo. Ha ſe de boluer el moro aquiẽ ſe ha de tomar el juramẽto la cara fazia el medio dia, e el juez, o el q̃ gelo ha de recebir digale aſy. Billahy. allady. lail laha. illahua. naçibal alquibla. almedffũo. araçulu. allah. & luego pregũtele loqui q̃ere ſab del dicho moro.

Nota quòd iuramentum habet in ſe tacitam conditionem, ſi mihi ſeruaueris fidem. item ſi mihi iudex non præcipiat contra legem. itẽ niſi fuero abſolutus a iuramento. itẽ ſi præceptum iudicis, vel arbitri fuerit æquum. Item in promiſſione dotis iurata intelligitur conditio, ſi nuptiæ ſequantur. Item ſi iuretur de ſoluendo tali tempore, tali epiſcopo, intelligitur conditio, ſcilicet ſi tunc ille fuerit epiſcopus, non ſi tunc erit depoſitus. Item ſi promittit epiſcopus cum iuramento ſoluere, intelligitur ſcilicet, niſi deponatur. Item quando iuratur, promiſſio facti intelligitur, ſcilicet quòd curabit pro poſſe. Item iuramentum de ſoluẽdo certam monetã intelligitur, ſcilicet niſi vetetur, vel reprobetur [f] quæ moneta, ſi per ſuperiorem conflecur non tanquam reproba, debet eius æſtimatio ſolui. Item iuramentum de ſoluendo certo tempore intelligitur, ſcilicet niſi ante cedat bonis. Bald. in l. fin. C. de non nu. pe. & per Innocen. in c. quemadmodum, de iure iuran. Bal. in marga, ver. conditio.

Item in omni iuramento, vel voto intelliguntur huiuſmodi generales conditiones, ſi deus voluerit, ſi vixero, ſi potero, vt. xxij. q. ij. beatus Paulus, & ead. q. ne quis, &. xxvij. q. ij. §. cum ergo, & ff. qui ſatiſ. coguntur. l. vltim. & etiam hæc ſi marito placuerit. xxxiij. q. v. noluit. ar. cõtra. xxxij. q. vi. vbi hoc notatur.

Iuramẽtum intelligitur ſaluo præcepto ſuperioris, Bal. in l. fi. §. in cõputatione. ij. col. C. de iure del.

Iuramentum, cuius obſeruantia vergit in peiorem exitum, quàm ſi non ſeruetur, non obligat, nec quando vergit in diſpendium ſalutis æternæ, [g] vel in alicuius detrimentum, ca. ij. de pa. in vj. vt quando eſt malum in ſe ipſo naturaliter, vt ſi quis iurat occidere, & ſimilia, vt in ca. & ſi Chriſtus, de iure iuran. l. iuris gentium. §. & generaliter. ff. de pact. Item & quãdo iuramentum eſt ſui natura indifferens, vt de obediendo rectori, quòd poteſt intelligi ad bonum, & ad malum. Tertiò quando iuramentum excludit opus pietatis. ff. de obſequi. l. nullum, vt iuramentum de nõ aduocando ſine ſalario, quia pro perſonis pauperibus poteſt aduocare, non obſtante iuramẽto ſine ſalario. quartò ſi iuramentum, eſt contra

bonum publicum, vel ſapit monopolium.C.de monopol.l.i.de conſtitutio.ca.cum acceſſiſſent. vnde ſtatuta artificum iurata, quæ ſapiunt monopolium,non ligant artifices. Quintò ſi iuramentum excludit id, quod eſt de genere bonorum, vt ſi quis iurat non dotare, vel facere aliquod opus bonum,vt in regula, non eſt obligatorium in vj.Sextò ſi iuramentum eſt indifferens.i.non meritorium,nec demeritorium, & induceret ſaltem veniale peccatum, vt ſi iuro non loqui tecum,vel ſi iuro tenere credentiam, quod redundet ad delictum, non teneor ſeruare.& his caſibus non eſt neceſſaria abſolutio a iuramento. Imò tam clerici,quàm laici dictis caſibus excuſantur,a periurio, & perditione dignitatum,& bonorum.ita dicit nota.Bal.in l. ſi ad excludendum. C. de re.cre.& iureiuran.Item nec debet peti abſolutio a iuramento,quando hæres venit contra iuramentum defuncti.Ange.in aut.de iureiurand. a mo. præſt.§.i.col.v.& Bal.in aut. adhoc. C.de vſu.ij.col. item nec quãdo quis venit contra contractum ſimulatum iuratum.Bal.in l.nec patronus. C.de oper.liber. item nec quando iuramẽtum habet tacitam cõditionem, qua deficiente deficit conſenſus partium in iuramento. vnde non eſt neceſſaria abſolutio.Bal.in l.fi.C.de non nume.pecu.vbi plenè dicit, quando dicitur conditio ineſſe iuramento, vnde non eſt neceſſaria abſolutio.

Iurans per principem debet fuſtigari,ſi demerat.l.Marcellus.§.ſi quis iurauerit,& ibi.Bar.ff. de iureiuran.

Iurans non ludere eſt periurus, ſi ſtat præſens ludo, & videt ludi. vel ſi mutuat pecuniam ludẽti:vel ſi docet ludentem.Bal.in aut. in terdicimus in prin.C.de epiſ.& clericis.

Poſtquam quis ſemel periurus eſt, amplius ad iuramentum non debet admitti.xxij.q.v.paruuli,& ca.ſi quis conuictus,& ij.q.vij.nõ poteſt, & vj.q.i.quicunque,& de teſti.teſtimoniũ, quia timor eſt; nè incidat iterum in periurium. ar.de coha. cle. & mu. c. clericos,& glo.in c.literas.

Nota quòd minor,qui caret omni intellectu,vt infans,demens, & furioſus nullum iuramentum præſtant. Abb.in c.cum cauſam; de iura.calũ. in.iiij.col.

Item nota quòd minor doli capax ſi contrahit, & iurat ſeruare contractum,cogitur illud iuramentum ſeruare nota glo.in c.ex literis, de ſponſ. el.ij. ex quo nota quòd ſacramẽta puberum extenduntur etiàm ad impuberem doli capacem. notat Hoſt.in c.cum contingat,de iureiuran.& Ab. in d.c.ex literis,el ij.

Iurare quis cogitur,vel referre parti iuramẽtum, aliàs habetur pro confeſſo,vt in l.manifeſtè.ff.de iureiurã. niſi in caſibus ibi notatis per Bart.& Bal.in l.generaliter.§. ſed iuramẽto, de rebus credi.vbi dicit.Bar.verum, ſiue ſit iuramentum deciſiuum toti' cauſæ,ſiue vnius articuli tantùm.per Bal.in aut.ſed nouo.C.de pœn. iudi. qui ma.iu.& notat.per Bal.in l.ij.§. quòd ſi actor,de iura.calũ. quòd verum eſt ſi pronũtia iudicis ſubſequatur, non aliter. & ideo ſi is moriatur antequam pronuntietur, hæres non condemnabitur ex tali facta confeſſione.Bar.in dicta.l.manifeſtè. ideo poteſt iudex dicere, iura,aliàs te condemnabo.ſecundùm Bal.in l.ius alimentorum.C.vbi pupi.edu. de.

Iura-

Iuramentũ extraiudiciale habet vim confeſsionis iudicialis, & habet executionem paratam.l. poſt rem,& ibi docto.ff.de.re.iu.vel de tranſact.

De ſacramento[h] redeuntis ab hæreſi, vel a quolibet horrido crimine. & habetur.i.q.vij.quotiens, extra de purga.cano.inter, de cõſe.di.ij. ego Berẽgarius.xi.q.iij.cũ aliquis. xii. q. ii.de viro.in ſpe.ti.de iure iuran.§.de ſacramento redeuntis ab hæreſi.vide ſupra abiuratio.§.i.

Iudex curare debet, vt certũ quid ponatur, & certum quid reſpondeatur, propter periculum periurij euitãdum, vt.ff.de interroga.actio.l. de ætate.§.quòd autem.

De forma iuramenti aduocati habetur in. xv. inſtructione inquiſitionis.

An dicens pertinaciter nullo caſu licere iurare, ſit hæreticus, vide ſupra hæreticus §.an dicens pertinaciter.

ADDITIONES.

a *Iuramentum, ſiue iuſiurandum eſt affirmatio religioſa. (per Deũ enim potiſſimum iuratur) quod autem affirmatè quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. Cic.3.off. plurima verò idem ait 3.de legi. firmantur iureiurando, inter ipſos homines dijs immortalibus interpoſitis, tum iudicibus, tum teſtibus. nam maximum remedium expediendarum litium in vſum venit iuriſiurandi religio. l.1.ff. de iur.iur. eo enim vel ex pactione ipſorũ litigatorum vel ex autoritate iudicis deciduntur controuerſiæ. ead. l. 1. Duplex igitur eſt iuramentum, conuentionale, & iudiciale, conuentionale eſt quod ex pactione controuerſantium ſiue extra indicium ſiue in iudicio præſtatur, l. iuſiurandum.17.ff.eod. Iudiciale, quod ex iudicis iuſſu.& autoritate præſtatur, quod & neceſſarium eſt, quia neque referri, neque recuſari poteſt, l.generaliter.§.ſin autẽ. & l.delata.& l.manifeſtè. ff. eod. Iudicialia iuramenta non ſunt vnius generis, nam iuratur interdum de re contentioſa, ſiue an debeatur, an non. vt ff.& C.& extra eod.ti. ſiue de eius æſtimatione. ff. de in litem iuran. ſiue de calumnia. C. de iura.calum.& extra eod. & hoc habet locum in partibus litigantibus, nonnunquã a teſtibus ipſum præſtatur, ab vtraque parte ſuper negocio controuerſo productis, religione etenim iuramenti cogũtur ad teſtimonij perhibitionem, neq; cuiquã fides aliter adhibent in iudicio. l. iuſiurandi.C.de teſti.& c.nuper.ext.eod.tit. Extra iudicium multis modis iuratur, vel a priuatis, vel à publicis perſonis, vt a magiſtratibus iudicibus, & officialibus, in confirmationem conuentionum ſuarum. vel in obſeruationem iuris, & Iuſtitiæ vel fidei in officij ſui executione. ſicut ex collectaneis autoris, & extra.de iur.iur. & alibi ſparſim in vtroque iure dignoſcitur. A canonici iuris interpretibus definitur ita iuramentum, vt ſit aſſertio, vel negatio de aliquo licito, poſſibili, & honeſto ſacræ rei atteſtatione firmata, quod diuiditur in aſſertorium & promiſſorium. Aſſertorium cum aliquid de pñti aut præterito religioſè affirmamus. Promiſſorium cum aliquid ita fore pro certo pollicemur & confirmamus. De vtroque ſcribit Hoſtien. in ſumma. & Catechiſ. in præce. Non aſſumes. c. verùm cũ. Petrus Vendr.*

b *Affirmatiua eſt verior. Abb. in c. in tuis.de teſti. Feli. in c. conſtitutus. col.7. de reſcript. Vmber. in iud. inquiſi. hoc ipſo ver. iuramẽtum. nu.8. ea ratione, quia iuri primò, ſeu principaliter, in ſui fauo-*

rem introducto (prout in caſu de quo agimus.) quis renuntiare poteſt. vulg. l. ſiqs in conſcribendo, & ibi per omnes. C. de pact. c. ad apoſtolicam. de regula. gl. magi. in c. ſi diligenti. in verb. pacta priuatorum. & ibid. Doct. de foro competenti. Quintil. Mand.

c *Iuramentum non deferri reo, quando actoris intentio eſt plenè probata commu nem affirmat Grat. in reſp. 152. num. xi. parte 2. Q. M.*

d *Idem voluit Lap. alleg. 47. factū ita. poſt nu. 6. & allega. 93. quidam num. 5. Rui. con. 1. nu 4. vol. 5. Dec. in conſ. 256. in cauſa inquiſitionis. nu. 9. & con. 452. viſa. verſus ſi. idem infra in verb. probationes. ver. actus dependens ex conſcientia. Q. M.*

e *Vide ſupra abiuratio. §. forma. cum annotat. & in directo. par. 3. memb. 3. Petrus Vend.*

f *Apud Bal ita legitur. Dic quòd aut re probata quia adulterina, & tunc non tenet iuramentum, quia nō eſt in comertio. vt l. eleganter. §. qui reprobos. de pigno. actio. aut eſt conflata propter vtilitatē aliquam ſuperioris, & tunc niſi ſoluatur æſtimatio debitor eſt periurus. P. V.*

g *Iuramentum ſemper ſeruandum ſi poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ſiue prohibitio reſpiciat perſonam alterius, ſiue vtriuſque, & ſiue ipſam rem communē affirmat Cur. Iun. conſil. 67. numero. 2. Quintil. Mand.*

h *Formas huiuſmodi iuramenti videas etiam in Directo. par. 3. membr. 3. Petrus Vendr.*

Iuriſditio [a] delegata non extenditur vltra comprehenſa in reſcripto. & ſi iudex procedit ſuper alijs rebus, cautela eſt, vt contradicatur, & appelletur, Abb. in c. cum olim, de officio delegat. quod intellige, vt not. fuit in c. i. eodem ti. ſi autem non appellaretur, valeret iudicium ſuper alijs rebus inchoatum, vt eſt tex. nota in d. ca. cum olim.

Iuriſditio ordinaria competit ex tribus. ſcilicet ex lege, ex conſuetudine, [b] & ex priuilegio principis. not. in c. duo ſimul, de officio ordi.

Si iuriſditio temporalis, ſeu ſpiritualis venditur, an committatur ſimonia? Abb. in cap. ii. ne prælati, vi. ſuas.

Iuriſditio eſt poteſtas de iure publico introducta, cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitate ſtatuendi. gloſ. & Bar. in l. i. ff. de iuriſ. om. iu. & in aut. de defen. ciui. §. iuſiuran. & Bal. in l. i. in fi. C. qui teſta. face. poſ. & Pau. de Caſtro, conſi. clxi.

An iuriſditio delegati poſſit extendi vltra ſuos terminos, not. plenè de officio delega. P. & G. adde quòd extenditur ad cauſam connexam, [c] in c. veniens, de ſponſa. & ibi nota Innoc. in glo. ſuper ver. reſtituitur, & c. prudētia. §. ſexta, & c. i. de officio delega. ad de. caſum in Clem. auditor, de reſcriptis. vide ſupra excedere.

Iuriſditione cōmiſſa videtur tranſlata poteſtas coercendi, & iuriſditio ſine coertione videtur deluſoria, vt not. in c. cum contingat, de foro cōpe. Abbas in c. ex literis, de officio de leg. vnde dicitur. iiij. ethicorū, quòd oportet leges coactiuam habere virtutem. Et eccleſiaſtic. vij. dicitur, noli fieri iudex, niſi poſſis virtute rumpere iniquitates.

[a] Hæreticus in committendo delictū perdit iuriſditionem ipſo iure propter crimen hæreſis. faciunt nota per Bar. in l. qui iuriſditioni. ff. de iuriſd. om.

n.iu. vide in additio. & ponit exem plū in crimine læſę maie. C. de dignitatibus. l. ſi gradatim, & l. quotiens, li. xij. C. de officio recto. proui. l. ij. de quo vide ſupra domini.

Hæreticus poteſt exercere iuriſditionem. xj. q. iij. cui lata eſt. gl. xxvii. q. viij. c. i.

Nota quòd quando cauſa eſt pecuniaria, eſt iuriſditionis, & quando eſt criminalis, eſt meri [d] imperij. & hæc eſt differentia inter iuriſditionem, & merum imperium.

An prætextu commiſſionis factæ inquiſitoribus impediatur iuriſditio diœceſanorum? & reſpondetur quòd non, vt in c. vt officium de hęreticis, & habetur in quibuſdam literis diuerſorum ſummorum pontificum. vide ſupra cognoſcere.

Qui habet iuriſditionem ſuper crimine poteſt creare carcerem pro cuſtodiendis criminoſis. vide ſupra carcer.

Iuriſditio epiſcopi non ceſſat per aduentum legati, licèt iudex minor per aduentum maioris perdat iuriſditionem. Bar. in l. fin. de officio proconſul. & lega. de quo in c. volentes. de officio lega. & gloſſ. in c. antiqua, de priuilegi.

An inquiſitores iudiciarij habeãt iuriſditionem in officio inquiſitionis a miniſtro generali, vel a papa, vide ſupra inquiſitores.

ADDITIONES.

a *Iuriſditio eſt publica poteſtas, per quam quis operatur in iuſto dicendo, vt ciuitas benè, quieteque viuat. Diuiditur autem in realem, & legalem, Realis eſt per quam quis operatur in iuſto reali, vel emendatiuo. Hæc enim curam habet, nè vna pars ſit in damno, altera in lucro, vel nè quis iniuſtè damnum paſſurus ſit. Legalis autem verſatur in iuſto legali, cuius quatuor ſunt ſpecies, prima dicitur facultas legis ferendæ. ſecũda licentia iudicis dandi. tertia imperium inferius. quarta eſt poteſtas dandi tutores. dicta a iuris, & dictio quaſi iuris locutio. Hæc Vacō. lib. 6. declaratio. iuris. poteſt quidem pinguius ita deſcribi, vt ſit dicendi iuris officium. argu. tit. & l. 1. ff. de iuriſditio. om. iud. cum enim ſuperioribus tit. de officio cuiusq; iudicis nominatim, ſingulariterque tractatum eſſet, adijcit titulum de iuriſdi. om. iud. ac ſi de officio omnium dicere voluiſſet. quod oſtendere videtur etymologia. Illud, etiam Gell. li. x. ca. 15. ex edicto prætoris poteſt accipi, cum ait verba prætoris ex edicto perpetuo aſcripſi, ſacerdotem veſtalem, & Flaminem Dialem, in omni mea iuriſditione iurare non cogam. Accipitur etiã pro iuris ratione l. ſi filia. 20. ff. fam. erciſ. item pro iudiciali cognitione l. filios 8. ff. de ſolutio. item pro ordine iudiciorũ l. 1. C. vbi in rem act. ex. idem penè hæc loca ſignificant ſi ſequimur etymon. id eſt id quod ius dicit. T. V.*

b *Conſuetudo enim iuriſditionem dat. c. cum contingat. de for. competen. c. 1. ver. niſi amplius ei de pæn. lib. 6. glo. in c. Romana in ver. conſuetudine. de appell. eod. lib. Rom. con. 243. ad prædictorũ. & con. 300. in caſu. nu. 1. Archid. in c. conquiſitus vbi ampliat, quòd etiam perſonæ per conſuetudinem iuriſditio tribuatur. 9. q. 3. quod etiam probat tex. in l. ſi quiſquã ff. de diuer. & tempo. pręſcrip. & in l. venditor. ff com. præd. Q. M.*

c *Connexorum enim idem eſt iudicium, l. eum actum. ibi. planè ſiquid connexum uerit. ff. nego. geſto. l. quid ergo §. pen.*

& ibi Bal. de contra. & vti. act. tutel. & translata. de conſtitut. Imo etiam diſpenſatio ad connexa extenditur, c. quia tantum. et ibi nota. Abb. de præb. Rip. reſpō. 1. nu. 3. & ſequen. lib. 2. Caſſan. conſi. 1. nu. 28. & ſequen. in 5. dubio. Q. M.

d Merum imperium eſt habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur, l. 3. ff. de iuriſd. om. iudi. Quod ad gladij geſtationem pertinet ita libr. 53. Dio, ſcribit. A ſe porrò deſignatis, præter nomen proprætorum hoc etiam tribuit (Cæſar) vt pluſquā annum eſſent cū imperio, quatenus videlicet ipſe ſtatuiſſet, vt militarem habitū geſtarent, gladiū que & ius capite plectendi militis haberent, neque enim vlli proconſuli, aut proprætori, præfectove licebat gladio ſe accingere, quo ipſo necandi licentiam militis adimebatur, nam & ſenatoribus, & equitibus quibus alterum conceditur alterum quoque adeſt. T. V.

Ius generale, nomen eſt, diſt. i. & Iſido. li. v. c. iij.

Ius [a] naturale eſt commune omniū nationum, eo quòd vbique inſtinctu naturę, non conſtitutione aliqua habetur, vt viri, & fœminæ coniunctio, liberorum ſuſceptio, & omnium vna libertas, acquiſitio eorum quæ cœlo, terra, marique capiuntur. item depoſitæ rei, vel commendatæ pecuniæ reſtitutio, violentiæ per vim repulſio. nam hoc, aut ſi quid huic ſimile, eſt nunquam iniuſtum, ſed naturale, æquumque habetur, diſ. i. & Iſido. li. v. ca. iiij.

Ius ciuile eſt, quod quiſque populus, ciuitas ſibi pro humana, diuinaque cauſa conſtituit. Iſido. dicto lib. c. v. & habetur di. i.

Ius gentium [b] eſt ſedium occupatio, munitio, bella, captiuitates, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, legatorum, non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita, & inde ius gētium, quia eo iure omnes ferè gentes vtuntur. Iſido. eo. li. c. vj. & habetur di. i.

Ius humanum non contrarium iuri diuino debet ſeruari in foro animæ. Io. Cal. poſt. b. Tho. in prooemio Gregor. & Ioan. An. in ca. ij. de vſuris, libro. vj. Abbas. in ca. ij. circa fin. de teſta.

Ius canonicum eſt diuinum, quia à diuinis ſcripturis extractum eſt, vt patet de accuſ. c. qualiter. ij. in princi. & quidquid iuris papa promulgat, Deus cuius vicarius eſt, videtur promulgare. de transla. præla. ca. ij. & potius eſt ſtandum interpretationi papæ, quàm magiſtrorum, de hoc nota in c. 1. de iura. calum. no. Hoſti. in c. nimis, de iureiur.

Ius militare eſt belli inferendi ſolennitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato, egreſſio in hoſtē, vel pugnę cōmiſſio. item ſigno dato receptio. item flagitij militaris diſciplina, ſi locus deſeratur. item ſtipendiorum modus, dignitatum grad9, pręmiorum honor, veluti cum corona, vel torques donantur. item prædę diuiſio, & pro perſonarum qualitatibus & laboribus iuſta diuiſio, ac principis portio. Iſid. dicto li. c. vii. & habetur diſtin. i.

Ius publicum eſt in ſacris, & ſacerdotibus, & magiſtratibus, Iſid. dicto. li. c. viij. & habetur di. i.

Solus papa habet facultatem condendi iura generalia in clericis. habetur di. i. de quo vide infra papa.

Ius

Ius Quiritum eſt propriè Romanorum, quòd nulli tenent niſi Quirites, ideſt Romani, tanquam de legitimis hęreditatibus, decretionibus, de tutelis, de vſucapionibus, quæ iura apud nullum alium populum reperiuntur, ſed propria ſunt Romanorum, & in eoſdem ſolos conſtituta: conſtat autem ius Quiritum ex legibus, & plebiſcitis, & cōſtitutionibus principum, ex edictis ſenatorum, ſiue prudentium reſponſis. Iſido. dicto li. c.ix. & di.i.

Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habet. ff. de reg. iur. l. nemo plus.

Ipſo iure. quid importent iſta verba, ipſo iure: & dicēdum quòd ſignificant priuationem abſque monitione, & ſentētia. hæc Domi. in c. clerici. de vita & honeſt. clerico. l. vj. in prin. in v. notabi.

Nota, quòd ius habere in re, & ius habere ad rem ſunt diuerſa, de conceſſio. præben. libro vi. c. fin. & Clemen. vnica de ſequeſtra. poſſeſſio. verſi. nihilominus.

ADDITIONES.

a *Naturę ius eſt, quod nō opinio genuit, ſed quędam innata vis inſeruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruantiam, veritatem. Cic. de inuenti. libr. 2. ſed licere videtur id ſolùm quod hominibus cōmune eſt, amplexus. Id. lib. 1. offic. Principio generi animantium omni eſt a natura, tributum, vt ſe, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quę nocitura videantur, omniaque quę ſint ad viuendum neceſſaria, inquirat, & paret, vt paſtum, vt latibula, vt alia eiuſdem generis. commune item animantium eſt coniunctionis appetitus pro creandi cauſa, & cura quædam eorū quę procreata ſunt, ſed inter hominem & beluam quid interſit adiungit, breuius. Ius item naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, l. 1. ff. de iuſt. & iu. quid item ſit ius gentium, quid ciuile, videas eodem titulo. & inſt. de iur. natu. itē eſt, quoddam ius ſingulare, quod ſingulis hominibus, vel collegijs, vel corporibus, aut vniuerſitatibus competit, quod priuilegium vocatur. l. ius ſingulare. 16. ff. de legi. & l. 1. ff. de conſti. prin. & inſti. de iur. natu. §. ſed &. Hinc ius illud parentum in liberos, & domini in ſeruos, quod eſt ius priuatum. ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iu. & inſt. eo. & de iur. perſona. item eſt ius ſeruitutis, vnde iter eſt ius eundi, ambulandi &c. inſt. de ſeruitu. ius autem idem eſt quod ordinatio, ſeu conſtitutio Ciuitatis, vel naturę, & ita intelligitur ius eundi, agendi, fruendi. inſti. eod. ſic ēt vbi dicitur in iure, quid in iure cōſiſtere. inſti. de reb. corpora. item quid ipſo iure fieri. quandoque ſumitur pro loco vbi ius redditur. l. pen. ff. de inſt. & iur. vbi ſcribitur de pluribus acceptionibus iuris, interdum pro neceſſitudine. l. vltim. ff. eod. Petrus Vend.*

b *Ius gentium eſt omni humano generi commune, nam vſu exiſtente, et humanis neceſſitatibus gentes humanæ iura quædam ſibi conſtituerunt, bella etenim orta ſunt, & captiuitates ſecutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri contrarię, iure enim naturali, omnes homines liberi naſcebantur. Ex hoc iure gentium omnes penè contractus introducti ſunt, vt emptio, &c. Inſti. de iur. natu. §. ius autem gentium. & ff. de inſti. & iu. quod legem naturæ Cic. videtur appellaſſe Tuſcu. 1: ait enim. Naturę lex autem putanda eſt, omni in re conſenſio omnium gentium. P. V.*

De

c De prædę partitione vide in Cal. lib. 60. Baſilicon. T. V.

Iuſtitia [a] Quod debet fieri per viam iuſtitiæ, nō debet fieri cum rancore animi Abb. in c. fi. in iij. col. de conſue.

Iuſtitia ſuffocatur per duodecim abuſiones ſœculi, quas ponit Cipria nus in li. de duodecim abuſionibus ſœculi. refert glo. in Cle. ne in agro, in verbo, curias, de ſtatu monachorum, vide ſupra iudex. §. nota quòd multis modis.

ADDITIONES.

a *Iuſtitia eſt cōſtans & perpetua voluntas, ius ſuum cuiq; tribuendi. Inſt. de iuſt. & iur. Item iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate cōſeruata, ſuam cuique tribuens dignitatem. Cic. lib. 2. de Inuen. idem lib. 3. ad Heren. Iuſtitia eſt æquitas ius vnicuique tribuēs, pro digni gnitate cuiuſque. Quæ quidem definitiones in idem recidunt, Ius hic accipitur pro iuſto, ſuum enim ius habere quiſque dicitur, cum æquum ſeu iuſtum ſuum cuique tribuitur. l. bona fides, ff. depoſi. ideſt cum homines neque in damno, neque in lucro ſunt, neque plus, neque minus habent, quàm a principio habebant, & reducuntur ad æqualitatem, vnde finitur aliter iuſtitia, vt ſit mediocritas inter plus & minus, plus eſt lucrum, minus eſt damnum. Duplex autem eſt iuſtitia, vna ciuilis, ſeu legalis appellatur, quæ non eſt alíqua virtus ſpecialis, ſed eſt tota virtus, continet enim & tres reliquas ſpecies virtutis. eſt altera iuſtitia, quæ pars eſt virtutis, quæ diuiditur in duas partes, diſtributiuam, & commutatiuam, Diſtributiua eſt, quæ honores, & pecuniam publicam inter ſuos ciues, pro dignitate, proq; meritis diſtribuit, de quo ff. in tit. de mu. & hon. Commutatiua verò iuſtitia conſiſtit in ſeruanda æqualitate in hominum commertijs, commertia verò, quędam ſiunt ſponte, vt emptio venditio, locatio conductio, & huiuſmodi. quædam ſiunt inuitis hominibus, vt furtum, adulterium, rapinæ, & huiuſmodi. de quibus lege Ariſt. 5. Ethic. & 3. poli. Bud. in Pand. Vaconium. li. 1. declara. iu. et hæc de humana iuſtitia dicta intelligas a iuſto dicta. T. V.*

Iuſtus. b Si auerterit ſe a iuſtitia & fecerit iniquitatem, etiam omnes iuſtitiæ quas fecerit, nō recordabuntur, de pœ. di. iiij. §. finis, c. ſi aduerterit.

Iſa. xxxiij. ca. vocat virum iuſtum illum, qui excutit manus ſuas ab omni munere. vide infra torquere.

K*alendarium* Iudæorū incipit in mēſe Martij. & vocant illum primum menſem, computando quando exierunt ab Ægypto, ſed computando a creatione mundi habent pro primo menſe menſem Septembris.

ADDITIONES.

a *Kalendæ dicuntur ſingulorum menſiū primus dies, a καλεῖν, verbo Græco ideſt vocando, quia ſingulis quibuſque primis diebus menſium populus vocabatur a Pontifice Romanorum, vt ſciret quot dies a Kalendis ad Nonas ſupereſſent, vnde factum eſt vt primus cuiuſq; menſis dies appellatus ſit Kalendæ, de quibus latè ſcripſit Macrobius lib. 1. ſaturnaliū c. 15. Hinc Kalendaria pro tabulis & Co dice*

dicè ad obſeruationē ſingulorum menſiū dicta. quoniam verò feneratores diligentius conficiebāt huiuſmodi tabulas, ideo factum eſt vt in iure pro negociatione nominum faciendorū capiatur. in eo enim pecuniæ fænori collocatæ ſcribebantur, quæ fænori Kalendis dari conſueuerunt. Vnde Kalēdario præpoſitus ſeruus l. pen. ff. de reb. credi. pro fænerandis exigendis que pecunijs. & Kalendarium exercere l. vxorem. 41. §. legauerat. ff. de leg. 1. & Kalendario deſtinatæ pecuniæ, id eſt fæne rationi. l. qui filium. 62 ff. de lega. 3. vide Bud. in Pandect. & alios qui de verb. iuris ſcripſerunt. P. V.

Catholica, Idem eſt quòd vniuerſalis. nam Græcè catholicon vniuerſale vocatur ſecundùm Boet. in tit. de trinit. Abb. in glo. rub. eo. ti. in antiquis.

Latria [a] Eſt cultus, qui ſoli deo debetur de quo eſt gl. in Cle. ſi dominum, de reliqui. & venera. ſancto. glo. de conſe. di. iij. venerabiles. Lapus in c. ſi canonici, de officio ordi. li. vj. aliquid de conſ. di. ij. acceſſerunt. adde ſanctum Tho. qui dicit, quòd latria conſiſtit in oratione ad deum. in. ij. q. viij. ar. i. & in. iij. di. ix. ar. i. vide ſupra dæmon.

Actus latriæ idem eſt, quòd adoratio, Tho. ij. ij. q. lxxxiiij. ar. i. & v.

Humanitati Chriſti debetur latria, & dulia diuerſimodè. ſanctus Tho. in iij. di. ix. ar. v.

ADDITIONES.

a *Vide ſupra Dulia. Latriæ cultus exhibendus eſt Chriſto in eucariſtia con. Triden. ſeſſ. 13. c. nullus. P. V.*

Laicus [a] An poſſit regere officiū decanatus, vel procuratiōis fiſcalis, vide ſupra fiſcalis. & ſupra accuſatio. & quādo ſunt conſtituendi œconomi in rebus eccleſiaſticis, & diuinis, habetur. xvi. q. vij. in noua actione, vt in concilio Chalcedonenſi, in dicto cap. ſupra in noua actione.

Laicus an poſſit capere clericum, carcerare, & torquere eum? Abb. in c. cum non ab homine, de iudicijs, & in ca. vt famæ, de ſenten. excommunic. & in ca. vniuerſitatis, eodem tit. & in ca. i. de depoſito, & ca. cum in cōtemplatione, de regu. iuris. per Ioan. de Ana. in ca. ſi conſtiterit, de accuſat. in fin.

Laicus an, & quando poſſit puniri per iudicem eccleſiaſticum, vide Ab. in c. cum ſit generale, de fo. com. & in c. nouit, de iudi. & vide gloſſ. in dicto c. cum ſit generale, & in c. i. de officio ordi. & Io. An. in ca. fi. de foro compe. li. vj. & docto. in c. licèt ex ſuſpecto, & in c. ex tenore, de foro cōp. & in Cle. diſpendioſam, de iudicijs. facit quod legitur, & notatur in cap. poſt miſerabilem, de vſuris, & in ca. quanto, eo. ti. & in c. ad falſariorum, de crimi. falſi.

An laicus poſſit eſſe vicarius epiſcopi, & an poſſit eſſe aſſeſſor, [b] & de officio [c] aſſeſſoris, vide plenè per Abbatem in c. decernimus, de iudicijs, & nota de hoc in c. contingit, de arbitris, & in c. vnico de Syndico. & gl. in dicto c. decernimus, de iudicijs. & vide docto. in c. Ioannes, de clericis coniugatis, & in c. vno eo. tit. li. vj. ex quibus cōcluditur, quòd in ſpiritualibus laicus coniugatus non poteſt eſſe vicarius, nec ſyndicus.

An

An laicus poſſit eſſe notarius ĩ ſpiritualibus,& eccleſiaſticis? & dicẽdũ ꝙ ſic.vide in c.q̃a propter, de elect.& ĩfra ne clerici, vel monachi. c.ſicuti. ar.xix.di. Romanorum , & extra de priuilegijs,quia circa,& ff. de ſeruit. vr.prę d.ſi ſeruit.ar.contra de probationibus, quoniam. xxii. quæſtio.ii. multorum.

An laicus poſſit accuſare clericũ in crimine hæreſis, vide ſupra accu.

An laicus poſſit publicè diſputare de fide,vide ſupra diſputare.

An iudex laicus poſſit ſe intromittere, & de crimine hæreſis cognoſcere,vide ſupra iudex.

An laico poſſit papa dare poteſtatem excommunicandi, vide ſupra excommunicatio.

ADDITIONES.

a *Laicus dicitur qui non eſt clericus, ideſt popularis, Græca vox eſt quæ Latinè populus dicitur.12.q.1.duo ſunt genera.profanum à Virg. qui nunc laicum vocamus. appellari Budæus ait in annot.ad pand.laicum enim inquit vulgò attrectabile ſignificat, ſicut ſacrum dicitur, & ſanctum cuius tactu populo interdictum eſt. P. V.*

b *Quòd laicus poſſit eſſe aſſeſſor communem teſtatur Ab.in cita.c. contingit. de arbit.in fi. Q. M.*

c *Vide annotationes ſupra Aſſeſſor. Petrus Vend.*

Lex [a] Chriſtiana,tolerabilior eſt lege, & cęremonijs Iudæorum.xij.di.omnia talia.

Moiſes gentis Hebreæ, primus hominum diuinas leges ſacris literis explicauit.hoc Iſido.li.v. de autoritatibus legum,c.i.& habetur di. ij.

Lex diuina obligat ad fidem; Th. primæ,ſecũdę.q.xci.ar.iij. in ſumma contra genti.libr.iij.q.cxiij.ſed principaliter ad deum, vt eodem.libr.iij. quæſt.cxv.

Lex vetus fuit bona Thom.prima ſecundæ.q.xcviii.ar.i.& in iij.di.xxxvij.ar.i.& fuit a deo, prima ſecundæ. q.xcviij.ar.ij.& fuit data per angelos vbi ſupra ar.iii. & ſoli populo Iudęorum ibidem ar.iiij.& quare non obligat omnes homines ibidem ar. v.& fuit data tempore Moyſis. ibidem. ar.vj. & habuit plura pręcepta tam moralia,quàm cæremonialia, & non vltra decem,idem prima ſecundæ.q. xcix.ar.i.ii.iij.iiij.v.

Lex vetus inducebat per promiſſionem temporalium ad obſeruantiam mandatorũ in præalle. q. xcix. art.vj.

Quid prohibuit lex vetus,idẽ prima ſecundæ.q.cvij.ar.i.& in iij. diſti. xiiij.ar.ij.

Lex noua aliquos actus exteriores præcipit, & aliquos prohibuit, prima ij.q.c.ar.ij.& iij.

Lex noua non eſt indicta, ſed ſcripta prima ij.q.cvi.ar.i.& viuificat ar. ij.& in.iiij.di.xl.ar.iij.& eſt conueniẽti tẽpore data,vbi ſupra ar. iij. & iiij. & eſt alia à veteri,prima ij. q. cvii.ar. i.& in iij.di.xi.ar.iij.& iiij.

Lex noua implet veterem prima ſecundæ. q. cvij.ar. ij.& continetur in veteri, ibidem ar.iij. & eſt leuior veteri,vbi ſupra ar.iij.& ĩ iiij.q.xl.ar. iiij.

Patere legem quam ipſe tuleris. cap.cum omnes, de cõſtitutionibus.

Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt , apoſtolus ad Romanos.ij. Lex noua conuenienter addit conſilia præceptis, ſecunda

cunda ſecundæ. q. cviii. ar. iiij. & in ſumma contra gentiles, li. iij. q. cxxx.

Phoroneus [b] rex Græcis primus leges, iudiciaque conſtituit. Iſido. li. v. de autoritatibus legum, c. i. & habetur di. ij.

Leges non fuerunt factæ pro bonis, ſed pro malis. ratio quia boni non indigent punitione, gloſſ. eſt in ſimili. ff. de legibus. l. ex his.

Mores diuturni pro lege habētur. xii. diſt. diuturni. facit. xi. di. in his.

Mercurius Trimegiſtus primus leges Ægiptijs tradidit. Iſid. li. v. de autoritatibus legum, c. i.

Solon primus leges Athenienſibus dedit. Iſid. vbi ſupra.

Lycurgus primus Lacedomonijs iura legum ex Apollinis autoritate confinxit, Iſidor. vbi ſupra, & habetur diſt. vij.

Numa Pompilius qui Romulo ſucceſſit in regno, primus leges Romanis edidit. deinde cū populus ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet, decem viros legibus ſcribendis creauit qui leges ex libro Solonis in Latinū ſermonem traſlatas duodecim tabulis expoſuerunt; fuerūnt autem hi. Appius, Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, A. Mālius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulus, Sp. Poſthumius. hi decē viri legū ſcribendarum cauſa electi ſunt: leges autem redigere in libris primus con ſul Pōpeius inſtituere voluit, ſed non perſeuerauit obtrectatorum metu. deinde Cæſar cœpit id facere. Sed antea interfectus eſt. paulatim autē antiquæ leges vetuſtate, ac incuria exoleuerūt, quarum, & ſi nullus iam vſus eſt, notitia tamē neceſſaria videtur. Iſid. vbi ſupra. & habetur diſt. vij.

Leges nouæ a Conſtantino Cæſare cæperunt, & reliquis ſuccedentib[9] erantq; permixtæ, & inordinatæ, poſtea Theodoſius minor Auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicem factum conſtitutionum a Cōſtantini tēporibus ſub proprio cuiuſque imperatoris titulo diſpoſuit, quem a ſuo nomine Theodoſianum vocauit. Iſid. vbi ſupra & habetur di. vij.

Omnes autē leges aut diuinæ ſūt, aut humanæ: diuinæ natura, humanę moribus conſtant. ideoque hę diſcrepant, quoniam aliæ alijs gētibus placent. fas lex diuina eſt, ius lex humana, tranſire per agrum alienum fas eſt, ius non eſt. hęc Iſido. vbi ſupra c. ij. & habetur di. ij.

Qui ſpernit legem, ſpernitur a lege, ar. ff. de arbitris. l. litigatores. & q venit contra legem, non debet ex ea commodum reportare, vt not. Innocentius in c. cum M. de conſtituti. ff. de iure delibe. l. fi. §. pe. de minori. l. auxiliū, in fi. Ideo Prouiſo Solerter.

Leges non dedignantur ſacros canones imitari, in aut. de trien. & ſemi. §. fi. collat. iij. de noui. operis nunciā. c. i. de ſecundis nuptijs, c. pe. & fi. paſtoralis. de fi. inſtrumentorum.

Lex eſt conſtitutio ſcripta. Iſid. li. v. c. iij. & habetur di. ij.

Itē lex eſt conſtitutio populi qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt. Iſid. li. v. c. x. & habetur di. ij.

Quare lex facta, ſit Iſido. eod. li. c. xx. dicit, quōd factę ſunt leges, vt earum metu humana coerceatur audatia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur nocendi

di facultas, habetur etiam diſtint.ij.

Quid proſit lex, Iſido.eo.li.c.xix. dicit, quòd omnis autem lex aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium: aut vetat, vt ſacrarum virginum nuptias nulli petere liceat, aut punit, vt qui cędem fecerit, capite plectatur. eius enim præmio, aut pœna vita moderetur humana, & habetur etiam diſ.ij.

Qualis debeat fieri lex. Iſidor. e.li. c.xxi. dicit erit autem lex honeſta, iuſta, posſibilis, ſecundùm naturam, ſecundùm patriæ conſuetudinem, loco, temporique conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoq;, nè aliq̃d pro obſcuritate captionis cõtineat, nullo priuato commodo, ſed pro cõmuni ciuium vtilitate conſcripta. & habetur di.ij.

De legibus conſularibus, & tribunitijs vide Iſido.eod.lib.c.xvi. & vide diſtint.ii.

De lege Satyra, Iſidor. eodem libr. cap.xvj.

De legibus Rhodijs vide Iſid. eo.l. cap.xvij.

Pragma Græcum eſt, quòd Latinè cauſa dicitur, vt pragmatiæ negocia dicuntur, & actor cauſarum, & negociorum pragmaticus nuncupatur Iſido.eo.li.de cauſis.xxij.ca. & habetur diſt.ij.

Leges Friderici imperatoris ſunt approbatæ per ca.vt inquiſitionis officium, in prin.de hæreticis, libr.vj. & habetur. & di. ij.

An leges debeat allegari quando canones inueniuntur, vide ſupra allegare, & vide di.ij.

Iſtæ leges ſunt canonizatæ, ſcilicet quiſquis cũ militibus quæ eſt. C. ad legem Iuliam maie. habetur in decretis.vi.q.i.ſi quis cũ militibus, & lex, aut facta.ff.de pœnis, habetur in decretis de pœniten.di.ii.c.ſi.aut facta, & l.ſciant.C.de probationibus, habetur in decretis.ii.q.viij. ſciãt & di.ij.

Lex p̃ deſuetudinẽ perdit ius ſuũ, quòd eſt ſingulare, in glo.ſi.in c.cum multæ, xv.q.viij. vbi dicitur, quòd filij clericorum redigebantur in ſeruitutem eccleſiæ, & quia eccleſia non vſa eſt intromittere ſe de illis, perdidit ius ſuum, ſicut de ſacrilegij pœna, vt.xvi.q.iiij. quiſquis, & cap.i.de treuga, & pace, & c.ſi.de iure patron.

Mitius agitur cum lege quàm cũ miniſtro legis, vide ſupra deus, & infra mitius.

Si autem aliquis opponeret, quòd lex mahometi à pluribus eſt recepta, arguendo contra noſtram fidem, dicendo quòd ſine miraculis fides Chriſti fuerit recepta, hoc omnib' ſignis eſſet mirabilius, ſi ad credẽdum tam ardua, ad operandum tam difficilia, & ad ſperandum tam alta mundus abſque mirabilibus ſignis mot' fuiſſet p̃ſertim a ſimplicibus, & ignorantibus hominibus, quales apoſtoli fuerunt, qui Chriſti eccleſiam plantauerunt. Et ſi arguatur in contrarium de lege Mahometi, quę falſa eſt. & tamen a multis eſt recepta, eſt dicendũ quòd nõ eſt ſimile, quoniam Chriſti fides habet omnes difficultates, de quibus prædiximus in litera fides. & cum eis a principio ſumpſit exordiũ, atque cum martyrij acerbitate, tanquam granum frumenti cadens in terra, quod in terra mortuum eſt, & multum fructum attulit. lex autem Mahometi proceſſit via contraria, nam promiſit voluptates carnales eius ſectatoribus, ad quarum deſiderium

rium carnalis concupiſcentiæ inſtigat pręcepta eis tradidit prædictis ꝑmiſſis conformia voluptati carnali habenas relaxans, in quibus promptum eſt etiam carnalibus hominibꝰ obedire, documenta inſuper veritatis nō attulit, niſi quæ de facili a quolibet mediocriter ſapiente naturali ingenio cognoſci poſſunt. q̄n potius vera, quæ docuit multis fabulis, & falſiſſimis doctrinis immiſcuit. ſigna etiam non adhibuit ſuper naturaliter facta, quibus ſolis diuinæ inſpirationi teſtimonium conueniens adhiberetur, dum operatio viſibilis quæ non poteſt eſſe diuina, oſtēdit doctorem veritatis inuiſibiliter inſpiratū. ſed dixit ſe in armorum potentia miſſum, quæ ſigna & latronibus, & tirannis non deſunt: eis[d] Etiam a principio non crediderunt aliqui ſapientes in rebus diuinis, & humanis exercitati, ſed homines beſtiales in deſertis morantes, omnis doctrinæ diuinæ, & humanę prorſus ignari, pro quorum multitudine alios armorum violētia in ſuam legem coegit. nulla etiam diuina oracula præcedentia prophetarum ei teſtimonium perhibent. qui potius omnia veritatis, & noui teſtamenti documenta fabuloſa narratione deprauat, vt patet legē eius inſpicienti. vnde aſtuto conſilio libros noui, & veteris teſtamenti ſuis ſequacibus non relinquit legendos, nè per eos falſitatis argueretur. de hoc ꝓ cōfirmatione noſtræ fidei vide ſ. fides.

ADDITIONES.

a *Quia ſcribit autor infra q̄d ſit lex, & quotuplex nihil addā, ſi cupis alia vide l.1.& 2.ff.de leg & Inſt. de iur. nat. §. lex eſt. Cic. l.1. de legi. ſcribit legē eſſe rectā rationem imperandi, atque prohibendi, qm̄, inquit vitiorum emēdatricem legem eſſe oportet, comendatricemq́ue virtutum. & ab ea viuendi doctrina ducitur, & a natura ortā dicit, verùm ſubijciam definitionē eius, ex Criſippo deſcriptam in l.1 .ff. de legi. lex tam diuinarum quàm humanarum rerum omnium regina eſt, quo magis conuenit, vt non ſolùm rebus honeſtis, turpibusq́; præſideat, ſed etiam principatum ac ducatum teneat, & per hoc regulam præſcribat iuſtis ſimul & iniuſtis, vt pote quæ animātibus natura ad colendam ciuitatē idoneis facienda iubeat, prohibeatq́; non facienda ſed hæc anguſtior quàm Ciceroniana. Aliam de Cic. li. de repu. 3. deſcripſit, extollit & ſuſcipiendam eſſe ſcribit Lactant. firma. li. 6. Inſt. diui. c. 8. quam penè diuina voce depictam ait, cuius verba ſubieci. Eſt quidem vera lex, recta ratio, naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat, quæ tamen neque probos fruſtra iubet aut vetat nec improbos iubendo aut vetando mouet, huic lege nec propagari fas eſt, neque derogari, ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt, nec verò aut per ſenatum, aut per populum ſolui hac lege poſſumus, neque eſt quærendus explanator, aut interpres eius alius. nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc, alia poſt hac, ſed & oēs gētes, & oī tempore vna lex & ſempiterna & immutabilis cōtinebit. vnuſq; erit cōis quaſi magiſter, & imperator oīm deꝰ, ille legis huius inuētor, diſceptator, lator, cui qui nō parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernabit hoc ipſo licet maximas pęnas, etiā ſi cętera ſupplicia, quæ putātur, effugiet. hæc ille dę Cicerone, inde & c. 9. proſequitur*

ſcribere de lege diuina, idē de legi. 2. hanc igitur inquit, video ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatum nec ſcitum, aliquod eſſe populorum, ſed æternū quiddam, quod vniuerſum mundum regeret, imperandi prohibendique ſapientia. Philon de Abrahami migratione, inquit. lex nihil aliud eſt proculdubio quàm diuinum eloquium facienda pręcipiens, vitanda prohibens, lex autem in Decalogo cōtenta noua non eſt, ſed naturæ lex illuſtrior reddita, neque lex naturæ a ſcripta lege diuerſa eſt. Catechiſm. in proœm. de Dei præceptis, quem legas. Tum denique non incipit lex eſſe cum ſcripta eſt, ſed tum cum orta eſt, orta eſt autem ſimul cum mente diuina ait Cic. de leg. 2. quod eſt in eos qui dicunt non eſſe ſine ſcriptis legem. P. V.

b *Fuit tempore diluuij, quod fuit Ogigis tempeſtate poſt Inachum qui fuit ſæculo Moiſis autore Clem. Alex. ſtrom. 1. Inachi filius. ij. rex Argiuorum, & primus legiſlator. Euſeb. in Croni. P. V.*

c *Lex vtentium more a longo tempore non recepta non obſtat, Oldrad. con. 159. impugnatur. col. 2. nu. 1. verſi. ſecundò qa illud ſtatutum nūquam fuit obſeruatum. Quint. Mand.*

d *In Albert. de Catho. aſſer. q. 13. n. 30. legitur. Et etiam non aliqui ſapientes in rebus diuinis, & de diuinis, & humanis exercitati, a principio crediderūt. Videntur hæc ex D. Thoma lib. 1. contra gentiles. c. 6. tranſcripta. quem vide. P. V.*

Libri Hęreſis eo ipſo quòd repe- riuntur pęnes aliquem, [a] poteſt talis de hęreſi condemnari, ſecundùm Archi. ſingulariter. 24. q. ij. c. ſanè, el ij. per. ca. ſi fortè, eodem tit. vbi de hoc videtur caſus. hoc Ludo. in ſuis ſin. fo. viij. iiij. col. & nota quòd in crimine hęreſis hoc obtinet plen ꝓbationē, vbi libri reprobatæ lectionis inueniuntur apud aliquem, vt in prællegatis iuribus, & hoc propter enormitatem delicti, & de hoc vide in c. filij, de hęreticis, li. vj. qui text. olim incipiebat, ex parte, & habetur per Archi. ibi, & per Io. An.

Sed pone quòd quis nō edidit, nec cōpoſuit librum erroris, vel erronea continentem, ſed talem librum ab hæretico compoſitum ſcienter recepit, & eum tenuit penes ſe, nunquid per hoc cenſebitur hæreticicus, ſiue credens? & dicendum ꝙ nō, ſed ſurgit vehemens ſuſpitio hæreſis contra eum, quia nullus debēt tales libros ſciēter ſuſcipere, vel tenere. imò is ad cuius manus perueniret, debet ſtatim eos igne cōburere, vel inquiſitori, ſeu epiſcopo reſignare, vt per ipſos comburantur, vt extra de ſumma trin. & fide catho. damnamus, in princ. & in fi. & extra de hæreticis, c. fraternitatis. C. de epiſco. audi. l. mathematicos, & C. de hæreticis. l. quicunque, in fi. & Arc. v. q. i. c. i. & c. ſi qui inuenti. quicunq; habuerit aliquos libros reprobatos, tenetur eos cōburere infra octo dies poſtquā ad manus ſuas peruenerint. vt habetur in quadam extrauagante. Io. xxii. quę incipit, ſuper illius ſpecula. & vide ſupra dęmon. vbi inuenies quòd nec eſt licitum legere in talibus libris reprobatæ doctrinæ. doctrina vera, quæ in libris infidelium, ſeu gentilium reperitur, improbari non debet. i. q. i. nonne Sodomitę. vide ſupra in litera, detegitur.

Nota ꝙ inquiſitores poſſunt ſibi facere a ſignari à quocūq; libros in quibus eſſent aliqui proceſſus contra hæreticos, vel aliæ ſcripturæ, in quibus inqui-

inqſitiones factæ,& proceſſus p quoſcunque autoritate ſedis apoſtolicæ, vel legatorum eius habiti contra hæreticos,vt habetur in c. vt commiſſi, de hæreticis,li.vj.

Nota quòd vetus teſtamentum diuiditur i quatuor partes, videlicet in libros legales,hiſtoriales, ſapientiales,& prophetales.Et quia vetus teſtamentum,& nouum ſe habent ſicut rota in medio rotę,vt habetur Ezechielis.primo,ideo nouum teſtamentum cõſimiliter diuiditur,quia legi correſpondet in nouo teſtamento euangeliũ.& libris ſapientialibus correſpondẽt epiſt.Pauli,& aliorũ apoſtolorũ. libris prophetarũ correſpondet liber apocalipſi.hæc Ni.de li.Ge.c.i.ĩ prin.

An liceat transferre libros ſacræ ſcripturæ in ſermone vulgari, vide in fra ſcriptura.§.vltimo.

Libri bibliȩ canonici [b] *ſunt iſti ſequentes.*

Pentateuchum Moyſis. legales.
Geneſis.
Exodus.
Leuiticus.
Numerorum.
Deuteronomij.

Hiſtoriales.

Ioſue.
Iudicum.
Ruth.
Primus regum.
Secundus regum:
Tertius regum.
Quartus regum:

Agiographa.

Primus Paralepomenon.
Secundus Paralipomenon.
Eſdras primus.
Neemias.
Eſther.
Iob.

Sapientiales cum eccleſiaſtico, & ſapientiæ libris.

Liber pſalmorum.
Prouerbiorum,vel parabolarum.
Eccleſiaſtes.
Canticorum.

Prophetales.

Iſaias.
Ieremias. Threñ.
Ezechiel,
Daniel,
Oſee,
Ioel,
Amos,
Abdias,
Ionas,
Michæas,
Naum.
Abacuc,
Sophonias.
Aggæus,
Zacharias,
Malachias,

Apocryphi aut non canonici libri bibliæ ſunt qui ſequuntur.

Et dicuntur apocryphi. i. ſine autore,& licèt apocryphi leguntur,ſed fortè non generaliter.de hoc vide gl. [c] xvi.di.canones.

De his habetur xvi. diſtinctione canones, in gloſſ.

Tobias. ij.
Baruch.
Epiſtola Ieremiæ. vi.
Iudic. iij.
Primus Machabæorum. viij.
Secundus Machabæorum.
Liber ſapientiæ iiij.
Eccleſiaſticus. v.
Eſdras,ſecundus. primo.
Hiſtoria Suſannæ. ſeptimo.
Hiſtoria Belis,& draconis.

Canon nouæ legis.

Matthæus.	
Marcus.	
Lucas.	Euangeliſtæ quatuor.
Ioannes.	

Epiſtolæ Pauli.

Ad Romanos.	prima.
Ad corinthios.	ſecunda.
Ad Galatas.	prima.
Ad Epheſios.	prima.
Ad Philipenſes.	prima.
Ad Coloſſenſes.	ſecunda.
Ad Timotheum.	ſecunda.
Ad Titum	prima.
Ad Philemonem.	prima.
Ad Hæbreos.	prima.

Epiſtolæ canonicæ. vij.

Iacobi,
Petri,
Ioannis,
Iudæ.
Actus,
Apocalypſis.

ADDITIONES.

a *Guindiſal. de hæreti. q. 13. nu. 19. Rolan. a Valle. conſ. 45. nu. 40. li. 1. Siman. Enchi. tit. 39. de libris latè Albertin. de agnoſcen. aſſer. catho. q. 28. omiſſa ſubtili diſputatione hodie periculoſum eſt quin & prohibitũ apud ſe retinere libros improbatæ lectionis, libri canonici qui ſint habemus Conci. Triden. in ſeſſ. 4. ſub part. 3. in decre. refor. c. 1. Nec licet eos retinere eo prætextu vt quis illas impugnare velit, & omnes licentiæ retinendi libros prohibitos ſublatę fuerũt per Piũ iiij. 24. Martij. 1564. vt refert etiã Vmber. in Iudic. inqui. in verb. abſoluere ante, nu. 2. Et quòd libri ſuſpecti inquiſitori tradantur ſtatuit Paul. iiij. prout etiã refert idem Vmber. in ver. libri. Hodie habemus indicem librorum improbatorum, quorum nullum ſalua conſcientia, & citra periculum præſumptæ hęreſis retinere poſſumus. Q. M.*

b *Libros canonicos, quos eccleſia catholica pari pietatis affectu ac reuerentia ſuſcipit habemus in 4. ſeſſ. Con. Trid. Rub. de decret. cano. ſcripto. c. 1. Q. M.*

c *Caue ab hac gl. quia reprobata eſt a cẽſura ſacri & apoſtolici palatij, magiſtri in gl. & additiones iuris canonici. P. V.*

Libellus [a] Non eſt neceſſari' in cauſis, quæ tractari debent ſimpliciter, & de plano, vt de accuſationibus, olim. C. de naufra. l. fi. ſpe. ti. de libel. concep. §. nunc dicendum. nota plenè in Cle. ſæpe. de ver. ſigni. vbi per glo. & docto.

An procedat libellus ſine narratione & dicendum ꝙ ſic, ſi tamen ex petitione poteſt factum apparere. puta ſi dicat, Peto te condemnari ad tale, ex cauſa tali. vide de hoc do. Anton. & modernos docto. de iudicijs, examinatã.

Quid importet illa concluſio libelli, Quare circa prædicta, & in prædictis peto iuſtitiam miniſtrari, vel fieri iuſtitiæ complementum. vide in c. ij. de ordin. cognitio. & in c. cum eccleſia, de cauſa poſſe. & proprie. adde Inno. de officio ordin. capitulo j. do. Antonius plenè in capitulo examinata de iudicijs, & de mutu. petitio. capitulo i. de officio ordin. ſi ſacerdos, de maiori. & obedien. in capit. ſi quatuor.

An libellus requiratur[b] in cauſa inquiſitionis, & denuntiationis, Inn. dicit ꝙ ſic in c. i. de libe. obla. Bartol. & Bal. in l. edita. C. de eden.

Libellus debet cõtinere talem cauſam,

tiam, quę probata ſufficiat, & quæ neceſſariò inferat, Inn. in c.i.de lit.conteſta.nota.in l.ij.§.circa.ff.de do.excep. vel ſaltem inferat præſumptionem, vt l.omnes §. Lucius. ff. quę in fraudem credi.glo.in l.pe.C.de peri. tutor.

An procedat libellus, in quo eligo viam accuſandi, quando poſſum denunciare, vel contra, not. de deſponſa.impube.ad diſſoluendum.

An ſit neceſſe quòd libellus producendus, in iuditio ſubſcribatur manu publica: dic quòd non, text.eſt in c.i.de li.obla. vbi nota.

Libellus accuſationis porrigi poteſt abſente aduerſario etiam die feriata, quod intelligi debet de porrectione quæ fit iudici, vt l.miles.§.ſexaginta.ff.de adulte. & ibi Bart. not. ii.q.viij.præſcripta, de iu.c.vlt.

Quando debet porrigi libellus, ante citationem aduerſarij vel poſt vide in l.edita, & ff. de ſerui. vrba.prædi.l.quidam Hiberus, Bar.ff. de damno infecto.l.cum poſtulaſſet, tenet ꝙ poſt citationem aduerſarij debet porrigi libellus.

Libellus debet eſſe breuis, & clarus.ita dicit Guil.in l.edita.C. de ed.

In caſibus in quibus non requiritur libellus, ſi detur, & malè concipiatur, non vitiat iudicium, vide Bart.in extrauagante ad reprimendam, & in l.ſi cum nulla.ff.de re iudi.

An libellus ſit de ſubſtantia ordinis iudiciarij, glo.quòd ſic in ca.i.de libe.obla.& in aut, offeratur.C. de litis cont.gl.in c.ij.de litis conteſ.libr. vj.glo.in Cle.ſæpe, de verbo. ſigni.in verbo neceſſariò.glo.de dolo, & con. prout alia glo.in c.de cauſis, de officio deleg.

Licèt accuſator non teneatur in libello ponere diem delicti, ſi tamē poſuit, & non probauit, ſuccumbit, no. Bar.in l.ſi is qui reus.ff.de publi.iud. in contrarium facit ꝙ no.gl.in l. vinum.ff.ſi certum petatur.

Spe.in ti.de lib.concep.§. nunc dicendum, multos enumerat caſus, in quibus non ſit neceſſarium offerre libellum. ſed adde quod licèt libellus ſolennis, & in ſcriptis non ſit in aliqbus cauſis neceſſarius, ſemper tamē eſt neceſſaria petitio, & hoc eſt naturale, & de ſubſtantia cuiuſlibet iudicij no.C.de ſent. ex breu.reci.l. ij.de pręſumpti.afferte.faciunt no.in Cle. ſępe, de verbo.ſigni. dictum eſt Bart. in extrauagante ad reprimendam, in ver.& figura.

Libellus non requiritur niſi cum agitur contra ſpecialem perſonam Inno.in c.i.de libe.obla.

Libellus accuſationis multa continens capitula ſic obligat actorem ad probationem omnium, ꝙ ſi deficiat in vno non admittetur in alio. iij.q.x.placuit.

Querela cui petitio non inſeritur, non eſt propriè libellus, Inno.in c.in noſtra, de ſepul.

Libellus criminalis non requiritur in infraſcriptis criminibus, ſcilicet in crimine abigeatus l.i.C. de abige. item nec in leuibus, & paruis criminibus.l.leuia, de accu. item nec in his q̄ ab apparitoribus referuntur l.ea.quidem quę.C.de accu. item in crimine apoſtatatus.l. apoſtatarum.C.de apoſta.item nec cum accuſatur Chriſtianus, quòd contraxerit matrimonium cum Iudęa, & econtra. C.de iudæ.l.ne quis.item nec cū maritus accuſat vxorem iure mariti de adulte-

rio per c.tuæ fraternitatis,de procurato.vide omnino in ſpe. de libe.concep.§.x.ver.xxxix.xliij.xliiij. & xiij.

Libellus in denuntiatione non requiritur,Bal.in addi.ſpe. de libe.concep.ver.fi.ſed libellus eſt neceſſarius, quando apparet denuntiator, & negatur,ſpe.de libe.concep.ver.item ſi denuntiatio.

Libellus contra plures reos eiuſdẽ criminis valet,gl.Bar. & Ang. & Per. de Su.in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

An in eodem libello posſint accuſari falſi teſtes, & is qui eos produxit vide ſupra accuſatio.

Forma libelli contra defunctum[c] in officio inquiſitionis talis eſt.

Coram vobis. R.p.d.dñis inquiſitoribus comparet talis promotor fiſcalis velut officio inqſitionis asſiſtẽs, qui denuntiando ſeu clamosè inſinuãdo,aut aliàs illis melioribus via, modo, & forma quibus de iure poteſt,& debet,dicit,& proponit, quòd fama deferente ad eius notitiam peruenit,quòd quidam talis,& talis &c. defuncti, qui olim fuerunt viui, habitatores talis loci, dum in præſenti vita ſteterunt,fuerũt,& ſunt infamati de hæreſi, & apoſtaſia, vel ſaltem de fide ſuſpecti,in qua quidem hæreſi fama deferẽte deceſſerunt in dicta ciuitate,& alibi, vbi de ipſis notitia habetur,nam fuit,& eſt verum quòd ſupradicti quamdiu vixerunt,& potuerunt, obſeruabant, & obſeruauerũt mores, ritus, & cæremonias Iudæorum,& veniſſe[d] ad ipſorum rit[e], penituſque tranſiſſe,euangelicam ſimul legem,cum Moſaica, tenuerũt, & ſic ex his conſtat, aut verius conſtare poteſt ipſos fore, fuiſſe, & eſſe hæreticos, cum in erroribus hæreſis, & apoſtaſiæ deceſſerunt, aut ſaltem præſumitur deceſſiſſe: pro tanto dictus ꝓcura fiſcalis ſimpliciter petit, & requirit per vos.R.do.inquiſitorẽ debere pronunciari prædictos fore, fuiſſe, & eſſe infamatos de hæreſi, & apoſtaſia, aut ſaltẽ de fide ſuſpectos, & in dicta hæreſi deceſſiſſe,aut ſuper his mandari vos informari, cum dictus promotor inquiſitionis ſit paratus de quolibet debitam miniſtrare informationem vřis paternitatibus, aut aliàs de prædictis, & circa prædicta fieri, & prouideri, ſic & prout de iure faciendum,& prouidendum. Et ſic mutatis mutandis poteris contra quoſcunque hæreticos formare libellum.

ADDITIONES.

a *Libellus eſt nomen diminutiuum, & paruum librum ſigñat,& quia quæ narrantur & petuntur in iudicio, in ſchedula,vel folio concipi ſolent, quod eſt quaſi libellus,idcirco contigit, vt pro narratione & petitione agentis in iudicio ſumatur,cõtinens videlicet pro contento, figura dictionis. Hæc eſt actiõis formula, in qua conuentionis vel facti, de quo quæſtio erat,narratio cõtinebatur,quæ ſolennis erat, & à Pontifice verbis concepta ſolennibus ita petenda erat l.2.§. deinde.ff. de orig. iu.quæ formulæ poſtea ſublatæ fuerunt l.1.C.de formu.& impetratio.actio.ſubla. erat enim hoc nimis hominibus diſpendio, cum cauſa caderet is, qui non quemadmodum oportuiſſet egiſſet,& actio eſſet impetranda.l. 1. & 2.C.eod.Cic.2.de inuen.de actio. tranſlatio.item alibi ſæpe de huiuſmodi formulis & impetrationibus mentionem facit.*

Item

Itẽ ſrequenter in iure de actionibus dandis a Pratore ſcriptum legitur, à formulis autem impetrationibusq́ue ſublatis ſufficit aptam rei, & propoſito negocio congruentem actionem concipere agere volenti.l.2.C.de iur. formu. qua autem quiſque actione agere velit eam prius edere debet, vt proinde ſciat reus vtrum cedere an contendere vltra debeat, & ſi contendendum putat veniat inſtructus ad agendum cognita actione qua conueniatur l.1.ff.de eden.l.edita.C.eod.titu. Hinc, & libellus inſcriptionis in quo inſcriptio concepta eſt,l.libellorum.ff de accuſa.item repudij,vel diuortij,qui repudiato mittebatur, ſolennibus conceptus verbis.l.2.& l pœnituit.ff. de diuor. itẽ libellus famoſus, in quo quis infamia notatur l.1. C.de famo. libel. item libellus ſuplex, quem nunc, vulgò ſupplicationẽ appellamus.l.necquicquam.§. vbi decretum.ff.de off.procon.& leg.& l.diui fratres.17.ff.de iur.patr.& l.item veniũt. 20.§.præter.ff.de peti.hæredi.Vnde præfecti libellorum, quod officium geſſit etiã Papinianus iuriſconſultus l.reſcriptum. ff.de diſtractio.pign.præcum nomine etiã appellantur,eiuſmodi libelli.C. de præci. impera. offeren. P. V.

b *Hodie per totam Italiam accuſatio fit ſimpliciter.Gandin.in titu.quali fiat accuſa.Fran.Caſſo.in quæſt.crimi.c.3.de accuſa.ſiue libello.nu.6.* Q. M.

c *Proceditur in crimine hæreſis contra defunctum,vt ſupra in verb. accuſat.& in verb.defunctus.& per Siman.Enchir. tit.62.de mortuis.* Q. M.

d *Non eſt conſecutio modorum, infinitum pro finito ponitur.* P. V.

Ligare [a] vel ſoluere poteſt eccleſia viuentes, non mortuos, vt habetur in c. ligatur. xxiiij. q.ij.ſecus eſt in crimine hæreſis,quos poſt mortem poteſt ligare,vt in c. dãnationis.xxiiij.q.iij. & etiã poſt mortem ſunt excommunicandi, vt ea.q. iij.c.ſanè profertur.

An inquiſitores poſſint procedere cõtra illos qui per ſortiarias,& maleficas artes ligant homines, nè valeant vxores cognoſcere, de quibus loquitˀ tit.de frigidis,& maleficiatis. nam tale maleficium fit operatione dæmonum ad impediendum actum matrimonij, & permiſſione diuina datur poteſtas diabolo, vt propter aliquod peccatum hominis ſic vexet vt.xxiiij.q.i.ſi per ſortiarias, & p beatum Tho.in iiij.di.xxxiij.ar. iij. & dicendum quòd iſti tales facientes hoc non dicuntur hæretici, ſed puniuntur ſicut incantatores, niſi fortè ſaperet hæreſim,vt ſupra de inuocatione dæmonum, quia tunc poſſunt per inquiſitores puniri.

ADDITIONES.

a *Ligandi & ſoluendi verborum ſignificatio hic a corporali ligamine & ſolutione ad incorporale & ſpiritale vinculum ſolutionemq́ue transfertur.* P. V.

Locus [a] & tempus an debeant poni in inquiſitione, vel accuſatione,vide ſupra inquiſitio,& infra teſtis, & infra tempus, & vide ſupra accuſatio.

Nota quód ſubſtantiale eſt, quòd in accuſatione,& in inquiſitione exprimatur locus, [b] vt in l.libellorum. ff.de accuſationibus.ſed quæritur,an locus loci debeat exprimi,puta in camera domus?& Bart. dicit in l.is qui reus.ff.de public.iudi.& in l.ij.§.fin.

ff.de eo.quòd certo loco, quòd aut delictum eſt punibile in vtroque loco, & tunc ſufficit generalem locum exprimere, videlicet domũ ſimpliciter. vbi autem non eſſet æqualiter vbique punibile, tunc debet exprimi locus loci ar.in l.eum actum.ff. de nego.geſt.& in l.actor.C.de probati.& in l.non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de noui.ope.nunti.ad quòd faciat c.fi.extra de reſcri.in Cle.& in l.i.§.fi. ff.de incen.ru.nau.& talis loc⁹ certificari ſaltem per duo confinia, vt l.forma.ff.de cenſi.niſi fortaſſe locus eſſet notorius, Bar. vbi ſupra vt verbi gratia palatium ciuitatis, vel platea communis, vel eccleſia maior, quia notoria alia demonſtratione non indigẽt. l.i.circa fi.ff.de dote præle.& l.incertum ff.ſi cer.peta. vide ſupra accuſatio, in §.accuſans.

Locus delicti debet ſpecificè probari, quia non ſufficit delictum eſſe factum, niſi teſtes deponant, in quo loco ſit factum Bar.in l.i.ff. de aleat. & Bar.ibi tenet idẽ in tẽpore, [c] aliàs non dicitur probatum delictum, vt ibi, & tenet Bar.Cepo. in tit. de ſerui.ruſti.de ſerui paſcuorum. & vide per Bal.in l.matrem.C.de probat. & per Bar.in l.nõ ſolùm.§.ſed vt probari. ff.de operi.no.nuncia.

An valeat ſententia ſuper accuſatione ſine loco, vide infra ſententia. §.ſententia lata.

[A]DDITIONES.

a Locus eſt, Varro ait, vbi quid locatum eſſe poteſt, vbi quicquid conſiſtit. Virg. Aenei.8. Hic locus vrbis erit. Cic.lib.4. Epiſt. ſer. ſulp. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio accademiæ locum delegimus. ita ſumitur in l. libellorum.ff. de accuſa.l.& ſi.9.ff.ad l.Iul.de adulte. Item ff.de eo quod certo loco, & Inſt.de acti.§.ſiquis agens. Loci appellationem non ſolùm ad ruſtica verùm ad vrbana quoque prædia pertinere Labeo ſcribit.l. locus eſt.ff. eod. & ex mente proferentis interpretationem capit. Hæc latiſſima ſignificatio eſt, quandoque ſtrictius accipitur locus pro area in vrbe, rure autẽ pro agro l.fundi.rei.ff.de verb.ſignifi.& pro portione, fundi, metaphoricè verò variè ſumitur, interdum enim pro vice, veluti loco parentis, loco matris, quis, quæve mihi eſſe dicitur. Inſt.de nupt.§.& hæc adeo, & §.ſocrum quoque ac ſi dixiſſet tenere locum parentis, liberorumve, ſicut dicimus quem præſidis. & ſimilium tenere locum, l.2. C.de off. eius qui vicem &c. item loco quem humiliori vel honeſtiori poſitum dicimus pro familia ſeu natalibus humilioribus, vel honeſtioribus l.1.§.vlti.& l.3.ff.ad l.Cornel.de ſica.figura, continens pro contento. Praterea mouere aliquem loco ſuo, eſt eum de loco ſuo, vel dignitate repellere. Ciceron. ad Q.fra.lib.2.exarſit dolor, vrgere illi, vt nos loco mouerent, eſt & hæc antonomaſia. Item dicitur lex locum habere quando negocium de quo agitur comprehendit, quaſi lex ſit locus l. lex cornelia. §.domum.ff.de iniu.& pro ſedibus argumentorum, in quibus argumenta lateãt, ſumuntur loci in partitio.a Cicero. & a Quint.lib.5.c.x. Et quomodo conſideretur locus in quo res geſta ſit ex opportunitate, & ex circunſtãtijs eius, vide Cic. de Inuen.lib.1.de confirma. Quin.lib.5. c.10. Perquam notum eſt diuidi locum in ſupernum, infernum, dextrum, & ſiniſtrum. P. V.

Tempus autem eſt quo nunc Cic. ait, vtimur, (nam ipſum quidem generaliter de-

deſinire difficile eſt,) pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menſtrui, diurni, nocturni ve ſpacij, ſignificatione, in quo quæ conſiderentur etiam M. Tull. eodem loci deſcribit. Quint. item in citato ſupra loco. Manifeſtum eſt partiri tēpus in præteritum, ſuturum, & inſtans, Philon de opificio Dei ſcribit, tempus eſſe ſpacium motus cœli, Tempus inquit Varro, eſt interuallū mundi & motus, diuiſum in partes aliquot, a Solis, & Lunæ curſu a quorum tenore temperato tempus dictum eſt, aliæ ſunt huius nominis per tropos ſignificationes quas explicādi ocium non ſupereſt, vide infra tempus. Petrus Vendramenus.

b *Locus in libello accuſationis exprimendus illum per coherentias deſignando. Ang. de maleſi. in verb. in platea communis. Car. de hæret. num. 109. verſi. ſed quid ſi accuſatio. Anto. colum. in ſor. proce. in contu. crimi. ar. 68. & quod etiam locus loci, art. 69. Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. q. 12. verſic. eſt autem exprimendus locus. Q. M.*

c *Temporis, vel loci ſpecificatio omiſſa, accuſationem, vel inquiſitionem ipſo iure nullam redderet etiam parte non opponente, iuxta communem ſententiam, de qua Alex. in l. edita nu. 13. D. meus Philippus Decius. nu. 34. Cur. iun. nu 83. Claud. ſeiſel. nu. 22. Ripa nume. 26. C. de eden. Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fi. q. 12. ver. præterea in libello, & verſic. ſequ. & poſtea ampliat, etiam ſi de crimine agatur ciuiliter, verſ. adde quòd hæc concluſio. Et vltra alia tempus in delictis ſpecificè deduci & probari debet ad crimen grauandum, vel leuius reddendum, ad l. aut facta § tempus. ff. de pœn. Abb. in c. 1. de clande deſpon. Blan. de Indi. nu. 199. ver. conſiderari, enim tempus in delictis. Petrus Vend.*

M*Acula* infidelitatis, & diſcordię nō abluitur ſanguine effuſo pro Chriſti noīe. xc. diſ. neque.

Macula peccati remaneat etiā actu tranſeunte, Tho. i. ij. q. lxxxvi. ar. ij.

Maculam alterius peccati nemo contrahit, niſi qui conſentit. i. q. iiij. nullus, & c. placuit.

Magica [a] Ars, & omnes alię in quibus inuocantur dæmones. ſunt prohibitę. xxvj. quæſt. ij. qui ſine.

Magici, ſeu matematici dicuntur illi qui non ſolū cōnantur vaticinari futura, ſed per quandam magicam artē puta faciendo imagines cæreas, vel aliter conantur corpus alicuius torquere, ſeu cruciare, & aliquā aliā perſonam in ſuam, vel alterius turpiter plectere voluntatem. vt. C. de maleſi. & mathem. l. eorum, & quaſi per totum.

Vtrum magicis, & mathematicis intendere ſit peccatum, & apoſtaſia a fide, vide ſupra dæmon. §. dominus etiam Albertus.

Item an exercentes artem magicā habeantur vt hæretici, & an ſint vitādi, vide ſupra dæmon. §. iij. eadem cōcluſio. & an ſint vt hæretici puniendi, vel an veniant puniendi ſub tit. de male. & mathe. vide ſupra hæreticus.

ADDITIONES.

a *Magici libri iure quoq; ciuili ſunt improbatæ. lectionis, l. 4. ff. ſam. erciſ. Magi hic accipiuntur in malam partem, & pro his qui vulgo maleſici ob ſacinorum magnitudinem nuncupantur. hi ſunt qui per miſſu dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in*

Deo

Deo, ac ſine vllo veneni hauſtu, violentia tamen carminis interimũt. c. nec mirum. 26. q. 5. ex Iſido. etimologiarum lib. 8. c. 9. vbi quoque genera Magorum declarã tur, de Magicæ artis origine, & ſpeciebus etiam Plin. Hiſt. natur. 30. c. 1. & 2. tradit, hanc artem & ipſe vanam, & fraudulentiſſimam omnium artium appellat. De his etiam in lib. 2. ſent diſt. 7. ex Augu. l 3. c. 7. de trinitate ſcribitur, & in Catechiſ. in præcepto. Non habebis Deos alienos &c. P. V.

Manifeſta [a] delicta, manifeſta correctione indigent, extra de pœn. & remiſſ. c. i. vide infra negatiuus.

Quot modis, & quibus habeatur quis pro manifeſtè deprehenſo in hæretica prauitate & reſpondetur quòd tribus modis, vt habetur in glo. ordina. Bernardi in c. ad abolendam. §. præſenti, extra de hæreticis. vide ſupra de ſapientibus hæreſim manifeſtè, & ſupra hæreticus. & ſupra defenſores.

ADDITIONES.

a *Manifeſta, quæ ſupra ſcripta ſunt ad furtum manifeſtum in annotationibus, huc eadem ratione transferri poſſunt, & applicari pro re aperta, nota, teſtata, & non dubia ſumitur a Cic. in 2. pro ſex. Roſc. neque quæ coniectura ſed oculis manibuſque teneatur. Id. pro Au. Cluen. & alibi vt in Verr. act. 2. ad fin. Huic opinioni conuenit ſententia vel Conſtitutio pontificis Maximi, quæ legitur in ca. ſuper quibuſdam. de verb. ſignific. vbi qui ſint hæretici manifeſti reſcribit, & quæ dicuntur. ff. & C. & Inſtitu. de fur. manifc. & in c. cum olim. de verb. ſignifi. Opponitur manifeſtum ſecreto & occulto, ab autore Directo. inquiſitio. parte 3. de hæret. maniſ. manifeſti appellatio communis eſt his quæ vulgo notoria dicuntur, ex iuribus quippe citatis. Notorij verò nomen in iure ff. C. & Inſtitutionum nõ legitur præterquam in l. 6 ff. ad Turpill. numero tamen multitudinis, pro genere teſtificationum, nec in decretis antiquorum patrum a Gratiano collectis, in neotericis autem rarò. P. V.*

Malum [a] omne malum procedit a ſacerdotibus. xxiiij. q. iij. transferunt.

Licet quis faciat malum propter bonum finem, non tamen peccatum excuſatur, ſed pœnitentia debet alleuiari Abb. in ca. ſignificauit, de pœniten. & remisſi.

In maleficijs ratihabitio mandato comparatur. i. q. iiij. quia, & extra de reſti. ſpo. cum ad ſedem, in fi. &. ff. de vi. & vi arma. l. i. §. quotiens.

Non ſufficit abſtinere a malo niſi fiat id quod bonum eſt. xxii. qu. v. de forma. de vita & honeſ. cleri. cum ab. omni. j. quæ. j. placuit, & quòd ibi notatur.

Malum eſt in rebus proper intentionem Th. in ſumma contra gẽtiles, li. iij. q. xlv. & xlvi.

Malum magis ſanabitur in culpa, quã in pœna, Tho. in i. parte. q. xlviii. ar. vi. & in. iii. di. xxxi. aliàs. xxxvii. ar. vi. & in q. de malo. quæſtio. i. ar. i. & art. v.

Nõ ſolùm a malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinẽdum eſt. i. q. i. placuit & ibi nota. xiij. q. ij. quæſta. de vita, & honeſt. cleric. cum ab omni, & quòd ibi notatur.

Ex vno malo multa mala ſequuntur

..ur nota. in aut. vt iudi. ſine quo. ſuffra. §. quomodo, in gl. illicito.

Potius debemus omnia mala pati, quã malo. i. peccato conſentire. xxxi. q. ii. Lotharius, in glo. ſuper parte timendi, & extra de his quę vi, metusve cauſ. fiunt, in c. ſacris.

Malè loquens potius nocet ſibi, q̃ alteri. xi. q. iij. illud, in fin. & in cap. iuſtus.

Per malos miniſtros deus quandoque vocat, & congregat bonos. i. q. i. ita fit, & quòd ibi notatur.

Malorum aliqui tolerantur, aliqui corriguntur, aliqui neſciuntur. ij. q. i. multi, & quòd ibi notatur.

Mali ĩ hoc ſæculo ſemper ſunt mixti cum bonis. ideo in euangelio dicitur quòd eccleſia eſt ſagena miſſa in mare, & ex omni genere piſcium congregans xlvii. di. quantumlibet. idem habetur. ii. q. i. multi. xi. q. iii. audi. & c. nolite. xxiii. q. iiij. quantus, & c. hoc autem.

Malis hominibus multum proficit qui eis malè faciendi aufert ptãtem. xxiii. quæſt. iij. ſi quis fortitudinem.

Mali ſemper ſunt cogendi, vt boni fiant, qui enim nec natura ad virtutẽ inclinantur, nec ingenuos habent animos, aut verborũ doctrina diuque, aut quòd præcipuè his contingit, ſcilicet hæreticis huius temporis qui aſſuetudine longa malum habitum induerũt, neceſſe eſt quaſi belluas quaſdam ſub iugo ponere, & legis auſteritate coercendos fore, vt philoſoph⁹ docet. x. ethi. & per hunc modum coactè recta operantes virtutum actibus aſſuefaciendo tãdem in bonos viros euadant, vt ipſe dicit. ij. ethico. ex eo enim quòd multotiens agitur ſecundũ rationem, imprimitur forma rationis in vita actiua quæ quidem impreſſio nil aliud eſt, quàm virtus moralis, vt Th. ibidem dicit, & facit text. xxiij. q. vj. §. fi. ſed in iſtis qui ſemper aſſuefacti ſunt a cunabulis facere ritus, & cæremonias Iudaicas, de iſtis dubitat Auguſtin. eò quia durum eſt aſſueta relinquere, quia quòd noua teſta, capit inueterata ſapit, & vt experientia docet: pro iſtis poteſt dici illud brocardiciũ Senecæ, qui caſtigat mulierem, lauat laterem: quia qui ſemel malus, ſemper præſumitur mal⁹ vt de regu. iuris, li. vi. ſed in iſtis poterit deus miraculosè, & ſuper naturã operari, vt ſani ſint in fide. vide ſupra cogi.

Licitum eſt perſequi malos, vt ad bonum conuertantur. xxiij. q. iiij. qui peccat.

Mali quãdoque propter timorem conuertuntur ad bonum, vt infra metus.

Tollit de⁹ malos de medio, nè peccatum eorum augeatur. xxiij. q. iiij. ea vindicta, ver. magni autem & ſancti viri. ſicut tollit bonos nè malitia mutet intellectum eorum, de pœnit. di. iiij. ſi ex bono.

Mali ſunt tolerandi, corrigendi, & diligendi. xxiij. q. iiij. ex his omnibus, & c. quòd Chriſtus.

Maleficos ne patieris viuere, Exo. xxii. aliàs. xxxiij. xxiij. quæſti. v. §. ſed obijcitur.

Malorum punitione deus placatur xxxiij. q. iiij. ſi ea de quibus. Et mali coerceri debent, vt boni inter malos pacificè viuant. xxiii. quæſtio. v. non fruſtra.

Vnus malus multos bonos perturbat. xxiiij. q. i. non perturbatur. vnde illud vulgatum morbida facta pecus

to-

totum corrumpit ouile. Facilius malum conuertit bonus, quàm malus bonum peruertit ad malum. xxxii.q.i.non eſt culpandus.

Malorum ſocietas, diligenter eſt cauenda. xxiiij.q.i.omnes qui, quia ſæpe bonos cõturbat, & corrumpit. xxviij. q.i.ſæpe malorũ, iuxta illud ſpal. Cum ſancto ſanctus eris, & cum malo peruerteris.

Malorum vtilitati conſulendum eſt potius quàm voluntati. xxiij. q.v. vnde malos debemus quærere, vt eos a malo reuocemus, & bonos habeamus. xxiij.q.vij. quemadmodum.

Malus non debet eſſe melioris conditionis quã bonus. ff. de noxa, l. non ſolùm. ff. quòd vi aut cla. l. ſancimus. ar. contra. ff. qui, & a quibus l. ſiquis habens, in fin.

Qui ſemel malus ſemper præſumitur malus, de regu. iuris li. vj. nota. ff. de ſena. l. ii. & l. ſi cui. §. fi. ff. de accuſ. & ibi Barto. ſed intellige quòd ſemel malus ſemper præſumitur malus, ſcilicet in eodem genere mali, in l. ſenatus cenſuit, & l. ſi cui. §. i. & ibi Bar. ff. de accuſa. quod verum niſi per triennium ſteterit bonus, vt in aut. de monachis §. ſiquis igitur ſicut, ver. attamen in Spec. de compe. iudi. §. i. ver. quid de portantibus, & de præſumptio. §. iii. ver. pe.

Malos pro deo punire pietatis eſt officium, non crudelitatis. xxiij. quæ. viij. legi. ideo Prouiſo Solerter.

Malos qui percutit, non eſt crudelis, ſed dei miniſter, in Spe. de aduoca. §. vii. in fin. nã manigoldus exequens ſententias corporales nõ peccat, Spe. de exec. ſente. ver. item nota quòd, & ibi Bal. in additio. ver. non peccant, & in ti. de aduo. vbi ſupra & xxii. quæſt. v. ſi homicidium, & ſe. c. qui malos. ... iudex, & c. ſe.

Malefactores debent puniri publicè, vt in l. capitaliũ. §. famoſos. ff. de pœnis. vii. q. i. denique, verſi. turribula quoque.

An mali inter bonos ſint tolerandi, vide ſupra bonus, & ſupra communicare.

Malis in hac vita proſpera, & bonis conceduntur aduerſa. quòd quare ſit, vide de pœniten. di. iij. quid ergo turbamur. vbi habetur quòd proſperitas malorum in hac vita eſt ſignum reprobationis in futura.

ADDITIONES.

a *Malum eſt contrarium, & oppoſitum bono quibus modis accipitur & intelligitur, bonum eiuſdem in contrarium ſumitur malum, eſt enim eadem diſciplina contrariorum, inſt. de his qui ſunt ſui vel alieni. §. 1. & de tute. in princ. de bono verò vide ſupra bonum. malis hominibus purganda prouintia l. 3. & l. congruit. ff. de offi. præſid. boni premio afficiendi. l. 1. ff. de iuſt. & iu. P. V.*

Manna Fuit figura corporis Chriſti, de conſe. di. ii. corporeum illud, ſed manna patrib. datum differt multipliciter ab eucha riſtiæ ſacramento, de conſe. di. ii. reuera. & ibi vide, vnde dicitur manna.

Et nota quòd filij Iſrael comederũt manna xl. annis in deſerto antequam venirent ad terram habitabilem. Exo. xvi. in fi. capituli.

Manichæi Qui dicantur, vide ſupra hæreſis §. diuerſitatem, & ſupra hæreticus §. Manichæi.

Ma-

Maraanatha Magis Syrum eſt, quàm Hebræum,& interpretatur dominus noſter venit. vt ſit ſenſus, ſiquis non amat dominum Ieſum, anathema ſit. & illo completo deinceps inferatur, dominus noſter venit, quòd ſuperfluum ſit aduerſus eum odijs pertinacibus velle contendere, quem veniſſe iam conſtet, prima Corinthiorum, vltimo in fi.& in decretis.xxiij. q.iiij.Guiliſarius,& ibi glo.Ieronim⁹ ad Marcellam in epiſtola exponens amen,alleluia, Maraanatha. vnde cũ iſti neophyti,qui in hæreſim,& apoſtaſiam labuntur iudaizando, nõ credant quòd verus meſſias,& ſaluator ſcilicet Ieſus, iam venit ad nos redimendum in primo aduentu,qui in ſecundo veniet ad nos iudicandũ,ideo ipſi increduli odium habentes in eũ, ſcilicet in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum præterea dicti talis, quia non credunt dominum noſtrum veniſſe,anathema ſint, maraanatha vnde ab iſto nomine maraanatha proprium nomen,& conſonum acceperunt iſti qui in Hiſpania vocãtur Marrani deſcendentes ex circuncisione, & habetur in tex.Iudæorum & ibi in glo. qui non credendo quòd credere debent,anathema ſint marraanatha.

Nota quòd iſti tales Marrani, ſeu conuerſi neophyti, licèt ſint Baptizati,nunquam tamen amiſerunt nomẽ Hebræorum;nam vocari poſſunt Iudæi.vel Hebrei baptizati, vt habet xxviij.q.i.ſæpe malorum conſortia.

Maſculinum concipit fœmininum in his in quibus fœminæ poteſt diſpoſitio adaptari,non aliàs Bal.in l.ſeruus.C.cõmunia de ſucceſ.

Item maſculinum prolatum a canone comprehendit fœminas niſi eadem lege,vel conſtitutione,vel etiam aliàs excipiatur fœmina,glo. in c.generali,de elec.in vi.

Maſculinum cõcipit fœmininum ex quadam interpretatione, non ex proprio ſignificato verbi, & propter identitatem rationis,Bartol.in l.i.in princi.in lectura noua.ff. de peculio, Bal.in l.fin.xiiij.quæſtio.C.de hęred. inſtitu.item concipit in reſcriptis,vt tenet Abbas in ca.ſignificauit, de reſcriptis.

Sed nota quòd in materia contractuum a maſculinum nõ concipit fœmininum per.l.veteribus.ff. de pact. hoc idẽ tenet Gui.de Suz.qui fuit doctor,antiquus in legibus,& Rayn.de Forli.in l. tres fratres. ff. de pactis. & Ludo.de Ro.conſilio xxxiiij.vnde ſiquis accepit emphyteuſim pro ſe,& filijs ſuis, non veniunt filiæ ſecundũ. Io.de Imo.in c.fi.de locato,quod nota per ſingulare dictum Archi. in ca. ſiquis ſuadente.xvii.q.iiij.vbi voluit quòd in materia cõtractuum maſculinum non concipiat fœmininum, vt d.l.veteribus.ff.de pactis.

Maſculinum comprehendit in ſe fœmininum,vt in l.i.ff. de verbo. ſig. & in glo.l.ſi ita.ff.de teſta. tute. tamẽ fœmininum non comprehendit maſculinum,& eſt ratio quia minus dignum non debet attrahere ad ſe magis dignum, de celebrat.miſſa. cum Marthæ.§.præterea.xiij.q.ij. nõ eſtimemus.C.de petitio. hæredit.ff.de ſolutio.l.ſi alieni,& in ca. cum dubijs, de confeſ. eccleſiæ vel altaris & in l. quærit. ff. de ſtatu hominum.de hac materia vide latisſimè per Marianũ in Clem.i.de elec.li.vj.& licèt maſculinum

linum comprehendit fœmininum: tamen nõ conuertitur, de quo eſt gl. ſingularis, & vnica in corpore iuris in Cle. attendentes, de ſtatu monachorum, vel canonicorũ regulariũ. quam gloſſ. nota ſupra filij, & infra pœna, & ſupra fœmininum. Et an & quando maſculinum comprehendat fœmininum, vide plenè per Spe.ti.de alleg.& diſpu.§.poſt hoc, ver. vl. vbi maſculinum.

ADDITIONES.

a *Hæc eſt communis opinio, & per D. meum Philip. Dec. in l.2.nu.106. verſi. in 2. quæſt. de hoc latè tractat And. Tiraq. de vtro. retra. §.1. glo.9. num. 181. Quint. Mand.*

Matrimonium

[a] An ſi ſit cõtractum cũ hæretico, poſſit ſeparari, vide ſupra coniugatus, & ſupra infidelis. tex. & docto. de hæreticis, in c. decernimus, lib. vj. & de conuerſione coniugatorum, veniẽs. Arch. xxviij. q. i. cum apparet. & ibi vide.]

Item an propter fornicationem ſpiritualem poſſit fieri ſeparatio matrimonij etiam quò ad copulam, vide ſupra fornicatio, & Hoſtien. de diuortijs c. ij. eo. ti. c. quanto, & c. gaudemus, vbi de hoc.

Cupiens vxorem accipere iſta quatuor diligenter debet notare.

Primò qualiter vxor a viro ſit eligenda per diſcretam deliberationẽ.

Secundò qualiter a viro ſit dirigẽda per manſuetam gubernationem. Tertiò ſit corrigenda per amicabilẽ informationem. Quartò qualiter ſit diligenda per completã cõicationẽ.

An clericus actualiter degradatus poſſit contrahere matrimonium, vide ſupra degradatio §. an clericus.

Nota quòd nullus fidelis, ſiue baptizatus poteſt contrahere cum non baptizata, etiam ſi ſit catechumena, nec ſimpliciter, nec ſub conditione conuertendi ad fidem, & ſi contrahit matrimonium, nullum eſt. xxviij. q. i. c. caue, & c. cum non oportet, & ibi nota Hugo. ſponſalia verò ſub conditione ſi conuertatur, bñ valent, vnde quamuis nõ baptizatus crederet omnes articulos fidei, tamen matrimonium contractum cum tali non baptizato non tenet, vt d. ca. caue. vide ſupra coniugatus:

Contrahens matrimonium cum duabus, ſcilicet vna viuente contraxit cum alia, an ſit ſubiectus iuriſdictioni inquiſitorum, vide ſupra.

An quando vnus infidelium conuertitur ad fidem altero remanente in infidelitate, an ipſo iure ſit ſolutũ matrimoniũ vide ſupra coniugatus.

ADDITIONES.

a *Matrimonium eſt maris atque feminæ coniunctio, conſortium omnis vitæ, diuini, & humani iuris communicatio. l. 1. ff. de rit. nup. & c. vlti. de conuer. infid. Item matrimonium eſt viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, Inſt. de patr. pot. a matris nomine non adepto iam, ſed cum ſpe, & animo mox adipiſcendi Gell. lib. 18. c. 7. ita verò ex communi theologorum ſententia definitur, Matrimonium eſt viri & mulieris maritalis coniunctio inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Catechiſ. de matrimo. ſacra c. 2. & lib. 4. ſenten. diſtin. 27.*

vbi

vbi copioſè de eius origine inſtitutione, bonis, ac ſacramento, & quibus cauſis, & quomodo contrahendum, quod matrimonium ſit hodie ratum & quibus ſolennibus contrahendum ibid. Catechiſ. & cõcil. Triden. ſeſſ. 24. de reforma. matri. vide ſupra coniugium. T. V.

Melioramenta [a] in re empta ab hæretico retinentur per emptorem, quãdo alienatio reuocatur per inquiſitionem hæreſis, Bal. in l. ii. §. fi. C. communia de lega. vide ſupra inquiſitores §. in quiſitores hæreſis.

ADDITIONES.

a *Meliorare pro meliorem & fructuoſiorem efficere l. æquiſſimum. §. proinde. ff. de vſufr. Inde melioramenta a neotericis dicuntur. meliorem facere, eſt vſitatior longè locutio. l. ead. & multis alijs einſd. tit. ll. & l. ex duobus. 28. ff. de neg. geſt.* T. V.

Mendatium, [a] vel mẽtiri. mẽdaciũ eſt ſe profiteri Chriſtianum, & Chriſti opera non facere, ſicut hæretici, vel epiſcopi, & ſacerdotes qui contra opera Chriſti agunt.

Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat, quia & ille prodeſſe nõ vult & iſte nocere deſiderat. xi. q. iij. q ſqs.

Nota ſecundùm philoſophum ꝙ duo ſunt opera ſapientis, ſcilicet non mentiri, & mentientem manifeſtare.

Mendatium, & mentiri eſt officiũ mercatorũ dum volunt vendere ſuas merces. ideo mercatores eiecit de tẽplo, & tale officium reprobatur, vt. lxxxix. di. eijciens. [b]

Quicunque mentitur, committit ſacrilegium, de pœn. diſtin. i. ſerpens decepit.

In factis fidei nullo modo eſt mentiendum. xxij. q. ii. primum.

Mentiri de facto peius eſt quàm verbo. Ideo Prouiſo Solerter. Tho. in q. de quolibet. q. vj. ar. xvij.

Accuſatus tenetur iudici veritatẽ exponere, aliàs mortaliter peccat, de quo vide ſupra accuſatio. §. accuſatus.

Non licet mentiri pro tuenda vita alterius, vt xxij q. ii. nequis. quod eſt contra docto. dantes conſilium contra conſcientiam, vt liberent quem a morte ita tenet Abb. in c. ſuper eo, de vſuris. vide ĩfra crimẽ. §. nota. quòd nõ tenetur. Quot ſint ſpecies mendacij, vide ea. q. xxij. q. ij. per totum, & maximè in c. primum eſt.

Nota quòd æquè reus eſt qui facile credit, ſicut qui mẽtitur. xii. q. iiij. innocens, & ibi in glo. & xi. q. iij. non ſolùm, & nimia facilitas credendi vituperatur, vt in dicta gl. & lxxxvi. di. ſi quid verò.

Mentiri non eſt fas ſpiritui ſancto. Actuum v. & xvij. q. i. Ananias, vbi ſic dicitur ad literam, vir autem quidã nomine Ananias cum Saphira vxore ſua vendidit agrum, & fraudauit de precio agri cõſcia vxore ſua, & afferens partem quandam ad pedes apoſtolorum poſuit, dixit autem Petrus ad Ananiã, Anania cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te ſpiritui ſancto, & fraudare de precio agri, nõne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat poteſtate, quare poſuiſti in corde tuo hãc rẽ? non es mẽtitus hominibus, ſed Deo: audiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expi-

debent imputari quæ per coactionẽ abſolutam fiũt, ar.di.l.presbyteros. xv.q.vj.c.i.ar.xxxi.q.ii. Lotharius.

An reddens ab hæreſi metu pœnæ recipiatur ad miſericordiam? & dicẽdum quòd qui ex timore, vel metu benefacit, reputatur non facere, vt extra de regulis iuris. qui ex timore. nec præmium aliquod debemus conſequi ex hoc qđ facimus inuiti, vt xiij. q.ii. quàm præpoſterant. de hoc etiã. xxiii.q.v. ad fidem in glo. pe. & vide ſupra cõfeſſio, & infra miſericordia, & ff. ad Tre. ſi patroni. §. ij. & xvij. q. iiij. ſunt qui opes. viii.q.i. ſciendum.

Metus iuſtus infertur, ex terribili vultu potentis. b Io.An. in c. quia propter, de electi. in nouell. pe. col. Bal. in c. iniuria. v. col. de pace iuram. fir.

Metus conſideratur ex inſtanti periculo non autem ſuſpicatur ex futuro in act. quòd metus cauſa l. metum autem, in prin. & ibi Bar. ff. ꝙ metus cauſa, vbi dicit eſſe notãdum pro ſtatuto de metu.

Metus iuſtus ſufficit, etiam ſi eius effectus non ſequatur, gl. & Bart. in l. habitatores. § fi. quod me. cau. & in c. ad audientiam, eo. ti.

Metus an ſit iuſtus, vel iniuſtus, relinquitur arbitrio iudicis, c & idem quando quis dicatur ſimulaſſe ſe ſpõte facere; Inn. in c. dilectus, quod metus cauſa. glo. in l. interpoſitas. C. de trãſactio. Bal. & Pe. de Su. in l. ii. C. de his qui per metum iudicis non ape. Bal. in Ru. C. diſt. de reſ. ven. & in dicto cap.

Qualiter probetur metus iudicis, vide Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætor. ff. de noui operis nuncia.

Metus non purgatur, ſed geminatur per verba ſponte facio prolata tẽpore metus; Bal. in tractatu ſchiſmaticis. x. colu.

An metus mortis excuſet quem a peccato & a pœna ſi vadit contra fidem? & dicendum ꝙ metus mortis pro fidei defenſione, & confeſſione quantùm ad verum catholicum nullus metus excuſat, nec etiã qui cadit in cõſtantem virum pro fide tenẽda, vel pro peccato mortali non perpetrando, vt tenent theologi docti. & maximè ſanctus Th. qui hoc tenet, ꝙ non ſolũ de peccato mortali, ſed etiã de veniali in v. quolibet. q. v. ar. x. vbi de hoc q. facit in terminis ſpecialem, & in i. ij. q. vi. ar. vi. & etiam Auguſt. & recitatur. xxii. q. ii. ne quis. ſi ergo turbatio, & commotio ex metu mortis, & trucidatione corporis nõ excuſat quem ab hæreſi, nec minus excuſabit propter hæreſim habere ſpem de hominis temporalibus, ſicut illi apoſtatæ moderni faciebant. nam ſatius eſt mori fame quàm veſci idololaticis ſm Ray. ti. de apoſta. ca. vij. & potius debemus omnia mala pati quã peccato cõſentire, vt xxxi. q. ij. Lothari⁹ & de his quæ vi metusve cauſa fiunt in c. ſacris, & xxxij. q. v. ita ne. vide ſupra blaſphemus, ideo Prouiſo Solerter. Nec excuſat aliquem aliqua coactio, ſi confitetur feciſſe aliqua hæreticalia, vel apoſtaſiã à fide metu alicuius coactionis de futuro, ſ. cominatus morte, quia talis coactio non eſt abſoluta, & coactio conditionalis neminem excuſat, vt l. diſtin. presbyteros, & de conſecra. diſtin. iiij. eos. potius enim debet quis pati mortem quàm malo conſentire, vt xxxij. q. v. ita ne, & occiſores corporis non ſunt contra iuſtitiam timendi, vt xi. q. iij. non ſolùm, & c. nolite. xxxi. quæſt. ij.

Lotharius. ſolutio. hic non excuſantur tales a toto, ſed a tanto: [d] metus enim vel coactio conditionalis non excuſat, peccatum, ſed attenuat vt extra quòd metus cauſa, c. ſacris. Et nota quòd contra ea quæ publicè facta ſunt, admittitur probatio in contrarium. ſic xxxi. q. ij. Lotharius, & extra quòd metus cauſa, perlatum. quod eſt contra regulam generalem. viij. q. i. licèt. de hoc gloſſ. in c. ſcilicet ſacerdotibus. xv. q. vj. vide infra voluntas, & ſupra detegitur. §. ex his.

Nolite timere eos qui occidũt corpus, vt. xi. q. iij. nolite, in tex. & in gl. & ibi no.

Armorum terror ſufficit ad metũ inducendum in alijs præterquam in caſu noſtro ff. de vi, & vi arma. l iij.

Metus iniuſtæ excommunicationis [e] infert metum, & propter hoc poteſt quis excuſari, ſed hoc verũ, quando quis non habet facile remedium contra metum excommunicationis, quia propter potentiam, & tyrannitatem minantis excõmunicatus non audet appellare, quia cũ grauis pœna ſit ĩter homines eſſe, & hominum carere commertio, vt l. hi qui ſanctã. C. de apoſta. facit ca. ſacris, de ſentẽ. excommunicationis. vide bonũ tex. In c. corripiantur. xxiiij. q. iij. vbi dicitur quòd in Dei eccleſia non reperitur pœna maior excommunicatione Abb. in c. olim, de reſtitu. ſpolia.

ADDITIONES.

a *Metus eſt inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio. l. 1. §. 1. ff. qđ me. cau. Periculum aũt non cuiuslibet vexationis ſed maioris mali accipere oportet, nec hominis vani ſed iuſtũ, & qui vel in conſtantẽ cadat. l. 5. 6. 7. et alijs ff. eo. c. ad audientiam. & c. cũ dilectus. ex. eo. tit. Cic. l. 3. Tuſcu. metus, inquit eſt opinio magni mali impendentis, & ægritudo eſt opinio magni mali præſentis. li. 5. metus inquit, eſt futuræ ægritudinis ſolicita expectatio, in quem autem metus, in eũdem formido, timiditas, pauor, ignauia, idem l. 4. Tuſc. ſub metũ aũt ſubiecta sũt, pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. Ari. li. 2. Rhetor. metus eſt, inquit, ægritudo quædam, & tanquam tumultus animi, ortus ex obuerſatione ſpecieque quadam futuri mali, quod aut interitum nobis, aut dolorem afferre poſſit, ſequitur deinde qui quæve poſſint, aut ſoleant hominibus incutere metum vti ſolet accuratè, quæ non videntur abſimilia traditis a iuriſconſultis. Quoniam verò religio naſcitura, inquit Seruius, ex timore, fit vt metus pro religione ponatur. Virg. 7. ſacra coma, multosq; metu ſeruata per annos, cauſa ponitur itaq; pro effectu. Partitur aũt metus in iuſtũ ſeu probabilem, & in iniuſtum vel improbabilem, iuſtus eſt qui cadit in conſtantem hominem, iniuſtus vel improbabilis eſt vani hominis & meticuloſi. l. 6. & 7. ff eo. dicuntur autem metum incurrere probabilem vel iuſtum mortis, vinculorum, ſeruitutis, honoris, & pudicitiæ amittendæ, cruciatus corporis aut in ſua vel liberorum ſuorũ perſona timor. l. 7. 8. ff. eo. l. 4. 7. & 8. C. eo. rurſus quidam metus dicitur abſolutus, quidam cõditionalis. c. ſacris extra eo. c. in Iudæis. 45. di. c. præsbiteros. l. di. l. qui teſtamento. §. vlt. ff. qui teſta. facerẽ poſſ. l. 1. in fi. ff. de aut. tuto.* P. V.

b *Item ex minis officialis quas executioni demandare ſolitus erat iuxta cõem ſentẽtiã de qua Gra. reſ. 71. n. 15.* Q. M.

c *Cuius etiam arbitrio relinquitur an ſit*

ſit probatus, vel non, iuxta communem opinionem vt per Pariſ. conſi.60.nu.25. vol.4. Q. M.

d *Metus excuſat ab hæreſi, ſed nõ a peccato. et ſic dicũt peccaſſe mortaliter Marcellinum papam ingreſſum tẽplum paganorum. eò quia grana thuris ſuper eorum prunas impoſuerat, nõ tamen in hæreſim propterea ipſe inciderat, de quo in c. nũc autem. 21. di. per Dec. con. 151. col. 4. & per Alb. de aſſer. catho. q. 30. n. 6. Q. M.*

e *Idem voluit gl. fin. in c. olim. 2. de reſti. ſpolia. Roma. con. 369. nu. 16. Abb. in c. cum dilectus. col. 2. quod me. cau. Rot. 35. in no. Mil. in reper. in verb. metus iuſtus. Vmber. in iud. inqui. hoc ipſo verb. metus. nu. 3. & hãc communem affirmat Ieroni. Gig. de pen. q. 36. col. 2. Q. M.*

Mitius Agitur cum lege quàm cum miniſtro legis, vt infra relapſis, in §. nũc autem videndũ eſt, & habetur. ff. de arbitris l. Celſus, & in l. inſulam. ff. de verbo. oblig. & l. quicunque, de ſeruis fugiti. & prima partitione vulgo dicunt partida. ti. viij. l. vi. in fin. nam in crimine læſæ maieſtatis mitius agitur circa proditionem contra alium commiſſam, quàm contra regem, vel regnum, concor. l. fi. ff. de pœnis, & quod no. gloſ. & Bar. in l. diui. ff. de iure patr. & Cy. in l. quiſquis in op. & ij. q. C. ad legem Iul. maieſ. item ſi miles fuit contra regem transferendo ſe fortè ad hoſtes regis, amittit omnia priuilegia ſibi a rege conceſſa, vt l. Iudæos. C. de Iudæis, in fi. & C. de aquæduc. l. conſul. & licèt ſit reconciliatus regi, nullo modo recuperat dicta priuilegia amiſſa propter proditionẽ quã prius commiſit, vt ff. de iure aureorũ anulorum. l. i. & ij. & eſt concluſio Io. de Prato. in l. cum allegatis C. de remil. li. xij. circa fi. ideo cum apoſta. Prouiſo Solerter. vide infra priuile. §. iij.

Mitius agitur cum homine quàm cum lege. ff. de iure pat. in l. diui. Arc. xxxi. di. ſolatiue. Inno. de cohab. clerici. & mulierum, ſicut.

Mitius agitur cum minoribus xx. anno. quàm cũ alijs, vide ſupra filij §. ij. in fi. & infra in inſtructionibus inquiſitionis inſtructione ix.

An mitius agatur cum confeſſo q̃ cum conuicto? & dicendum quòd mitius agitur cũ confeſſo, quando ſponte confeſſus eſt, ſecus tamen ſi metu probationum no. glo. l. di. præsbyterum, glo. de ſimonia in c. de hoc.

Et circa hoc eſt notandum, quòd ſi de crimine conſtat per confesſionẽ tunc non attento modo procedendi imponitur pœna ordinaria quãtumcunque grauis. l. pro iudi. ff. ad legẽ Aquil. c. ij. de confeſſio. ij. q. i. c. i. & ii. tex. melior hoc probans in c. fi. de celebr. miſſa. vbi procedebatur per viã inquiſitionis, & confesſionem conſtitit de criminibus non impedientibꝰ ordinis executionem, & tamen fuit facta depoſitio ab ordine, & videtur prima fronte hoc mirabile, vt duriꝰ agatur cum confeſſo, quàm cum cõuicto: ſed poteſt dici ꝙ illa confesſio fuit facta ex timore probationis, & ſic non debet agi mitius ad hoc vt nota. in allegata gloſſ. prædicti cap. de hoc, de ſimonia. ſecus vbi ſponte cõfitetur, tũc enim habent locum iura dicentia mitius agendum cum confeſſo xii. quæſt. i. non dicatis. item cõtra confesſionem nil obijci poteſt, ideo imponitur pœna ordinaria, ſed contra cõditionẽ multa poſſunt opponi & quod dicitur de cõfesſione, in

telligendum eſt, niſi ſit facta inciden ter, ita limitat Bar. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. per legem ſi filium. C. de libera. cauſa. Ab. in c. qualiter, & quã do, de accuſ. el. ij. in vi. col. allegat gl. in c. ex pœnitentibus. l. diſ. Secundò limitat Inno. in dicto c. qualiter, ꝙ licèt non conſtet de crimine per confeſſionem, ſi tamen eſt notorium iuris, imponitur ẽt ordinaria, Abb. ibi extendit hunc caſum vbicunque crimen ſit notorium, vt tunc non attendatur modus procedendi, per tex. in c. cum non ab homine. de iudicijs. vbi deprehenſus in furto punitur tanquam conuictus in accuſatione.

An mitius agatur cum illis, qui in prin. conuertuntur, quàm cum illis qui vlterius diſtulerunt, vide ſupra conuerſio. §. an cum illis.

An mitius agatur cum nouis in fide, quò ad pœnitentias iniungẽdas, quã cum alijs, vide infra pœna. §. itẽ nota. ꝙ nouis in fide.

An mitius puniatur ſcholaris diſcens hęreſim, quàm magiſter qui docet, vide ſupra do.

Minor [a] aſſurgat maiori, nec ſe deat ſtante maiore. xciij. diſ. oportet, ſed Gofre. in ſum. de maio. & obed. maior præcedat, minor eum ſequatur in ſedendo, & ſubſcribendo. xvii. di. §. vlt.

ADDITIONES.

a *Maior quis altero dicitur ætate. l. ſemper de iur. immuni. ſciẽtia, moribus. c. cum maiores. 6. q. 1. magiſter diſcipulo. prælatus ſubdito. c. oues ead. q. vir. cũ muliere, maior numerus pautiori. De eo quod a maio. par. c. genere & nobilitate quis alteri præcedit vid. tit. de maio. & obedi. cum Feli. Vide Cic. in Top: de his quæ cadunt in ſeparationem. Item Ariſ. lib. 1. Rheto. Quintil de argum. Cic. li. 3. offic. T. V.*

Miſſa. An [a] ante abiurationem & abſolutionem poſſint audire miſſam hæretici, qui comparuerunt, & confeſſi ſunt errores ſuos coram inquiſitoribus. vide in fine libri, vbi ſunt extrauagantes in §. vtrũ excommunicatus poſſit intrare eccleſiam, & in §§. ſe.

An Saraceni poſſint miſſas audire, vide ĩ. Saracenus. §. an Saraceni.

No. ꝙ omnis Chriſtianus incurrit peccatum mortale niſi miſſam integram audiat diebus dominicis, & feſtiuis ſub pręcepto, vt in c. miſſas, & in c. ad celebrandas, de cõnſe. di. i. & in c. vt dominicis, de paroch. & ibi per Ab. & ſic qui contemnit miſſam integram audire talibus diebus, contemnit præcepta eccleſiæ. Ideo Prouiſo Solerter. an Iudæi poſſint miſſas audire, vide ſupra Iudæus. §. an Iudæi poſſint.

ADDITIONES.

a *De Miſſę ſacrificio. 5. Synod. Triden. ſeſſ. 22. c. 1. cum multis inde ſequen. item Catechiſ. de Eucariſt. ſacramen. c. quod ſi ex veteri. T. V.*

Miſericordia. [a] no. ꝙ deus nõ miſeretur eorũ qui aſſiduè peccãt. xciij. di. diaconi.

Miſericordiam impetraſſet Iudas, ſi peccatum ſuum debitè fuiſſet confeſſus, de pę. diſ. iij. Iudas, & ibi nota.

Miſericordiã habet, & qui parcit, & qui corrigit. xlv. di. & qui.

Facere miam malis non eſt aliud quàm

quàm ipſos fouere in malo.xiiij.q.vj. ſi res aliena.

An iudex ſemper debeat habere miſericordiam?& dicēdum quòd melius eſt quòd iudex redarguatur de miſericordia, quàm de ſeueritate, vt ſupra abſolutio §.actis.ſed poteſt dici,quòd iudex ſemper habebit miſericordiam etiam occidendo hominem,& ſi non per mitigationem pœnæ,ſaltèm per cōpasſionē,vt xlv.diſ. vera,& in gl.c.omnis qui,ea.di. nam ex hoc facit miſericordiam cum facit, vt ille conteratur inter flagella, & ne fiat deterior,vnde eo ipſo quòd punit aliquem, miſericordiam facit, vt in dicta gloſſ & in ca. &.qui emendat,e.q.& patet.xxiij.q.iiij. duo iſta, & in c.vindicta.

Qui enim facit finem peccato,miſericors eſt,de pœn.di.vltim.c.vltim. in fi.& habetur in glo. c. omnis. xlv. di. in fi. qui pœnitentibus miſericordiam non impendit, dicitur negare Chriſtum vt.vj.q.i.aliàs.vij. q.i. omnis qui.

Miſericordiam poſtulans,& iudicium non requirens,de transla. prę la.inter cir.c.fi.ij. q.vij.§.item obijcitur.

Parcere malis obſtinatis eſt iniuſta miſericordia.xxiij.q.iiij.eſt iniuſta.ideo Prouiſo Solerter.

Hæretico non eſt habenda miſericordia,nec concedenda venia,niſi ſatisfaciat ad arbitrium inquiſitoris, vt in c.ad abolendam.§.i.

Quæ debet ſeruare faciens miſericordiam, vide. lxxxvj. diſtintion. in ſingulis.

Nunc autem videndum eſt, qualiter quis,quàndo,quare recipiatur ad miſericordiam.& ante omnia eſt ſciēdum quòd hæreticorum commites quidam ſunt pertinaces in ſuis erroribus. quidam ſunt relapſi.quidam ſtatim redeunt ad fidem orthodoxā, & petunt miſericordiam, quidam expectant vt incarcerentur & publicētur ſibi teſtes,ſed dimittendo alia de quibus aliquid dictum eſt in litera hæreticus, & de quibus dicetur infra relapſus,nunc videndum eſt de iſtis, qui ſtatim redeunt ad fidem.& videamus quis,quando, quare ad miſericordiam recipiatur,& ſic videtur eſſe dicendū,quia aut hæreticus,ſiue credens vltra redire, & petit miſericordiam poſt ſententiam[b] & condemnationem, per quam eſſet condemnat[*] de hæreſi, ante tamen executionem redit & petit miſericordiā, quia poſt executionem pœnarum fruſtra petitur miſericordia.ſed tunc recipiendus erit,vt euitet pœnas animę, ſcilicet pœnam gehennalem,vt admittatur ad eccleſiaſtica ſacramenta,& abſoluatur ab excommunicatiōe, qua tenebatur aſtrictus,dummodo oſtendat ſigna veræ pœnitentiæ. ſed non quoad euitandum pœnam corporalem,& [c] ęternalem nullatenus admittitur,quia tardè venit qui ſentētiam expectauit, vt de hæreticis. ſuper eo, libr. vj. vt clarè patet ex his quæ ſtatim dicentur.Et quando, & cum quibus etiam pręter caſum prædictum ſit miſericordia deneganda , nota. xxiij.di.in nomine domini,in gl. hic habes. ſi verò vult redire ad eccleſiæ vnitatem,& petit miſericordiam antè condemnationem, & ſententiam, & tunc ſi in ipſo rei primordio cum incidit in errorem, vel etiam ſtatim cum deprehenditur in errore, vel inquiritur contra eum,ipſe confitetur,

& deteſtatur ſuum errorem, & humiliter petit miſericordiam, recipiendus erit omnino, ſi modò inquiſitor viderit eum ex puro corde, & fide vera, & non ficta redire, vt de hæreticis vt officium. §. Prouiſo Solerter, li. vi. & de pœn. di. iii. inter hæc, & de conſe. di. iiij. oſtēditur. xxvij. diſ. quòd interrogaſti. i. q. i. ſicut ficti. & ſi omnia iſta ſupradicta concurrunt, certè talis recipi debet per inquiſitorem ad miſericordiam, eo quòd ecclesia nunquam claudit gremium redeunti, vt, C. de ſumma tri. l. fi. in fi. & in dicto c. ſuper eo, de hæreticis, li. vj. quia deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. habetur Ezechi. x. viij. ca. & habetur tranſumptū in canone. xviij. q. vlti. his à quibus. imò antequam condemnetur, debet inquiſitor inſiſtere blanditijs, & rectis conſiliis, vt redeat ad fidem catholicam, vt i. q. vii. conuenientibus, xvi. q. vi. cognouimus. i. q. vij. ſi quis omnem, & in aut. vt non luxu. cōtra. natu. in prin. coll. vi. nam & pœnitentibus eſt venia concedenda, vt C. de hæreticis. l. Manichęos, de pęn. diſti. iij. ad hoc. xlv. di. ſunt nanque & cap. diſciplinam. ſunt tamen quidam ꝙ quos non odium criminis, ſed timor vilitatis, & amiſſio ꝓprij gradus, & ambitio celſioris ad pœnitentiam cogit, hos ſacri canones irrecuperabiliter deijciūt: quia qui ſimulatione pœnitentiæ, vel affectione honoris à deo non conſequuntur veniam, nec ab eccleſia reparationem merentur. habetur l. diſt. in c. ſacerdos, in §. ſunt tamen. ideo Prouiſo Solerter, Cum ſæpè hoc ſic accidit iſtis temporibus, vide infra pœnitentia. §. ſunt tamen, & §. falſa, & §. non prodeſt. vbi verò ſtatim non vult redire, nec ſtatim ab initio petit miſericordiā, ſed poſtea in proceſſu temporis, ante tamē ſententiam, & circa hoc an tales debeāt recipi, ſunt opiniones diuerſę doctorum, nam Archi. videtur expreſsè tenere, & Io. de Lignano in c. ad abolędam. in §. quòd illi demum ſunt recipiendi, qui ſponte redeunt, & nō coactè. Et illos dicunt ſponte redire, qui miſericordiam petunt infra tempus gratiæ, quando non ſunt præuenti ꝑ alium accuſatorem, & allegat Arch. ff. ad Tertuli. l. i. §. ſed vide. ver. quid ergo, & potuiſſet allegare. ff. de iure fiſ. l. edicto. in prin. C. ad legem Iuli. maieſta. l. quiſquis. & idem dicit ipſe, ſcilicet ſi res eſt omnino integra, vt quia non ſunt corporaliter capti, nec probationibus adhuc conuicti, aliàs non videtur ſponte redire, ſed metu detentionis, & probationum, & allegat. ff. de ope. no. nun. l. mancipiorū. optimè faceret. ff. de iureiuran. l. eum qui. C. de non nume. pecu. contra qui ꝑ opriā. accedat tex. C. de abolitio. l. fallaciter, dicēs ipſe quòd ꝑ prædict' non eſt dignus venia, vt C. de his qui latro. occultant. l. fi. & ita ſecundùm eum debet intelligi. xxiiij. di. c. fi. prout notat ipſe ar. de hæreticis in ca. vt commiſſi, li. vj. ſuper verbo obedientes, vt ibi nota, quam tamen opinionem non dicit ex ſe ſed eam habuit, ex ijs quæ recitauit Clemens quartus in quadam ſua cōſultatione, quæ incipit quoniam illis. de qua facta fuit mentio ſupra in litera defenſores, & fautores, & infra dicetur in litera receptatores, ſed alij dicunt, quòd iſta opinio eſt nimis rigoroſa, & ſecundū ipſam ſequeretur abſurdum, videlicet quòd non poſſit mitius agi cum

iſto

iſto volenti redire, quàm cum quocũ que pertinaci, cum iſte eſſet [e] deijciendus ſine ſpe veniæ ſicut pertinax hæreticus damnaretur, & directè videretur illius opinio contradicere tex. c. ad abolendam, de hæreticis, & ca. pe. in quibus dicitur expreſsè quòd hæretici poſſunt recipi poſt deprehenſionem erroris. & in dicto c. ſuper eo, ſolummodo denegantur recipiendi hæretici redeuntes poſt recidiuam, vel poſtquam ſunt damnati, & quòd ergo quandocunque ante ſentẽtiam volentes redire erũt recipiẽdi. & ideo arbitrio epiſcopi, vel inquiſitoris relinquetur recipere volentes redire ante ſententiam. Et quòd hęc poteſtas videtur attributa eis tam in recipiendo, quàm in mitigando pœnam redeuntibus per quandam conſtitutionem extrauagantem Inno. papę quæ incipit Superſtitionem, quę quamuis non ſit in libris, tamen poteſt allegari, & ſeruari inquantum non ſit cæteris cõtraria, ſed iuri conſona, vt extra eo. c. fi. de hæreticis, li. vj. vnde ſecundùm hęc epiſcopus, vel inquiſitor ex ſuo arbitrio, & ex ſuo motu recipiet redeuntes ante ſententiam. & ita ſeruat generalis conſuetudo officij inquiſitionis. ideo Prouiſo Solerter. Item Hoſti. in c. ad hæc, de ſimonia, dicit quòd quando quis timore probationum confitetur quòd in aliquo parcendum eſt ſibi, licèt non in totum. & erit arbitrarium quãta pars pœnæ indulgeatur, ar. in c. fi. de tranſactionibus. ſed hoc dictum Hoſ. nullo iure probatur. quinimo omnia iura parem pœnam infligunt conuictis & confeſſis in iudicio, vt hic iſto c. & in l. ſi confeſſus ff. de cuſtod. reorum. & c. ij. de confeſsis, cum multis ſimilibus. & facit illud notabile dictum Inno. in c. qualiter, & quando, el ij. de accuſationib'. vbi vult acrius puniri cõfeſſum per viam inquiſitionis quàm conuictum, vt ibi dixit dominus Abb. in dicto c. ad hoc, aliàs ad hæc. de ſimonia. hoc Abb. in dicto cap.

Ego tamen meliori iuditio me ſubmitendo correctioni ſanctæ matris eccleſiæ, viſis omnibus ſupradictis, licèt opinio Arch. [f] videatur rigoroſa vt prædicitur, tamen videri meo multũ videtur iuri conformis circa iſtos qui iſtis temporibus apoſtatando tranſierunt, vel redierunt ad ritus, & cæremonias Iudæorum, & ad obſeruantiam legis Moyſi. quòd cum eis datus tempus gratiæ quòd ſi tales non venerint, & redierint ſtatim, & ſpontè, vt in c. ad abolendam, re integra, & cum omnibus ſupradictis cõditionibus poſitis per Archidiaconũ quòd non admittantur aliter ad miſericordiam, quia ſicut quilibet homo libero arbitrio perit, ita libero arbitrio conuertatur, & non coactus, nec metu pœnæ, vt. xxxv. di. ca. de Iudæis, & ca. ſicut, & c. conſuluit, & xii. q. i. non dicatis, & opiniones contrariæ illi opinioni Arch. haberent locũ in illis, qui haberent errorem in intellectu ſolùm, quibus non deberet denegari miſericordia, quandocunque vellent redire ante ſententiam, ſi vellent errores ſuos deteſtari, & illos abiurare, quòd non videtur habere locum in iſtis, qui iudaizant, cum non ſolùm errorem in intellectu habent, ſed etiam facto, & opere errores ſuos demonſtrant, obſeruando legem Moyſi, & faciendo eius præcepta, ritus & cæremonias, negando

Chriſtum verum meſsiam, promiſsũ in lege veniſſe, qui cum ſint obſtinati & in ſua pertinacia indurati, licèt ſæpè per inquiſitores per ſua edicta vocantur, & multis monitionibus blandiuntur, vt redeant ad fidem catholicam, promittẽdo eis miſericordiam, nollunt illis obtemperare, ſed auribus clauſis nolunt audire nec confiteri quæ contra fidem committunt, credendo ſe ſaluari per legem Moſaicam quouſque capiuntur, & incarcerantur, quibus ſæpè contingit quòd poſt accuſationem & publicatis atteſtationibus cum iam ſui errores veniunt in lucem, & ſunt manifeſti, tũc timore pœnæ ſimulata conuerſione confitentur omnia, de quibus accuſantur, & petunt miſericordiã, & pro talibus poteſt trahi, in conſequentiã, quòd ſerotina pœnitentia multos ſolet decipere, vt de pœni. di. vii. quòd quamuis, & xxvi. q. vj. ſi pœni. & cap. ſe. & Hoſti. in ſumma de pœn. §. qualis ver. feſtina. ſed cum eccleſia eſt pia mater, & nũquam claudit gremium redeunti, vt in c. ſuper eo, de hæretic. lib. vi. & C. de ſumma trin. & fid. ca. in epiſtola inter claras, quocunque tempore ante ſententiam iſti tales per inquiſitores de conſuetudine admittũtur, ad perpetuum carcerem, cum cõfiſcatione bonorum, ſed videri meo multis rationibus iſti tales non deberent admitti ad miſericordiam, imò tanquam fictè, & ſimulatè confeſsi deberent puniri ſicut pertinaces hęretici. vide infra pœnitẽtia, §. pœnitentiam veram, primò, quia de talibus non habetur ſpes correctionis, & nõ datur venia niſi correcto, vt in regula, peccatũ. de reg. iuris, li. vi. quia tãdiu reputatur quis incorrectus, donec reatus ſuos recognoſcens emendet, vt extra de foro compet. nullus, in fi. & vbi non eſt ſpes correctionis, potius ſeruatur rigor, quàm miſericordia, vt xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. Item quia non confitentur ſpontè, ſed metu probationum, & timore pœnæ, & cum confeſsio facta metu mortis nõ teneat, vt in c. i. de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt, & xxxi. q. ii. Lothari⁹, & Spe. in ti. de confeſsione in prin. §. ii. nam omnis confeſsio, quæ fit ex neceſsitate, fides non eſt, vt. xv. q. vi. in c. ſi ſacerdotes. vide ſupra confeſsio. in §. non tenet confeſsio, & alijs. §§. ſe. Nam vbi pœna imponitur ipſo iure, non poteſt per negationem augeri, nec per confeſsionem minui. ita nota Bar. ff. de peculio leg. l. id quod ſenio. & de hoc eſt caſus in l. palam. §. pe. ff. de ritu nupti. vide infra pœna. §. nota quòd vbi certa. Item quia tales confeſsiones quando non fiunt ſponte, & incontinenti, vt dictum eſt ſunt fictę, & ſimulatæ, & deum irritãt & de iſtis dicit Iſychius in decretis de pęn. di. iij. in §. nam ſicut vera, talia verba, nam ſicut vera pęnitentia probaret, ita ſimulata deum irritat, quia ſpiritus ſancti diſciplina effugiet fictum, hoc autem ſancti patres irremiſsibile peccatũ, & blaſphemiã in ſpiritum ſanctum dixerunt, & in ſcelebus vſque ad finem vitæ perſeuerare eſt de potẽtia, & miſericordia dei, & redemptoris diffidere. Itẽ quia cui debet dari venia, ſeu miſericordia, debet eam humiliter petere, & cõfiteri, aliter eam ſperare non licet, vt extra de ſimo. ca. nemo, & xxii. q. ij. cum humilitatis. & licèt iſti confiteantur omnia de quibus accuſantur, & cum cõfeſsio iudicialis partis accuſatæ inter

omnes

omnes probationes ſit potior, & in confeſſo nullę ſunt partes iudicis niſi in condemnando, vt eſt glo. in c.i. de accuſatio.li.vj. ſuper parte confeſſus, & in ca. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſti. & ij.q.i. nos in quemquam. & ſic neceſſario inquiſitores per tales confeſſiones coram ipſis factas in iudicio deberent eos declarare hæreticos fore, & tanquã ficte cõfeſſos, brachio ſœculari relaxare, vt in eis exequatur pœna a iure ſtatuta cõtra cõuictos de hæreſi, quia ſecũdùm regulas iuris communis cum ſemel commiſit crimen, debet puniri iudicialiter, & condemnari, etiam ſi confiteatur, & pœniteat quia propter pœnitẽtiam factam per eum etiam quo ad forum humanum, & iudiciale nocẽs eſſe non deſit, vt ff. de pœnis. l. ea mente, & de ædilic. ed. c. l. quid ſi fugitiu⁹, in princi. alia ratio eſt quòd cum talibus non eſt facienda miſericordia, nec eſt eis parcendum, quia ideo facilis ſpes veniæ occaſionem tribuit delinquendi, vt. l. di. ſi lapſis, & xxiij. q. iiij. eſt iniuſta, de vita & ho. cleric. vt clericorum, de transla. prælа. c. pe. in gloſ. & cum iſti qui iſtis temporibus reperiuntur iudaizare, cum incipiente inquiſitione in iſtis regnis ſteterũt obſtinati in ſua perfidia, & nolunt cõfiteri ſuos errores, donec incarcerantur delinquentes ſub ſpe veniæ credẽdo quòd quandocunque ante ſentẽtiam confiteantur ſuos errores, recipientur ad miſericordiam per inquiſitores, tales enim cum ſpe veniæ ſũt in ſua pertinacia, dicũtur peccare in ſpiritum ſanctum poſtquam inquiſitio eſt introducta, & eſt peccatum obſtinationis, quod nec in hoc ſœculo remittitur, nec in futuro, de quo vide quod legitur, & no. in c. qualis. xxv. di. & in ca. ſciendum, de pœni. diſt. ij. Abb. in c. fi. in princi. de immuni. eccleſia. ideo augẽda eſt pœna aliquando ad terrorem aliorum, qui proni ſunt ad culpam, & metu pœnę arceãtur a ſimilibus cõmittẽdis, vt. xxxiij. q. v. non eſt innocentiæ, & de vita, & honeſtate cleri. ca. vt clericorum, q̃a multis graſſantibus opus eſt exemplo, vt in l. aut facta. ff. de pœnis, & in Clementi. i. de pęnis, & ibi gloſſ. & de pœn. di. i. aut facta, cum ſuis gl. ſuper parte graſſantibus. item quia ſi mali non abſtinent a malo virtutis amore abſtineant formidine pœnæ, vt in dicto ca. clericorum, de vita. & honeſt. clerico. eo quia ſi a principio tales hęreſes in tempore regis Zizeburi radicitus extirpatæ fuiſſent, nulla ſcintilla remãſiſſet iſtis temporibus, ſed q̃a tunc data fuit eis miſericordia, vt patet ſupra in litera, commedere, ideo iſti conuerſi moderni audatiam cępe runt, & reuerſi ſunt ſicut canis ad vomitum. ad quod ẽt facit illud, quod traditur extra de cleric. coniugat. & Archi. in c. ii. de hæreticis, li. vi. vbi dicitur quòd mali ſunt puniendi, quia ſæpè quos timor dei non reuocat, ſaltem compeſcit ſeueritas diſciplinæ. item quia iſti qui iſtis temporibus in Hiſpania inueniuntur iudaizare, sũt aſſuefacti a cunabulis vſque ad decrepitatem in iſtis cęremonijs iudaicis legis Moyſi, in qua parentes ſui dum viuerent, iſtos deſcendentes ab eis inſtruxerunt illam ſeruare, odium habentes in Chriſtum, & in ſanctam fidem catholicam, & cum aſsiduus habitus reuertatur in naturam, vt ait philoſophus quòd cõſuetudo eſt quaſi altera natura, li. de memoria, & remi-

miniſcentia, & cum frequentia deli-cti inducat contemptum ſecundùm Matthæ.& Ioa.de Imo.de ſepulturis. in Clementi.i.in verbo ſcienter, allegat ad hoc beatum Auguſtinum de doctrina Chriſtiana. & cum durum ſit aſſueta relinquere,& qui ſemel malus,ſemper p̃ſumitur malus,vt de reg.iuris,li.vj. ergo qui omnibus diebus vitę ſuę ſemper fuit malus,iudaizando, & habuit pactum cum dęmone vſque ad decrepitatem,ergo ſi talis non redit incontinenti,& ſponte, & libero arbitrio non confitetur, ſcilicet tempore gratiæ cõfitendo verè hæreſim, in quam incurrit verbo, & facto,& eam deteſtetur abiurando publicè,ſicut de iure tenetur,& poſtmodum talis fuerit captus,& incarceratus ſi conuincitur de hęreſi per teſtes idoneos,& expectat accuſationem,& non vult cõfiteri vſque ad teſtium publicationem,licèt poſtea talis poſtquam didicit teſtificata,confiteatur in iuditio,cum de tali non habeatur ſpes correctionis,vt pręditũ eſt,non eſt recipiendus ad miſericordiam cũ perpetuo carcere, eo quòd multi iſtorum ſimilium inuenti ſunt noſtris temporibus poſtquam detruduntur in perpetuum carcerem reuerti ad ſuum iudaiſmum mẽte,& facto.Et cum tales deberent puniri, vt habetur Lucæ xix.vbi dicitur veruntamẽ inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc,& interficite ante me.Item Ierònimus in prima parte epiſtolarum in dialogo contra Pelagium.Iſai. dicit, comburentur iniqui,& peccatores ſimul, & qui relinquunt deum conſumabuntur. ergo concludẽdo ad propoſitum,cum iſti hęretici, apoſtatæ iudaizantes reliquerũt verum deum meſsiam Ieſum ſaluatorẽ, & redemptorem noſtrum & noluerunt,vt regnaret ſuper eos,miſericordiam quã tales cõſequi debẽt,debet eſſe ignis 8 vt traditur. Io. xv. ſi quis in me non mãſerit,mittetur foras ſicut palmes, & areſcet,& colligent eum,& in ignẽ mittẽt, & ardet. vnde Auguſtinus in homilia ſuper iſtud Io. xv. ait, vnum e duobus palmiti cõgruit, aut vitis, aut ignis;ſi in vite nõ eſt,in igne erit. vt ergo in igne non ſit,in vite ſit,hoc ille. Et ideo ſi iſti tales non puniũtur vt vult lex diuina,canonica, & ciuilis,& conſuetudinaria,vt in l.ij.C.de apoſtatis,nè miremur ſi deus mittat in iſtis regnis peſtilentias, & fames, vt habetur.iii. Regum xx.c. vbi dicitur,quia dimiſiſti virum dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius,& populus tuus,pro populo eius,& cum ſtudium inquiſitorum,& prælatorum inter omnes ſolicitudines ſuas debeat eſſe præcipuè iſta, vt vulpeculas capiant, vt in ca. inter,de purga.cano. & poſtquam p ipſos fuerint tales vulpeculę deprehenſæ diſtricta vltione corrigant, & caſtigent,vt.xxv.q.v. peruenit, & ca. idolorum concor.extra de officio ordi. irrefragabilis. cum ſi.ad quod facit quòd habetur Ezechielis. ix. non parcat oculus veſter, nec miſereatur ſenem,adoleſcentulum, & virginem, paruulos interficite. nam ſi hoc obtinet in crimine læſæ maieſtatis,vbi nõ recipitur quis ad miſericordiam, ſed perdit vitam,& bona, vt in l.quiſqs, C.ad legem Iuliam maieſtatis. ergo a fortiori in crimine hæreſis locũ habere debet, cum longè grauius ſit ęternam, quàm tẽporalẽ lædere maieſtatem,

ſtatem, vt de hæret. cap. vergentis. ad quod facit glo. vj. q. i. ſiquis cum militibus. quia vbi maius delictum inuenitur, ibi maior vltio exercenda eſt, vt. xxiiij. q. i. non auferamus, vt tenet Abba. in c. vergentis, extra de hæreticis. Et licèt inquiſitores tales non recipiant ad miſericordiam, non propter hoc dici poſſunt crudeles, ſed iuſtitiam facientes dando vnicuique pro ſuis demeritis quod meretur. nam eo quòd quis de hæreſi conuincitur, pœna capitis debet puniri, vt in iuribus ſupra allegatis. Et poteſt reſponderi per illud Ieronymi ſuper Iſaiam, nõ eſt crudelis, qui crudeles iugulat, licèt crudelis patientibus eſſe videatur. nã latro ſuſpenſus patibulo crudelem iudicem putat, vt xxiii. q. v. non eſt crudelis. deus enim qui eſt miſerator, & miſericors, iuſtus, & patiens & multum miſercors, non ideo crudelis, & rigoroſus, & cruentus reputatur, eo quòd diluuio genus humanum deleuit, & ſuper Sodomam, & Gomorrã ignem, & ſulfur pluit, Ægiptios ſubmerſit: influentibus Iſraeliticarum cadauera proſtrauit in eremo. & notandum quòd obſtinato in malitia deus nunquam miſerans fuit, nec miſeretur, vt infra obſtinatio, §. iij. & qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus deprauatis in ſocietate fidelium permanſerint, eos exemplo ſuæ perditionis rex interficiat, vt c. ecce. xxiiij. q. iij. his nãque, quibus prodeſſe non poteſt correctio, non parcat abſciſio. vide infra teſtes. §. nota quòd quando aliquis eſt incorrigibilis abijcienda prorſus eſt peſtifera patientia, quæ ſibimet peccatis aliorum parcendo non parcit, c. illud. xxiiij. q. iij. & ferro abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomentorũ non ſentiunt medicinam. lxxxij. diſt. quia, in fin. & ca. non omni, & c. non vos, & cap. non oſculatur. y. q. v. & ij. par. ti. viij. l. i. ij. ideo bene concluditur exemplo diuino, & iure canonico, & ciuili, atque cõſuetudinario tales non eſſe recipiendos ad miſericordiam. nam quies eccleſiæ ſeueritate adiuuatur, vt xxiij. q. i. prodeſt. Et ſi ſic obſeruaretur, ira dei placaretur, & ceſſarent peſtilentiæ, & fames, & multa bona noſtris temporibus euenirẽt propter iuſtitiam, vt habetur. xxiij. q. viij. legi Syromaſtẽ, in quo vide ſupra fornicatio, & habetur deutero. xiii. ſi an iſte audieris, & tranſumptiuè. xxiij. q. v. quód vide ſupra comburi. ſed tamen non obſtantibus prædictis ſi confiterentur errores ſuos incontinenti, & ſpontè; & continuò ſicut dicto. c. ad abolẽdam, & parati eſſent corrigi, ſi de eorum correctione haberetur ſpes ex miſericordia, mitius eſſet cum eis agendum, vt. l. di. vt conſtitueretur, & ca. ſi. de tranſa. & in ca. commenſationes. 44. diſt. cum ſequ. & quód ſponte redirent puro corde, & fide non ficta, deteſtando ſuos errores, & eos abiurando, poſtulando de eis veniam, & miſericordiam, non eſt eis deneganda miſericordia indicta ſibi purgatione condigna ad arbitriũ epiſcopi, vel inquiſitoris, & iniuncta pœnitentia ſalutari, vt in c. ad abolendam, de hæreticis, & de purgatio. cano. ca. inter. in qua purgatione ſi deficerent, vel adimplere pœnitentias recuſarent, tanquam hæretici eſſent condemnãdi: de quo vide ſupra deficiens, & infra purgatio, & infra pœnitentia. Et ſic quando inquiſitor aliquem recipit ad miſericordiam,

debet

in fi. ſed poterit ſuſpendi ad tempus. & ita notat. Archi. in c. vt commiſſi, de hæreticis, lib. vj. ſuper verbo, fiſco. quòd ſecus eſſet, ſi poſt capturam, & incarcerationem confiteretur hæreſim. nam tunc deberet degradari de quo vide ſupra degradatio.

An rediens ad vnitatem eccleſiæ renuntians ſuæ hæreſi poſſit recipi in epiſcopali dignitate, & an cæteri clerici poſſint in ſuis ordinibus recipi, vide gloſ. 1. q. vij.

An ſit melius vti miſericordia, quàm rigore, vide ſupra iudex.

Modò videamus, quid proderit redeunti ſi recipiatur ad miſericordiam, & qualiter procedatur cum eo. Et dicendum quòd ille qui recipitur ad miſericordiam tempore gratiæ nõ ſolùm proderit ſibi ad ſalutem animæ, ſed etiam ad ſalutem corporis, & ad retentionem bonorum ſuorum, vt ſupra bona, & §. gratia. & etiam prodeſt filijs. quia non fiunt inhabiles ſicut illi, qui ſunt filij illorum, qui relicti ſunt iuditio ſæculari. de hoc vide ſupra filij. §. nunc videndum.

Nota quòd ſi aliqua bona dimittuntur redeuntibus tempore gratiæ, vel alijs, non ſibi dimittuntur niſi ex miſericordia de quo vide ſupra bona.

An cum hæretico ſit habenda miſericordia, vide infra negatiua.

ADDITIONES.

a *Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis, nemo enim paricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordia commouetur, Cic. lib. 4 Tuſcu. Miſericordia quædam iuſta, quædam iniuſta quæſit vtraque lege c. eſt iniuſta. 23. q. 4. & quorum miſerendum ibidem & c. ſeq. non enim in damnum alterius, eſt exercenda, & intempeſtiuè, vt legitur ibidem. & l ſi hominem. 7. ff. depo. & inſtit. de l. Aqui. §. vlti. in funus autem cuiuſpiam ſi impendas miſericordia motus, non reprobatur neque l. ciuili. l. at ſiquis 14. § interdum. ff. de reli. & ſump. fun. quomodo, & quibus impertienda, vide totam 45. diſtin. & præcipue c. diſciplina. cum ſequen. à Iudice, & prælato potiſſimum. item & a priuatis. Catechiſ. in præcept. non occides. §. iam verò quæ. & in præcep. furtum non facies c. iam verò. Lactan. lib. 6. c. 9. 10. 11. & 12. cum ſeq. D. Ambro. lib. 1. off. Clemens autem li. 3. Stroma. ait, Miſericordia autem non eſt vt quidam exiſtimauerunt philoſophi, moleſtia propter alienas calamitates ſed eſt potius quid diuinum, vt dicunt prophetæ. Miſericordes autem eſſe vult non ſolùm qui faciunt miſericordiam, ſed et, qui miſereri volunt, & ſi non poſſunt, quibus adeſt vt ſponte, & libera voluntate operentur. Hæc autem breuiter de humana miſericordia locuti ſumus. Si vellemus eã in ſpecies diſtribuere pluribus agẽdum eſſet, aut enim ea in quempiam vti volumus in iuditio, & tunc aut in cauſa criminali ſeu publica, vel priuata, & pecuniaria, vel generis alterius aut extra iudicium, & tunc aut in ſe vel in ſuos, aut in alios, vel ſuæ ciuitatis, aut in peregrinis, ſic in immenſum creſceret oratio. Miſericordiæ cuiuſpiam ſiquid committatur, intelligitur commiſſum arbitrio boni viri, vide annotationes ad Anton. in commen. Panor. in c. ſanè. 4. de renun. Pet. Vendr.*

b *Reſtituas hæc ex Cald. de hæret. c. 16. de hæreti. ſeu creden. &c. videlicet & poſtquam eſt damnatus, aut ante ſententiam & condemnationem. Si poſt ſententiam. P. V.*

Aliâs

c *Aliàs ex Calder. legitur temporalem Petrus Vend.*

d *Ex eod. legitur poſt dicta. P. V.*

e *Apud Calde. legitur omnino damnandus. P. V.*

f *Pro his latè Paul. Ghirlan. in tracta. Hęreti. q. 5. & Siman in Enchir. tit. 57. de pœnitentibus. Zanchi. de hęreti. c. 16. nu. 6. & ſeq. Camil. Campeius. in addi ad ipſum. in verb. ante ſententiam. Guindiſ. in eod. tracta. q. 20. nu. 1. & ante omnes. Calderi. eo. tracta c. 16. nu. 5. & ſequen. Quintil. Mand.*

g *Frideri. Impera. in Conſtitu. Inconſutilem tunicam. Abb. in c. ad abolend. de hæreti. Vmber. in iudi. inqui. in verb. Hæreticus. nu. 41. verſ. Nota etiam quòd hęreticorum impœnitentium. l. Arriani §. 1. C. de hæret. Paul. Ghirlan. de hęret. qu. 1. nu. 3. Q. M.*

h *Hæc eadem habentur in Calde. tract. de hęret. c. 16. nu. 8. P. V.*

i *Aliqua hic deſunt quę leguntur in citato loco Cald. P. V.*

k *Hic loquitur de Clerico, ſicut ex Cal. patet in c. præcitato. P. V.*

l *De his in Calder. in eo ipſo c. num. 7. & quod eſt hic finis, illic eſt initium, & propoſitio dicẽdum eſt igitur, inuerſus ordo. Petrus Vend.*

Monitiones [a] An debeant fieri per ĩquiſitores ipſis hæreticis ad eos reducendos, & vt recognoſcant errores ſuos antequam ſint vitandi? & dicendũ quòd poſt primam, & ſecundam monitionem vitandus eſt, & hoc quando eſt pertinax in ſuo errore, vt. xxiiij. q. iij. c. quid autem, ſecus tamẽ ſi eſſet damnatus de hæreſi, quia tunc poſt primam monitioné vitabitur, vt in glo. dicti c. quid autem. Et nota quòd eccleſia his quos conſtat eſſe hæreticos dilationem dat, & eos admonet, vt reuertantur, ita dicit Calderinus in cõſil. ij. in fi. ſub. ti. de hæreticis.

Item antequam quis condemnetur de hęreſi, debet inquiſitor inſiſtere blanditijs, & rectis conſilijs, vt talis redeat ad vnitatem eccleſiæ, vt. i. q. vij. conuenientibus. xxv. q. vj. cognouimus. i. q. vj. ſiquis omnem, & in aut. vt non luxuri. contra natu. collatione vj.

Item inquiſitores debent facere ad minus duas monitiones ipſis hære. vt relictis erroribus ſuis ad fidem catholicam redeant, & ad eccleſiæ gremium, quę tanquam pia mater nunquam claudit gremium redeunti, vt ca. ſuper eo, de hæreticis, li. vj. Et pro his monitionibus faciendis ſatisfacit autoritas apoſtoli ad Titum. iij. vbi dicitur, Hæreticũ hominem poſt primam, & ſecundam monitionem de vita. ad idem. xxiiij. quæſ. i. quæ dignior, & xxiiij. q. iij. dixit apoſtolus. inquiſitores tamen ex abundanti cõſuetudine conſueuerunt addere tertiam monitionem, [b] vt magis proceſſus ſuos videantur iuſtificare, in quibus monitionibus, quarum ſingulę decem dies continent, vt patet in edictis quę publicant, & faciunt publicari in ſuis inquiſitionibus, monendo omnes ad conuerſionem, & redeuntibus promittunt benignam miſericordiam, tam in bonis, quàm in corporibus ſuis.

Item nota quòd in qualibet denũciatione antequam denũciatio fiat, ſemper debet præcedere euangelica monitio, iuxta illud euangelij, ſi peccauerit frater tuus &c. ij. quæſtio. i. ſi peccauerit, de iudicijs nouit. & qui

hanc

hanc monitionem, non præmitteret, repelleretur ab accuſatione, vt in ca. qualiter, & quando, el ij. de accuſa. & c. ſuper his. hoc tamen limita verum quando peccatum eſſet occultum, ſecus autem ſi publicum. nam eo caſu prima monitio non requiritur ſecundùm illud apoſtoli. i. Ti. v. peccātem corā omnibus argue, vt cęteri timorem habeāt. quòd intelligitur de peccatis publicis, vt dicit Auguſt. de verbis domini. Item in hæreſi occulta vbi poſſet imminere periculum in dilatione, vt quia eſt aliquis hæreticus occultus, qui machinatur, quomodo ciuitas tradatur hoſtibus, in quo etiam celerrimum exoptat remediū. ſed vbi hoc ceſſaret, ſingularitet in occultis criminibus debet fieri diligens exhortatio, & fraterna monitio erga ipſum in ſecreto, vt ſe emendet, vt in dicto ca. ſi peccauerit. & ad huc ſi oportuerit, poterit hoc ſignificare presbytero ſuo, aut prælato in ſecreto, q̧ monendo, & orando poterunt prodeſſe, & non obeſſe. pro quo bonus tex. xxij. q. v. hoc videtur. & quia ſanctus Th. tenuit contrarium ſecunda ſecundę. q. xxxiij. ar. vii. & iiij. ſen. diſ. xix. ideo debet intelligi modo prædicto, de quo vide ſupra denunciatio.

In accuſatione non eſt neceſſe monitionem pręcedere, vt nota. in gloſ. ij. q. vij. accuſatio, & in ſpe. tit. de inquiſitione. §. i. ver. in accuſatione, & in ca. licèt, de ſimo. & ca. per tuas, & de accuſa. qualiter. & hoc de iure canonico. ſecus ſecundùm theologos, & ſecundùm conſuetudinem eccleſiæ. vt infra iſta litera §. an in accuſatione.

An in accuſatione debeat præcedere ſecreta monitio? & dicendum quòd ſic, ſecundùm Tho. ſecunda ſecundæ. q. xxxiij. ar. vii. & in. iiij. diſti. xix. ar. vj.

An monitio ſit neceſſaria quando proceditur ad denuntiationem alicuius proſequentis inquiſitionem, vide de accuſati. qualiter, in gloſſa magna.

Nota quòd vbi monitio exigitur per legem, intelligitur iudicialiter, vt in aut. de hære. quę ab inteſ. §. ſi autē plurimi.

Monitio neceſſaria eſt etiam in notorio. ita dicit Inn. in c. ſacro, de ſenten. excommuni. & in c. ad noſtram. iij. de iureiuran. de cohabitationibus cleri. & mulie. tu a nos. in cōtrarium tamen videtur decretalis in ca. quanto, de transla. præla.

Publicè peccantibus non eſt neceſſaria monitio. vide infra publicè. §. publicè peccantibus.

Monitio ſecreta debet eſſet dura. Th. in iiij. di. xix. ar. vj.

An in pœnis quę imponūtur ipſo iure, debeat præcedere monitio, vide de præbendis, extirpandæ.

An monitio, ſeu requiſitio, quam interdum facit vnus iudex alteri, debeat eſſe trina? gl. quòd ſic, de officio delegat. cum cauſam, & ibi docto.

Nota quòd illi qui vtuntur & exercent ſortilegia, & incantationes, & diuinationes, debent moneri, vt talia deſerant, & niſi deſiſtant, ſunt excommunicandi. xxvj. q. 5. non oportet, & c. aliquando, & c. ſortes, & ca. ſi quis clericus.

Item inquiſitores debent admonere populum publicè, & generaliter ſuper cultu fidei, quòd ſi ſciant aliquos errare in fide, debeāt ſibi deferre, [c] vt extra de hæreticis ca. excommuni-

municamus.§.adijcimus.concor.extra.de ſponſa.c.cum in tua & qui matri.accuſa.poſ.c.fi.& ff.de offici.præſi.l.congruit.

Item poterunt epiſcopus, & inquiſitor diſponere, quando aliquis poſt quã eſt relaxatus, dum portatur ad executionem per iudicem ſæcularẽ, quòd aliqui probi viri religioſi, & fidei zelatores non ingrati ipſius, qui relinquitur, ſed familiares, & grati, quod talem relictum, & relaxatũ aſſocient dum portatur ad executionem ad hoc, vt illum moneant, vt reſiliat ab erroribus, de quibus damnatur, vt recognoſcat culpam ſuam de quo vide ſupra aſſocians.

Nota quòd iudex debet facere denuncianti caritatiuam monitionẽ. de quo vide ſupra iudex §. iij. quod nota bene.

ADDITIONES.

a *Monitionis nomine ſignificamus hortatum, ſuaſionem, prędictionem, vt quid fugiamus aut ſequamur, vel quid agamus, aut non agamus, faciamusve, cuius rei confirmatio magis in verbo, monendi quàm in nomine reperiemus. Vnde Cic. lib.1.epſt.epi.1. Pompeium, & hortari, & orare, & iam liberius accuſare, & monere vt magnam infamiam fugiat, nõ deſiſtimus. & lib.x.epiſt.5. ſi moneo vt filium. ſic faueo vt mihi, ſic hortor &c. idem de Aruſp. reſpon. Quare cum Dij immortales monent de optimatium diſcordijs, de clariſſimorum & optimè meritorum ciuium diſſenſione prædicũt. & paulopoſt monent enim ijdem nè occultis conſilijs reſpublica lædatur. idem de Anti. monitio acerbitate, obiurgatio cõtumelia vacare debet. pro prædictione, & denuntiatione quadam ſumitur in l. filiusfam. ff. de tut. inde colligitur ſimplicem monitionem non obligare monẽtem, ſi verò progreditur vt quid caueat, cui ſcribit obligatur. item pro hortatu, & ſuaſione, in l. ſi ſerui 44 ff. de nego. geſt. vtroque modo poteſt hic accipi, & pro ſuaſu & pro prædictione, nam quę ſuadere, vel diſſuadere dicimur ante prædicere videmur. et pro ſententia iudicis monitoria, quę fit ante litis cõteſtationem, ſumimus. gloſſ. in l.3. ff. de vſu. in vocem, ſententiam. & quæ comminationibus & epiſtolis anteiudicialibus continentur toto titul. C. comminationes, vel epiſtolas. quæ quidem epiſtolæ mandata monitoria vocamus. quandoque pro vocatione idque in conſequentiam. nam cui quid ante denuntiamus, ſiue prædicimus, vt qd nobiſcum fiat, ad id eum vocare & inuitare dicimur. Teren. in Heauton Monere oportet Phaniam, ad cænam vt veniat. cuiuſmodi monitio fieri ſolet a iudice litigantibus ad quid faciẽdum, vel audiendum, vel ſimilia. Fit autem ab eo monitio vbicunque vult; alicuius conuincere negligentiam, contumacemque conſtituere. gl. & Panor. in c. quanto. de off. ordina. c.1. de ſupplen. negli. prælato. 12. q. 2. indignè. P. V.*

b *Argum. tex in c. adminiſtratores 23. q.5. Vmber. in iudi. inqui. hoc verb. monitio. nu.3. Alber. de agno. aſſer. cathol. quæſt.34. nu.27. Siman. Enchir. tit. 28. de monitio. nu.3. Q. M.*

c *Pro iſtis monitionibus generalibus ſub pœna excommunicationis, vt ſciẽtes furta, vel alia delicta reuelare debeant, Guindiſal. de hęret. q.10. ad fin. Pet. Foller. in pract. crimi. cano. nu.27. Iul. Clar. ſent. lib.5. q.27. verſ. ſed quæro nunquid poſſit iudex. Q. M.*

Mulieres [a] ſuis viris debent ſub eſſe, vt.xxxiij.q.v. eſt ordo.vbi ſic dicit, eſt ordo naturalis in omnibus, vt ſeruiant fœminę viris & filij parentibus, quia nulla iuſtitia eſt, vt maiori ſeruiat minor.

Vir eſt caput mulieris, vt ea.q.hęc imago.

Mulier non eſt imago dei, vt ea. q. c.hæc imago.

Item arbitrium viri mulierem ſequi oportet in omnibus, ea.q.voluit.

Mulieres ſunt malæ beſtię, vt in l. pater.§.fortius.ff.de conditio.& demonſtra.gl.in l.iii.ff.de legibus.

Mulier non eſt de eadem terra in qua plaſmatus eſt Adam, ſed ipſius Adę coſta, vt habetur.xxxiii.q.v.nec illud ocioſum eſt. vbi ſic dicit. nec illud ocioſum eſt quòd non eſt de eadem terra in qua plaſmatus Adam, ſed de ipſius Adæ coſta facta ſit mulier, vt ſciremus vnā in viro, & mulierę corporis eſſe naturam, vnum fontem generis humani, ideo non duo a prin.facti vir, & mulier, nec duo viri, nec duę mulieres, ſed primū vir, & deinde ex eo mulier, vnam.n.naturā volens hominum conſtituere deus, ab vno principio creaturę hoc incipiēs, multarum, & diſpariū naturā eripuit facultatem. Euidētiſſimè itaq; apparet ita virū eſſe caput mulieris, vt nulla vota abſtinentiæ, vel religioſæ conuerſationis liceat ſibi ſine eius licentia deo offerre, etiam ſi viro permittēte repromiſſa fuerit nō licet ei votum ope cōplere, cū vir voluerit reuocare ꝓmiſſū: vota verò continētiæ, ita alterius ꝓmiſſu ab altero valēt offerri, ꝙ poſt promiſſionē non valent in irritum deduci. hęc oīa in dicta.q.xxxiii.q.v.in dicto c. nec illud ocioſum.

Cur mulier magis de coſta, quā de capite, vel pede formata eſt? & reſpōdet glo.in c.mulier.xxxiij.q.v.vbi ſic dicit, mulier de coſta, & non de pede, nè omnino videretur famula, nec de capite, nè videretur domina, ſed de coſta, vt collateralis videretur.

Nulla eſt mulieris poteſtas, ſed in omnib⁹ viri dominio ſubiecta eſt, eadem cau.& quæſt.in c.mulierem. vbi ſic dicit mulierem cōſtat ſubiectam dominio viri eſſe, & nullam autoritatem habere. nec docere poteſt, nec teſtis eſſe, nec fidem dare, nec iudicare.

Adam per Euam deceptus eſt, nō Eua per Adam quem vocauit ad culpam mulier, iuſtum eſt, vt eam in gubernatione aſſumat, nè iterum fœminea facilitate labatur, habetur hoc dicto.c.mulierem, in dicta.q.

Mulier debet velare caput, quia nō eſt imago dei, ſed vt viro oſtendatur ſubiecta, Et quia præuaricatio per illam inchoata eſt, hoc ſignū debet habere in ecclesia propter reuerentiam epiſcopalem non habeat caput liberum, ſed velamine tectum, nō habeat poteſtatem loquendi, quia epiſcop⁹ habet perſonam Chriſti, quaſi ergo ante iudicem Chriſtum, ita ante epiſcopum ſit, quia vicarius domini eſt propter peccatū originale ſubiecta debet videri, ea.q.xxxiij.q.v.in c.mulier, lo antepenult.

Item mulier in ſignum ſubiectionis debet portare comam capillorū, & ſi eam amputauerit, anathema ſit, vt habetur.xxx. diſ.quæcunque mulier, vbi ſic dicitur, quæcunque mulier religioni iudicās cōuenire comā ſibi amputauerit, quā de⁹ ad velamē eius, & ad memoriam ſubiectionis,

illi dedit, tanquam reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit.

Mulier, & fiſcus paribus paſſibus ambulant.l.ij.& ibi gloſſ.C. de priuilegijs fiſci & l. dotis tuæ. C. de iure dotium.

Herodotus ſcribit quòd mulier cũ veſte deponit verecundiam.

Quòd coma ſit data mulieribus in ſignum ſubiectionis. Et qualiter homines non debent velare caput orando, & mulieres ſic. Et qualiter homo nõ fuit factus propter mulierem, ſed mulier propter hominem, habetur primæ ad Corinthios.xi.c.

Nota quòd licèt beatiſſima virgo Maria dignior, & excellentior fuerit apoſtolis vniuerſis, non tamen illi, ſed iſtis dominus claues regni cœlorum commiſit. habetur extra de pœ. & remiſſio.in c. noua quidem.

Mulier hæretica non habet priuilegia in dote, in aut. de priuile. dot. & ibi Ange.col.viij.

ADDITIONES.

a *Mulier, inquit Varro, a mollicie dicta quaſi mollier, mulieres omnes dicuntur, quæcunque ſexus fœminini ſunt l. argumento.27.§ muliebri.ff. de auro. & argen.lega. ergo mulieris appellatione etiã virgo viripotens continetur. l. mulieris. 13.ff.de verb.ſig.& l.ſeruis 79.ff.de leg. 3. idque generali ſignificatione, quia verò ſunt quædam corruptæ, quædam minimè, propterea pro ſpecie quandoque ſumitur genus. & pro corrupta interdum & e contra ſumitur.ff.de edili.edict.l. quæritur.14.§.mulierem.& l.exempto.xi. §.ſiquis virginem.ff.de actio.empt. vnde Cic. obiurgantibus quibuſdã ꝙ ſexagenarius Publiolam virginem duxiſſet, cras mulier erit, inquit, pro vxore ſæpe ſpecialius accipitur.l.Lucius.§.1.ff. de legat. 3.& ſæpius in iure canonico ſicut ex citatis hic ab autore palam fit: & vſitatè pro ſpecie genus etiam in iure ponitur. generaliter autem quæcunque ſint, accipimus etymologia perſpecta.* P. V.

Multitudo a ſeu multi. Qui dicantur multi, qui plurimi, nota glo.in l.i.§.hoc reſcriptum, ad Sill. in aut. de trienn. & ſemiſ.§.& quòd ſæpè, gloſ.xxiij.q.iiij. non poteſt.

Qui dicantur multi, vide glo.in c. quotiens a populi.i.q.vij.vbi dicitur quòd.xl.dicuntur multi, & etiã aliàs. xxiij.millia dicuntur pauci. Et qui dicantur multi, vide de hoc in c. latores, de cleri.excommunica.miniſtrã. Et etiam tres dicuntur multi, vt l. licèt iperator.ff.de leg.i. Et duo millia dñr pauci, vt xlv.di.c.diſciplina.

Multitudo dicuntur mille virorũ. ff.de teſta.milita.l.i.§.fi.no.xxiij.diſ. tales.Inn.aliquid in c.latores, de cleri.excommuni.mini.vbi ſupra.

Vbi multitudo, ibi confuſio notatur in proœmio. fforum. in §. & ante quidem.

Propter multitudinem detrahitur ſeueritati.gl.de tranſactionibus, ca. vl.ſuper verbo multitudinem.

Pœna corporalis imponenda multitudini commutatur in pecuniariã, vide infra pœnitentia pecuniaria.

Propter multitudinẽ crimen quãdoque remanet impunitum.[b] Et multitudo inducit diſpenſationẽ, vt plenè notat. de temporibus ordinandorum, c.ij.& c.ex tenore, & ibi nota vnde ob populi multitudinem crimen pertranſit inultum, vt de clericis ex-

com-

communi. miniſ.c.latores.xliiij. diſ. comeſſationes.

Multitudo peccantium quandoque punitur in paucis.xxiij.q.iiij. nõ poteſt.

Quando autem multitudo veniat punienda propter peccata, vide ſupra comburi,& infra punire, ſed dici poteſt quòd quando multitudo eſt in ſcelere, nec ſalua pace eccleſiæ mala puniri poſſunt, tollerandi ſunt potius quàm violata pace eccleſiæ puniendi, vt xxiij.q.iiij.infideles.nõ ſẽper in eos qui peccãt, vindicta eſt exercenda, vt xxiij.q.iiij.ipſa pietas.ſed multis graſſantibus opus eſt exẽplo, vt in l.aut facta.ff. de pœnis, de quo vide ſupra miſericordia.

ADDITIONES.

a *In nominibus linguę latinæ niſi duo numeri continentur, aut enim ſingularis eſt aut pluralis. pluralis aũt duos quandoq; ſignat quandoque plures in infinitum pro ſubiecta materia. lex in teſtibus locutione plurali plerunque duorum contẽta eſt numero. l. vbi numerus. ff. de teſti. quãque tamen ſecus in aliquibus negocijs vbi plures ab ea deſiderantur, veluti in factione teſtamenti, in linguę verò Grecè nominibus ſingularis, duorum, & multitudinis numerus inuenitur capitur itaq; multitudo pro frequentia, quandoque maiori quandoque minori, Inſti. de iur. perſo. §. vlti. multorum appellationes duos cõprębendit Imperator, turba autem, quæ dicitur eſſe multitudinis hominum turbatio, & cætus. x. aut xv. cõſiſtere dicitur l. prętor. 4. §. 1. ff. de vi bono. rapto. interdum millenarius numerus ea voce ſignificatur. l. 1. §. vltim. ff de milita. teſta. pro re de qua agit ibi. militari ſcilicet. Multitudo ſanè multis in negocijs ad certum numerum definitumque, qui erat indefinitus, iura coarctarunt, veluti multitudo teſtium ad quadragenarium numerum refrenata eſt, c. cum cauſam. 37. §. 2. de teſtib. qui non erat certus iuri ciuili, ſed ſolùm neceſſarius numerus exigitur. l. 1. ff. eodem qui eſt duorum. l. vbi numerus eodem. Item conſtitutum, quot faciant collegium. l. ſicut. §. vltim. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. & l. Neratius. ff. de verborum ſignific. & cap. 1. de elect. tres enim vel duo conſtituunt, & in vno retinetur, Item quatuor vel quinque porci, vel decẽ oues gregem, ff. de abig. l oues. decem homines populum. x. q. 3. vnio. Item duorum rixam. x. verò vel xv. turbam eſſe ſcribitur in l. prætor. ſupra cita. De numero in compluribus definito, vide infra num. P. V.*

b *Multitudo quando punienda ſit quando non, Iul. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. q. 60. nu. 30. & ſeq. Vmbert. in iudi. inqui. hoc ipſo verb. multitudo. vide ſupra in verb. excuſari. ver. Item Rai. & infra in ver. pæna. ver. Augeri autem. Q. M.*

NAtiuitas. de natiuitate dñi noſtri Ieſu Chriſti vide magnũ miraculum. infra Sodoma §. nota quòd dies.

Negatiua, a ſeu negans. Quia Petrus ter negauit Chriſtum ideo ter confeſſus eſt diligere Chriſtum. vi. q. i. imitare.

Licèt Petrus negauerit Chriſtum poſtea tamen factus eſt princeps apoſtolorum, vt ſpes veniæ daretur peccantibus. l. di. ponderet, & c. quia ſanctitatis, & c. fidelior, & c. vt conſtitueretur, & c. conſiderandum.

Qui negat ſe Chriſtianum, Chri-

ſtum negare conuincitur.xi. quæ.iij. quia non ſolùm.

An ſit licitum contra negantes fidem probare eam rationibus, ſicut fit in alijs ſcientijs contra negantes principia, vide ſupra diſputare, & ſupra fides.

Poſtquam quis negauerit, non prodeſt ſibi confeſsio, niſi ſit minor.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.ff.de mino.quia tunc prodeſt ope reſtitutionis, de quo vide Bar.in diſputatione ſua, quæ incipit per Italiam, Bal.in l. contra negantem.C.ad legem.Aqui. Ideo Prouiſo Solerter.

An probetur negatiua iſta, vt ſi dicatur conſtat.A.nunc posſidere, & ꝙ antea nõ poſſedit, quòd eſt negatiua, quæ probari non habet, nec poteſt, vt l.actor C.de probationibus. & ad hoc dicendum quòd vno modo vbi eſt directa negatiua, & eſt cauſa intẽtionis agentis, nõ probatur.ff.de ver. obli.l.igitur[b] & ibi plenè no.Bar.& ꝑ Inno.in c.tertio loco, de probati.plenius per gloſ.& doct.in c.bonæ, de elec.& in cle.literas, de reſcriptis. imò ſecus cum veniat negatiua per modum exceptionis contra intẽtionem de iure cõmuni fundatam, & hoc do. de Ro.deci.ſuis nouis, dec.ccccl xxv.

Nota quòd negãtis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio, vt vi.q.vl.accuſator, & de elec. bonę, el i.& de probatio.quoniã contra, in prin.& de renuncia.ſuper hoc, & de cauſa poſſe.& proprie.in c.cum eccleſia, quia ei qui dicit. & nõ ei qui negat, incumbit probatio. de hoc in Spe.ti.de proba.§.i.in prin.

An negatiua poſſit probari? & dicendũ, ꝙ negationũ quędã eſt vera & quædã non vera. Et Hoſ. appellat verã illã, quæ eſt pura, ſimplex, & determinata Io.An. intelligit determinatã, nã ſi dicatur ꝙ citatus tali die, & ſic determinata, nihilominus põt deficere probatio de contrario, & ideo tex.dixit quandoq; quaſi aliquando probari põt: ſed dici põt, ꝙ vera negatiua eſt illa quæ nõ habet in ſe incluſam affirmatiuam, ſiue ſit determinata, ſiue nõ, vt extra de renũt.ſuper hoc, in fi.vbi notat.ſi.n. habet in ſe incluſam affirmatiuã, illa non eſt propriè negatio, vt ſi dico ꝙ non cõſenſi ſponte, includitur. n. ꝙ per metũ cõſenſi, & hæc eſt affirmatiua, q̃ directè affirmari põt, ſed negatiua vera nũquam directè probari põt, [c] vt patet in tex. nulla ſit directa probatio, licèt aliud ſenſerit, & min⁹ bene Io.An.in c. bonæ, de ele.& dic vt ibi plenè notatur, ſed quãdoque impoſſibilis eſt probato, vt qñ non eſt reſtricta ſeu determinata ad certũ locũ ſeu ad certas perſonas. quandoq; probatur [d] ſed difficiliter, vt quia indirectè, vt qñ eſt reſtricta mõ prædicto, vt tex. dicit quãdoque. hæc Abb. in c. quoniam contra, de probati.in princi.

Nota ꝙ teſtis probat negatiuam, quando ita ſe coarctat quòd nõ poſſet eſſe quin iudicet. glo. in aut.de hære.& Fal.in §.ſi verò abſunt.

Si poſtquam quis confeſſus eſt hæreſim coram inquiſitore, vel epiſcopo, & poſt modum illam cõfeſsionẽ negat, & contradicit, qualiter cõtra talẽ procedatur, vide ſupra cõfeſsio.

Quando aliquis vno tempore aliquid confeſſus eſt, & modò negat, talis in reatum periurij, & in infamiã vulgarẽ, incurrit, vt ſupra confeſsio. §. itẽ nota, quòd quãdo aliquis vno tempore, & §.nunc videndum eſt.

Circa

Circa prædicta not. ꝙ quando delatus, conuictus & deprehẽſus in hæreſi per facti euidẽtiam, vel per teſtes legitimos, contra quos delatus legitimè excipere non potuit, ſed perſiſtit firmiter in negatiua, licèt confiteatur conſtanter fidem catholicam, iſte talis quamdiu perſiſtit ſic in negatiua, hæreticus impœnitens eſt cenſendus iuxta notata per Hoſtie. vbi ſupra in ſumma, ti. de hæreticis §. qualiter qs in hæreſi deprehendatur.

Si tamẽ accuſatus de hæreſi negat ea, de quibus defertur dixiſſe, credidiſſe, & aſſerit ſe credidiſſe, & credere contrarium, & credere quod eccleſia credit, per teſtes idoneos cõuincitur, & probatur eum hæreticalia multa dixiſſe, & affirmaſſe, & publicè prædicaſſe & aſſeruiſſe credere illa credẽda: tamen non obſtante teſtium depoſitione ſibi publicata, contra quos nil excipit, nec alias defenſiones excuſatorias, allegat ſemper tamẽ remanet in eadem negatione qua prius, ſcilicet quòd nunquam illa dixit, nec aſſeruit, nec credit, imò totum contrarium credit cum ſancta matre eccleſia. Quæritur an talis ſit conuictus, & negans ſit condemnandus, vt hæreticus, & relinquendus brachio ſæculari, eo prius degradato ſi ſit clericus, iuxta ca. ad abolendam. §. i. de hæreticis? & videtur quòd non, quia hæreticus nõ videtur, ex quo credit quod eccleſia credit, & quòd eſt catholicus & dato quòd per teſtes probetur eũ fuiſſe hęreticum, tñ hodie non eſt, ex quo nõ aſſerit, nec credit aliquod hæreticũ. ergo cũ hodie non ſit hęretic⁹, non põt vt hæreticus cõdemnari, qa non eſt modus pronunciandi in iure aliquem fuiſſe hæreticum de præterito, ſicut notat Archi. de hæreticis, ca. commiſſi, ſuper verbo in carcere, lib. vj. Item nec poteſt dici, ꝙ hoc quod negat ſe fuiſſe hæreticum, ſit hæreſis, vel hæreticum, quia ex quo non credit aliqua hæreticalia, nec aſſerit, licèt neget credidiſſe, vel aſſeruiſſe, illud eſt potius mendatium, quàm hæreſis, vel hæreticum, cum non ſit contra aliquẽ articulũ fidei: non. n. negat ideo ſe fuiſſe hęreticũ qa negat ea quę prętẽditur dixiſſe, fortè hæretica, ſed eſt venia fortè dign⁹, ſed ex eo ꝙ negat ſe dixiſſe illa, & credidiſſe. & ideo bene patet, ꝙ quia propter iſtud medium ideo iſta negatio nõ concludit contra eum hæreſim de præſenti. Itẽ iſte nunc non eſt hæreticus de pſenti, eſto ꝙ probetur per teſtes illum hæreticum fuiſſe, nec eſt relapſus, quia nõ fuerat aliàs lapſus eccleſiæ reconciliatus, ergo non videtur quòd poſſit vt hæreticus condemnari, quia ſolũ hęretici, vel relapſi condemnãtur, vt dicto. cap. ad abolendam § i. Item iſte videtur redire ad gremium eccleſiæ, ex quo hodie dicit ſe talia nõ credere, ſed contrarium, prout credit eccleſia, & ſe velle eſſe catholicum, ergo videtur ad miſericordiam recipiendus, ſi enim confiteretur ſe dixiſſe, & credidiſſe talia hæreticalia, ſed de cætero credere, ſe non velle, & credere cum eccleſia, non eſſet relaxandus brachio ſæculari, nec condemnandus, vt hæreticus, licèt fateatur ſe fuiſſe hæreticum, ſed eſſet ad miſericordiam recipiendus, & imponenda ſibi pœnitentia ſalutaris, ſaltem perpetui carceris, vt dicto capitulo ad abolendam. §. i. & c. pe. §. fi. ergò multo fortius iſte erit recipiendus, qui nunq̃ ſe fatetur fuiſſe hæreticum:

ſed ſe fuiſſet, & eſſe velle catholicum.

In contrarium tamen eſt, quia ſufficit quòd quis teſtibus cõuincatur[d] ad hoc, quòd poſsit quis de hæreſi condemnari, etiam ſi nõ confiteatur, vt probatur extra de verbo.ſignifi.in ca.ſuper quibuſdam, & ij.q.i. nos in quemquam, & q.iiij.c.i.& ij. Iſte autem eſt teſtibus conuictus. ergo nil proderit ſibi ſua negatio, quominus condemnetur. non enim poteſt dici quòd ſibi ſit habenda miſericordia, nec concedenda venia, qui non recognoſcit peccatũ ſuum, imò ſemper illud negat, ſicut dicitur de Caym, de pœn.di.iii.ſerpens. item hæretico nõ eſt habenda miſericordia, nec concedenda venia, niſi ſatisfaciat ad arbitrium ſuperioris ſui, vt d. c. ad abolẽdam. §.i. Iſte autem nõ ſatisfecit, qđ patet, quia non confitetur peccatum commiſſum, de quo per tres teſtes cõuincitur, & ſic nec pœnitere videtur, quia pars pœnitentiæ eſt confeſsio peccati, de pœn.di.i. §. alij e contra, & ca.perfecta, cum multis alijs c. ſequentibus. Item pro manifeſtis criminibus per hoc, vt remittãtur manifeſta, offerenda eſt ſatisfactio, & oris confeſsio, de pœ.di.i.perfecta, ad qđ nota Hoſti.de pœ.& remisſio. §. qualis debet eſſe confeſsio, ver. requiritur etiam tertium. pro hoc etiam benefacit tex.xi.q.i.cum apud, ibi cum dicit, cum a ſacerdotibus Italię redargueretur, agnouit delictum, culpamque cum lacrymis, profeſſusque publicam pœnitentiam in conſpectu totius eccleſię exegit. pro hoc tex. bene proprius ad propoſitum. xi.q.iii. c.plerumque, in fi.ibi, veniat itaque foras mortuus, ideſt culpam cõfiteatur peccator, & veniẽtem verò foras ſoluunt diſcipuli, quia paſtores eccleſiæ debent ei pœnã amouere, quã meruit, qui non erubuit confiteri, qđ fecit. ad quod & de pę.di.i.quem pœnitet, in fi.per hoc & extra de iureiur. c.quanto, in fi.cum dicit ibi, Tuum humiliter confitere peccatum, & ſatisfactionem tibi iniunctam pro illicito iuramento ſtudeas adimplere. pro hoc etiam extra de ſimo.c.nemo presbyterorum, cum dicit, vel minus dignum pœnitentem &c. pro hoc valde bene facit.xxii.q.ij.c.humilitatis. Item ſine humilitate veniã aliter ſperare non licet: nec enim vbi eſt taciturnitas confeſsionis, venia ſperãda eſt criminis, quia taciturnitas peccati, ex ſuperbia naſcitur cordis, probatur de pœn.diſt.i.eſt taciturnitas. Itẽ hęreticus cum ſit excommunicatus, indiget abſolutione, non poteſt ergo conuenienter abſolui, nec debet niſi recognoſcat ſe excommunicatum, & humiliter petat ſe abſolui, extra de ſenten.excommunica.c. cum deſideres, cum notat.per Inno.& Hoſti. ergo. & etiam facit de pęn.diſt.i. agite pœnitentiam, & dicto ca. veritas. §.e contra, ver.fi.item quoniam ſecundũ Auguſtin.non ſufficit ſibi profiteri ſe catholicum, niſi de lapſu præteritæ hæreſis, in quam probatur incidiſſe, ſatisfaciat: quia non ſufficit mores in melius commutare, & a præteritis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatisfaciat &c.de pœ. di.i. non ſufficit. item is hęreticus, qui recipitur ad miſericordiam habet abiurare, vt c.ad abolendam. §.i. & in abiuratione habet profiteri ſe erraſſe, & inquo errauit, ſpecificè publicè profiteri, & iurare ſe nunquam ad illum errorem reuerſurũ, vt i.q.vii.quotiès cor-

cordis.cum igitur iſte proprium non
cognoſcat, nec confiteatur errorem,
ergo nō poteſt dici illum proprium
abiurare. & licèt ille qui ſolùm infa-
matus eſt, ſed non conuictus, neceſſe
non habeat in abiuratione hæreſis,
quam facere tenetur, iurare ſe nun-
quam reuerſurum, ex quo nunc con
uincitur incidiſſe in illum, vt de con
ſe.di.ij.ego Berengarius, tamen con-
uictus qui receptus ad miſericordiā
abiurat hæreſim, in abiuratione ha-
bet publicè recognoſcere ſe erraſſe,
& iurare ſe nunquā reuerſurum, vt in
d.c.quotiēs cordis. Itē non conuict⁹
ſed ſola ſuſpitione notabilis de hære-
ſi non aliter ad eccleſiam recipitur ni
ſi propriam innocentiā congrua pur
gatione monſtrauerit, vt dicto c.ad
abolendam. §.qui verò, c. ex commu
nicamus. §.i.& in aut. Gazaros. C. de
hæreticis. ergo multo minus conui-
ctus per teſtes recipiendus erit, vel ab
ſoluendus propter ſuam ſolam nega
tionem, quia aliàs ſuam innocētiam
non demonſtrat, ſicut nec monſtra-
re poteſt, ex quo conuictus eſt per te
ſtes idoneos, contra quos nihil dicit,
nec aliàs ſe defendit. Item tandiu qs
reputatur incorrectus, donec reatum
ſuum recognoſcens emendet, extra
de for.compet.nullus, in fi. cum igi-
tur iſte reatum ſuum non recogno-
ſcat, ex quo negat, ergo non poteſt re
putari correctus. hanc autem corre-
ctionem, ex quo manifeſtum fuit cri
men, oportet eſſe manifeſtam corre-
ctionem quia manifeſta delicta mani
feſta correctione indigent, vt extra
de pœ.& remiſ.cap.i.ergo oportet ꝙ
confeſſio ſit manifeſta, ſeu recogni-
tio criminis, quod non eſt in negāte.
igitur &c. Non obſtant contraria, qa
hæreticus non eſt hodie, ex quo hodiè
credit quòd eccleſia credit, quia eſto
quòd hoc concedatur, quòd hodie
non ſit hæreticus, ſi verè credit quod
eccleſia credit, tamen non conſtat ec
cleſiæ quantùm ad iudicium huma-
num, & eccleſię militantis, quæ iudi-
cat ſecundùm probata, & iudicare
habet, poteſtq; perpēdere, quòd fuit
aliquado hæreticus, ſcilicet tempore
quo talia aſſeruit, & ſe credere dixit,
& dogmatizauit, quia talis quis præ-
ſumitur qualia verba profert, & eius
animus cenſetur fuiſſe qualiter ver-
ba ſonant, niſi propter excellentiam
ſtatus, vel aliàs contrarium appare-
ret, ar.C.de iniurijs.l.ſi non conuitij.
cum concordantijs ibi allegatis. Om
ne enim malefactum male præſumi-
tur factum, vel dictum, extra. de præ
ſump.c.i. ibi nota in fi. nemo etenim
ęſtimandus eſt dixiſſe quòd non mē-
te cogitauerit, nec quis arbitrandus
eſt dixiſſe quòd non ſentiret. ff. de ſu-
pele.lega.l. Labeo. cum non intentio
verbis, ſed verba intentioni debeant
deſeruire, extra de verbo.ſignifi. cap.
intelligentia. in his enim voces ſunt
notæ, prout ait philoſo. li. perierme-
nias, earum quæ ſunt in anima, paſ-
ſionum. talia enim quæ non poſſunt
bono animo fieri, non poſſunt inter-
pretari niſi malefacta, & non bene ex
tra de regu.iu.c.ij. Ex quo ergo con-
ſtat eccleſiæ quòd fuerit hæreticus,
oportet quòd condemnet, & puniat
eum pro crimine hæreſis commiſſo,
ar. quia de quo cognouit iudex, de
eo iudicare tenetur. ff. de iudi. de qua
re. & licèt ſecundùm regulas iuris cō
munis, ex quo ſemel commiſit crimē
deberet puniri iudicialiter, & cōdem
nari, etiam ſi pœniteret, quia propter

pœnitentiam ſuam etiam quo ad foꝛum humanum, & iuditiale nocês eſſe non deſit, vt ff. de pœnis. l. ea mête, & de ædili. edic. l. quid ſit fugitiuus, in princi. tamê quia eccleſia benigna eſt, nec claudit gremium redeunti, benignè volens agere in hac parte ordinauit, quòd ſi talis, continuò poſt deprehenſionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem ſpontè recurrere voluerit, & errorem ſuum ad arbitrium epiſcopi regionis publicè conſenſerit abiurare, & ſatisfationem cõgruã exhibere, quòd recipiatur ad miſericordiam, & impoſita ſibi pœnitentia ſalutari ſaluetur ſibi vita, nec permittetur occidi per brachium ſœculare, quia eccleſia debet defendere ſuos pœnitentes. facit quòd notat Io. An. extra de officio ordi. ca. i. ſuper vlti. glo. & ideo tũc detruditur ĩ perpetuò carcere, vbi pœnitentiam aget, extra de hæreticis, ca. penultim. in fi. Cum igitur iſte qui ſic permanet in negatiua ſua, eſto quòd hodie credat catholicè, & præterita incredulitate, & de p̃terito hæretico errore, de quo cõuincitur ſufficienter, illud confitendo, & culpam recognoſcendo non pœniteat, non poteſt dici quòd debitè recurrat ad catholicæ fidei vnitatem, ex quo non facit quod fides catholica præcipit, ſcilicet quia nõ recognoſcit, nec cõfitetur propriam culpam, quam commiſit, prout catholica eccleſia præcepit, nec etiam poteſt dici quòd ſufficienter proprium errorem abiuraret, ex quo illum non recognoſcit. nec etiam poteſt dici de eo ſufficienter ſatisfacere, ex quo illum poſt errorem non confitetur, quia confeſſio eſt vna, & prima pars ſatisfactionis poſt contritionem. Vnde dominꝰ per prophetam ait, dic tu peccata tua vt iuſtificeris. Et ſecundùm Ambroſium non poteſt quiſquam iuſtificari a peccato, niſi fuerit peccatum ante confeſſus, de pœn. di. i. §. alij e contra. cũ multis alijs autoritatibus ad hoc ibi ſeq. Et ſi dicas quòd illæ autoritates intelligantur de confeſſione mentali cordis, vt videtur ſentire Gratianus, de pœn. diſt. i. §. quicunque. quia dico, quòd ex quo de illa mentali confeſſione, & cordiali non conſtat iudicialiter, ex quo publicè negat ſe erraſſe, & conſtat de errore præterito per teſtes idoneos, ideo neceſſariò habet eum iudicialiter punire tanquam impœnitentem, & nec debitè ſatisfacientem, ex quo iudicialiter, & publicè non recognoſcit propriam culpam, nec eam confitetur, vt probatur in dicto cap. veritatis, de pœ. di. i. & præſertim in. §. tenetur, cũ c. ſe. vſque ad fi. di. & pro hoc benè facit quod notat Dinus extra de regu. iuris in ca. peccati venia. & ſi dicatur quòd non tenetur confiteri culpam, vel crimen, quod non recordatur ſe dixiſſe, commiſiſſe, vel feciſſe, ex quo de illo, vel illam non habet conſcientiam, quia eccleſia militãs, vel iudex ignorat mentem ſuam, & memoriã ſuam, & veritatem occultam, ſcilicet an re vera commiſerit, & an ſit oblitus, & an de hoc habeat conſcientiam, quia hoc ſcit ſolus deus, ſed habet iudicare ſecundùm probata, ex quo de facto recenti agitur, de quo ſecundùm communem curſum naturæ non poteſt, nec debet eſſe veriſimiliter oblitus, conuincitur talia hæreticalia aſſeruiſſe, & ſe credere dixiſſe, & dogmatizaſſe, & ex quo etiam ſibi reducitur ad memoriã, & probatur,

cum

cum videt non recognoſcentem, nec confitentem, neceſſe habet ipſum reputare impœnitentem,& debitè non ſatisfaciẽtem de præterita culpa,eſto quòd hodie ſe aſſerit credere quod eccleſia crederet, maximè, quia ſaltem hodie nõ credit eccleſiæ quæ præcipit peccatori ſua peccata recognoſcere,& confiteri, vt ibi confitemini alterutrum peccata veſtra. Iacobi primo. & patet autoritatib' infinitis de ductis per Gratianum in tractatu de pœnitentia, & per magiſtrum ſententiarum in quarto in eodem tractatu. non obſtat quòd notat Arch.in prædicto ca.vt commiſſi, ſuper verbo in carcere,quia ibi loquitur de recognoſcente,& confitenti proprium errorẽ & debitè redeunte, contra quem ſecundùm ipſum non eſt ferenda ſentẽtia pro crimine præterito condemnatoria, nec pronuntiari debet vt crimen hæreſis.vel dico, & melius quò ad hæc, quòd non videtur inconueniens,ſi profertur commiſiſſe de prę terito,proferatur, tu crimen hæreſis commiſiſti. vel tu hæreticus fuiſti, prout ibi not. Io.An. in nouella.pro quo eſt tex.vbi fertur ſententia de prę terito,Tu calumniatus es.ff. ad Turpilianum l.1.§.calumniator,& prout hodie conuenienter, pronunciant omnes iquiſitores, maximè quia poſſunt ſubiungi verba de præſenti,dicẽdo,quia vt probatum eſt,crimen hæreſis commiſiſti,vel in crimen hęreſis incidiſti,& quia recognoſcere,& cõfiteri proprium reatum humiliter recuſas, idcirco cum non videamus te debitè pœnitẽtem, te relaxamus brachio ſæculari,non obſtat quòd negare ſe fuiſſe hęreticum, non eſt hæreticum, cũ negatur ex medio illo, quia non dicit quod concedendo, ſed tamen talis negatio eſt cauſa, quare eccleſia, cui conſtat per teſtes de cõtrario, quòd imò dixit quod negat ſe dixiſſe, poteſt perpendere, & præſumere,imò expreſsè iudicare, eum de culpa illa non pœnitentem, nec ſatisfaciẽtem,ex quo culpam illam, de qua conſtat eccleſiæ, quòd eam commiſit,non recognoſcit, nec confitetur. nec obſtat quòd non eſt relapſus, q̃a fatetur. ſed ad hoc ꝙ relaxetur brachio ſæculari,ſufficit quòd ſit lapſus impœnitens, ſeu non debitè rediens ad gremium eccleſiæ, nec debitè ſatisfaciens,vt dicto c.ad abolendam. §.i.non obſtat quòd ſi confiteretur, & rediret,eſſet recipiendus,ergo multo fortius,ſi negat ſe dixiſſe,vel crediſſe:quia nego conſequentiam,quia cum confitetur,tunc conſtat eccleſię de ſatisfactione, & de ſufficiente pœnitentia, eo modo quo ſibi poteſt cõſtare,ex quo publicè confitendo culpam ſe humiliat,quòd ſecus, cum negat.ar.d.c.taciturnitas.& ita non debet eum recipere ad miſericordiam. Et hoc ſentire videtur Hoſti.in dicto ti.de hæreticis in ſumma.§. qualiter deprehendatur,verbo ſi verò negat, & hoc modo intelligendo quod no. Zenzeli.in Clem. ſi. de hæreticis in ſi. non obſtat.i.q.vij.didici, cum ibi diſpenſetur cum illo, qui verebatur hæreſim cõfiteri ex cauſa, ſed dic ibi bene confitebatur ſecretè, quòd non teneatur publicè confiteri, in hoc ſecũ diſpenſatur, vt ibi nota. Prouiſo Solerter circa negantes.

Hęretici negatiui [c] dicũtur qui coram iudice fidei per teſtes legitimos de aliqua hæreſi,vel errore,quos nolunt,vel non poſſunt repellere, ritè ſi

ue

ue iuſtè conuicti, ſed non cōfeſſi, imò in negatiua conſtanter perſeuerant, & verbo fidem catholicam profitentur, & deteſtantur verbo etiam hæreticam prauitatem. hi enim quàmdiu in huiuſmodi negatione perſiſtunt, licèt ad conuerſionem bonam prætendant, hæretici abſque dubio ſunt cenſendi euidenter, vt ſupra dictum eſt. nam impœnitens eſt qui peccatum de quo conuincitur, diſſitetur, & hæc eſt ſententia Hoſti. in ſumma eo. ti. & §. qualiter deprehendatur quis in hæreſi, vt plenè dictum eſt ſupra hæreticus, & ſupra detegitur. vbi Hoſt. dicit ſic. Aduerte tamen ſanè intelligendo quia vocatus aut confitetur errorem ſuum, aut negat, [f] ſi negauerit, & conuictus fuerit, condemnari debet per eccleſiaſticum iudicem, ad quem illud pertinet, vt dicit in dicto c. ad abolendam, extra de hæreticis. i. Reſpon. & §. i. & nota eod. tit. ca. excommunicamus, el primo.

Circa decem cautelas, quas inquiſitor debet habere cum negatiuis hæreticis, vide ſupra confesſio, & infra Prouiſo Solerter.

Negatiua eſt triplex. ſ. facti, iuris, & qualitatis, vt nota vj. q. vlt. actor. gloſſ. de elec. bonæ, el i. & ibi etiam. vide Io. An.

Qui negat deum metu pœnarum, minus peccat, quàm qui ſpontè, de pœ. di. i. poteſt fieri.

Quod de vno negatur, de alio videtur affirmari. xxv. di. qualis, de præſumpti. nonne, cum ſi.

Quare deus permiſit, vt Petrus, qui futurus erat paſtor eccleſiæ, ipſum negaret, vide l. di. conſiderandum, & c. fidelior.

Negatio improbabilis non facit rem dubiam, dicit Innocen. in ca. ex parte, de verbo. ſigni. docto. in l. i. C. de procura.

Nego. i. non dico, vt. C. de peti. hæredi. l. ſi vnus. item nego. i. cōtradico. ff. ſi vſufru. pe. l. vti, frui. i. reſponſo. in aut. de trien. & ſemiſ. §. ſtudium, & quod ibi notatur.

An poſt negationem factam in prima reſponſione reus volens confiteri admittatur, ita vt habeat beneficium confesſionis ex forma ſtatuti? Bar. in l. eum qui. ff. de iureiuran. vbi etiam tractat, quando dicatur negare maleficium, vel aliud, ita vt per talem negationem debeat pœna augeri.

Negatiua coarctata loco, & tempore incidit in veram ſciētiam, & poteſt probari. aliquid per Bar. in l. i. C. de cano. frumenta. vr. Ro. l. xi. Bar. in l. Pantonius. §. rei. ff. de acquirenda hæredi.

Cui incumbat onus probandi negatiuam, vide regulam quam Bar. ponit in l. in illa ſtipulatione ſi Kalēdis. ff. de verbo. oblig. & ibi per eum qualiter probetur negatiua, aliquid per eundem in l. nomen. C. de aduoca. diuerſo. iudi. & in l. ſiquis conſortium. C. de fabricen. in li. xi. vide nota in l. actor. C. de proba. ſpe. in ti. de proba. §. i. in princi. & ibi Io. An. in additio. & in c. bonæ, de elec. el ij. in glo. idem Bar. in l. cum quis. C. de re. credi. adde Innoc. in ca. tertio loco, de probati. adde Bar. in l. i. ff. de iti. actu. priu. Bal. in l. i. C. de bo. poſſeſ. ſm tabu. bona gloſſ. vj. q. vlt. actor, Alberi. in l. ei qui. ff. de probati.

Negans veritatem facti, non cadit regulariter a iure ſuo, quamuis pars conuicatur per teſtes de mendatio, pu-

punitur tamen propter mendatium, quia grauatur actor ad probandum id, quod non habuiſſet neceſſe proba re, ſi veritatem non negaſſet, vt l. cum de indebito, poſt medium. ff. de proba. in aut. contra qui propriam. C. de non nu. pecun. nota in l. fin. C. de fideiuſſ.

Fundans intentionem ſuam per negatiuam, debet eam probare, Inn. in c. ſuper his, de accuſa. Io. An. in regula, ſine poſſesſione, l. vj. Bar. i l. hoc iure. ff. de verbo. oblig. de elec. bonæ, de proba. licèt cauſam, Inno. de officio dele. cum in iure. docto. in ca. con ſanguinei, de re iudi. Inno. in c. innotuit, de eo qui fur. ordi. rece. in fin. qđ eſt verum ſiue fuerit accuſator, ſiue accuſatus.

Nũquam admittitur probatio ſu per negatiua, quando affirmatiua eius probari posſit, not. Archi. ii. q. v. habet, ſuper glo.

Qualiter probetur negatiua depẽ dens ex animo negantis, nota xx. q. iij. prẹſens clericus, in glo. quia nunquam. & Bald. x. colla. de pace iura. fir. §. item ſacramenta, vbi vide omnino.

Negatiua debet probari per illum cuius eſt intentio, niſi præſumptione iuuetur, doc. de elec. bonæ, Innoc. de accuſ. ſuper his, Io. An. de conſtitu. c. i. li. vj. item regula ſine poſſeſione eo. li. tex. cum glo. de ſuccesſio. ab inteſ. ca. i. & ibi docto. de appella. præterea. vbi dom. Anto. in ca. fin. de reſcript. Io. An. in regula, in famulis, lib. vj. in Mercuriali.

Et nota quòd qui ab hæreſi reuertuntur ad fidem catholicam, ſcripto debent negare hæreſim ſuâ, vt in cap. quotiens, & c. ſi qui. i. q. vij. & de con. diſti. ij. ego Berengarius, & xxvi. q. vi. his qui in tempore. vide ſupra abiuratio. §. item talis abiuratio.

Licèt negatiua non poſſit probari directè, venit tamen in purgatione, vt no. de purga. cano. accedens, & ꝙ ibi nota.

Negatiua transfundit onus probandi in affirmantem. C. de probat. l. exemplo.

Negatiua probatur per aſpectum, vide in l. C. de cano. frumen. vr. Ro. libro xi.

Per negationem non creſcit pœna criminalis, Bald. in l. ea quæ. iiij. q. C. de condictio. in debi.

Factum negatiuum venit in purgatione, & probatur negatiua per iuramentum aſſerentis & per teſtes de credulitate, Abb. in c. accedens, de purga. cano.

ADDITIONES.

a *Negatiua propoſitio, per affirmatiuã probatur, non contra. Ariſt. 1. Poſterio. idem Bal. etiam placet. in c. quoniam cõtra. col. 1. de probat. Præterea negatiua vix aliqua eſt, quæ non habeat affirmatiuam æquipollentem, ait gl. vlt. in l. ne codicillos. C. de codici. An quod vulgo dicitur indirectè probari negatiuam, ſit argumentum ab antecedenti & conſequenti, planum quidem eſt negatiuam propoſitionẽ negare eſſe quod affirmatiua proponit. l. actor. C. de probatio. & de elect. bonæ. 1. l. 2. l. ab ea. 5. & ſeq. ff. de proba. Cic. pro Syl. cum is qui de omnibus ſcierit, de Sylla ſe ſcire negat. Idẽ de inuen. lib. 1. de confirmatione diſparatum eſt id quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo. ſapere & non ſapere. quæ duplex eſſe dicitur, vniuerſalis*

uerſalis, & particularis, Noſtri tamen iuriſconſulti triplicem eius conſtituunt ſpeciem, vnam ſcilicet iuris, alteram facti, tertiam qualitatis, gl. & doct. in cit. l. actor. et c. bonæ. De vſu negationum vide Budæum in Pandect. iur. Negatiuas duas, pro negatiua vna accipiendas Nonius ex Varro. demonſtrat. Idem placet Alcia. in Rub de verb ſign. ff. aliquando tamen in iure contingere. P. V.

b *Negatiua enim vera eſt non ens, Entium autem ſunt ſenſus non autem non entium ſecundùm philoſophum 2. de anima. & Bal in l. 2. in fin. C. de erro. Aduoca. & quòd negatiua in rerum natura ſit improbabilis probatur ex text. in l. actor. C de proba. et c. ſuper hoc. ver. porrò licèt negatis. de renunt c. 3. verſus fin. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. c. quoniam contra. de probatio. per D. meum Philip. Decium. conſ. 173. viſ. nu. 3. Q. M.*

c *De negatiua eiuſque probatione. vide Franc. Caſſon. de indicijs. c. 6. numero. 3. & ſeq. Iul. Clar. ſent lib. 5. tota quæ. 52. Quint. Mand.*

d *Reus enim de crimine conuictus condemnari debet, etiam ſi non confiteatur, ex quo inferunt malefacere iudices, qui plenè conuictū torquēt, vt confeſſionē eliciant. Cyn. in l. 2. C. quo appell. non reci. Bal. in l. qui ſententiam. in fin. C. de pęni. Boſſius. in tit. de conuictis. nu. 3. Iul. Cla. ſen. lib. 5. § fin. quæſt. 66. in prin. Vmber. in iudi. inqui in verb. ſuſpicio. poſt nume. 9. ver ſi autem nolunt abiurare. Quint. Mandoſius.*

e *Et iſti impœnitentes dicuntur, & puniendi ſunt. vt per Io. Calder. rub. de hæreti. impœniten. vbi ponit formam procedendi contra ipſos c. literas. ver. Nos verò prædictum G. ſuſpectum de hæreſi vehementer habuimus, tum quia quod ante dixerat poſtea ſe dixiſſe negauit &c. & Vmber. in Iudi inqui. in verb. hæreticus. nu. 46. Q. M.*

Adde Siman Enchiri. de impœniten. tit. 6. item Directo. inquiſ. parte. 2. q. 34. vnde hic §. deſumptus videtur & parte 3. in 12. modo proceſſum terminandi vbi modus & forma procedendi traditur cõtra iſtos. P. V.

Neophytus a Dicitur a neos ꝙ eſt nouus & fides. quòd eſt fides, quaſi nouus in religione, vel ī fide. xlviij. d. ſicut. Et de iſtis dicit Paulus in epiſtola ad Titum ca. i. vbi ſic dicit. ſunt enim multi & inobedientes, vaniloqui, & ſeductores, & maximè qui de circūciſione ſunt, quos oportet redargui, qui vniuerſas domus ſubuertunt docentes quę non oportet turpis lucri gratia. dixit quidam ex illis proprius ipſorum propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventris pigri, & habetur xxxvij. di. turbat acumē, in gl. penultim. & i. q. i. dominus declarauit ꝗ. ſequitur Paulus. teſtimonium hoc verum eſt. quā ob cauſam increpa illos durè, vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe a veritate. Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & mens, & conſcientia: confitentur ſe noſſe deum, factis autem negāt cum ſint abbominati, & incredibiles & ad omne opus bonū reprobi. ideo Prouiſo Solerter.

Neophytorū ſimonia hæreſis dicitur, de quo vide infra ſimonia.

Neophyti aliquando lautioribus epulis, & ſpectaculis, vel coniugibus abſtinere debēt de cōſ. d. v. neophyti.

Neo-

Neophyti licet ſint baptizati, nunquam amiſerunt iſtud nomen Iudæi vide ſupra marraanatha & infra nomina.

Nota ad Timothæum. iiij. dicitur ibi, o fili mi, ego recedo, tu remanebis, verbum dei prædicabis, & hoc firmiter teneas, quòd de generatione Iudaica nullus ſit in ſacerdotio[b] conſecratus vſque in quintam generationem, quod de eis non ſit memoria in contrarium, quia ego fui de eis, & dubitaui vſque gratia diuina fuit ſuper me, nunquam potui credere Chriſtũ quanto magis illi qui non viderunt, nec cognouerunt eum.

Neophyti prohibentur in epiſcopos ordinari, vt qui heri erat catechumenus, hodie non fiat epiſcopus, qui heri erat in theatro, hodie nõ ſedeat in eccleſia, qui heri erat vbi ludi fiebant in circo, hodie non miniſtret in altari, qui dudum fuerat fautor hiſtrionum, hodie non ſit conſecrator virginum. habentur hæc. xlviij. diſ. in c. quòd ad nos in §. prohibẽtur. Cauſa autem huius prohibitionis ſecundùm apoſtolum eſt, nè elatus in ſuperbiam, tanquam religio Chriſtiana plurimum eo egeret, incidat ĩ ruinam diaboli. i. in momento factus poſtquam fuit Chriſtianus. momentaneus namque ſacerdos neſcit humilitatem obſeruare & modos perſonarum, vel ſe contemnere, ſcilicet diu non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit, in arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui in puncto horæ nec dum diſcipuli, fiunt magiſtri inquit ſicut Inno. & miſerum eſt eum fieri magiſtrum, qui nec dum didicit eſſe diſcipulus. de hoc notatur etiam in alijs duobus ca. ſequentibus. ea. q. de hoc nota exemplum in c. ſubſequẽti, ea. q. ſicut neophytus. vbi ſic dicit, ſcimus autem ꝙ ędificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi fortè à nouitatis ſuæ humore ſiccẽtur, nè ſi ante pondera quàm ſolidentur, accipiant cuncta fabricam ſimul ad terram deponant. Item nota. ibi in dicto c. qui enim interceſſores pro populo ad deũ parantur, neceſſe eſt, vt eius gratiam bene viuẽdo mereantur. Et ſequitur in ca. ſequenti, ea. q. ſolerter ergo ſe quiſque metiatur, nec locum regiminis aſſumere audeat, ſi adhuc in ſe vitium damnabiliter regnat, nè is quem crimẽ de prauat proprium, interceſſor fieri appetat proculpis aliorum. nota ibi gl. ſuper parte, ſi adhuc, quòd nõ poteſt quis accuſari de crimine, de quo pœnituit, vt impediatur a promotione. xxvi. q. v. quicunque, & ſupra xlvi. di. clericus, & viij. q. i. in ſcripturis. ar. cõtra xxxiij. q. ij. admonere. ſolutio. accuſari poteſt ſi cõmiſſum eſt poſt baptiſmum, aliàs non ſi eſt commiſſum ante baptiſma, vt xxv. diſtinct. primum.

ADDITIONES.

a *Neophytus, ſeu neophita, quaſi nouũ germen ſeu noua planta. Quintillianus Mandoſius.*

Neophytus hodie appellatur propoſitum ſacræ religionis nouiter aſſumẽs, vnde beatus Gregorius ſcribit Syagrio epiſcopo, epiſt. 3. lib. 7. ſicut Neophitus dicebatur, qui in initio ſanctæ fidei erat eruditione plantatus, ſic modò neophytus habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos ſacros ordines

nes irrepſerit. vide 48. diſtinct. c. 1. & 2. Petrus Vendr.

b *Allegatio hæc mendoſa eſt. P. V.*

Nepotes [a] An autẽ nepotes nati ex filia hæretici excuſentur a pœnis cum attingant hæreticum in ſecundo gradu ex linea materna? vide ſupra filij in §. an autem nepotes. de quo vide per Io. An. in c. ſtatutum. Nota quòd ex quibus priuantur filij hæreticorum, priuantur nepotes per lineam maſculinam deſcendentes. de quo vide ſupra filij.

ADDITIONES.

a *Nepos eſt is qui ex filio tuo & vxore eius, vel ex filia tua naſcitur, & idem de nepte nata exinde dicendum. ſed nepos, & neptis, ex filio tuo, & eius vxore in tua ſunt poteſtate, non autẽ qui nati ſunt ex filia tua, ſed in patris eorum poteſtate ſunt. Inſtit. de patr. pote. §. 2. & ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. l. nam ciuiũ. Fratris mei filius, vulgo nepos eſſe dicitur meus, & ex fratre nepos appellatur. licèt Paul. in l. vltim. ff. de gradi. affinita. fratris, ſororiſque filios, filias nomen ſpeciale cognationis non habere ſcribat, nepotem verò ex fratre poſt fratris filium, conſtitui docet Caius in l. 7. ff. de leg. tut. propterea recedit Hotomanus de verb. iur. a vulgari ſententia, & probare contendit ex fratre nepotem eũdem eſſe, qui eſt nepos fratris, eum vide ſi lubet. Bart. ad l. ſi inſtituta §. pen. ff. de inoff. teſtam. Quoniam verò nepotes ſuperſtites eſſe cõſueuerunt auo, & bona ſæpius auita conſumere, inde factum eſt ex conſequentia vt aliquando pro poſteris aliquando pro conſumptoribus accipiantur. ad inanimata quoque ſignificatio transfertur. Quando noceat nepoti vel filio delictum aui vel patris, vide l. diui fratres. 17. ff. de iu. patro. nepotis autem merita magis, quã patris delicta perpendenda. l. 4. § ſi emancipatus ff. de bon. poſſeſſ. contra tabu. Item de hac quæſt. vide Calde. de hæ. re. c. 28. nu. 9. & an etiam id intelligatur in filijs non legitimis ibi. inde poteſt quis ad nepotes argumentari. P. V.*

Necromantia [a] nõ poteſt dici ꝓprie ſcientia, quia eſt penitus reprobata, vt patet in c. qui ſine, in fi. xxvi. q. ij.

An necromãtiæ ſcientia, ſi dici poteſt, ſit de ſe mala, etiam ſi non eſſet prohibita? & dicendum quòd ſic, qa contra præceptum de adorando ſolum deum, vt ſupra adorare, & ſupra hæreticus. adde. xxvi. q. v. epiſcopi. vbi credens tali ſcientiæ eſt infidelis, & peior pagano. xxvi. q. v. nimirum. vbi dicitur, quòd talis eſt circa fidem reprobus. xxvi. q. vij. non obſeruetis, & Leuiti. xx. deuteronomij. xiii. & xiiij. aliàs. xvij.

ADDITIONES.

a *Necromãtia ſpecies diuinationis, quæ fit ex mortuorum cadauere vel vmbra, vnde necromantici, ſiue necromantæ sũt quorum præcantationibus videntur reſuſcitari mortui, diuinare, & ad interrogata reſpondere. ad quos ſuſcitandos cadaueri ſanguis adijcitur, nam amare ſanguinem dæmones dicuntur, ideoque quoties necromantia fit, cruor aquæ miſcetur. vt colore ſanguinis facilius prouocentur. Hæc 26. q 5. c. nec mirum. eius duo genera feruntur, Necyomantia, & Sciomantia necromantiam vocabant, cum ad recens cadauer calido ſanguine oppletum vm-*

vmbra vel dæmon alicuius magicis carminibus euocatus, per os ipſius cadaueris futura prędicabat. qualem pingit Lucanus li. 6. Sciomantiam verò vocabant cum reuocata tantum vmbra futura dicębant. De ea Cic. Tuſc. 1. ſic ait. Inde ea quæ meus amicus Apius necromantia faciebat. Inde in vicinia noſtra Auerni lacus, vnde animæ excitantur obſcura vmbra aperto oſtio alti Acherontis falſo ſanguine mortuorum imagines. Has tamen imagines loqui volunt, quod fieri nec ſine lingua, nec ſine palato, nec ſine faucium, laterum, pulmonium, vi, & figura poteſt. P. V.

Nomina. [a] Omne quodcumque facimus, incipimus, & ſcribimus, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facere debemus vide ſupra in prologo in prin. huius compilationis.

Nota quòd hoc nomen, Samaritanus, inter omnia alia nomina quibꝰ hęretici intitulantur, eſt eis multum conſonum, & conforme maximè iſtis qui noſtris temporibus accepto baptiſmo eum prophanando tranſierunt, vel redierunt ad ritus, & cœremonias Iudæorum, cum ex parte faciebant aliqua legis euangelicæ, ſcilicet ſe baptizando, & intrando eccleſiam, & audiendo diuina, & monſtrãdo ſe credere, quòd tenet ſancta mater eccleſia. & alia parte obſeruabãt veraciter ritus, & cœremonias Iudęorum corde, & anima ſuã, vt habetur iiij. Reg. xvii. tẽpore Acam regis Iuda venit Salmanaxar rex Aſſiriorum in terram Iſrael, & tranſtulit filios Iſrael in Aſirios, & in terra Iſrael poſuit gentiles habitatores, qui cum legem dei non obſeruarẽt, immiſit in eos dominus leones qui eos deuorabant. vnde ex parte cęperunt obſeruare ritus Iudæorum, & ex parte idolis ſeruiebãt, & vocabãtur Samaritani a principali ciuitate regionis, quã inhabitabant, quę dicebatur Samaria. propter quod iſta gens maximè erat odioſa Iudęis, ex eo quòd inhabitabant terram eorum, & ex hoc ꝙ ritum Iudæorum fedabant gentilitatis conſuetudine. ergo bene conſonum eſt eis hęreticis hoc nomen Samaritanus. Ideo Prouiſo Solerter.

De nominibus [b] dei Iſidor. lib. vij. ca. i. poſuit decem nomina, quibus apud Hębreos deus vocatur. primus El, quòd alij deum alij etymologiam eius exprimentes, Iſchyron, ideſt fortem. Secundũ nomen interpretantur Eloim. Tertiũ nomẽ Eloe. & grecè dicitur theos. i. timor. Quartum Sabaoth. i. exercituum, ſiue virtutum, de quo ab angelis dicitur in pſalmo, qs eſt iſte rex gloriæ? dominus virtutũ &c. Quintum nomen Helion. i. excelſus, vt ſcriptũ eſt. Excelſus dominꝰ, ſupra cœlos gloria eius. Sextum nomen Eheie. i. qui eſt deus ſolus qui ęternus eſt, hoc enim nomen ad Moyſem per angelum eſt delatum, quãdo deus dixit ei, Ego ſum qui ſum. & dices filijs Iſrael, qui eſt, miſit me ad vos &c. Septimum nomen Adonai. i. quòd omnibus creaturis dominatur, quòd creatura omnis dominatui eius deſeruiat, vel quòd timeatur a cunctis. Octauum nomen eſt Ia, ꝙ in deo tantum ponitur, quòd etiam in alleluia. Nonũ nomẽ eſt tetragrãmatõ hoc ẽ quatuor literarũ, ꝙ propriè apud Hæbreos ponitur Iod, he, vau, he, i. duabus. ia. quę dupplicata ineffabile illud & glorioſum dei nomen

men

men efficiunt. Decimum nomen eſt Saddai. i. omnipotens, & per ordinē ſunt iſta ſupradicta. x. nomina dei, iſta, quæ ſequuntur in forma ſequenti, ſcilicet El. Eloim, Eloe, Sabaoth. Heliō, Eheie. Adonai. Ia. Tetragrāmaton, Saddai.

Nomina debent eſſe conſona rebus, Inſti. de dona. §. eſt & aliud, & ff. de tute. l. i. & xxi. di. cleros, & xij. q. i. clericus. xxiiij. quæſtio. i. pudenda, in auten. de defenſ. ciui. collat. iij. in princi.

Nunc videndum eſt an nomina teſtium, & accuſatoris ſint danda, accuſato de crimine hæreſis, cum ſit publicatio teſtium in proceſſu? & dicendum quòd ſi periculum imminet in publicatione nominum, quòd non ſunt danda publicè nomina ipſis hæreticis, ſed poſſunt publicari coram aliquibus prouidis viris iniungendo eis ſilentium, & ſecretum. Et an immineat periculum, nec ne in publicatione nominum ipſi parti, relinquitur arbitrio inquiſitoris, & ſuis conſcientijs inquiſitoris, & epiſcopi. qui debent habere puram, & prouidam intentionem nè ad accuſatorum, vel ad teſtium nomina ſupprimenda, vbi eſt ſecuritas, periculum eſſe dicāt, nec eorundem diſcrimen ſecuritatē aſſerant, vbi periculum immineret, quia ſuper hoc eorundem conſcientiæ onerantur. ſed ceſſante periculo publicentur, vt fit in alijs iudicijs, vt habetur extra de hæreticis, li. vi. in c. ſtatuta. etiam habetur in Clem. ſæpe, de verbo. ſigni. vbi dicitur, quòd ſūt nomina publicanda & danda, ſicut in alijs iudicijs ceſſante periculo, vt prædicitur. Et ad hoc etiam quòd debeāt dari nomina ipſi inquiſito, ſi pe tierit copiam, ſicut in alijs criminibus dantur, habetur in c. qualiter, & quando, de accuſat. & an immineat periculum, vel ne in datione ipſorū nominū, remittitur ſemper arbitrio, & conſcientijs epiſcopi, & inquiſitoris, vt ſupra. Et quādo verò periculū immineret quòd non deberent dari nomina, tunc inquiſitor dicet ipſi inquiſito, quòd nominet illos, quos ipſe inquiſitus habet ſuſpectos contra ſe, & det cauſas ſuſpitionis, ſcilicet inimicitiæ, vel conſpirationis, de quo vide ſupra inimici, & infra procedere, ex quibus concluditur, quòd ſi periculum immineret, quòd nomina nō ſunt publicanda ipſi inquiſito, niſi ſecretò coram aliquibus prouidis viris ſeruata forma c. ſi. §. iubemus, de hæreticis, li. vi. ſed circa prædicta nota quòd de conſuetudine inquiſitionis nunquam nomina teſtium publicantur ipſi inquiſito, nec de eis datur ipſi copia, quæ conſuetudo poteſt approbari per quandam extrauagantē Innoc. cuius tenor talis eſt. Innocen. ſeruus ſeruorum dei, dilectis filijs fratribus ordinis prædicatorum inquiſitoribus hæreticæ prauitatis ſalutem, & apoſtolicam &c. Cum negotium fidei catholicę aduerſus hæreticæ prauitatis errores vobis, vt veſtra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam domini, ſub certa forma ꝑ aliàs noſtras duxerim⁹ concedendū, vt commiſſum vobis ab apoſtolica ſede tā ſalubre, & vtile miniſterium exequi liberius, ac exercere poſſitis efficatius in hac parte, interpretandi ſtatuta eccleſiaſtica, & ſæcularia contra hæreticos ædita, & hæreticorum filios, & nepotes tam credentium, quàm fautorum, defenſorum

rum, & receptatorum ipſorum, digni tatibus, perſonatibus, & honoribus quibuſcunque, ac beneficijs eccleſia ſticis, & publicis officijs illos etiam qui hæreticorum, vel aliorum prædi ctorum, interuenientium intuitu, vel gratia talia ſunt adepti, vel in poſte rum aſſequentur, priuandi huiuſmo di dignitatibus, perſonatibus, & ho norib⁹, beneficijs, & officijs vobis li berã autoritate præſentium concedi mus poteſtatẽ, ſanè volum⁹, vt noĩa tã accuſantiũ prauitatẽ hæreticã, q̃ teſtificantiũ ſuper eã nullatenus pu blicẽtur pp ſcandalũ, vel periculum, quod publicatione huiuſmodi ſequi poſſet, & adhibeatur dictis huiuſmo di teſtiũ nihilominus plena fides, ꝙ ſi ſimul his nõ interfueritis exequen dis vnus vſtrum ea nihilomin⁹ exequa tur. data loco Later. vi. Idus Martij, pontificatus noſtri anno xi. vide ĩfra publicatio & habetur infra in xvi. in ſtructione inqui. Ex prædictis occur rit dubitatio, an vbi ſimile periculũ immineret, & occurreret ẽt ĩ alijs cri minibus exceptis ab hæreſi poſſet hu iuſmodi publicatio noĩum omitti? & d. An. in c. præterea, de ſponſa. el ii. tenet ꝙ in materia peccati eſſet dũta xat hoc admittendũ pro quo inducit tex. ibi. ſed Pan. ibi dicit ad pro & cõ tra. facit tex. in c. fi. de hęre. l. vi. con tra facit inducendo generaliter, ſed ipſe ſtat primo dicto. ſed poſſet dici, quòd cũ diſpoſitio illius. c. ſit exorbi tãs a iure, exceptio a cõmuni re. iur. nõ hẽt locũ niſi in illo caſu expreſſo, & vbi ſimilis caſus occurreret, quòd his poſſet cõtingere attẽta grauitate huius delicti. nã caſus excepti a cõib⁹ iur. reg. nõ extendũtur niſi vbi eſt per oĩa eadẽ rõ, vt tenet gl. in l. i. C. de cõ ditio. indebiti, in l. illud C. de ſacro ſanctis eccleſijs. & tex. in c. cũ dilecta de cõfirmatione, vtili. vel inutili. nec dictũ do. An. placet indiſtinctẽ, qm̃ il le tex. c. præterea, loquitur quando agitur de modico præiudicio, vtpo te de ſponſalibus de futuro. imò da tur contrarium ex eo inquantũ pro bat quòd ſi ſponſalia eſſent iurata, il lud non foret admittendum.

An in confeſſione teneatur quis exprimere nomen eius, cum quo pec cauit, vide ſupra confeſſio.

ADDITIONES.

a *Nomen, inquit Nonius eſt proprium vocabulum ſingulorum. Virg. lib. 7. Cui nomina mille, mille nocẽdi artes, ideſt ſin gulariũ rerũ appellatio, duplex eſt, aut enim eſt quod vniuerſo generi imponitur vt animal, aut quod peculiariter ſingu lis rebus inditum eſt, quod proprium ap pellatur. quod lib. 1. de Inuen. ſic a Cic. de finitur. Nomen eſt, quod vnicuique per ſonæ datur, quo ſuo quæque proprio, & certo vocabulo appellatur, Idem eo. lib. nomen cum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet, ſic eſt generalis appellatio, nomẽ tamen a iure nomine, cognomine, agnomine, diſtingui tur, quod patet, ex l. iiij. C. de teſt. & in ſti. de lega. §. ſiquidem. Chariſius ẽt ita ſcribit propria noĩa in quatuor ſpecies di uidũtur, prænomẽ, nomẽ, cognomẽ, agno mẽ, vt Publius, Corn. Scipio, Africanus, prænomen eſt, quod nõi præponitur vt Pu blius, nomen quod familię originem de clarat, vt Cor. cognomẽ quod nõi ſubiun gitur, vt Scipio. agnomen quod extrinſe cus adijci ſolet, vt Africanus Idem vide tur ſentire Probus in Epitome x. li. Va ler. max Romanos autem arbitrandũ eſt,*

inquit, ab Albanis, & Sabinis multiplicandorum nominum conſuetudinem traxiſſe. quoniam ab illis orti ſunt, Series autem nominum non ita, vt expoſitum eſt ſemper ſeruata eſt, quin etiam quædam cognomina in nomina verſa ſunt. hæc ille qui alia de his ibi ſcribit. Nomina verò ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt, qui ſi alio quolibet modo intelligãtur, nihil intereſt. eo. §. ſi quidem. Nomen etiã pro cauſa, pro cautione, & pro titulis debitorum in tabulis dicebatur, vide Aſcon. Budæum in annota. prioribus. Item pro obligatione debitoris l. nominis. 6. ff. de verb. ſig. & in eam Alcia. de multiplici ſignificatione nominis eos vide. nomine ſubauditur in iure plerumque veluti noxę dedere, damnari repetũdarum. l. 2. de nauti. ſæno. l. 2. de proxen. l. item liberatur 6. ff. quib. mod. pign. In Cic. ſæpe pro cauſa, prętextu, titulo in ablatiuo ponitur. P. V.

b *Interpretationẽ horum nominũ vide apud. D. Ieroni. epiſt. 136. to. 3. P. V.*

c *Idem concludunt Ioannes Calderi. in forma procedendi con. inqui. de hære. ru. de mate. proceſ. inquiſi. nu. 7. Guindiſal. de hæret. q. 14. in prin. Vmber. in iudi. in quiſi. in verb. publicatio. in prin. Camil. Campeius in add. ad Zanch. c. 13. in ver. conſpiratores. vbi deſcribit quatuor modos quibus cautè vti poterit inquiſitor denegando nomina teſtium inquiſito propter periculum publicationis nominũ. Videnda etiam erunt, quæ nouiſſimè ſcribit Siman in Enchir. ti. 35. de teſt. nu. 13. & ſeque. vbi ſubdit quòd ceſſante periculo nomina teſtium edi deberẽt etiam in cauſa hæreſis. verùm quia difficilè eſt diuinare, vnde periculum teſtibus euenire poſſit, iccirco idem inquit Inn. vi. Conſtituiſſe nomina teſtiũ hoc in crimine nunquam edi debere, quod quidem in Hiſpanijs ſeruari affirmat. Bullæ, ſeu conſtitutionis cuius ille mentionem facit tenorem hic deſcriptum habemus, Et quòd in caſu potentię in crimine hæreſis non ſint danda nomina teſtium communem affirmat Pariſ. con. 2. nu. 164. vol. 4. Q. M.*

Adde, quòd ſex modi traduntur in directo. inquiſi. part. 3. ad præbendum proceſſum delato de hæreſi abſque expreſſione nominum deponentium, quando timetur graue periculum imminere. ſcribitur etiam ibi paulò ſuperius quomodo defenſionum conceſſio quandoque neceſſaria quandoque ſuperflua ſit. Petrus Vendramenus.

Notarius

a Dicitur publica pſona, & hoc ideo, q̃a gerit officiũ publicum. & ideo quandoque appellatur ſeruus publicus, quia ſeruit publicè exercẽdo officiũ ſuum ff. rem. pup. ſal. fo. l. ij. in fi. & c. ij. de vſu. li. vj.

Item quandoque notarius dicitur ſcriniarius, vt in c. ad audientiam, de præſcri. & ex. de hæreticis, ſi aduerſ⁹.

Quandoque dicitur tabellio, vt in c. pe. de fide inſtru.

Item & notarius. vt de ſimo. c. i.

Item dicitur tabellarius. C. qui teſta. fac. poſſunt. l. hac conſultisſima. §. ſi qui tabellariorũ, & in l. i. C. de tabellionibus l. x.

Dicitur etiam ſcriba, vt ibi notatur in rubrica de diuerſis nominibus & officijs eorum. Et ex prædictis põt notari, ꝙ q̃nque vnũ, & idẽ habet diuerſa noĩa, & hoc pp diuerſos effect⁹.

Dicitur ẽt notarius, quia regit in nota. ſeruus publicus, q̃a ſeruit publicè &c. & ſic limitatur l. ſi idẽ de codicilis. vbi videtur innui cõtrarium. hęc Abbas in c. q̃m contra. de proba.

Nota

Nota ꝙ officium notarij in cauſa verſatur circa tria dũtaxat. primò vt vniuerſa iudicij acta cõſcribat ſecundùm iudicis pręceptum, apponendo locum, & tempus ſcripturæ, & ꝙ requiratur iudicis præceptum, ſeu autoritas, facit ibi tex. in dicto c. vbi dicit, Iudex ſemper adhibeat &c. & Abbas etiam no. de loco, & tempore in c. ſanè, de re iudic. l. vj. vbi declaratur quare iſta inſeruntur. Secũdò vt actorum exẽpla tradat partibus. Tertiò actorum originale penes ſe retineat, vt ſi quid difficultatis pòſtea emerſerit, ad ipſum adhibeatur recurſus, & per hæc eſt expedita q.

Sed quæro quid ſi iudex dicat, ꝙ velit acta remanere penes eum, & notarius velit ꝙ penes ſe, certè præferendus eſt ſcriptor[b] per iſtam literam. item quia ſi de ſua ſcriptura dubitaretur, poſſet ſibi periculum imminere, vnde ſua intereſt, vt penes eum remaneant: nec obſtat c. fi. de prob. q͂a ibi remanſerunt acta de facto penes iudicem, & hoc tenet Io. An. hic in dicto c. quoniam contra. & facit iuramentum quòd ipſe notarius præſtat, de quo in c. ſicut, ne clerici, vel monachi. dicit tamen Io. An. ꝙ de facto ſeruatur, ꝙ ſi notarij ſunt officiales epiſcoporum, comitum, vel rectorũ, qui ciuitatibus præſunt, coguntur finito ipſorũ officio dimittere acta in camera officij, quod geſſerunt: & pro hoc more benefacit ſecundũ eum c. ad audientiam, de præſcriptio. & quod legitur, & notar. ỹ. eo. cũ cãm, dicit tñ æquum duplicari, vt penes vtroſque remaneāt, qđ ſatis mihi placet, vt ſic cõſulatur & officio, qđ geſſerũt, & ipſi notario, & iura varia reducẽtur ad concordiam. Ex prædictis, & ex iſto tex. q̃m ꝫ falſam. de probati. notatur quod ſi ſuper exemplari orietur dubitatio, recurrendũ eſt ad originale. hæc Ab. ĩ d. c. q̃m cõtra, & de hac materia vide aliqua ỹ. in litera, tabellio.

Item qui ſenſus relinquatur notario, de quibus debet atteſtari, & dicẽdum ꝙ ſolùm de duobus, ſ. viſu & auditu. reliqui verò ſenſus conueniunt teſti, & non notario. hęc Abbas in c. cum cauſam, de teſtibus.

Item notarius, qui guſtat rem amaram, vel odorat fetidam, non poteſt de hoc conficere inſtrumentum, licèt poſſit cõficere de dicto eius, qui guſtauit. hęc Abbas in dicto ca. cum cauſam.

Notario creditur de geſtis coram eo, non ab eo, ſecundùm Fridericum cõ. 193. vnde ſi notarius in inſtrumẽto dicat ſe certioraſſe mulierem, vel minorem de beneficio ſibi competẽti, ſibi nõ creditur, vt in dicto c. cum cauſam. Et ſic notarius conficit inſtrumentum non de facto proprio, ſed de geſtis inter alios, vt in aut. de tabellio. & de inſtrumentis, & Abbas in dicto c. cum cauſam.

Item officium notarij verſatur in atteſtãdo dicta, vel facta ab alijs, nõ autem a ſe, vt tenet Abbas in dicto c. cum cauſam.

Quæ fides ſit danda notario, vide infra tabellio. ſed dicendum ꝙ quantuncumque idoneus ſit vnus, non ęquiparatur notario, quia ille approbatus, & gerit officium publicum. & ex iſto colligitur ꝙ in pertinentibus ad officium alicuius plus debet ſibi credi, quàm alteri quantuncumque idoneo, facit dictum c. ad audiẽtiam de præſcrip. & quod no. in c. cum parati, de appella. ſed duo teſtes bene

æquiparantur notario, vt hic, & in c. cum Ioannes, de fide inſtru. hæc Ab. in dicto c. quoniā contra, de proba. [c]

Si detur licentia notario, vel iudici, vt extendat inſtrumentum prout vult, non poteſt ad illa addere iuramentum, vel ſtipulationem, ſi formaliter non interceſſit. & generaliter q̄d poteſt addere, quando inſtrumētum eſt ad conſilium ſapientis extendendum, vide de iureiuran. c. clericus.

An laicus poſſit eſſe notarius in ſpiritualibus, vide ſupra laicus.

Nota quòd ſoli notario poteſt iudex committere examinationem teſtium, licèt per ſe deberet facere, vt tenet Ab. in dicto c. cū cauſam. ſed hoc fallit in cauſa hæreſis, de quo vide ſupra examinatio.

Nota quòd ſi ſolus notarius fuit ī examinatione teſtis, & poſtea teſtis dicat aliud dixi, quàm per notarium fuit ſcriptum, cui ſit ſtandum, vide Abb. in d. c. cum cauſam, de teſt. & vide Io. de Imo. in cle. i. de hæreticis. circa fi. qui allegat Spe. in tit. de inſtrumētorum editione, ver. ſed quid. vbi tenet quòd non creditur notario.

Circa notariū qui poſt ſumptum officium factus eſt infamis, vide in c. dilectus, de fide inſtru.

Nota circa notarios officij inquiſitionis, quòd ſi perſona publica commodè non poteſt haberi ad ſubſcribendum negotia inquiſitionis, quòd debet fieri per duos viros idoneos. & eſt notandum quòd in officio inquiſitionis religioſi, [d] & clerici poſſunt exercere officium notariatus ratione officij inquiſitionis cōtra hæreticos, vt in c. vt officium. & illi tales religioſi, ſeu clerici qui poſſunt eſſe notarij inquiſitionis, ſi non fuerint deputati a ſede apoſtolica, inquiſitor poterit eos deputare, licèt ſint in ſacris & iſti tales debent eſſe, qui dum antequam intrarent religionem, fuerūt notarij, & habuerunt experientiam officij notariȩ, & hoc pp receptionem teſtium, in qua magna cautela debet adhiberi, & ſi tales ſint clerici, & ante clericatus ordinē notariatus officio fungebātur, vt habetur ī dicto. c. vt officiū. §. ad conſcribendas, de hæretic. libr. vj. quod malè ſeruatur iſtis temporibus. nā multi creantur notarij, & ponūtur in inquiſitione, qui nullam experientiam officij notariæ habent.

An in officio inquiſitionis hæreticæ prauitatis teneatur inquiſitus ſoluere notario ſcribenti acta, vide Archi. in c. vt officium, de hæreti. lib. vj.

An valeat inſtrumentū cōfectum a notario hæretico, & an notarius cōficiens inſtrumentum pro hæretico perdat officium, vide Spe. in ti. de inſtru. edi. §. reſtat vide de q̄bus inſtru. ver. quid ſi confectum.

Attende quòd notarij inquiſitionis tenent ponere in regiſtris omnia mandata, quæ dantur per inquiſitores alguazelo, & receptori & de omnibus qui in inquiſitione capiuntur, & incarcerantur, & condemnantur, vel abſoluuntur, faciant librū in inquiſi. vt xxxviii. inſtructione inquiſitionis.

No. (q̄d ē ſingulare) ꝙ ſi rector, vel canonic⁹ eccl̄iæ ſit notarius, & conficiat īſtrumentū, in quo teſtator eccleſiā in qua ille notari⁹ eſt rector vel canonicus, hæredē inſtituit, vel ei legat ꝙ creditur inſtrumento fauore eccleſiæ, nec notarius poterit puniri pœna falſi. ita no. Io. An. & poſt eum do. An. in c. cum inter vos. de re iudic.

Attende ꝙ malefacit notarius, q quando

quando teſtes ante ipſum examinantur, ſcripto vno dicto teſtis extenſe, ſi de alijs ſcribit, idem dicit per omnia ſequens teſtis, vt præcedens: nam dictum teſtis taliter ſcripti, habetur pro non ſcripto, vel pro non dicto, per tex. in l. 1. §. nè autem per ſcripturam. C. de vete. iur. enucle. Spe. ti. de teſte. §. nũc tractãdũ, ver. ſi. adde ad materiam qđ no. Bar. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiura. & in l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & in l. eos ff. de falſis. de materia notarij, vide aliqua infra tabellio.

ADDITIONES.

a *Notarius q. vnde dictus, & quot modis nuncupatur, vide in iudiciali Inqui. hoc ipſo verb. Notarius. Q. M.*

Adde, quòd Notarius eſt qui acta in iudicio, vel etiam extra iudicium notis vel literis excipit, Plin. Notarium voco, & die admiſſo quæ formaueram, dicto. Mart. lib. x. nec calculator, nec notarius velox. Paulus l. Lucius 41. ff. de teſtam mili. Luc. Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit, & antequam literis præſcriberetur vita defunctus eſt. Itẽ l. Thais. 41. §. Seio ff. de fideicom lib. & Sticum notarium, inquit Scæuola, quẽ peto manumittas. itẽ l. ſi tibi 26. C. de pignor. ſi tibi, inquiunt Imperatores, notarium pignoris titulo debitor tuus obligauit. item l. inter. 33. ff. ex quibus cauſ. maio. Modeſtin. ait, eos qui notis ſcribunt acta præſidum, reipublicè cauſa non abeſſe, certum eſt, Notas autem literas non eſſe Pædius ad ædictum ſcribit, Paulus ait in l. 6. ff. de bono. poſſeſſ. Hinc quoque ſciendum Notarij officio functos apud Romanos eſſe Pauli, & Scæuolæ tempore, quod lege poſtea vetitum eſt Imperatoris Honorij, & Arcadij lege generali C. de Tabula. libro x. vbi ſic conſtituunt. Generali lege ſancimus, vt ſiue ſolidis prouintijs, ſiue ſingulis ciuitatibus, neceſſarij fuerint Tabularij liberi homines ordinentur, neque vlli deinceps ad hoc officium pateſcat aditus, qui titulo obnoxius ſeruituti. Sed et ſiquis &c. Hæc itaque lex non poteſt dici contraria ſuperioribus, ſi tempora diſtinguamus. Vnde ſeruus publicus intelligitur fuiſſe notarius apud prætorem cuius. l. 2. ff. rem pupill. ſal. ſo. mentionem facit. Si notæ diſtant a literis, vt ex Paulo prædiximus definitio notarij conuenit æuo noſtro poſitis, quàm illi priſco, vtitur enim tempeſtate noſtra notis, & literis notarius, qui a notis, quibus vtebatur in ſcribendo dictus eſt. Notæ cuiuſmodi olim fuerint iuris, potes ex Valerio probo ſcire potiſſimum, de notis alia non expectes. Hæc de notario ſcribenda cenſui, vt alibi quærendi tibi labor leuaretur. Petrus Vendramenus.

b *Quòd notarius actorum originale nemini dare debeat communis eſt ſententia vt teſtatur Ioann. de Amic. de Venaf. conſil. 106. numero. 7. Quintillia. Mandoſius.*

c *Colum. 2. verſiculo nota. ibi aut duos. Bal. in l. & militibus ad fin. C. de mili. teſtam. & in aut. ſed cum teſtator. numero. 16. C. de lege Falcid. Corſettus in ſuis ſingul. in verbo. teſtis. 5. Quintillianus Mandoſius.*

d *Idem concludit Ioann. Calder. in for. pro contra inqui. de hære. rub. de pœna officia. nu. 3. & Vmber. in iudi. inquiſi hoc verbo notarius. nu. 4. verſ. poterit etiam habere clericum. Q. M.*

Notorium. [a] De materia notorij vide plenè p Abbatem in ca.veſtra,de cohabi.cleric. & mulie.& vide glo.in ca.manifeſta. ij.quæſt.j.

In notorijs non ſunt neceſſarij teſtes,Spec.in prima parte parum ante titu.de iudi.delega.

Notoria exceptio non indiget probatione,nec etiam propoſitione.ſpec. ti.de iudi.delega.§.vij.ver.item ſi eſt ſuffraganeus, & tit.de citatione.§.i. ver.ſed quid ſi citatus.

In notorijs non admittitur exceptio ſpo.quia notorietas plus eſt q̃ litis conte. Spec.tit.de peti. & poſſ. §. ij.verſi.i.

Item de notorio facti, iur. ac præſumptionis,& an, & quæ,ac quando probatio in hoc, vel in illo requiratur,vide Spe.ij.parte, tit. de probati. §.iij.ver.iiij.

In notorijs non eſt iuris ordo ſeruandus.Spec.titu. de expenſis.§.fin. ver.fin.

An notorius contumax ſit citandus,Spe.iij. parte,tit.de accuſatione. §.vi.ver.ſed nunquid notorius.

Quid ſit notorium,& de multiplici ſpecie notorij, & qualiter in notorijs procedatur, & qualiter probetur notorium, [b] & de differentia notorij ad manifeſtum, ad omnem opinionem,& ad alia huiuſmodi talia & qd quid de notorio poteſt dici, vide Sp. tit.de noto.cri.§.i. & plenius in viij.

In notorio crimine non indicitur purgatio,nec oblata ſuſcipitur. vide infra purgatio.

In notorijs non requiritur litis cõteſ. quia in eis ex officio proceditur, Spe.titulo.de libel.conceptione.§.x. ver.xv.

ADDITIONES.

a *Notoria dicuntur denuntiationes criminum,elogia, quibus crimina ad magiſtratus deferuntur,& genera teſtificationum,vt ſupra manifeſtum,annotauimus ſic enim in l.6.ff.ad ſenat.con.Turpi. legitur.nuntiatores, qui per notoria indicia produnt notorijs ſuis aſſiſtere iubentur, item l.7.de accuſa. C. Imper.ea quidem quæ per officium præſidentibus denuntiantur & citra ſolennia accuſationum poſſe perpendi incognitum, non eſt verum ſi falſis necne notorijs,inſimulatus ſit, per penſo iudicio deſpici debet. denuntiationes ea fuiſſe ſcribunt & interpretes Greci ad tit.1.lib.60.Baſilic.c.15. quæ.pittacowata appellant, pro eo quod manifeſtum eſt, & euidens accipiunt neoterici ſcriptores,vide ſupra manifeſtum. Pet. Vendramenus.*

b *Notorium an ſit probãdum, & quando & per quot teſtes, & pro differentia an dicatur notoriè conſtare de crimine, vel dicatur conſtare crimen eſſe notoriũ poſt Cin. in l.ea quidem C.de accuſatio. videatur Iul.Clar.ſent.lib.5.§.fin.q. 9. verſic.Item quæro, nunquid in notorijs. Quint. Mand.*

Numerus [a] teſtiũ.Et circa hæc regulare eſt, quòd in qualibet cauſa duo teſtes ſufficiunt, niſi expreſsè dicatur in lege, vel in canone plures in aliqua cauſa neceſſarios eſſe,vt ii.q.iii.§.i.& ca.i.& xxxv. q.vii.§.fin.& iiij.q.iij.ver. vbi numerus.ff.de teſti.vbi,ex eo, in omni, & c.licèt vniuerſis. in quibuſdam tamẽ caſib9 plures teſtes quàm duo requiruntur. primò vbicunque accuſatur clericus eccleſiæ Romanæ, nam ſi eſt

epi-

epiſcopus cardinalis non conuincitur, vel deponitur niſi.lxxii.teſtibus, ſi eſt presbyter cardinalis non niſi xliiij. ſi eſt diaconus cardinalis nõ niſi xxvj. ſi eſt ſubdiaconus, vel acolytus, & cæteri non niſi vij. vt. ij. q. iiij. præſul, &c. nullam. Gratianus tamẽ illud videtur intelligere de perſonis ſuſpectis, vt ea. q. §. fi.[b]

Item cum quis vult probare ſolutionem debiti in ſcriptis contenti. v. ſunt neceſſarij. C. de teſt. teſtium.

Item in probatione confeſſionis factæ ſolutionis. v. ſaltem non rogati ſunt neceſſarij, quia duo rogati ſufficerent, vt C. de teſti. auten. rogati, vt ibi nota.

Item in contractu qui excedit libram auri, ſi fit ciuitate. v. C. ſi certũ pet. aut. ſed nouo, & in aut. de fide inſtru. l. inſtrumenta §. oportet. ij

Item in codicilis. v. ſunt neceſſarij, vt C. de codici. l. fi. in fi.[c]

Itẽ in donatione facta, cauſa mortis. v. vt C. de donatio. cauſ. mort. l. fin.[d]

Item in teſtamentis ordinandis. vij. C. de teſta. hac conſultisſima, in princ. & l. fi. inſti. eodem in fin. vbi de hoc, & Spe. de edit. inſtru. §. compendioſè, ver. iii. quando verò neſcit literas, nec ſubſcribit, ſunt octo neceſſarij, vt in eadem l. §. quòd. ſi vel etiam ſi ſit cæcus, vt in prædicta l. hac conſultisſima. §. fi.

Quod autem dictum eſt in teſtamẽto vii.[e] fore neceſſarios, fallit ĩ caſibus ſequentibus. primus in relictis ad pias cauſas, vbi duo cum presbytero ſufficiunt, ſiue in teſtamento, ſiue in codicillis. de teſtam. cum eſſes, & c. relatum, quod dic, vt in prællegato. §. compendioſè, ver. verum. Secundus quando valet teſtamentum minus ſolenne, cum duobus, vel tribus inter nepotes, vel filios, vt in præallegata. l. hac cõſultisſima. §. ex imperfecto, & §. fi. C. famil. erc. l. fi. Tertius quia in villis vel in rure, vbi eſt hominum raritas, valet teſtamentum in præſentia. v. teſtium factum. C. de teſtamen. l. fi. Quartus quando teſtator dicit, quòd non vult ſtare priorem voluntatem, quia tunc tres ſufficiũt. C. de teſtamen. ſancimus, & in aut. vt lice. ma. & auię §. is. Idem, ſi velit eam declarare, vt notã. de teſta. hæredes. §. i. Quintus in teſtam. conditis a militibus reipublicæ ſufficiunt quandoque duo, quandoque vnus. hos milites hodie non habem⁹ quare illud ceſſat, vt inſtitut. de teſta. mili. in prin. & §. planè C. eodem milites, vbi de hoc. ff. eo. latius. Sextus in teſtam. in pñtia imperatoris, precibus ſibi oblatis, condito. in quo nullus eſt neceſſarius. C. de teſtamen. omnium.

Itẽ in purgatione epiſcopi requiruntur. xlj. ij. quæſtio. v. omnibus, in fin.

Item in purgatione presbit. vij. vt ea. q. ſi legitimi.

Item in purgatione diaconi. iij. vt in eo. c. ſi legitimi.

Item in pecuniæ depoſitione, vel alterius rei, ſi depoſitum excedit libram auri, vel etiam contractus tres in aut. de inſtru. cau. in fi. §. ſiquis igitur, col. vj. C. qui po. in pi. ha. aut. ſiquis vult.

Item in ſcriptura per manum priuatam facta tres. C. eodem ti. ſcripturas, ar. contra. quòd duo ſufficiunt, vt extra de proba. quoniam contra. cui hodie ſtatur, ſed per publicã duo

ſufficiunt, in aut. de inſtru. cau. in fin. §. ſi igitur inſtrumentum.

Item interruptione præſcriptionis. iij. de an. exce. vt perfectius, in fi. & xv. q. iii. §. poteſt, verſi. hæc de præſcrip. in fi. ver.

Itē renūtiatione Velleiani tres. C. ad Velleia. antiquę. §. nè autem.

Item in inuentarij confectione, ab ſentibus quos tres tāgit, tres, in aut. de hære. & Fal. §. ſi verò abſunt, & §. ſancimus. & C. de iure delibe. ſancimus. §. ſi verò dubius.

Item cum ſit comparatio ex chiro grapho, vel alio inſtrumento non publico, tres. C. de fide inſtrum. comparationes.

Item cum aliquis promouendus eſt inter agentes in rebus. xv. vt. C. li. xii. de proximis ſacro. ſcri. vnicuiq; circa. prin.

Item in inſpectione priuilegiorū debet eſſe quis cōtētus numero duodecim, extra de fi. inſtru. accepimus. in fin.

Item tres obſtetrices vocantur ad ventrem inſpiciendum, & tamē duæ probant prægnantem ff. de ven. inſp. l. i. in prin. vel etiam. v. ſi ſe prægnantem confitetur, vt eod. l. §. de inſpiciendo.

Item ad oſtium cameræ vbi mulier paritura eſt. x. teſtes ponuntur, & tempore partus. x. liberæ, & vj. ancillæ in conclaue mittuntur, vt e. l. §. in quo, & §. ſe. mos tamen regionis in hoc attenditur, vt. e. l. §. fi.

Item cum per epiſtolam datur libertas, vel etiam inter amicos. v. C. de Lati. lib. tol. l. vnica. §. i. & ij. & §. il le etiam.

Item in diuortio. vii. ff. de diuortijs nullum.

Item quandoque. x. C. li. xij. de erogati. mili. anno. l. pe. §. hoc verò.

Licèt autē, vt præmiſſum eſt, quædam ſint ſpeciales cauſæ, quę plures quàm duos teſtes exigant, nulla tamen eſt, quæ vnius teſtimonio quã uis legitimo terminetur, vt extra eo. licèt vniuerſis, in fine, etiam ſi præſidali prefulgeat dignitate, vt eodem tit. licèt ex quadam. C. de iureiuran. iiij. q. iii. ver. nunc iuranda, quia vox vnius vox nullius, vt in pri. concord. & ar. ff. de quæſtio. l. antepe. & l. i. §. idē Cornelius, & vnius teſtimoniū, nec iuſtificat, nec condemnat. xxiii. q. ii. admonere hoc autem fallit in caſibus ſubſequentibus, in quibus creditur dicto vnius. Et primò probat quis reuocationē mandati p vnum teſtem, & cum ſuo iuramento extra de procurato. ex inſinuatione, & ibi de hoc.

Secundò ſi dubitetur de inſtrumēto an ſit publicum, ſolus Tabellio facit fidem, vt C. ad l. Cor. de fal. ſiquis decurio, in aut. de inſtru. cau. §. ſed ſi inſtru. col. vi.

Tertiò ſtatur iuramento creditoris tantū ſuper eo quòd ſuperfluum eſt in precio rei venditæ. C. de iure do. in l. fi. §. ſi verò.

Quartò ſtatur vnius teſtimonio, cum teſtator ita præcipit. ff. de dote præle. Theopompus.

Quintò quando quis habuit probabilem cauſam ignorantię extra de ſententia excommuni. ſi verò. ii. arg. contra extra de præſum. c. i.

Sextò creditur dicto vnius abbatis contra epiſcopum, qui vicini meſſem ante miſſarum ſolēnia exarauit. lxxxvi. di. tanta.

Septimò creditur vni extra iuditium

tium, ſeu tanquàm ſocio. xxii. q. iiij. innocens.

Octauò creditur vni cum iuramẽto principalis perſonę. C. de re. cred. in bonæ, extra de proba. ſicut quandoque tamen hoc fallit, vt no. extra de iureiuran. mulieri.

Nonò vbi non fit alicui præiudicium, puta cum dubitatur an quis ſit baptizatus, vel an eccleſia ſit conſecrata, & huiuſmodi, de conſe. diſ. iiij. cum itaque, & c. paruulos & d. l. ſolẽnitates.

Decimò cum dubitatur de voluntate obmuteſcentis, ſeu morientis, vt. ar. xxvi. quæſt. vi. qui recedunt, & cap. ſeq.

Vndecimò propter dictum vnius ſigillum ſuum in teſtamento appoſitum redditur dubium. ff. quemad. te. aperi. l. i. §. fi.

Duodecimò in terminis appoſitis ſtatur determinationi venditoris. ff. fin. regun. eos, ſecundùm vnam lecturam.

Decimotertiò vn⁹ impedit matrimonium contrahendum, extra de teſti. ſuper eo, ex. de ſponſa. pręterea. ii.

Decimoquartò vnus facit iudici purgationem, extra de purga. cano. dudum.

Decimoquintò creditur dicto vnius, cum ſibi defertur iuramẽtum, extra de iureiuran. c. fi.

Decimoſextò creditur ſacerdoti dicenti aliquem pœnituiſſe, extra de ſimo. nemo, & ar. extra de teſti. teſtimonium, & de pœ. & remi. omnis.

Decimoſeptimò creditur vni tanquam recitatori propter eius fidem indubitatã. xiii. q. iii. talia, & xxviii. di. de Syracuſanæ.

Decimooctauò creditur executori dicenti ſe citaſſe, vel denuntiaſſe, extra de appellati. cum parati, & ff. de rebus eorum qui ſub tutel. vel cura ſunt, magis §. illud, ver. nec tamen. in ſpe. de citatione. §. ſequitur, & in ti. de accuſa. §. i. ad. fi.

Decimononò creditur cardinali, vel alij excellenti dicenti ſe legatum, vel aliquid aſſerenti, licèt id non probet, vt in Spe. ti. de teſte. § i. ver. Item quia fuit.

Vigeſimò creditur patri dicenti filium inuitum monachum eſſe factũ. xx. q. iij. præſens.

Vigeſimoprimò creditur vni reuelanti inſidias factas papæ, ſeu conſpirationem, & idem in crimine læſæ maieſtatis. lxxix. d. ſiquis. papa vi. q. i. §. verum. Ideo Prouiſo Solerter.

Vigeſimoſecundò creditur ſoli epiſcopo. xi. q. i. quicunque. ſed illud antiquũ eſt, & tollitur per priora iura, & vi. q. i. ſi tantum, & c. ſe.

Vigeſimotertiò vnus teſtis inducit præſumptionem §. quemad. te. aper. l. ii. in fi. & ff. de dote præleg. Theopõpus, aliàs incipit Pom. & in omnib⁹ præce. concor. ar. cõtra ff. de quæſtionibus l. antepe.

Vigeſimoquartò vbi cõſenſus partium in hoc interuenit, cum etiã teſtimonio aduerſarij, ſtari poſſit C. de ſententiã pasſis. l. fi. & C. de fideicom miſ. l. fi.

Vigeſimoquintò creditur vni teſti cum fama, vt nota. Hoſt. de teſti. præterea. §. i. & ſecundùm alios eodem ti. tam literis, & iiij. q. iii. §. item in criminalĩ, ver. itẽ ſæpè ſine, & in ſpec. de noto. crimi. §. fama.

Vigeſimoſeſtò proficit ſed nõ ſufficit, vt in milite ab hoſtibus remiſſo cuius aſſertioni creditur ſuffragantibus

bus meritis vitæ prioris.ff.de re mili. deſertorem.§.i.is qui ad,& l.non omnes. §.a barbaris.

Vigeſimoſeptimò creditur iuramento dicentis ſe res per violentiam perdidiſſe,violentia primò probata, extra qd' metus cau. ca.fi.C.vnde vi. ſi quando,& in ſpe.de fru.& inter. §. viſo,prope fi.

Vigeſimoottauò creditur iuramẽto alicuius circa fraudem aduerſarij extra de in integrum reſti. ex literis, de reiudica.cum Bertoldus.

Vigeſimononò credit̃ vni teſti in cauſa denuntiationis, extra de teſti. in omni,& de iudi.nouit.

Trigeſimò vnus teſtis facit ſemiplenam probationem,in ſpe.de proba.§.fi.ver.vlt.

Præmiſſi autem caſus ſunt ſpeciales. teneas ergo quòd ſępè vni fides adhibetur extra iuditium, vt in pri.concord.puta vbi nullius agitur præiudiciũ, vt ſupra §. ix. in iudicio verò præſumptionem inducit, vt ſupra §. xxiij. non condemnationem, vt in primis concor.

An contra aliquas perſonas requiratur in aliquo caſu maior numerus teſtium quàm duorum, Tho. ſecũda ſecundæ.q. lxx. vide. ii. quæſtio. iiij. præſul.

Ex ſupradictis nota quòd vbi certus numerus teſtium eſt de ſubſtãtia actus,& de forma, omiſſio ſubſtãtialis formę vitiat. C. de teſta.l.ſi vnus. & eſt expreſſum.C.de fideicomiſ.hæredi.§.fi.not. Bal.in l.i. C. de bonorum poſſe.ſecundùm ta. in fi. Et tenet Baldus in cap. non poteſt, de re iudica. quòd vbi pro forma requiritur numerus, debet eſſe numerus verus, & non fictus.quod dictum Bald. fuit originale gloſſ.in ca.vbi periculum.i.§.hiſdem quoque verſi. ſingulis de elec.in vi.vide Antonium Curſetum in repertorio ſuo ſuper abbatem in dictione,concorditer.

ADDITIONES.

a *Quomodo teſtium multiplicatio quandoque neceſſaria, quandoque ſuperflua ſit, habes in Director. inquiſito. part.3. Addas & Simanč.in Enchir.* T. V.

b *C.fin.2.q.5.§ fin.Vmber.in iud. inq. in verb. teſtis.poſt num.23.verſi.nec obſtat ſi diceretur, quòd etiam de iure canonico.* Q. M.

c *Et inſt. de fideicom.hæredi.§ fi.iunct. glo.in verb.legitimos. glo. in c.licet vniuerſis in verb.duorum.verſ. in Codicillis quinque requiruut.de teſti.Hoſt.in ſumma de teſt.* Q. M.

d *Glo.in verb.duorum. verſ.item in donatione cauſa mortis.T c.licet vniuerſis de teſti. Hoſtien. vbi ſupra in ſumma de teſtam.* Q. M.

e *Septem etiam teſtes requiruntur ad probandum errorem ſubſtantialem teſtamenti, iux. communem opin. de qua per D.meum Philip.Decium.con.105.nu.3. Teſtes autem duos ſufficere ad probãdam ſolennitatem rogitus teſtium teſtamenti communem eſſe opin.affirmat idem Dec. con.xi.nu.16.* Q. M.

Nuntius a An inquiſitores poſſint procedere in crimine hęreſis contra nuntium Romanę curię? & dicendum quòd non per quandam extrauagantem Ioannis xxii.quæ incipit,cum frater,& in alia extrauagante Ioannis.xxiii.quę incipit,cum Matthæus de Portiario. b

An detur fides nuncio, vide p Abbatem

batem in c.quoniam contra fallam, de proba.[b]

ADDITIONES.

a *Nuntius eſt nomen generis, & is eſt, per quem quid denuntiamus alÿ, nobisq́; per eum quid, alÿ denuntiant viciſſim. l. 1.in prin.ff de procura.l.qui autem. 14. §.vltim.ff.de conſtitu.pecu.l.1.ff. manda.l ſocietatem 4 ff.pro ſoc.l.1. §. vlti. ff.de contrahen.empt.& l.vlt.ff.de ſponſa.c.nec illud 30.q.5.c.ex parte. de conuer.coniuga.l.dotis.8.§.vltim.l. ſi ego. x.§.1 ff.de iur.doti & l.ſi cum.23.§. ſi maritus.ff.ſolu.matrimon.dicitur is eſſe qui vnius rei mandatum ſuſcepit. ſicuti apparet. ex l.1.ff.de procura. & cæteris iuribus allegatis. differt autem à procuratore, quia procurator eſt, qui datus èſt ad multas res alterius licèt & ad vnam detur abuſſiuè, vel non propriè.l.1.præcitata.item procurator in perſona ſua concipit contractum; nuntius autem in domini perſona.glo.in eadem l.1.inde nuntius etiam dicitur, & conſtituitur, qui iudicis mandata, vel verbis, vel per epiſtolam perfert, vel ſignat.c.prudentiam.§. 1.de off.deleg. et c.cum parati.de appel. qui in iure ciuili viator appellatur.l.magis.§.illud ff.de reb.cor.quandoque aliter vt executor, apparitor. Hinc nuntius apoſtolicæ ſedis, qui eius nuntium vel mandatum perfert, qui & legatus dicitur.97.diſtint, nec habet iuriſditionem; ſed nudum miniſterium, Pan. in Rub.de off.legati. P. V.*

b *Et concludendum eſt quod ſic poſt iuramentum præſtitum, de fideliter exercendo officium ſuũ, ante verò illi fides non daretur glo.in c.prudentiam.§.in hoc.in ver.per certum nuntium.in fin.de off.deleg.glo.in c.cum parati.in verb.ſuus nuntius.in fi.de appella.Bal.in l. omnibus iudicib.poſt prin.ibi. Qui nũtÿ ante omnia debent iurare.C.de ſportu. Amplia vt nõ ſolùm nuntio detur fides ſuper citatione executa, ſed etiam ſuper ÿs quæ ſunt vicina, & proxima rationi, vt quia reperit citatum in tali loco Abb.in c.cum parati.de appell. Vmber.in iudi.inqui.hoc ipſo verb.nuntius. Q. M.*

OBedientia vel obedire. Obedire oportet magis deo, q̃ hominibus iuxta illud actuum v.

Obediendum[a] eſt ſuperiori in licitis, & honeſtis, & non cum peccato, & ſcandalo, c.ſi quando, de reſcrip.& ibi Ab.& in c.quanto, in iiij.col. in fi. de conſue.

Melius eſt obedire, quàm ſacrificare,[b] & ratio eſt, quia per victimã, ſeu ſacrificium quod fiebat in veteri teſtamento, mactabatur caro aliena, p obedientiam verò voluntas propria deprimitur, vt dicit tex.in c.ſciendũ. viii.q.i. vnde obedientia eſt maximũ meritum, quia nihil difficilius quàm vincere ſeipſum. Ab.in c.illud, de maio.& obedien.

Non enim melior debet eſſe conditio illorum qui delinquunt, quàm eorum qui obediunt.ff. de donat. inter virum & vxo.l.iij.§.i.& extra de poſtu.ad hæc verſi. nos &c.& ſtulti non debẽt eſſe melioris conditionis quã periti.ff.quod vi aut clam.l. ſeru'.& xvi. q.i.legi epiſtolam.in princi.& ff. de no.l.non ſolùm hoc.glo.in c.contingit.de dolo.& contu.

Nota quòd licèt regulariter non poſſit recedi a prælato ante inſtitutam accuſationem in iuditio contra

illum

illum, vt viij. q. iiij. nonne: fallit tamẽ in crimine hæreſis; nam etiam ante iuſtitiam accuſationem recedi poteſt a prælato hæretico, & ab eius obedientia, iuxta ca. ſacerdotes. ii. quæſt. iiij. & capi. cum non liceat, de præſcriptionibus.

ADDITIONES.

a *Obedientia praſtanda Romæ. Eccleſi. Conc. Triden. ſeſſ. 24. c. cum dignitates. §. prouiſi. & 25. c. cogit. 2. de reſor. itẽ præpoſitis ſeſſ. 14. c. cum honeſtius. 2. & 25. c. de delectu cibo. obedientia qd ſit ab inobedientiæ definitione ſiue deſcriptione ſcire poſſumus. Anſel. in epiſt. ad Hebræos c. 12. ait, Quid enim aliud eſt inobedientia, quàm nolle ſubdi Deo, ideſt ſuæ velle eſſe poteſtatis? eadem porrigas ad eos, qui nollent obſequi magiſtratibus & cæteris quibus obedire ſubdereque ſe debent. Item inobedientia eſt contumacia. l. contumacia. ff. de re iudic. contumacia verò eſt eorum, qui ius dicenti non obtemperãt vt qui literis euocatus præſentiam ſui facere contemnit, aut non reſpondet interrogatus l. de ætate. §. qui tacuit ff. de interro. action. aut qui non exhibet. l. creditor. §. iuſtus ff. de appella. aut quid aliud facere vel omittere contemnit, vt quid reſtituere. ff. de rei vendi l. qui reſtituere. vnde poteſt ea deſcribi in hunc modum, vt ſit contumacia, iniuſta quædam affectio animi ſubmittere ſe nolentis alterius imperio, ſiue publicum, ſiue priuatum, vel diuinum, vel humanum ſit. obedientia verò contra animi humilis alterius imperio ſe iure ſubijcientis ar. l. contumatia, & iurium præcita. & l. omne ff. de re milit. Vnde quidam ita finit obedientiam hominis in hominem. obedientia eſt reuerentia minoris ad maiorem, iure quoque gẽtium tenemur erga Deum eſſe religioſi, parentibus & patriæ parere. l. veluti de iuſti & iure ius diuinum patet ex decalogi præcepto obtemperare iudicenti nõ dicitur niſi qui quod eſt re. mum in iuriſditione eſt, fecit l. 1. §. 1. ff. ſiquis iudi. non obtem. in non obtemperantes, & humanæ ſtatutæ pœnæ ſunt; eodem tit. ac diuinæ præcep. deca. & catechiſ. P. V.*

b *Prout 1. reg. c. 15. Eccleſiaſt. 4. Multò enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ. c. 1. de maio. & obedi. glo. in extra. 1. in ver. merito Io. xxij. de verbo. ſign. Q. M.*

Occulta Peccata vindictã non habent. xxij. q. v. Chriſtiana, de quo l. di. de his.

An in peccato omnino occulto habeat locum denuntiatio? & Io. An. in c. nouit, de iudicijs. tenet ꝙ in peccato omnino occulto taliter quòd probari non poteſt, nõ habet locum denuntiatio. nam omnino occulta diuino iudicio ſunt relinquẽda, vt 6. q. 1. ſi omnia. & hoc videtur voluiſſe glo. c. ſi peccauerit, de quo vide ſupra denuntiatio, & ſupra monitio, & ibi vide an in hæreſi occulta debeat præcedere monitio, vel an habeat locum denuntiatio.

An contra occultum hæreticũ qui in foro pœnit. deteſtatur errorem ſuũ, & abſoluitur a proprio ſacerdote, poſſit inquiſitor procedere, vide ſupra confeſſio. §. vtrùm ſi quis hæreticus, & ſupra abſolutio.

Item an iudex poſſit aſtringere teſtes ad occulta reuelanda, & an teſtes debeant iudici denuntiare, vide ſupra denuntiatio.

An occultus hæreticus qui venit, &

& confitetur hęreſim coram inquiſitore recipiatur ad abiurationem ſecretam,vide ſupra abiuratio.§.item iſta abiuratio , & habetur in inſtructionibus inquiſitionis in v.inſtructione.

An occultè recidiuans in hære. & occultè rediens admittatur ad miſericordiam, vide ſupra miſericordia in §.ego tamen meliori iuditio, in fi.

Oblationes [a] Non debent recipi ab hęreticis, & ſi clerici ab eis oblationes receperint ſcienter,debēt priuari officio, ad qđ nunquam reſtituentur ſine ſpeciali indulto ſedis apoſtolicæ,vt in ca. excommunicamus,el i.§.ſanè clericis, extra de hæreticis. Et an tales oblationes ab hęreticis factæ proſint eis, vide ſupra eleemoſina.

An ſit oblatio offerenda pro clericis,qui moriuntur in bello, aut in rixa,aut in ludis gentilium,vide ſupra clericus.

Non apparebis in cōſpectu dei vacuus,ſed offerat vnuſquiſque ſecundū quòd habuerit iuxta benedictionem domini dei ſui, quàm dedit ei, Deutero.xvi. & Eccleſiaſtici.xxxv.& Exod.xxiij.& xxiiiij.& in decretis de conſe.di.i.c.omnis Chriſtianus.

ADDITIONES.

a *Oblatio generaliter exhibitionē, præſentatiotemvere i,vel perſonę ſignificat, rei.l.2.l.ſic creditrici.l. ex prædijs. xi. l.acceptam.19.C.de vſu. item de condi. inſer.l.penul.C.item ff.de actio.emp.l.Iulianus.14.§.offerri.l.1.§.1.ff.de vſu.l. tutor pupillo 29.§.tutor.in fin.ff. de admini.l.fideicommiſſa.xi.§.ſi rem.ff.de legat.3.& l.pupillus.24.ff. quæ in fraud, credi.& l.ſi debitor.3c.ff.de ſolut. & l. item ſi 9 ff.ad l.aquil. l.Celſus. 28.ff. de arbit.perſonæ l.1.C. ad l. Corn.de ſica.l. nec quicquam §.de plano.de off procon. l.ſi quis offerenti.57.ff. de ſolutio. & l. qui decem.72.in prin.& §.1.& 2 ff eo. l.is qui.26 ff.de rei vendi. De huiuſmodi oblationis effectu & vtilitate per te potes ex iuribus citatis elicere, lege quoq; glo.in l.acceptam. C. de vſu.item potes aduertere quandoq; neceſſariam eſſe qūque ſpontaneam. interdū pro donatione, ſumitur,ea ratione puto,quia ſolent oblata donari ſicut hic accipitur pro donatione fidelium, quæ fieri ſolet eccleſiis, vel ſacerdotibus earum,quarum triplex diuiſio fit ab Hoſtiē. in ſumma de Paræcijs,& paræ. P. V.*

Obligatio [a] omnis obligatio facta cum hæretico ēt quæſita diſſoluitur,vt extra de hæreticis cap.fin. & vide ſupra alienatio. §.i.& iiij.

Obligatio ſemel extincta ampii⁹ non renaſcitur,vt xxiij.q. iiii. ſi illic, & ff.de ſolu.qui res §.arena,& habetur de conſe.di.iiij.quæris.ar.contra xxvi.q.vij.ab infirmis,& ff.de ſer.vr. præ. ſeruitutes ff. quemadmodū ſer. amit.ſi locus.

Nota quòd obligatus dare rationem de aliqua adminiſtratione, vel de aliqua exactione, tenetur reddere introitū, & exitum de receptis, & de datis,vt.ff.de ædendo.l.argentarius. nam argētarius, & publicus exactor rationes contra ſe tenentur ędere,vt ff.de iure fiſci, in fraudem. §.ex his bonis, & ſequētibus. & de hoc eſt gl. in c.i.de probationibus.

Nota quòd ſi malè eſt facta computatio,etiam ab eo,qui poteſt computare,

putare, retractatur vſque ad xxx. annos, ſi per errorem, ſed ſi per gratiam vſque ad xx. vt nota ff. de admi. re. ad ci. per. per l. calculi, de hoc vide glo. C. de iure fiſci, li. x. l. ij.

Obligatus ad ratiocinia reipublicæ, vel priuatæ perſonæ debet ſcribere illa rationalia, ſeu actionalia fide liter: cæterũ ſi non fiat, aut facta non exhibeat, puniendus eſt is, qui hæc facere debuit ff. de tutel. & ratio. diſtra. l. i. Reſpon. i. & §. officio, & le. & l. vlt. C. de cura. furi. l. vlt §. vlt. in princ. C. de epiſc. audien. de creationib. xii. q. ij. hoc huius placiti. de hoc Hoſti. in ſum. de obliga. ad ratiocinia §. quid ſi ratiocinia. item quis tenetur reddire rationẽ b de adminiſtratione, quã geſſit, vel eſſe potuerit, ſed dolo, vel culpa ſua impediuit, & tenetur præſtare reliqua, quæ penes ipſum ſunt de ipſa adminiſtratione, quam geſſit vt ff. de tu. & ra. diſtra. l. i. & vlti. Etiã ſi indebitum receperit, reſtituere tenetur ff. de procurato. qui proprio §. vt in cęteris. Et nihil de adminiſtratione penes eum remanere debet ff. mandati, idemque & l. ex mãdato. reddit ergo rationem quilibet geſtor negotiorum, ff. de negotijs geſtis l. ij. Debet autẽ reddere rationem de quantitate ſolidorum, & ſpecierum, necnõ & iugorum. ſiue villarũ ſiue centuriarum, & nomina poſſeſſionum pro quibus functiones ſuſcipiunt, ꝙ ſi hanc formam non cuſtodierint, pęnam decem librarũ auri patiũtur, & tormentis ſubdũtur, & ſi præſes pro uinciæ hoc nõ vindicauerit, pęnã x. librarũ auri pariter incurrerit. debet etiam ſcribere redditurus rationem, an pecunia ſoluta ſit, vel ſecuritas pſtita, & hæc litera cõtra pedagiarios, & baiulos comitum, & baronum, & pontificum ponitur in aut. de collactoribus §. iubemus i. col. ix. vide Hoſtienſ. in ſumma, vbi ſupra, vide aut. de mandatis principum, col. iij.

Quid ſi quis ſub obligatione bonorum inquiſitoribus ſe aſtrinxerit ad recipiendam pœnitentiam ꝓpter receptationem, vel fauorem, vel defenſionem hære. quam ipſe fecit, non quòd ipſe ſit hæreticus, & poſtquam iniuncta fuit ſibi pœnitentia propter ſupradicta, non peracta pœnitentia deceſſerit, an hæredes compellantur per inquiſitores ad adimplendum illam? & dicendum quòd ſi fuit iniuncta pœnitentia in bonis temporalibus proficiens ad ſalutẽ animæ ſuæ, vt in c. accuſatus, de hæreti. lib. vi. ſecus autem, ſi talis ſe obligauit ad pœnitentiam, quam inquiſitores vellent ei iniungere, & ea nondum iniuncta deceſſerit, vt dicto ca. accuſatus. §. ſi verò, & de ſepul. in c. parochiano, & in c. in literis, de raptor. & c. a nobis, lo ij. de ſen. excommunica. Et vbi prędictus obligaſſet bona pro huiuſmodi pœnitentia iniũcta adimplenda, tranſirent bona huiuſmodi in quem cũque etiam particularem ſucceſſorem dictorum bonorum cum prædicto onere, vt probat idem tex. in §. ſi verò. qui tex. latis apertè terminat illam difficultatem, an pro delicto bona delinquentis ſint tacitè obligata fiſco, de quo per glo. in l. reſcriptum, ff. de pactis, & in l. aufertur. §. fiſcus. ff. de iure fiſci, & Bar. vtrobique. & ẽt per eum in l. poſt contractum. ff. de donat. & per illum tex. dicti c. accuſatus §. ſi verò, videtur fundari quòd non videatur illa tacita hypotheca, ſecundùm Petr. de Ancha. ibi ſed ego dice-

dicerem quòd ille tex t. non facit ad propoſitum. nam loquitur de pœnitentia iniūcta ſuſpectis de hęreſi, nō autem de bonorū confiſcatione, quę fit ipſo iure contra conuictos de hæreſi. hęc tamē indubiè probat ille tex. quòd pro pœnitentia alicui iniūcta non ſunt bona illius tacitè hypothecata, cū ibi expreſsè fuerit facta bonorum hypotheca. quò ad quæſtionem autem principalem Bart. ī dicta l. reſcriptum, tenet quòd ſint tacitè hypothecata fiſco. ſed non tali hypotheca, quæ faciant præferri creditoribus ipſum fiſcum. ſed in dicta. l. poſt contractum, indiſtinctè tenuit tacitam hypothecam illo caſu ceſſare: ſed quia de hoc principaliter hic nō tangitur, remitto ad notata. per Bald. in dicta l. reſcriptū. vbi videbis longam diſtinctionem, quæ euacuat iſtā materiam ſatis ad longum, ibi vide.

An clericus poſſit obligare ſtipendia quotidiana, vide ſupra clericus. §. an clericus poſſit.

ADDITIONES.

a *Obligatio eſt iuris vinculum quo neceſſitate aſtringuimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundū noſtræ ciuitatis iura. Huiuſmodi ſignificatio a re corporali. ad incorporalem translata eſt, omniū autem obligationum ſumma diuiſio in duo genera diducitur, namque aut ciuiles ſunt, aut prętoriæ, ciuiles ſunt quæ aut legibus conſtitutæ, aut certo iure ciuili cōprobatæ ſūt. prætoriæ ſunt quas prætor ex ſua iuriſditione conſtituit, quę etiam honorariæ vocantur, ſequens diuiſio in quatuor ſpecies diuiditur, aut enim ex contractu ſunt, aut quaſi ex cōtractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. Earum quæ ex contractu naſcuntur, quatuor æquè ſunt ſpecies, aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut conſenſu. Inſt i. de obliga. Quaſi ex contractu ſunt, negociorum geſtio, tutelæ iudicium, & alia quæ commemorantur Inſtit. tit. de oblig. quæ quaſi ex con. ex maleficio ſunt vnius generis, nam omnes è re naſcuntur, ideſt ex ipſo maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria, Inſti. de obligatio. quę ex delict. naſcū. Quæ quaſi ex delicto naſcuntur ſunt multæ quæ referuntur inſt. de obligati. quæ quaſi ex delict. naſ. Petrus Vendramenus.*

b *Apud Hoſtienſem vnde deſumpſit hęc autor ita legitur. Tenetur reddere rationem, & reliqua præſtare, ideſt ea quæ penes ipſum ſunt de adminiſtratione quam geſſit, vel eſſe potuerunt, ſed dolo vel culpa ſua impediuit. ff. de tute. & ratio. diſtra. Sic non erit turbata lectio. Petrus Vendramenus.*

Occidere, vel occidēs. [a] Mai' peccatum eſt occidere, Iudæum, quàm Chriſtianū. glo. de conſe. di. iiij. rebaptizare gl. xxiiij. q. iii. c. ſi habes.

Petrus abſcidens auriculam Malcho figurabat, quòd hæreticos malè audientes gladio ſpirituali trūcaret. xxiiij. q. i. ſi Petrus.

Maior pœna imponitur occidenti vxorem, quàm matrem vide infra pœnitentia.

Occidens ſe poſt accuſationē conuincitur. nam tunc conſcientia criminis ſe videtur occidiſſe. [b] pro quo eſt glo. notabilis in l. fi. C. de iure fiſci, li. x. & ibi tenet Bar. iſtud tamē limita, niſi hæres vellet innocentiam purgare defuncti, vel id quod pro nnocentia reputatur, vt eſt qualibet

iuſta

iuſta defenſio, vt puta præſcriptio, vel quòd fecit ad ſui defenſionem innocēti par eſt. nam eius factū poteſt defendi, quamuis omnino excuſari non poſſit ff. ad le. Iul. repetunda. l. lege Iuli. §. fi. ita tenet Bal. in l. ij. C. qui teſta. fa. po. ſed in crimine hęreſis difficilè innocentia poſſet probari, cum in animo conſiſtat hæreſis, niſi eſſet caſ⁹, vbi ex aliquo particulari facto, vel dicto illa concluderetur. de quo vide ſupra defunctus, & ſupra innocentia, ibi vide.

An qui ebrietate ſe occidit, oretur pro eo, vide ſupra ebrius.

Occidere hominē ex officio non eſt peccatum xxiij. quæſt. v. de occidendis.

Hæretici iuſtè occiduntur, ſicut ait Ieronimus. xxiiii. q. iii. reſecandę ſūt carnes putridæ, ſcabioſa ouis a caulis repellenda, nè tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant, Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit. ſed quia non ſtatim oppreſſus eſt per totum orbem eius flamma populata eſt. hæc ille. & qualiter hæretici debeant occidi, vide Tho. in iiij. ſenten tiarum. xiii. diſtinctio. in fin. tractando de corpore Chriſti.

Sed circa prædicta nota quòd quādo ex occiſione hæreticorum nō imminet periculum bonis ſed magis tutela, & ſalus, tunc licitè poſſunt occidi, vt dicit Auguſtinus ad Permenianum. ſicut enim quando ſaluti toti⁹ corporis humani expedit præciſio alicuius membri, puta cum eſt putridum, vel corruptiuum aliorum membrorū, laudabiliter, & ſalubriter abſcinditur: ita cū quælibet perſona ſingularis comparetur ad totam communitatem, ſic pars, ad totum: ergo ſi aliquis homo ſit periculoſus communitati, & corruptius ipſius propter aliquod peccatum, laudabiliter, & ſalubriter occiditur, vt bonū commune conſeruetur: modicum enim fermentum totam maſſam corrumpit, vt. i. ad Corinthios v. ad hoc adaptari poſſunt notata per Tho. ſecunda ſecundæ q. lxiiij. ar. ii. Et ſi hoc in alijs enormibus criminibus locum habet, a fortiori in crimine hæreſis, quod eſt tam enorme crimen, quòd poſt ſanatum vulnus remanet cicatrix, & ſua grauitate flagitioſiſſimū eſt, vt in præhabitis patet, eo maximè quia iuxta apoſtolum ii. ad Titū, hæreſis vt cancer dicitur ſerpere. vnde reſecanda eſt a prin. nè paulatim intima cordis corrodat, & ſpirituualē vitam adimat, vt ſupra reſecādæ &c. Et quòd debeāt hære. occidi habetur Luc. xix. vbi dicitur. veruntamen ini micos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, & interficite ante me.

An pro illis qui ſe occidunt, vel interficiunt, ſit orandum, vide infra oratio.

An bona occidentis ſeipſum perdantur, & applicentur fiſco, vide ſupra confiſcatio.

ADDITIONES.

a *Occidere, ſi verbi huius etymologiam non excedimus, is dicitur, qui adhibita vi, et quaſi manu cauſam mortis prębuit tracta videlicet interpretatione vocis a cędendo, & a cæde, ſed generalius quidē vulgo dicitur occidere, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit, ſiue gladio ſiue etiam fuſte, vel alio telo, vel manibus*

bus ſi fortè ſtrangulauit eum vel calce petijt, vel capite, vel qualiterqualiter, item ſame vel & aliter effectu conſidera to. l. ſi ita. 52. l. qua actione. 7. cum ſequ. ff. ad l. Aquil. & toto tit. ad l. Cornel. de ſica. & ad l. Pompe. de parri. & C. item Inſtit. de l. Aquil. & de pub. iudic. item ex. de homi. & l. nihil. ff ad l. Cornel. de ſic. Occidere, & necare inter ſe differunt quòd occidere vulnere, necare etiam ſine ictu, ſed veneno quis dicitur. l. 1 ff. ad l. Cornel. de ſica. ſed quandoque qui occidit necare dicitur l. vltim §. vltim ff. ad l. Pomp. de parri. qui verò occidit aliter, & interimere vel interficere dicitur. l. diuus. & l ſi ſciente ff. ad l. Pomp. de parri. & l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. item mortem conſciſcere. l. parricidij. ff. ad l. Pompe. & paſſim in iure, & in cęteris Latinis autoribus, occidere quoque dicimur, & res inanimatas, vt verbum perimendi quod, & occidere ſignificat l. ſi ita. 52. ff. ad l. Aquil trahitur ad inanimata l. 1. §. vltim ff. de ſer. & l. 2. ff. ind. ſol. & c. venerabilis de iudi. exempla de Nonio petas. quia qui occidunt percutiunt vehementer, inde fit vt pro vehementer cede re ſumatur. Dona. in Adelp. Teren. à præcedētibus itaque ſignificatio ducitur per ſynecdochen. occidendi verbum latè accipitur in præcepto Non occides. lege catechiſm. in ipſum præceptum. Petrus Vendramenus.

Occupatio [a] bonorum hęreticorum an poſſit fieri ante latam ſententiam ſuper crimine, vide ſupra bona, & ſupra confiſc. & habetur xxxiii. inſtructione.

ADDITIONES.

a *Occupare eſt quòd in commune, & me diū erat ante alios capere. Inſt. de rerum diui. §. fer. 1. & §§. ſequ. & qui ante capiunt hi præueniunt ideo quandoque præuenire deſignat. l. ſi verò. xi. ff. de pecu. et l. inter. 19. de re iudi. & hæc in bonā partem. quandoque ſumitur in malam, vt l. domum. C. de rei vend. occupari verò paſſiuè pro detineri, vt d. l. domum. & l. 1. ff. de ſer. l. licèt 16. ff. de recep. arb. & l. cōtumacia 53. ff. de re iudi. nec alia de cauſa videtur quàm quòd eius quod capitur ſequitur detentio vel poſſeſſio. quod ſæpe primariæ ſignificationis & effectus eius oſtendunt, id quod non ſemel antea præmonitum eſt, eædem etiam huius verbi, & ab eo deriuatorum ſignificationes inuenies apud ſcriptores alios Latinos. vide Non. pro vi capere denique ſumptum reperies Liu. lib. 33. Vrbem hanc accepi non occupaui. & l. vlti. ff. ad l. Iul. de vi priua. quidam referunt hoc verbū ad mobilia, inuadere ad immobilia, ſicuti probari videtur ex iur. citatis & l. 5. & 7. C. vnde vi. & §. pen. Inſt. de vi bon. rapt. hic capi videtur pro apprehenſione ex confiſcatione iuris. P. V.*

Odioſa [a] reſtringenda ſunt, & non debent extendi, vt. ff. de liber. & poſthu. l. cum quædam, & de regul. iur. li. vi. in regula, odia vi de ſupra filij.

ADDITIONES.

a *Hæc regula deſumpta eſt ex mente legum ciuiliū, & ex regula canonicarum, quod autem in iure ſit odioſum, Baldi in l. ſiquis in conſcribendo. col. 2. C. de pact. definitio tibi modò ſufficiat, q ſcribit ita. Sed quō cognoſcā vtrum ſit in fauorem, vel in odium? reſponde ex ratione legis. nam aut ratio legis conſiſtit in doli præſumptione, tunc eſt in odium,*

aut in præſumptione imbecillitatis, vel in alia æquitate. tunc eſt in fauorem vt ff. de condi.ind.l.qui exceptionem Odioſum dicitur, quicquid diſponitur contra rationem præſertim naturalem. Bald. inquit in l.cunctos populos.col.xi. ver. ſed quæro de effectu.C.de ſum.trini. poteſt allegari.l.quod contra rationem.ff.de legi. & reg.iu. item receſſus vel quod exorbitat a iure communi dicitur odioſum, & non trahendum ad conſequentiam, nec ampliandum c.1.de fili.preſbite. lib.vi. & de reg.iu.quæ a iur.iunct.gl.eo.li. & l.cita.quod contra.adde Pano. in c.olim de verb.ſig.l.vl.in fi.C.de ann. except. in ſumma ſciendum quòd iura odio crimina & delicta, malitiam & dolum proſequũtur.l.1.ff.de dol.& l.1.ff.de except.do.l. congruit.ff.de offic.præſi. item fauẽt iis qui fragili ſunt, & infirmo conſilio, & multis captionibus ſuppoſiti, multorumque inſidiis expoſiti. vt minoribus xxv. an.ff.eo.ti.l.1.mulieribus quoque conſulit pari ratione, & propter ſexus imbecilitatem, l.2.ff.ad ſenat.con.Trebel.item infirmioribus, & impotentioribus. vim, metumve patientibus ff.& C. quod me. cau.beneuolentia verò & fauore, honeſtè & ſine læſione alterius iuſteque viuentes l.1.& l.iuſtitia.ff.de iuſt. & in legis auxilium contra malicioſos, doloſos, & delinquentes poſterioribus impartit iiſdem iuribus. Quæ ſint hominibus odio ſcribit, & Ariſtotel. Cic. & Quintil. in Rhetoricis item ſacrá ſcriptura. P. V.

Offenſa. Offenſæ autem ablatio eſt amicitię reſtitutio.de quo vide ſupra confeſsio.§. an homo poſsit ſatisfacere de vno peccato ſine alio.

Officium. a Quæ dicantur officia publica colligitur ex c.fœlicis, de pœnis, l.vi. nota.in c. vbi periculum. §. quòd ſi præmiſſa, de elec.eo.li.

Officium dicitur etiam aduocati. Butri.in c.ii.de poſtu.item & procuratoris.Gemini.in c. ſi quem, de procura.in vj.item ambaſiatoris, Alber. de Ro.in iiij.parte ſtatutorum.lxxxvj.q.item adde do.Anch.& Imo.Butri.& Ab.in Ru.de officio dele. & per d.Io.Fran.Pauinum auditorẽ in tracta.de ſede vacan.in præludiis in ver. de officio. vbi ponit quæ perſonę dicũtur habere officium.quod facit ad ſtatuta de officio.

Propter officium datur beneficiũ, de conſue.c.i.l.vj.

Ad officia ſumendæ ſunt perſonæ diuites, de quo no.C.de decurio.l.ad ſubeunda, l.x.

Non licet de officio maiori deſcendere ad minus.C.qui milit.non poſ.l. ii.facit de cleric.non reſiden.capitulo primo.

Officium velat delictũ, & minuit. ff.de adminiſtra.tu.l.tutorẽ. & l.tres tutores.ff.de public.l.ſi multi.ff. ad l. Iul.pecu.l.ſacrilegij.

Officium inquiſitionis fidei in multis eſt priuilegatum, de hæreticis, c.i. l.vj.& e.ti.in fidei,& c.fi.e. ti. & extra de reſcriptis, nonnulli.

Officium inquiſitionis hæreticorum perdurat poſt mortem ſummi pontificis etiam quò ad negotia non cæpta, vel quæ nondum emerſerunt, vt extra ne aliqui, de hæreticis lib.vj. vt ibi patet, quòd intelligitur, quãdo commisſio facta eſt a papa.

Quid contineatur ſub hac dictione, officium Arch. plenè in c.i.de conſue.l.vj. b gl.i l.legatis.§.ſi ex officio. ff.de lega.iii.vbi dicit, ꝙ eſt terminus generalis.benefaciunt no.per Io.An.

&

& docto.de officio delega.ſuper Ru. glo.in cle.i.de regula.ſuper verbo, officia,& ibi docto.

Officio prohibito alicui per ſtatutum,intelligitur de fauorabili,nõ de odioſo,Bal.in l.ſiquis ſolidum,de hęredi.inſtituendis.

Officium curſoris viliſsimum eſt, Bald.in l.fin.viij.q.C.de edi. di. Adri. tollen.

Omnes hæretici debent priuari,& expoliari omnibus officijs publicis, vt in c.quicunque, & in c.ſtatutum, de hæreticis,li.vj.& imperator, & papa ſi ſint hæretici, debent deponi ab omni dignitate,vt.lxi.di.ſi papa.xxiiij.q.i.qui contra pacem: & circa ea quibus priuãtur hæretici noſtri temporis, vide infra in vj.inſtructione inquiſitionis. nã ibi ſunt poſita officia, quibus priuantur.

Sed hæretici non perdunt poteſtatem officij,ſed executionem.xxiiij.q.j.his autoritatibus, vide ſupra executio.

Sacrilegium cõmittit qui Iudæis, vel neophytis, & hæreticis committit officia publica. vide ſupra Iudæus.

Officia non turbentur promiſcuis actibus rerum in Spe.de ſyndico,ver. illud etiam.

Quando hæretici priuantur officijs, de quibus officijs ſit intelligendum,circa hoc no.tex. in c.excõmunicamus,el primo, de hæreticis in §. credentes,ſuper verbo, & in ſimilib⁹, quia põt ĩtelligi duobus modis, vno modo ſm Hoſti. vt cõprehendantur omnia officia publica,quocũque nomine vocentur, quæ ẽt de facili non poſſunt ſpecialiter denominari, ar.l. iij.ff.de præſcriptis ver. vbi dicit, ꝙ natura rerum inductum eſt, ꝙ plura ſint negotia quã vocabula variantur enim nomina ſecundũ diuerſas prouintias,ideo de nominibus nõ eſt curandum,vt in c. petitio, extra de procurato. cõprehendet ẽt oẽs actus legitimos,vt tangit glo.iij. quæ loquitur de interpretatiõe recepti. hæc Io. de Anania in dicto c.excommunicamus,& in dicto §.credentes.

A D D I T I O N E S.

a *Officij nomen latè patet,dicitur autem eſſe quod in ſuo quenque ſtatu & ordine facere decet, quæ deſcriptio videtur homines cuiuſq; generis amplecti, ſiue perſonæ publicæ,ſiue priuatæ ſint, De officio promiſcuè ſcribitur a Cic. ſed lõgè melius & vtilius ab Ambroſio.vnde ſcriptũ eſt in iure de officio publicarũ perſonarũ atque magiſtratuũ,velut de officio cõſulis, præfecti prætorio,& vrbi,quæſtoris,prætoris,pręfecti vigilũ, proconſulis, & legati,præfecti auguſtalis, præſidis procuratoris Cęſaris, iuridici Alexandriæ,itẽ eius cui mãdata eſt iuriſditio,aſſeſſorum, et generaliter oĩum iudicum.ff. & C.ciſ. ti.in iure pręterea canonico de offi. multorũ ſuiſcuiq; tit.conſtitutũ eſt: officiũ verò priuatorũ inter ipſos vt parentũ in liberos vel cõtra,vt ſeruorũ in dominos, vel dominorũ in ſeruos,itẽ procuratoris,tutoris,curatoris, viri, & vxoris in proprijs maximè titulis legitur ff. & C.aliorũq; pariter officia de eo. & canonici iuris fonte põt hauriri. Eſt adhuc officium Grãmatici,Rhetoris,Oratoris,de quo ſcribũt Ci. & Quint.poſt Ariſto. cæteroſq; Græcos autores.cũ verò ſit officium, velut inſtrumentũ iudicis quo quid efficit ar.l.i.ff.de off.aſſeſſ.aliquando ſumitur officium pro dño,videlicet pro eo qui gerit officiũ,ſiue*

magiſtratum ſiue quampiam aliam poteſtatem.l.ſi fideiuſſor.7.§.vlt.ff. qui ſatiſd.cogan.& l.eum pro quo 17.eod.tit. ideo pro irenarchis l.7.C.de accuſa.item pro loco vbi ſcripturæ & acta tribunalis reponũtur.l.Sempronia.72.ff.de fur.continens pro contẽto per denominationem, præterea pro miniſtris officij magiſtratus ideſt pro cohortalibus qui magiſtratui apparent,l.Diuus in fin.ff de bon. damnat. & l.1.§.ſi quis vltro ff.de quæſtio. obiter monitum te velim intereſſe an dicatur apud officium an apud acta l. eũ pro quo ſupra citata. de quibus cohortalibus vide Budæum in annotat. poſterioribus ad pande. qui perperam videtur intelligere pro actuarijs,quod dicitur apud officium in præcitata l. fideiuſſor. Ad hæc qui conferunt in homines officia, beneficium videntur ij præſtare, propterea pro beneficio ponitur officium interdum Cic. de amicitia.odioſum genus hominum officia exprobrantium,& l.3.ff. de eo qui pro tuto.ſe geſſ.& l. in cõmodati. 17. §. ſicut.ff. commo. officio iudicis contineri dicitur,quod ei tacitè ꝑ ſuo iure permiſſum eſt quamuis nullam prætor in formula fecerit mentionem Inſtitu. de perpet. & tempo.acti.§.vlti. l. ei qui.ff. de fur. officium quidem duplex eſt,nam & medium quoddam officium dicitur, & perfectum.rectum autem quod ſit, id perfectum officium eſſe definiunt,medium autem id eſſe dicunt quod cur factum ſit ratio probabilis reddi poſſit.hæc Cic. off. 1. D.etiam Ambroſi.offic.1. c. xi. bipartit officium in medium atque perfectum & quid vtrumque ſit exponit, quod ab efficiendo dictum putat,vel inquit, certè vt ea agas quæ nulli officiant, proſint omnibus. P. V.

Officiales [a]Vnus officialis non debet ſe ĩtromittere de pertinentibus ad officium alteri⁹, vt in l.in prouintijs.C.de nu. & actu. li.xij.& l.i.C.de ap.præfec. anno. & l. fi.C.de ap.procõ.l.xii.[b]poteſt tamen vnus officialis auxilium alterius implorare circa officium, vt l. epiſcopale.C.de epiſco.audien.de officio ord. c.i.vide Bar.in l.i.ff. ſi quis ius dic. nõ obtem.licitè ergo requiruntur caſtellarij, & alij poteſtates locorum per literas officialium,ꝙ in capiendis malefactoribus præſtẽt auxiliũ familiæ.

No.ꝙ officiales,& omnes de ſua familia,donec durat officium,dicũtur ciues illius loci,vnde ſi in forma ſtatuti imponitur maior pœna forenſi, q̄ ciui homicidium cõmittenti, & poteſtas, vel alij de ſua familia homicidium perpetret, punietur illa pœna qua ciues puniuntur.no.Bal. ff. de officio proconſul. & le. l. obſeruare. §. proficiſci,ver.viij.quęritu.radde ꝙ ſi officialis tempore offenditur ſyndicatus, perinde punitur ac ſi tempore ſui officij fuiſſet offenſus, quod eſt verum, quando offenditur rõne præteriti officij,aliàs ſecus,vt no.Bal.in dicto §.ꝓficiſci,ver. viii.quęritur. Ex quibus no.ꝙ poteſtas officialis punitur vt ciuis.ff de teſta.mili.l.ꝙ conſtitutum.C.de incol.l.ciues,l.x.& idem de familiaribus, quia gaudent eodẽ priuilegio C. de epiſcopis & clericis. l.i.Bal.in d.l.obſeruare.§. proficiſci, in iiii.col.ver.viii. ff. de officio præſi.

No.ꝙ officialis,vel adminiſtrator expendens pecuniam deputatam ad aliquod certum opus,de ſuis facultatibus eandem ſummam ſoluere tenetur,vt l.hac C.de aquæ ductu,l.xi.

No.quòd officialis temporalis de iure

iure non poteſt contrahere per ſe, nec per alium in loco, vbi adminiſtratio nem gerit. ff. de contrahenda empti. l. non licet, niſi in caſu, vt l. qui officij, eodem titul. vide ſupra fiſcus §. priuilegium.

Officiales ſæculares, ſeu poteſtates priuſquam ſunt requiſiti per inquiſitores, vel epiſcopum ad executionem officij, debent eſſe ſoliciti in executione facienda. vide ſupra executio.

Officialis delegatus papæ poteſt ſyndicari p ſyndicos ordinarios prouinciæ ſecundùm Cyn. in aut. qua in prouintia, vlti. q. C. vbi de crimi. agi oportet. glo. in c. fi. de fo. compe.

Si ptās, vel officialis non teneat familiam debitam, defalcandum eſt ſalarium de rata. Bal. in l. obſeruare. ff. de officio præſi. qui allegat. l. Seio. ff. de adimen. lega.

Nota quòd ad hoc quòd bene regatur ciuitas, vel locus, debet deputari vnus officialis ſuper damnis datis vel ſuper abundantia victualium, & per hoc non tollitur iuriſditio quam habet ptās ipſius ciuitatis, qui habet vniuerſalem iuriſditionem, pro quo bene facit tex. in l. fi. iuncta glo. C. de iuriſdi. omni iudi. & glo. in c. in Galliarum. xxv. q. ij. hoc tamen limita, quotiens vna iuriſditio ſubalternatur alteri. ſi tamen ille ſpecialis iudex eſſet ſuperior generali, vt puta iudex deputatus per ſtatutū ſuper cauſis appellationum, & nullitatū, tunc generalis iudex non ſe intromittit de ſpeciali. vide ſupra delegatus, & ſupra epiſcopus.

Nota quòd inquiſitores non debent habere officiales niſi ſolùm ſibi neceſſarios aliàs ſunt excommunicati per papam ipſo facto, & non poſſunt abſolui niſi per papam, & ſolùm in articulo mortis, vt habetur in cle. nolentes, de hæreticis. vide ſupra inquiſitores, in §. nota. quòd prohibentur.

Inquiſitores non poſſunt ponere ſuum familiarem pro officiali inquiſitionis, vt xxix. inſtructione.

Regulariter non poſſunt officiales ſeruire per ſubſtitutū, vt C. de decurio. nullus, li. x.

Officiales inquiſitionis debēt poni tales in dicto officio quòd quilibet habeat in ſe habilitatem, & diligentiam, vt xxix. inſtructione inquiſitionis.

ADDITIONES.

a *Officialium communis generis vocabulum ſunt res aut perſonæ vel miniſtri, pertinentes, ad officium cui vacant. hinc officiales operæ l. ſi non ſortem. 26. §. ſed ſi operas. ff. de condi. inde. opera enim eſt officium diurnum. l. 1. ff. de operis liber. pro miniſtris officij, ideſt magiſtratus. l. is cui §. miſſus. ff. vt in poſſeſſ. legato. & li. 5. ſenten. C. de fiſci aduoc. quoties inquit ſine autoritate iudicati officiales alicuius bona occupant vel deſcribunt, &c. Item vocantur ab Apul. miniſtri magiſtratus. generalius autem ſumitur a Lactantio lib. 6. M. Tull. inquit. in ſuis officialibus &c. præterea 38. diſtin. c. 2. ſcribitur, libellum officialem a ſacerdote ſuo accipient, Quemadmodum vox officij latiſſimè ponitur, ita & quæ deflectuntur exinde officialium nomine videntur hic accipi non ſolùm pro miniſtris officij, ſed etiam pro magiſtratibus, & iudicibus, vt & in iure canonico. c. Romana. de offi. ordinarij. & de appella. lib. 6. & de offi.*

 vica.

vica.ca.1.2. & 3.eodem libro. Petrus Vendramenus.

b *L.culpa eſt.ff.de regu.iur. c.non eſt ſine culpa.eod.lib.6.Bal.per illum text.in l.repetita.C. de epiſco. & cleri. Quint. Mandoſius.*

Oratio a vel orare. Omnis Chriſtianus qui vult offerre orationem,vel ſacrificium deo ſecundùm ritus veteris legis, talis oratio poſt publicationem euangelij eſt ſimulata, & ſi quis pertinaciter in hoc perſeuerauerit cenſendus eſt hæreticus.Tho.ſecunda ſecundæ.q.xcii.ar. ii.in ſolutio.vlt.ar.

Non debemus flectere genua in orationibus diebus feſtiuis,& dominicis,de conſec.diſtinction.iij.quoniam ſunt.

An liceat orare ꝓ hæreticis?& poteſt reſponderi per iſta iura ſiquis epiſcopus,el iij.in gl.& in tex.xi.q. iij. vbi dicit gloſ. pro hæreticis mortuis quòd non licet ſpeciali oratione orare, vt xiij.q.ii.non æſtimemus.ſed ꝓ viuis hęreticis,& alijs malis,& ſpeciali, ſed generali oratione pro omnib⁹ defunctis licitum eſt orare,vt de pœ. di.v.falſas.xxiiii.q.iii. corripiantur, & dicit tex.ibi. ſiquis epiſcop⁹. vbi ſupra, quòd non eſt obediendũ epiſcopo, qui pro hæreticis miſſam cantare iubet.

Nota quòd ita incurrit excommunicationem qui communicat mortuo excõmunicato,ſicut qui communicat viuo excommunicato.vide ſupra excommunicatio.& ſic pro decedente in excommunicatione non eſt orandum , nec oblationes recipi debent, Abb.in cap.ſacris,de ſenten.ex communica.

Item non eſt orandũ pro illis, qui ſunt homicidę ſui ipſius, nec tales ſunt cum fidelibus ſepeliendi . xxiij. q.v.placuit.

An ſit orandum pro clerico qui in bello,vel rixa, vel ludo gentilium mortuus eſt, vide ſupra clericus.

Omnis ille qui vult offerre orationem deo, & eſſe interceſſor pro populo,neceſſe eſt, vt dei gratiam bene viuendo mereatur, xlviij.diſti. ad nos, & c.ſe. ſolerter ergo ſe quis metiatur qui ordinem ſacerdotalem accipere voluerit.de quo vide ſupra neophytus,& infra iſta litera.§.nunc autem.

An ſit licitum dicere aliquas orationes, quæ ſunt prohibitæ, vel quæ non ſunt approbatæ per eccleſiam , quibus multi habent deuotionem, & eas exhibent dæmonibus? vide ſupra dęmon.

An liceat vnicuique in ſecretũ orare defunctum , quem reputat fuiſſe bonum,& eſſe ſaluum,vt pro eo fundat preces ad deum, vide ſupra canonizatus,& ſupra defunctus.

Nunc autem circa orationem aliqua videamus , & an peccatores in oratione impetrent aliquid a deo. Et videtur quòd peccatores orãdo non impetrẽt aliquid a deo: dicitur enim Io.ix.ſcimus quia peccatores nõ audit deus.quòd conſonat ei, quòd dicitur prouerbio. xxviij. qui declinat aures ſuas, nè audiat legem, oratio eius erit execrabilis . Oratio autem execrabilis non impetrat aliquid a deo , ergo peccatores non impetrant aliquid a deo.præterea iuſti ĩpetrant a deo illud,quod merentur, ſed peccatores nihil poſſũt mereri, quia gratia carent , ergo caritate, quæ eſt virtus pietatis,vt dicit gloſſ.ij.ad Ti. iij.

ſuper

ſuper illud, habentes quidẽ ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes,& ita non piè orant,quod requiritur ad hoc quòd oratio impetret, ergo peccatores nihil impetrant orãdo hoc Tho.ij.ij.q.lxxxiii. ad ſextumdecimum.

Chryſoſtomus dicit ſuper Matthæum,Pater non libenter audit orationem quam filius non dictauit:ſed in oratione dominica, quam Chriſtus dictauit, dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittibus debitoribus noſtris,quod peccatores non faciunt, ergo vel mentiuntur hoc dicentes, & ſic non ſunt exauditione digni, vel ſi non, & dicant,non exaudientur,quia formam exorandi a Chriſto non ſeruant, ſed cõtra eſt, quia Augu.dicit ſuper Ioã. Si peccatores nõ exaudiret deus,fruſtra publicanus dixiſſet, domine propitius eſto mihi peccatori. & idem Chryſoſtomus dicit ſuper Matth. omnis qui petit, accipit ſiue iuſtus, ſiue peccator. [b] Ad prędicta reſpõderi poteſt,quòd in peccatore duo ſunt conſideranda, ſcilicet natura quam diligit Deus , & culpa quam odit.ſi ergo peccator orãdo aliquid petit in quãtum peccator idest ſecundùm deſiderium peccati,in hoc a deo non auditur ex miſericordia, ſed quandoque auditur ad vindictam,dum deus permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata. deus enim quædam negat propitius,quæ concedit iratus vt Auguſ.dicit: orationem verò peccatoris ex bono naturæ deſiderio ꝓcedentem deus audit,non quaſi ex iuſtitia , quia peccator hoc non meretur,ſed ex pura miſericordia, obſeruatis tamen quatuor præmisſis operationibus,vt, ſcilicet pro ſe petat neceſſaria ad ſalutem piè,& perſeueranter.ad primum ergo dicẽdum, quòd ſicut Auguſt.dicit ſuper Ioannem, illud verbum eſt cæci adhuc inuncti.i. non perfectè illuminati.& ideo nõ eſt ratum, quamuis posſit verificari, ſi intelligatur de peccatore inquãtum eſt peccator, per quẽ modum etiam oratio dicitur execrabilis. ad ſecundum dicendum, quòd peccator non poteſt piè orare quaſi eius oratio habitu virtutis informetur,poteſt tamẽ oratio eius eſſe pia quantum ad hoc quòd petit aliquid ad pietatem pertinẽs,ſicut ille qui non habet habitum iuſtitię, poteſt aliquid iuſtum velle.& quamuis eius oratio non ſit meritoria, poteſt tamen eſſe impetratiua, quia meritum innititur iuſtitiæ : ſed impetratio innititur gratiæ. Ad tertium dicendum quòd oratio dominica profertur ex perſona communi totius eccleſiæ. Et ideo ſi aliquis nolens dimittere debita proximo,& dicat orationem dominicã dicendo ſicut & nos dimittim⁹ debitoribus noſtris,non mentitur,quamuis hoc qđ dicit non ſit verum quãtùm ad ſuam perſonam,eſt tamen verum quãtùm ad perſonam eccleſiæ, ex qua eſt meritum,& ideo fructu orationis caret, quando aliqui peccatores parati sũt debitoribus ſuis dimittere,& ideo ipſi orantes exaudiuntur ſecundùm illud.Eccleſi. xxviij.relinque proximo tuo nocenti, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur vſque hic. idẽ Th. ſecunda ſecundæ.quęſt.lxxxiij.ar.vj. in fin.

Sed circa prædicta quæritur, an non habens peccatum ſi dicat orationem dominicam dicendo, dimitte

nobis debita noſtra &c. an mētiatur? & Augusti. in enchiri. de quotidianis & leuibus peccatis ſine quibus hæc vita non ducitur quotidiana oratio fidelium ſatisfacit, eorum enim eſt dicere pater noſter &c. delet omnino hæc oratio quotidiana peccata, & illa a quibus vita fidelium eſt ſceleratè geſta, ſed pœnitendo in melius cōmutata diſcedit, ſicut veraciter dicitur, dimitte nobis debita noſtra &c. idem, ſi fiat quod dicitur quòd & ipſa eleemoſyna eſt veniam pœnitenbus omnino agnoſcere. hęc idē Tho. iiij. ſententiarum, di. xvi. circa finem. ad primum. videtur ergo quòd ille qui nō habet peccatum aliquod, peccet dicendo pater noſter &c. dimitte nobis &c. quia cōfitetur debita ſe habere, quæ non habet. item videtur de illo qui debita non dimittit dicendo pater noſter. nam vt dicit Leo papa in ſermone quinto de ieiunio quadrageſimali, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, durisſimis nos vinculis alligamus niſi quod profitemur, impleamus. Fiat voluntas tua &c. nota. quia id quod proteſtamur, id adimplere debemus, vt. xiii. q. ij. quàm præpoſterum, in prima glo. & 23. di. pſalmiſta. vnde & ſi orationis huius ſacratisſimum pactum non tota ſui cōditione ſeruatum eſt, nunc ſaltem conſcientiam ſuam vnuſquiſque cognoſcat, & alienis ignoſcendo delictis abolitionem ſuorum obtineat peccatorum. dicente namque domino, ſi dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter qui in cęlis eſt delicta veſtra hęc Leo papa vbi ſupra. Et dicendum ad primū, quòd hoc non eſt alicui certum, quòd omnino a peccato ſaltem veniali, vel ab aliquo reatu immunis ſit. ſi tamen per reuelationem ſciat ſe eſſe ſine peccato, non tamen peccat dicendo in perſona eccleſiæ. ad ſecundùm ſimiliter dicendum quòd in perſona eccleſię ſe dicit debita dimittere vnde non peccat hoc dicendo. ſed remisſionem non conſequetur niſi dimittat. hæc omnia Thom. iiii. ſententiarum, di. xvi. in fi. item ſecunda ſecundæ. quæſt. lxxxiii. ar. vj. in fin. vbi ſupra.

Quomodo Chriſtum cōueniebat orare, ſan. Thom. in iij. parte q. xxij. ar. iii. gl. in cle. ad noſtram, de hæreticis. faciūt notata in cle. ſi dominum. de reli. & vene. ſan.

An oretur pro illo qui occiſus eſt ebrietate, vide ſupra ebrius.

ADDITIONES.

a *Oratio ſignificat omnem locutionem, vnde Grammatici octo partes conſtituūt orationis. Nomen, pronomen, verbum, participium, aduerbium, præpoſitio, interiectio, & coniunctio. ſpecialiter pro oratoris locutione. Cic. in Brut. Quamquā omnis locutio oratio eſt. tamen vnius oratoris locutio, hoc proprio ſignata nomine eſt, idque tropicos ſpecie pro genere ſumpta, quod eſt & apud iuriſconſultos vſitatum, de quo genere orationis ab eo, & Quintil. ſcriptum eſt vberrimè, vnde & Cic. Demoſt. Iſocra. & Oratorum aliorum dicuntur orationes. In iure quoque principum dicuntur orationes, quibus illi ſenatum, vel oratione corām, vel abſentes per epiſtolam conſulebant, l. 3. C. de legi. & conſti. l. cum ij. 8. ff. de tranſact. l. 1. & 4. ff. de fer. ſugi. l. 3. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. item veniunt, 20. §. prætor &*

& l.illo.43.ff.de petit.hæredi. item ff. de reb.eor.qui ſub. tu. l. 1. Quia verò ſolemus in habenda oratione, quid precibus obſecrare ſeu poſtulare ſit vt ꝑ obſecratione, ſeu poſtulatione præcatoria ad Deum piè & humiliter emiſſa, ſicut hic accipitur, ſumatur. Sic a D. Augu. de ſpiri. & vni. finitur. Oratio eſt mentis deuotio, id eſt conuerſio in Deum per pium, & humilem affectum, quæ duas habet partes. poſtulationem, & gratiarum actionem, item quædã vocalis, quædam mentalis dicitur, quæ neceſſaria, & perquam vtilis eſt. lege Catechiſ. de oratio. & Nicepho. de hiſt. eccle. li. 4. c. 12. lib. 9. c. 12. lib. xi. c. 30. lib. 12. c. 7. & 39. Orare ſimiliter, eſt rogare obſecrare. Cic. ad Atti. Te etiam atque etiam oro, vt me tuendũ ſuſcipias. item ait Noni. Orare eſt precibus poſcere. Cic. in diuinatione. Rogare, & orare, nè eos ſupplices aſpernarer. ita ponitur hic. Item orare, dicere, & agere. Cic. off. 3. vt veram amici cauſam eſſe malit, vt orandæ litis tempus. Petrus Vendramenus.

b *Populus item Iſraeliticus petijt carnes in deſerto, & dominus iratus conceſſit eis. nu. xi. Non placuit domino quòd filij Iſrael petierunt ſuper ſe regem, & tamen dixit Samueli audi vocem populi tui, in omnibus quæ loquuntur tibi. 1. reg. c. 8. Q. M.*

Ordinarius [a] An poſsit punire delegatũ malè ſe gerentem in cauſa ſibi commiſſa? & dicẽdum quòd punire poterit, ſic tamen quòd iuriſditio eius non impediatur, iuxta nota. per doctō in c. fin. de reſcriptis, & per Cyn. & legiſtas in aut. qua in prouintia. C. vbi de crimine agi opor.

Ordinarius tenetur ad parendum mãdatis delegati. delegatus enim repræſentat vices papæ in cauſa ſibi cõmiſſa. ideo ſicut ipſi papa obtemperandum eſt. Abb. in ca. cum contingat, de reſcriptis.

Iudex ordinarius [b] poteſt procedere contra infamatum eidem purgationem canonicam indicendo, abſq; eo quòd terminus accuſare volentibus ſtatuatur, vel quòd permittatur inquiſitio ſuper veritate. Abb. in c. cum dilecti, de purga. can. in primo notabili.

Nota quòd non admittitur poteſtas, & iuriſditio ordinaria, vel delegata epiſcopi propter cõmiſsionem factam a papa alicui, vel aliquibus generaliter in certis locis epiſcopatus, vel in tota diœc. ſed vterque etiã de eodem facto inquirere poterit ſecundùm formam iuris communiter, vel diuiſim, vt ſupra iuriſditio, & ſuprà cognoſcere.

An iudex ordinarius poſsit accipere eſculenta, & poculenta, vide ſupra extorquere.

Iudex ordinarius poteſt, vbicunque ſubeſt peccatum inſurgere, & occurrere, vt peccatum euitetur, Abbas in capi. ſignificauit. extra de officio ordinarij.

ADDITIONES.

a *Ordinarius, ſubaudi magiſtratus, vel iudex, qui ſuo iure habet in aliquos poteſtatem, & iuriſditionem, de eo in ſuperioribus, ad vocem iudex. ad d'riam delegati qui datur extra ordinẽ iudex, appellatur ordinarius, ordinariũ gñaliter dñt in quo loci vel rei, vel temporis aut perſonarum vel partis, vel omnium horum ſimul ordo ſeruatur. vnde ordinarius index.*

dex qui in quaque ciuitate vel loco iuriſditioni vniuerſę vel certę parti præeſt. Ordinaria conſilia. Liu. li. 27. quæ certis temporibus præbentur. officium ordinarium Senecæ dicitur, vbi præficitur aliquis certæ functioni lib. 3. de beneſ. Item ordinarius ſeruus dicitur l. ſi ſeruus. 18. & l. hinc quæritur 20. ff. de pecu. & l. itē apud Labeonem. §. prætor ait. ff. de iniu. Dicuntur & ordinaria iudicia, in quibus legitimus & vſitatus ordo, formulæque agendi, & litigandi obſeruantur, & differt ordo noſtri temporis ab antiquo Romanorum. vide l. actio. 47. ff. de neg geſt. ſublatæ enim ſunt antiquæ illæ formulæ actionum C. de formu. ſubla. vnde dicuntur extraordinariæ actiones, quę non habebant iuris ordinarij executionem l. pecuniæ. 178. §. actionis. ff. de verb. ſignifi. vide in eam Alcia. & de verb. iu. Hotoman. item in quo ſeruatur ordo quid exponendi. l. 1 ff. de pecul. P. V.

b *Ordinarius quilibet poteſt ex officio inquirere de fama ſubditorum, & infamia reperta de crimine. c. 1. & c. irrefragabili. de offic. ordin. c. ſicut olim. de accu. ca. vni. verſ. quod etiam. vt eccleſia. beneſic. capitu. Romana. §. ſanè. de cenſi. libro. 6. Quint.* Mand.

Ordo [a] iudiciarius. Circa ordinem iudiciarium ī officio inquiſitionis [b] Hoſt. & Io. An. dicunt quòd multiplex eſt ordo iudiciari⁹, quando proceditur ordinariè, vt ſuper occultis per accuſationem, & tūc datur libellus, & fit litis conteſ. vt de iura. calum. c. pe. & alia ſimilia obſeruantur, & iſte eſt ordo iudiciarius in ordinarijs, quando proceditur ſuper famoſis, de quibus non conſtat, & tunc ordo eſt vt vocetur inquirend⁹, & ſeruatur forma c. qualiter, & quando, el ii. & hic non offertur libellus, nec lis conteſtatur, ſed cōtumax condemnatur, vt ibi, & vt lite non conteſ. quoniam frequenter. §. ſunt, & alij. & de iſto ordine iudiciario loquitur hic.

Quādo proceditur extra ordinem ex mero, & puro officio, vt in notorijs, & tunc neuter ex his ordinibus ſeruatur, vt de officio ordi. c. i. ſed eſt hic ordo iudiciarius, iuris ordinem non ſeruare, vt de iureiurand. ad noſtram. tertio modo dic melius quò ad ſecundum membrum, quod tāgit c. ad noſtram, quod aut eſt principalis promotor inquiſitionis, puta qa ipſam inquiſitionem impetrauit, vel fuit deputatus a ſocijs, cum omnes impetrauerunt inquiſitionem, aut ipſemet iudex ad reuelamen deputauit miniſtrum, & promotorem inquiſitionis, aut procedit ipſe ſolus ſine aliquo miniſtro. primo caſu ſi inquiſitus comparet debet cum illo lis conteſtari, & per conſequens libellus offerri, vt probatur in c. pe. de purga. cano. & in ca. cum. I. & A. de re iudica. & in c. vltimo, de foro competent. in nouella. ſi verò nō comparet, poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam receptis teſtibus, & probationibus promouentis inquiſitionem ſine omni alia litis conteſ. & iſte eſt proprius caſus c. noſtri ſecundùm veriorem lecturā. hoc idem probatur ſecundū Inno. in c. olim, de teſti. & facit quòd no. idem Hoſti. in c. cum clamor, eo. ti. vbi inuenies bona dicta ad hoc, & iſte poteſt dici, ordo iudiciarius inquiſitionis, quia verba intelliguntur ſecundùm ſubiectam materiam, vt dicto c. ad noſtram.

Si verò procedit iudex cum mini-

ſtro

ſtro deputato, tunc idem debet ſeruari, ſicut quando procedit ſolus, quia idem facit qui per alium facit, vt de reſtitutione ſpolia. cum veniſſent. & nota. Hoſti. in c. cum clamor, & ſic intellige. §. ſunt & alij, illius c. quoniã frequenter, vt lite non conteſt. hæc Abb. in c. veritatis, de dolo, & contuma. in glo.

Et nota. quòd cognoſcere iuris ordine non ſeruato, eſt alterius ius auferre, vt nota in c. ſtatutum, de hæreticis, li. vj. in glo. ſecundùm quòd nota Bal. in l. feu. ti. de pace iuram. firmã. c. i. §. iniuria. ſed licèt ordo iudiciarius omittatur in officio inquiſitionis hæreticæ prauitatis, non vitiatur proceſſus, vt extra de hęreticis, cap. fin. in prin. li. vj. tamen circa iuſtitiam non foret iuſtitia violanda, & ob hoc iura diſponunt, quòd inquiſitor communicet cum epiſcopo, vel eius vicario, & epiſcopus cum inquiſitore proceſſus, & examinent conſilium in grauibus, & arduis, vt in torquendo, vel ſententiãdo. vide ſupra examinatio, & ſupra epiſcopus, & ſupra inquiſitor, & infra tortura.

Sed quò ad telam iudiciariam ordinandam proſequendo materiam, dicendum quòd licèt in alijs criminibus pleniſſimè iuris ordine ſeruato debeat procedere, pro quo vide tex. in l. abſentem. ff. de pœnis, & in l. i. C. de requiren. reis, & per glo. iij. q. ix. in ſumma, & per Bar. in dicta. l. abſentẽ, & per Salice. in l. abſentem. C. de accuſa. vbi plenè, & per docto. in c. veritatis, de dolo, & contu. tamen in crimine hæreſis eſt ſpeciale, quia procedi poteſt ſuper eo ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt in c. fi. eo. ti. li. vj. Ex quo infertur quòd in accuſatione non erit neceſſaria ſolennitas requiſita per legem libellorum. ff. de accuſa. & in l. in cauſis. C. de eo pro quo eſt tex. in cl. ſæpè de verbo. ſignifi. infertur quòd concluſio in cauſa non eſt neceſſaria, per gloſ. ibi. imò quomodocunque reus ſe defendere voluerit, admittetur, ad quod faciunt notata. per Bart. in extrauagante ad reprimendam, in ver. ſequentia, & vbi is contra quẽ in iſto delicto proceditur, contumaciter ſe abſentat, prouiſum eſt de remedio, vt debeat excommunicari, & ſi per annum in excommunicatione perſiſtit, eſt velut hæreticus condemnandus, vt in c. cum contumatia, de hæreticis li. vj.

Sed pone quòd ſecundùm veritatem iſte non eſt hæreticus, nunquid eius pœna in eum inflicta a iure propter contumatiam teneat? & dicendum eſt quòd ſic, quia cõtumax fuit ſecundùm rei veritatem, venire enim tenebatur ad iudicem, de quo vide ſupra abſens, & ſupra contumax, & infra procedere.

ADDITIONES.

a Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur ordo ac modus, inquit Cic. offic. 1. quem ait, ſic definiunt, compoſitionem rerum aptis & accommodatis locis, vel vt Philon de opifi. mundi ſcribit, ordo eſt conſequentia ſeriesque rerum præcedentium, & ſequentium, ſi nõ ipſo opere, certè conſilijs opificũ, vnde ſunt ordines hominum vt ordo decurionum. ff. de decurio. l. 1. & ff. de decre. ab ordi. ſaci. Equeſtris. l. 2. §. Seruius. ff. de origi. iur. Senatorius. l. nuntu. §. 2. de lega. 3. l. 1. ff. de colluſio. dete. ac in vniuerſum eſt ordo ſuperior & inferior.

rior.l.4 ff.de ſenato.vnde, & de ordine ſcripturæ multa ſunt in iure. eſt ordo præcedendi ff.de alb.ſcrib.& de decret.l. 2. item eſt ordo iudiciorum, de eo multi tradidere. Duplicem eſſe ſtatuunt canonicæ conſtitutiones, alterum ſolennem in c.quoniam contra.de probat. alterum verò ſumarium in cle.ſæpe, de verb.ſignific. Rurſus quidam dicitur ſubſtantialis, cuius omiſſio, vel peruerſio vitiat quod actum eſt, quidam verò de iuſtitia, quid vterque ſit variauere ſcriptores, vide Vantium de nulli.ex defect.proceſſus. vide gl. in Clem.ſæpe, præcitata & gloſ in ſumma.2.q.1.& in l.prolatam.C.de ſenten. is ordo poteſt ex ordine titulorum iuris ciuilis atque canonici colligi. item eſt, & ordo quæſtionũ iudicij.C.de ordi.indic.et de ordi.cogni.C.& extra. ij ſunt ordines communes omnibus ferè cauſis. quidam verò ſunt proprij quarundam, vt vilium alimentorum, aliarumq; breui manu expediẽdarum, de quibus in aut.niſi breues. C.de ſent.ex breui.recei.l.ſiquis.§.ſi vel. ff.de lib.agnoſcen.& l.2.ff.de fer.& l.1. ff.de extraordi.cognitio. incurrit adhuc in cauſas actuum quorundam intermedius ordo. hæc de cauſis contentioſę iuriſditionis, nam volũtariæ ſuus eſt ordo, veluti emancipationis, manumiſſionis, adoptionis, & arrogationis. Inſt. de liberti. & quib.mo.ius patr.pote.ſolui.§.præterea.& de adopti.& ff.eod.titu. Eſt ordo denique poſtulationum.l. nec quicquam. §.obſeruare.ff.de offi.procon. Hęc intelligas ſecundùm ius commune. quia, & ordo ſtatutus a municipio, vel ciuitate ſeruatur. T. V.

b *De ordine iudiciario in crimine hæreſis, & ꝙ in eo procedi poſſit de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, & de triplici modo procedendi, videlicet per accuſationem, inquiſitionem, & denuntiationem, & pro alijs huc ſpectantibus videatur Guindiſal.de hæreti.q.8.in princ.& q.12.& Zanchi.eod.tract.c.9.& in additionibus ad eundem. Q. M.*

De ordine cauſarum ſanctæ inquiſitionis, adde Directo.inquiſit.par.3. per totam cum ſuis formulis. T. V.

Obſtinatio eſt conſilijs ſalutaribus nolle acquieſcere.xlvij.di.quòd ad nos.

Item obſtinatus eſt, qui poſt inſpirationem ſibi factam in eo quod errauerat, perſeuerat.viij. diſtinc. conſuetudo.

Nota quòd obſtinato in malicia deus nunquam miſerans fuit, nec miſeretur.xxiij.q.ii.legatur, & c.damnationis.[a] Et ideo obſtinati indigni ſunt venia, quia peccant ex certa malitia.viii.di.conſuetudo. lxxxii. diſti. quia, in fi.ideo. Prouiſo Solerter.

ADDITIONES.

a *Cain poſt increpationem a Deo ſibi factam peior fuit, & fratricidium commiſit, Ge.4.cor Pharaonis induratum erat, nec per blanditias, nec per flagella reduci potuit. Ex.c.5.cum ſequ. Populus Iſrael obſtinatus, & duræ ceruicis. Ex.32. Saul nec per verba Ionathæ, nec per beneficia a Dauide recepta, ab illius odio deſiſtere voluit, 1.regum.18. Nabal durus, peſſimus, & malitioſus nuncupabatur. 1.reg. 23. Obſtinatè nimis Aſael perſequebatur Abner. Viri Iudæ ac diuites tot prophetas obſtinati in ſceleribus remanebãt & Zacariam filiũ Ioiadæ illos increpantem crudeliter interfecerunt, 1. Paralip. 24. Ezechias rex Iuda miſit nuntios in vniuerſum Iſrael dicentes, nolite indurare ceruices, ſicut patres veſtri, illi autem irri-*

irridebant & ſubſanabant eo s.2.Paralipom.30.Diuus Stephanus Iudæos ardenter increpans ait.Dura ceruice,& incircuncisi corde & auribus,vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Q. M.

Paganus [a] Interdum ſumitur ꝓ quodam genere hæreticorũ. C.de pag.& eorum ſacri. per totum.pro eo,qui non eſt miles, vt C.de inofficio.teſta.l.fi.vide de diuortijs,gaudemus.

Pagani ſpiritualiter non ſubſunt Chriſtianis, ſed tẽporaliter ſic,de diuor.gaudemus.not.Inn.de vo. quòd ſuper his.Io.An. de conſtit. c.ii. alle. i.ſuper glo.ii.

ADDITIONES.

a *Paganus ruſticus,qui ſcilicet ruri natus eſt,& educatus,Cic pro domo.Nullum eſt in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani, qui non ampliſſimè de dignitate decreuerint,a Pagis,ideſt, a fontibus, circa quos villæ conſueuerant condi,vnde & Pagani inquit Serui.in 2.Georgi.Virgi. dicti ſunt, quaſi ex vna fonte potantes, Quia verò fuit olim in tribus quatuor,autore Dioniſio lib. 4. antiqui. quas pagos vocitabant,in quibus habitantes pagani dicebantur,vrbs diuiſa,contigit,vt & Vrbani nomine paganorum vocarentur. inde qui domi manerent in vrbe,& in agris, nec militarent Pagani dicti ſunt. tametſi etiam vrbani eſſent, & fit in iure diſtinctio militum a Paganis, & perinde ac contraria opponuntur, miles & paganus,l.quædam.ff.de pœn.l.filiusfam.7.ff.de donatio.& l.vlt.c.de inoſ.teſta.l.tractabatur 15.ff.de mili.teſt. & Inſt.eod.de pœnis quoque paganorum inriſcon.ſcripſerunt,l.aut facta.16.ff.de pœn.in ſuperſcrip. Deinde verò poſt Euangelium in orbe diuulgatum,qui non Chriſtianę militię ſunt aſcripti cæpiſſe Pagani vocari. quod milit et imperatori ſummo Deo Chriſtiani, quod innuere videtur Oroſius in Hiſtoriæ ſuę proœmio, Alcia. 1.parerg.c.13.in quam videntur accipi ſignificationem,in tit.C.de paga. Exceptis ab hoc numero Iudæis, qui ſuo nomine non deſierunt appellari. C.de Iudæis. Petrus. Vend.*

Papa [a] An teneatur confiteri,& an abſoluatur, vel ligetur a ſacerdote cui confitetur,vide ſupra confeſſio,in §.cui papa.

An papa poſſit nouos articulos fidei facere,vel teneat̃ eo caſu requirere prælatos, vide de hæreticis, cum Chriſtus.xix.di.ſecundùm.

Si hęreſis papæ probetur per duos teſtes, ſufficit talis probatio ad eius depoſitionem,Io.An.de elec.licèt, ſuper glo.ii.q.iiij.præſul.

Si papa eſt hæreticus, nõ debet poni in catalogo aliorum ſummorum pontificum.gloſſ.xviii. diſtint. Anaſtaſius.

Papa accuſatus de crimine non tenetur ſe purgare, ſi non vult. ii. q. v. mandaſtis,& c.auditum, & ſi reperiatur quandoque feciſſe,hoc fuit ex humilitate,ſicut Gregorius. ii. q. vii. ſi quis nos.& Pelagius.xxx.q.i.ſatagendum.& Leo.ii.q.vij.nos ſi.

An papa defunctus poſſit condẽnari de hęreſi ſine concilio, vide Archi.in c.in fidei fauorem,de hæ.li.vj. Io.An.poſt Hoſti.de conceſ.pręben. propoſuit gl.xl.di.ſi papa.

Licèt papa ſit hæreticus,tamen ante ſententiam non eſt ab obedientia

eius

eius recedendũ.xvij.di.§. hinc etiam xxiiij.q.i. in ſumma.xi.q.iij. cui faciunt nota.de elec.nihil. optima glo. xxiiij.q.i. Acatius. i. quæ dicit quòd propter hære. eſt minor quocunque catholico.

Papa debet eſſe vltor ſui gregis, ac præcipuus adiutor, vt.xxiij.q.viij. ſcire. vbi ſic dicitur, Scire vos oportet, ꝙ nunquam ab aliquibus noſtros homines ſinimus opprimi, ſed ſi neceſſitas vlla occurrerit, præſentialiter vindicamus, quia noſtri gregis in omnibus vltores eſſe debemus & præcipui adiutores.

Nota quòd papa creatus habens vxorem ignorantibus cardinalibus, licèt non cogatur ſtare cum vxore, tamẽ tenetur ei reddere debitum carnis, glo.lxxix.di.ſi quis pecuniam.

Ad papam ſpectat cognoſcere, & determinare quæſtiones fidei. [b] nam ſicut in veteri lege omnes quæſtiones emergentes de cultu dei reſeruabantur Moyſi determinandæ, ſic omnia quæ ſunt fidei Chriſtianæ, ſpectant ad iudicium, & determinationem papæ. vnde dicit Cyrillus in li.theſau. vt membra maneamus in capite in noſtro apoſtolico throno Romano põtifice maneamus, quo noſtrũ eſt quare quid quærere, quid credere, quid tenere debeamus, & maximè in epiſtola orientalibus miſſa dicit, omnes fideles orbis terræ qui dominum ſincerè receperunt, & vbique terrarum catholicæ, & apoſtolicæ fidei receperũt veritatẽ, quia licèt enim apud alios fortè poſſet eſſe profundior ſcientia ad iſta decidenda, quàm in Romano pontifice, deeſt tamen eis poteſtas de his iudicandi, & ſtatuendi quæ in ſolo Romano pontifice reſidet vt prædiximus. Et quanta ſit poteſtas papæ in hoc iudicando & terminando, dicendum quòd ſi poſſibile foret quòd angelus de cœlo aliquid contra fidẽ doceret, aut ſentiret, per papam iudicari, & excommunicari poſſet, vt probatur ad Galatas.i.cap. ſed licèt nos, aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis præterquam quòd euangelizauimus vobis, anathema ſit. vide ſupra iudex.

Notá quòd ſi contingeret papam errare in his quæ ſunt fidei, quod abſit, tũc papa per concilium generale poſſet damnari, vt in c.ſi papa.xl.di. cum gl.& per glo.xv.di. ſicut, & xix. di. Anaſtaſius, & Inno. in c. ex parte, de verbo.ſignific.& per docto.in c.in fidei fauorem, de hæreticis, libr.vj.de quo vide ſupra concilium.

Nota quòd penes papam eſt poteſtas habendi armatos, & mouendi arma in huiuſmodi criminibus ad eccleſiaſticum forũ ſpectantibus, aliàs non potuiſſet eam inquiſitoribus cõcedere. vide ſupra arma.

Solus papa habet facultatem condendi iura generalia in clericis, vt patet in tex.[c] quæ pœnæ ab eccleſia non imponuntur, nẽ clerici vel monachi ſententiam ſanguinis & eo.ti.lib. vi. eos.& de exceſſi.prælato.ex literis.

Nunquid papa poſſet ſtatuere, ꝙ non poſſet accuſari de hæreſi? & dicendum quòd non, quia ex hoc periclitaretur tota eccleſia, quod non licet, vt xxv.q.i. ſunt quidã, quia hoc ſit in eo caſu, quo definit eſſe caput eccleſię, & ita non tenet conſtitutio. de hoc vide gloſſ. fin. xl.di.in c.ſi papa, in fin.

Papa non poteſt dare poteſtatem ligandi, & abſoluendi non ſacerdoti,

ci, quia iſta poteſtas fuit a deo data ipſis preſbyteris,& non alijs Abb. in c.ij. de furtis,in fi.& vide glo. xcv. di. in c.peruenit.

Quando in ſpe. allegatur ſecundũ papam, intelligitur Innocentius quartus.

An papa poſſit reſtituere famæ infamatum, vide ſupra infamia. §. an papa.

Papa an poſſit abſoluere a iuramento cõtractus in præiuditium tertij, Paul. de Caſtro conſil. ccxx. præſumptio, quòd non.

ADDITIONES.

a *Papa, Græci idiomatis vocabulum, Latinè pater redditur. Hoc nomine ſolent nuncupari Græci ſacerdotes, accentu tamen ſuper vltimam ſyllabam, ita papà. ſupra verò primam, ſicut hic, accipitur, & vulgatiſſimum eſt, pro ſanctæ Romanæ, ac totius vniuerſæ eccleſiæ pontifice maximo, & Vicario D. N. Ieſu Chriſti. Pet. Vend.*

b *De quo eſt tex. in c. quoties. 24. q. 1. & voluit D. Tho. 2. 2. q. xi. art. 2. ad iij. Idem affir. Albertin. de agnoſcen. aſſe. catho. q. 9. nu. 3. Q. M.*

c *Quædam videntur hic deſiderari, quæ verò ſequuntur, ad rem non pertinent. Petrus Vend.*

Par a In parem non habet imperium, vt extra de elec. in c. innotuit.

ADDITIONES.

a *Par, quod inter omnes æquabile eſt, ait Cic. 2 de Inuen. Idem in Top. parium autem comparatio, nec elationẽ babet nec ſubmiſſionem eſt enim æqualis, & ex pari ducitur argumentum, idem ibid. & in 2. de orato. ſic itaque par eſt eiuſdem poteſtatis. l. nam magiſtratus. ff. de arbitr. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebe. C. de legi. & conſtitu. l. digna. vt prætoris in prætorem, conſulis in conſulem, & qui etiam eiuſdem eſt conditionis, & ordinis: vnde prouerbium, pares cum paribus facillimè cõgregantur. Cic. de ſeneɛt. argu. l. pupilli. ff. de tute. Item parium eſt eadem natura. l. ſocer in ſin. ff. ſolu. matr. eadem potentia nec maior, l. 1. §. veteres. ff de acquir. poſſeſſ. l. ſi reus. ff de duo. re. item paria delicta mutua compenſatione tolluntur, l. viro atque vxori. in fin. ff. ſolu. matri. paritas delicti, paritatem pœnę requirit. l. nibil intereſt ff. de adulter. T. V.*

Patria a poteſtas. an filij hæreticorum, & filij Iudęorũ ſint ſub patria poteſtate, vide ſupra filij.

ADDITIONES.

a *Patria ptãs, eſt ius patris in filios vel dicas largius, parẽtis in liberos, a natura profectum primo, deinde legibus a Romanis confirmatũ, latum primò fuit, deinde diminutum, Quid ſit ipſa natura, tradit Ariſt. 8. ethi. Natura pater, inquit, filiorum, auus nepotum imperium obtinet, hoc idem confirmatur in l. pronuntiatio. §. iure proprio. de verbo. ſigni. ait enim, iure proprio familiã dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura, aut iure ſubiectę, vt puta patrem fam & c. ſubditur paterfamilias appellatur, qui in domo dominium babet,, Aug. de ciui. Dei. li. 19. c. 16. placere hoc idem videtur, a Romanis ea primò moribus recepta*

cepta l.patre.§.8 ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.iu. Romuli poſtea lege, & xij. tabulis ſancitam & conſtitutam, Dioni. li.2.memoriæ prodidit, per eam ius in filios vitæ ac necis, terque filios venundandi poteſtas fuit, quod & legis teſtimonio probatur, l.in ſuis.ij ff.de lib.& poſthu.l. vlt.C.de patri.poteſta. id hodie neque in ſeruos fieri licet, Inſt. de his qui ſunt ſui. §.1.& C.de emen.propin & l.ij ff. ad l. Cor.de ſica.eius effectus habes Inſtitu. de pat.poteſta.& de nup. & ff. eiſd tit.& Inſti.per quas per.no.acqui.& titul. per quas perſo.nob.obliga.acqui.de hac cum exemp. ex hiſt. Bud. in annotatio. poſte. & Hotoma.de legi.xij.tab. P. V.

Paſca. De paſchate Iudęorum vide glo. in c. celebritatem, de conſe.di. iii.

Patronus [a] An quando patronus eccleſiæ labitur in hęreſim, nunquid ſi talis reconciliatur eccleſiæ, poſt reuerſionem recuperet ius patronatus, quod prius habebat, hanc quęſtionem tangit gl. i.q.vii.maximũ, & tenet quòd ſic niſi eſſet lata ſententia ſuper amiſſione iuris patronatus, ſed Panor.ĩ c. quia diligentia, de elec. tenet indiſtinctè illum non recupare illud ius patronatus vel huiuſmodi ius patronat⁹, ar. c.vergentis, iuncto c.pe.de hæreticis, & l.commiſſa.ff. de publica. & vecti. niſi ex gratia ſibi reſtitueretur, ad qđ ego induco nota.per Inno.in c.fi.de hęreticis.[b]

ADDITIONES.

a *Patronus, autore Pædiano, dicitur orator, qui defendit aliquem in iudicio, quaſi pater dictus.ead.ratione, qua matronam.Seru.in carmen.libro 2.Virg.& fraus innexa clienti, ex lege ait xij.tabu. venit, in quibus ſcriptum eſt. Patronus ſi Clienti fraudem fecerit ſacer eſto. ſi enim clientes, quaſi colentes ſunt, patroni quaſi patres, tantundem eſt clientem quantùm filium fallere, eius mentio fit in l. ſi poſtulauerit.27.§.haberi ff.ad l. Iul.de adulte. item Catechiſ. in præcep. non loqueris.c.nũc explicemus. Dona.in Adelph.Teren ait, patronus aut temporale nomen eſt defenſoris aut certè, appellatio eſt, per quam oſtenditur quid illi cultus, aut obſequij, debeatur, eſt enim nomẽ ad aliquid, quo nomine vocatur etiam qui quem ex ſeruitute manumiſit. l.8.ff.de in ius vocan. vbi leguntur & alij modi acquirendi in quempiam patronatum, dicti ex eo patroni quòd eo nomine quid alter alteri deberet officij ſignificaretur, de quorum officio, Alcia.in l patroni.51.ff. de verbo.ſignifi.& toto titu. de obſequi. patr.a lib.præſtan.olim lege Romuli patres à plebeis in patronos cooptabantur, Dion.li.1.prouintialium, item proceres Romani patroni erant, vide Budæum, in annota.priori.& poſter. denique patronus appellatur & ius patronatus acquirit is, qui eccleſiam vel fundauerit aut dotauerit.c. piæ mẽtis cum ſe.16.q.7.c.nobis.de iur.patro.in conc.Triden.ſeſſ.14. c.nemo.12.& ſeſſ.vltim.c.ſicuti.9. ad ſimilitudinem patris ita dictus, quod eccleſiæ ſit autor, & initium ſicuti patres filiorum, vel ad inſtar cæterorum patronorum. ita ſunt genera tria patronorum de tertio genere loquitur autor, attendas vt ſæpe pramonui ſupra quemadmodum verborum ex vna re transferuntur in aliam eadem vigente ratione ſignificationes. P. V.*

b *L.3.in fi.& l.nam magiſtratus. et ibi g'o.in verb.imperio.ff.de arbitr. Q. M.*

Idem

c Idem Guindiſal. de hæreti. q. 20. numero 12. Q. M.

Peccata [a] Suos debent tenere autores, vt C. de pœnis, ſancimus, & de his quæ fiũt a maiori parte capituli c. quæ ſunt.

Peccare non debet quis ſub ſpe veniæ, tex. & ibi Abb. in c. illud, de cleri. excommu. miniſtrante. nã magis peccat, vnde dicitur maledictus homo qui peccat in ſpe.

Oderunt peccare boni virtutis amore, oderunt peccare mali formidine pœnæ, Abb. in c. vt clericorum, de vita & honeſ. cleri. & ff. de iuſt. & iure. l. i. ii. q. i. ſi peccauerit. xiiii. q. vi. ſi res. xxvii. q. i. c. vlt. de temporibus ordin. c. vlt. xlv. di. qui ſincera. xxiii. q. iiii. debet homo.

Per peccatum mortale quis dicitur abominabilis. xi. quæſtio. iii. ſi quis dixerit.

Quicũque ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt apoſtolus ad Romanos. ii.

Qui peccat in parte, punitur in toto. ff. ſi certum peta. l. præſidis. ff. ad Sil. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis. C. de Iudæi. l. Iudæos. ar. cõtra. ff. de vſu. l. pecuniæ, fœnebris. §. i. & ff. de vulg. & pupi. l. ex facto §. i.

Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur, ablatum de reg. iuris, non dimittitur, & xiiii. q. vi. ſi res, & ſecundùm Iuſtinianũ omnes ſcire debent. quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere, ꝙ ſi alius hoc cõtrectauerit, furtum committit. C. vnde vi, conquerebatur, ar. de elec. dudum. iii. Reſpon. i.

Per q̃ quis peccat, per ea torquetur de temp. ordin. literas, de iure patro. paſtoralis. xvii. q. iiii. frater, & c. ſe. de immunita. eccleſiarum, c. vl.

Maius peccatum eſt occidere Iudæum, quàm Chriſtianum, gl. de conſecra. di. iiii. rebaptizare. glo. xxiiii. q. iij. c. ſi habes.

Super tribus ſceleribus, vel peccatis Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum pro eo ꝙ vendiderit iuſtum, & pauperem pro calciamẽtis. Amos. ii. c. ꝙ qualiter iuxta tropologiam exponit Ieronimus, vide in decretis de pœn. di. i. c. ſuper tribus.

ADDITIONES.

a *Peccatum primò diuiditur in originale & id quod actu committitur, poſterioris multæ traditæ ſunt definitiones, vna ſcilicet D. Ambroſii, nunc mihi ſufficiet, qui peccatum ait eſt legis diuinæ præuaricatio, & cœleſtium inobedientia præceptorum. de vtroque videas abundè lib. 2. ſenten. diſt. 31. 32. 33. 34. & 35. cum ſeq. de priori in Conc. Triden. ſeſſ. 5. de poſteriori ſeſſ. 14. & 23. quæ huc transferre prolixum eſſet, Tribus modis impletur omne peccatum, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu, & prima ratione ſcribitur, in c. penſandum. diſt. 7. item tribus modis admittitur peccatum, aut ignorãtia, aut infirmitate, aut ſtudio perpetratur, c. ſciẽdum. de pœnit. di. 2. ex D. Grego. in l. reſpiciendum. xi ff. de pœ aut propoſiti, aut impetu, aut caſu delinqui traditur, & vtrobique quomodo in omni genere committantur, exponitur. Rurſus, & aliter in mortale, & veniale bipartitur, quæ ſint vtraque lege diſtin. 25. c. vnum orarium. cum ſeq. item li. ſen. 2. diſt. 24. alia vide ſupra crimen. & delictum. Catechi. præterea. P. V.*

Pœna. [a] Supra viſum eſt q̃d ſit
hæreticus,& qualiter de
tegitur,nunc videndum eſt de pœnis
hæreticorum,credẽtium,fautorum ,
defenſorum,receptatorum eorum.&
primò notandũ eſt de pœnis illorum
qui inducunt[b] alios ad hæreſim, dog
matizantium contra fidem catholi-
cam,de quibus poteſt rñderi ꝑ illud ,
qđ habetur Deuteron. ca. xiii. vnde
fuit ſumptũ c.ſi audieris xxiii. q. viij.
vt ait Ieronym' ad Ripariũ d. vbi ſic
dicit, Si tibi voluerit perſuadere fra-
ter tuus, filius matris tuæ , aut filius
tuus,vel filia , ſiue vxor,quæ eſt in ſi-
nu tuo,aut amicus quẽ diligis vt ani-
mam tuã,clã dicens,eamus,& ſeruia
mus dijs alienis,quos ignoras tu , &
patres tui,cunctarum in circuitu gẽ
tiũ,quæ iuxta,vel procul ſunt, ab ini
tio,& vſq; ad ſinẽ terræ: non acquie-
ſcas ei,nec audias, nec parcat ei ocu-
lus tuus,vt miſerearis,& occultes eũ,
ſed ſtatim interficies.ſit primũ man'
tua ſuper eum,& poſt te oĩs populus
mittat manum, lapidibus obruptus
necabitur,quia voluit te abſtrahere a
dño deo tuo,q̃ eduxit te de terra Ægy
pti , de domo ſeruitutis , vt & omnis
Iſrael audiens timeat,& nequaquam
vltra faciat quiſpiam hui' rei ſimile .

Si audieris ĩ vna vrbium tuarum ,
quas dñs deus dabit tibi ad habitan-
dũ,dicentes aliquos,egresſi ſunt filij
Belial de medio tui, & auerterunt ha
bitatores vrbis ſuæ atq; dixerunt, ea
m',ſeruiam' dijs alienis,quos igno-
ras,quære ſollicitè, & diligẽter rei ve
ritate perſpecta ſi inueneris certũ eſſe
qđ dicĩt, & abhominationẽ hãc ope
re perpetratã, ſtatim percuties habi-
tatores vrbis illius in ore gladij,& de
lebis eã oĩaq́; quæ in ea ſunt , vſq; ad
pecora,quicquid ẽt ſuppellectilis fue
rit,congregabis in medio platearum
ei',& cũ ipſa ciuitate ſuccẽdes, ita vt
vniuerſa cõſumas dño deo tuo, & ſit
tumulus ſempitern',nõ edificabitur
amplius , & nõ adhærebit de illo ana
themate quicq̃ in manu tua,vt auer-
tatur dñs ab ira furoris ſui & miſerea
tur tui,multiplicetq́; te, ſicut iurauit
patrib' tuis,qñ audieris vocẽ dñi tui
cuſtodiẽs oĩa p̃cepta ei', q̃ ego præci
pio tibi hodie, vt facias qđ placitum
eſt in conſpectu dñi dei tui . hoc ha-
betur.xxiii.q.v. vide ſupra comburi.

An & qñ inquiſitor punire posſit
Iudæos qui dicunt, & ſeducunt Chri
ſtianos ad ritus eorũ,vide s̃. Iudæus.

Proſequendo videamus de pœnis
quæ hæreticis,& credentibus hæreti-
corum inflinguntur tam a iure, q̃ ab
homine, & tam de iure canonico , q̃
de iure ciuili . Et dicendum, ꝙ quæ-
dam pęnæ intelliguntur inflingendæ
ipſis hæreticis ipſo facto quædam ve
niunt ab homine,vel a iure.

A iure autem intelliguntur iſtæ pę
næ.ſ.quia primò cum in hæreſim in-
currunt,ſunt ipſo facto excõicati, vt
xxiiii.q.i.& ii.& ex.de hæreticis ad a-
bolendam,in prin.& c. excõicamus.
§.credentes. ꝙ quidẽ intelligitur eſ-
ſe verũ non ſolũ ſi ſint hæretici mani
feſti,ſed ẽt ſi ſint oĩno occulti,[c] vt no
ta.ĩ Cle.i.ex.eo. circa finẽ in glo. hoc
patet apertè & notatur ꝑ Arch.extra
de ſumma trin.& fide cath. fidelis,&
de ſentẽtia excõicationis, cũ q̃s. l.vi.

No.ꝙ vbi certa pœna a iure ſtatu
ta eſt,non debet iudex recedere ab ea
vbi verò nõ eſt certa,tũc eſt imponen
da ad arbitriũ iudicãtis Ab.ĩ c.de cau
ſis,de of.dele. ꝑ tex.in c. ſignificanti-
bus e.ti.vide ĩ.iſta lr̃a §.ꝙ vbi pœna.

Hæ-

Hæreſis reddit hæreticum omni catholico inferiorem nõ ſolùm quò ad forum intrinſecum, ſed etiam extrinſecum. facit ad hoc quod notat. ii.q.vij.in c.ſecuti,& in ca.Paulus.vide ſupra hæreſis §. hæreſis reddit hæreticum.

Item omnes eorum fideles liberantur.[d]

Omnis obligatio [e] etiam quæſita diſſoluitur,extra eo.c.fi.

Item ĩ filijs [f] diſſoluitur vinculum paternæ poteſtatis,vt ſupra filius, & fratres, & ſorores ,& filij debent eos deſerere,vt xxviii.q.i. ĩfidelis,& cum eis diſſoluitur ſeruitus coniugalis,vt ſupra coniugatus.

Item fiunt infames, & inteſtabiles actiuè,& paſſiuè, [g] nec habẽt alicui⁹ rei commertium.

Item nec poſſunt creari iudices , vel rectores ciuitatum, vel locorum.

Item omnes act⁹ legitimi ſunt eis interdicti à iure.[h]

Item non poſſunt beneficium aliquod eccleſiaſticum obtinere.

Item ſi tales decedunt,non ſunt tumulandi in cœmeterio, ſed eis denegatur eccleſiaſtica ſepultura.[i] hæc ꝓmiſſa oĩa probantur per diuerſa iura vt dictum eſt in dicto §.credẽtes,extra eo.in c.ii.in prin.& in fi.& in c.ſtatutum,el i.libr.vj. & C.de hæreticis.l. Manichæos. §. aut credentes, & C. de apoſtatis.l.ii.

Item no. quòd ſi hæreticus reuertatur ad fidem, & eccleſiæ ſit reconciliatus , quòd teſtamentum in hæreſi factum eſt nullũ,quia licèt de æquitate,ceſſante cã nullitatis , ceſſet nullitas,vt ff.de hær.inſt. l. ſi is qui ſoluendo, tñ iſta rõ habet locũ in nullitatibus conſumandis, non in cõſummatis,vt notabiliter no.Bal.in l. ſi pater C.de inſt.& ſubſti.ob.xii.quod no.ad multa.& no. Montaluus ſo. le. titulo de las mandas.l.v.

Item an condemnatus ad perpetuum carcerem poſſit teſtari, vide ſupra carcer,in margine.

Item an hæreticus reconciliatus poſtquã fecit pnĩam de hæreſi per eũ commiſſa, poſſit facere teſtamentũ, de bonis quæ poſt abiurationem acq̃ſiuit? & dicendũ ꝙ nõ pôt vllo modo teſtari,quia pnĩa non ſibi prodeſt quò ad pœnã temporalẽ euitandam ſed quò ad deũ tantũ,vt.C. de hæreticis l.Manichæos.C.de apoſta.in l.hi. qui ſanctã.in tex.& in gl.ſuper parte, errantibus. & quia hæretici regulariter ſunt inteſtabiles, nec poſſunt ſuccedere alijs ex teſtamento vel ab inteſtato,vt in c.vergentis, de hæreticis, & vi.q.i.ſiquis cũ militib⁹,& ſunt infames ex crimine famoſo, & nõ pñt teſtari, Bar.in l.i.in vi.q. in repetitione,ſacroſan.eccl.C.& ꝙ hæretici ſint infames,& inteſtabiles actiuè & paſſiuè,habetur extra de hæreticis in c.excommunicamus,el i. §.credentes. Et quòd hæretici reconciliati non poſſint teſtari , ſicut nec habere aliquod officium publicum,nec honores, vide ſupra officium,& ſupra hæretic⁹, & ĩ.iſta dictione,Pœna, per totũ . Et ſic ex ſupradictis cõcludo, quòd per pœnitentiam nõ tollitur pœna , vt in l.qui ea mẽte . ff.de furtis,& Ab.in c. ad abolendam,de hære.in i.col.quia pœnitentia nõ reſtituit aliquẽ dignitati,ſed gratiæ tñ,vt de pœ.di.vi.qui vult,niſi qñ crimen eſt occultum , vt l.di.dño ſancto,& c.quia tua.ſed per reſtitutionẽ in integrũ, vel diſpenſationẽ.vide gl.in c.presbyter.xv.q.v.

No. ꝙ punitus, ſeu priuat⁹ aliqua ratione delicti res illa nunquã debet ſibi reſtitui ita colligitur ex c. ad aures, de pœnis. facit ꝙ not. in c. ex literis, de conſtitu. & in l. ſi ſeruus. C. de pœnis, & in c. commiſſa, de elec. li. vj. vide ſupra bona.

Item alia pœna infligitur eis a iure. ſ. ꝙ ſtatim commiſſo crimine. i. cũ incidit in errorem, vel hæreſim, perdunt bona, & ipſo iure confiſcantur. nam hoc idem contingit in crimine læſæ maieſtatis. vt C. ad legem Iulia maieſt. l. quiſquis, & l. fi. accedat. ff. de donationi. l. donationes, & in quibuſdam alijs criminibus, vt C. de inceſ. nup. l. cum ancillis. C. de raptu virg. l. i. ff. de publi. & vectiga. l. commiſſa, cum ſimilibus. [k] ergo multo fortius in hoc maximo crimine, vt de hæreticis c. vergentis & concor. vi. q. i. ſi quis dñs tamen Din. de mugello intelligebat iſta iura aliter, videlicet ꝙ ſtatim commiſſo crimine perderet adminiſtrationẽ bonorum, & omnium ſuarum rerum, & ꝑtatẽ diſponẽdi ſuper eis, dominiũ verò non perderet ipſo iure, ſed demũ per ſñiam confiſcationis. & publicationis ita notat ipſe. ff. de iu. fiſci. l. imperator. hodie vr̃ dicẽdũ ꝙ ſtatim commiſſo crimine ꝑdit ipſo iure ẽt dñiũ, vt ſ̃. dñiũ, dictũ eſt.

An apoſtata poſt pœnitentiam peractam fiat habilis ad teſtandum, vide ſupra apoſtata §. notandum.

Item ꝙ hæreticus non recuperet priuilegium amiſſum, licèt poſtea recõcilietur eccleſiæ vide ſupra mitius, & infra priuilegium. hæretici a tempore commiſſi delicti nil poſſunt capere ex teſtamẽto, vel ab inteſtato alicuius vt in l. fi. C. de hær. & in c. ſi quis eps̃, & ibi gl. & docto. extra de hæret.

Item deſinunt aliqua bona poſſidere, & per conſequens præſcribere, vt xxiii. q. vii. per totum. viii. diſ. quo iure, iuncta regula, ſine poſſeſſione, de reg. iur. l. vj. de quo vide infra præſcriptio. Et circa confiſcationem bonorũ hæreticorũ. vide ſ̃. confiſcatio.

Pœna ipſo iure impoſita afficit delinquentem quantumcunque occultum, Ab. in c. fi. de hæreticis.

Ab homine verò veniunt inflingendæ aliæ pœnæ quædam veniũt inflingẽdæ de iure canonico, q̃dam de iu. ciu.

Pœnæ q̃ veniunt ab homine [m] inflingendæ de iure canonico, ſunt. ſ. ꝙ iudex eccleſiaſticus fert ſententiam contra hæreticum, per quam iudicat eum fore hæreticum, & eũ tanquam hæreticum condemnat, relinquens eum ſœculari poteſtati puniendum pœnis, quibus puniuntur hæretici ſecundùm legitimas ſantiones, & ſic tali ſententia lata relinquit eum ſicut damnatum iudici ſœculari, vt extra de hæreticis, c. ad abolendam. §. xiiij. & §. laicus, & c. penu. §. damnati, clarius patet infra de formis ſententiarũ, & hoc eſſet verũ ſi taliter damnatus eſſet laicus. ſed vbi eſſet clericus, debet inqſitor attẽdere diligẽter, an velit ipſum ſolũ deponere ab officio, & beneficio, an velit ꝙ ẽt degradetur & ſic relinquatur puniẽdus ꝑ iudicẽ ſœcularem: nam vbi vellet ipſum deponere, & priuare ſolũmodo officio, & beneficio, ipſe inqſitor per ſe poterit hoc facere requiſito conſilio epi dioeceſani, vel eius vicarij, vt in ca. vt commiſſi. §. priuandi, de hæreticis, l. vj. vbi verò deberet degradari, tunc quando depoſitio ab officio, & beneficio eſſet facta per inquiſitorem, de hac degradatione [n] vide ſupra degradatio.

datio. Et hoc facto Iudex eccleſiaſticus, vel inquiſitor tradit puniendum iudici ſæculari. Et poſt ſententiam ſuam, & damnationē illū qui relaxat declarat eſſe exutū oī priuilegio clericali, & per hęc eū relinqt iudici ſæculari, & ſub eius iuriſditione, ſupplicās tamē quòd agat miſericorditer cum eodem, vt patet de verbo. ſignific. nouimus, de pœnis c. degradatio, lib. vj. Et his factis per iudicem eccleſiaſticum; poſtquam iam eum relaxat, amplius non ſe intromittet circa perſonam illius, ſed poteſtas ſæcularis illum punit ſecundùm legitimas ſanctiones, ſeu de iure ciuili. & licèt olim erant aliæ pœnæ, & diſtinguebatur in impoſitione pœnæ, vt. C. de hæreticis. l. quicunque, in fi. & extra eod. c. fi. §. damnamus. ſed hodie illi qui per iudicem eccleſiaſticum ſunt damnati de hæreſi tanquam pertinaces, vel relapſi, per iudicem ſæcularem, cui relinquuntur, debent cremari, & comburi viui in cōſpectu hominum. ita patet per quandam conſtitutionem Friderici imperatoris, quæ incipit, Commiſſi. §. itē mortis. & in alia eius cōſtitutione, quæ incipit, Inconſutilem tunicam. §. contra tales. & idem poſt eum declarauerunt Inno. & Clem. iiij. in quadam extrauagāte, quæ incipit, ſtatuimus. §. ſi quando que, & omnes conſtitutiones ſupradictæ ſunt ſeruandę, vt in c. vt inquiſitionis, &c. c. fi. in fi. de hæreticis, li. vj. & de hac pœna dicit Abbas in ca. ad abolendā, extra de hæreticis & Hoſt. & Io. An. dicunt quòd hæreticis debet dari pœna ignis, ergo debent cremari, vt colligitur ex euangelio Ioā. xv. c. vbi dicitur, Si quis in me non manſerit &c.

Sed ius ciuile punit hęre. capitali pœna ſeu pœna mortis, vt in l. Ariani. C. de hæreticis, coniuncta l. vltimum ſupplicium. ff. de pœnis. & hāc pœnam eſſe debitam interpretatur conſuetudo. cōuenit ergo in hoc lex diuina, canonica, ciuilis, & conſuetudinaria, vt hæretici communiter puniantur pœna ignis. de hac materia vide ſupra comburi. & iſtæ ſunt pœnę quæ damnatis de hæreſi infliguntur. Ex quibus concluditur, ꝙ hæretici quadruplici pœna puniūtur, ſ. excommunicatione, depoſitiōe, rerum ablatione, & militari perſecutione.

Primò excommunicatione iam in principio iſtius literæ, Pœna, dictum eſt. Secundò depoſitione, quia indiſtinctè ſiue clericus, ſiue laicus etiam papa, vel īperator, vel quilibet alius debet deponi ab omni dignitate, vt. xl. di. ſi papa, & xxiiii. q. i. qui contra pacem, de quo vide ſupra depoſitio.

Tertiò rerum ablatione, nā a tempore commiſſi delicti ſunt eorum bona confiſcata. de quo vide ſupra confiſcatio, & ſupra bona.

Quartò puniuntur hæretici militari perſecutione, quia ſi aliter non poteſt fieri, manu armata ſunt eis omnia bona auferenda. de quo, & qualiter debeat fieri, vide ſupra bona.

Item vltra pœnas prædictas poſſunt puniri hæretici alijs pęnis per eccleſiam, ſ. in rebus, in honore, in exilio, & etiam in pœna pecuniaria. de quo habes notabilem gloſ. xxiii. q. v. in c. ſi nos cōtra eccleſiam, ſuper ver. pecuniæ, & Abb. in dicto c. ad abolendam. item poteſt addere aliam pœnam, ſcilicet vt ſatisfactionem congruam exhibeat de peccato. nam poteſt ſibi indici pęnitentia corporalis,

vel alia pœna pecuniaria. de quo dicendum, vt in c. commiſsi, de hæreticis, & in c. ad noſtram, eo. ti.

An hæretici facientes opera caritatis releuentur a pœnis propter talia opera, vide ſupra eleemoſyna.

Nunc videndum eſt qua pęna puniantur apoſtatæ. circa quod vide notata. in c. fi. de regula. hodie tamē eſt prouiſum per extrauagantem Benedicti, quę incipit, Paſtor bonus. Et dicendum quòd eadem eſt pœna quæ infligitur apoſtatis a fide, ſicut hæreticis. vt in iuribus præallegatis, & habetur in quadā conſtitutione Friderici imperatoris in fine. vbi ſic dicitur, Apoſtatantes a fide catholica penitus execramur, inſeqmur vltionib⁹, bonis omnibus ſuis expoliamus. & vt a profeſsione, vel vita naufragantes legibus coarctamus, ſucceſsiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicamus, & habet in c. cōtra Chriſtianos, de hæreticis, l. vj.

Quas pœnas poteſt delegatus imponere, vide Io. And. in c. pro humani, de homicidi. lib. vj.

An in hęreſi puniatur quis ex ſola mentis cogitatione, vide ſupra hæreticus, in fi.

No. quòd pœna impedientium officium inquiſitionis eſt arbitraria, vt ſupra impediens. §. no. quòd iſta pœna. & etiam poſſunt puniri tanquam fautores, vel receptatores hęreticorum, vt dicta dictione, impediens. §. item impedientes.

De pœnis credentium, fautorum, defenſorum, receptatorum hæreticorum, vide ſupra credētes, defenſores, & fautores, & infra receptatores.

Item de pœnis quę deſcendunt in filios hęreticorum ex delicto parentum, & in quos filios vide ſupra filij.

Item de pœna ſuſpectorum de hæreſi vide infra ſuſpectus.

Item de pœna blaſphemi, vide ſupra blaſphemus.

Sed quæ pęnæ ſint imponendę ſuſpectis de hæreſi non tamen conuictis, aut damnatis colligitur ex notatis de hæreti. ad abolendam, & in ca. excommunicamus. §. adijcimus, & ca. accuſatus, eo. ti. li. vj. & in Clem. i. eo. ti. & in aut. de ec. titulis. §. ſi quis autem, col. ix. vbi videtur quòd poſſit imponi pœna ædificandi eccleſiā, vel alium pium locum, & ita debet intelligi dictum c. accuſatus. §. ſi verò. vbi vide de hoc Archi.

No. quòd pœna legis incipit currere ab hora delicti. glo. de elec. prouida, li. vj.

An pœna, quę ipſo iure infligitur pro delicto, incurrat in eam is qui cogitauit delictum, & aliquid egit, non tamen perfecit, ſed per ipſum non ſtetit, vide Io. An. in regula, in pœnis libro vj.

Illa pœna debet infligi, quæ magis timetur vt lite non cont. quoniam, & xxiii. q. iiij. ea vindicta, ſed in pœnis debet fieri benigna interpretatio, vt ff. de regu. iuris. l. factum. §. i. & l. in pœnis. Inno. de appella. præterea. vide infra pœnitentia. §. & hanc pęnā.

An pœna delicti veniat applicanda fiſco, vel parti, Inno. in c. Odoardus, de ſoluti. Barto. in l. agraria. ff. de termi. mo.

Deficienti in purgatione, cui veniſt imponenda pęna ac ſi fuiſſet conuictus, illa pęna debebit imponi ſecundum modum agendi, per quem inducta eſt infamia, vnde ſi per modum accuſationis, vel inquiſitionis, ſecun-

ſecũdùm illum taxabitur pœna. Archi.ii.quæ.i.in primis.Io.An.de purgat.cano.inter,in fin. vide ſupra deficiens.

De pœna clericorum, qui ſcienter exhibent ſepulturam eccleſiaſticam hęreticis,& credentibus hæreticorũ, vel ſi ſacramenta eis adminiſtrãt, vel eleemoſynas,aut oblationes ab eis recipiunt,vide ſupra clericus, & ſupra hæreticus,& ſupra oblationes, & infra ſepultura.

Item nota quòd ſacerdotes,qui inſtruunt hæreticos de celanda veritate,& huiuſmodi, debent pœna debita caſtigari,vt extra eo. c.accuſatus. §.fi.li.vi.vbi dicitur, Sacerdotes, & alij clerici, qui negotium inquiſitionis inſtruendo citatos hęreticos, vel eorum credentes de celanda veritate vel de dicenda falſitate, ſeu eos indebitè liberando inuenti fuerint impedire,cum non ſit dubium ipſos ea facere in fauorem hæreticæ prauitatis, per inquiſitores a talibus compeſci poſſunt, & pęna debita caſtigari tam per captionem perſonarum, quàm aliàs,prout culpa exegerit delinquẽtis.religioſi etiam ſunt immurationis pœna.(i.carceratione,vt extra e. c.pe.)ſequitur, vel aliàs grauius puniendi,quàm ſæculares, ſi inuẽti fuerint in hæreſi, vel conſimilibus deliquiſſe.vide ſupra grauius,& infra religioſi.

Nota quòd interdum pro minori delicto imponitur maior pœna. pro quo eſt tex.in c.admonere.xxiii.quę. ii.vbi maior pœna imponitur occidenti vxorem, quàm matrem, cum lõgè grauius delictum eſſet matrem occidere,quàm vxorem, de quo vide infra pœnitentia.

Nota quòd ſi epiſcopus, vel inquiſitor,& eorum ſubſtituti malitioſè, aut fraudulenter alicui crimen hæreſis impoſuerint, vbi tale crimen non inuenitur, vel aliquod falſum: vel ſi cauſa odij,gratiæ,vel amoris, vel lucri,vel commodi temporalis omiſerint procedere cõtra iuſtitiam,& conſcientiam ſuam, vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, vt in Clem.multorum,de hæreticis, vel aliquem vexare imponendo eis hæreſim,quam non habent, vel procedãt tanquam contra impedientem officium inquiſitionis, ſi non impediat, ſi epiſcopus eſt iſte qui talia facit, vel alius maior dignitate,per triennium incurrit ſuſpenſionem ab officio. Et ſi inferiores ſint ab epiſcopo, qui talia audent facere,ſunt excommunicati, a qua ſentẽtia non niſi per papam abſolui poterũt, pręterquam in mortis articulo, & tunc ſatisfactione præmiſſa nullo in hac parte priuilegio ſuffragante, vt habetur dicta Clem. multorum, vide ſupra inquiſiores. & ideo Prouiſo Solerter. Viſo iam de pœnis, quæ ipſis hæreticis,credentibus,defenſoribus,fautoribus,& receptatoribus inflinguntur, tam a iure quàm ab homine, & tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, Nunc videndum eſt,an inquiſitor,vel epiſcopus poſſint mitigare, vel augere, aut commutare pœnam inflictam hæretico. & dicendum ſecundùm Hoſtiẽ. quòd crimine probato.ſi certa pœna reperitur in iure, illa infligenda eſt, non mollior,nec durior, alioquin iudex eſſet infamis,vt.C. de iure publi. vel priua.l.ſeruus.hoc verum, niſi ſit iudex qui poſſit ſuper iura diſpenſare,& pœnam commutare, vt nota.in

ſumma confe. eo. ti. q. xiiij. ſcilicet ꝙ ſi plures pœnæ taxatæ ſunt, & arbitrio iudicis pœna relicta, debet illam imponere, quę magis tim etur, vt dictum eſt, quòd habetur in c. quoniã frequenter, in. fin. vt lite non conte. ſi verò certa pœna ſtatuta non eſt, ſed iudici committitur, debet æquitatem ſeruare ſemper & in humaniorẽ partem declinare, vt extra de tranſac. ex parte. Et ad prædicta dicẽdum quòd īquiſitores poſſunt pœnam inflictam a iure contra hæreticos minuere, vel etiã ex cauſa augere, & mutare. nam hoc eſt generale in omnibus criminibus, vt in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infamia, & l. & ſi ſeuerior, & l. ſi Poſſidoneum. C. ex quibus cauſis infa. irroga. vnde cũ hæc regula non inueniatur violata in crimine hæreſis, debet idem quòd in alijs criminibus inducere.

Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ minuendi pœnas delictorum? ad hoc reſpondet gl. in dicto §. pœna grauior. dicens multas fore cauſas.

Poteſt enim minui pœna ratione ſenectutis, vel iuuentutis, vt l. auxilium §. in delictis. ff. de minoribus.

Vel quia ſine dolo deliquit, vt ff. de pœnis l. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta, & l. abſentem. §. fi. & l. reſpiciendum. §. delinquunt, eo. ti.

Item nota quòd nouis in fide minor debet pœnitentia imponi, vt extra de pœ. & rem. in c. deus qui, & xii. di. nouit, & xxxv. q. iij. & Hoſti. in dicto c. deus qui, dicit quòd propter nouitatem detrahendum eſt ſeueritati. & etiam idem Hoſti. in alio c. deus qui, de diuortijs. tractat de hac nouitate.

Augeri autem poſſunt pœnæ quãdo multitudo eſt in delicto, quia multis graſſantibus opus eſt exemplo. ff. de pœnis, aut facta §. fin. ſed iſtud limita verum, vbi multitudo illa patienter, & ſine ſcandalo pœnam ſuſtineret. ſi tamen ſcandalum timeretur de punitione multitudinis, detrahendum eſſet propter multitudinis ſeueritatem, & rigorem. ita tenet glo. notabilis in c. commeſſationis xliiij. di. & in ca. latores, de clerico excommunica. mini. at vbi multitudo vellet errorem ſuum pertinaciter defendere, ſeuerè eſſent puniendi, vt voluit glo. in dicto c. cõmeſſationes, & in c. quotiens, lo. ii. q. vii. vel ſi confidentes in multitudine vſum peccandi ſibi feciſſent, vt in c. i. de pœ. di. vi. ſi tamẽ iſta ceſſarẽt, & parati eſſent illi multi corrigi, & de eorũ correctione eſſet ſpes, ex miſericordia mitius eſſet cum eis agendum, vt l. d. vt conſtituerentur, & c. fi. de tranſact. & dicto c. commeſſationes, cũ multis ſimilibus. de quo vide ſupra comburi, & ſupra ciuitas, & ſupra multi. ¶ Et de modo extirpandi vitium a multitudine. vide plenè in dicto ca. commeſſationes, & de modo puniendi multitudinem, vide omnino text. in dicto capitu. latores.

Nota quòd vbi pœna imponitur ipſo iure, non poteſt per negationem augeri, nec per confeſsionem minui. ita nota. Bart. ff. de peculio. legat. l. id quod ſeruo, & pro hoc eſt caſus in l. palam §. pen. ff. de ritu nupti. vide ſupra iſta litera, §. notã quòd vbi certa.

No. ꝙ in materia pœnali ſi diſpoſitio tendit in fauorem fidei, verbum generale itelligitur largo modo, Ab. in c. ii. de diuortijs.

Quæ

Quæ autem ſint conſideranda in augendis, & minuendis pœnis, vide tex. in lege reſpiciendum, & l. aut fa-cta. ff. de pœnis, & in l. ii. ff. de termin. mo. & glo. ii. q. iii. §. notandum, & xx iij. q. viij. occidit Phinees, in §. nō ſolùm, vbi ſic dicit, Non ſolùm igitur reſpiciamus ad opera, ſed ad tempus & cauſam, & ad voluntatem, perſonarum quoque differentiam, & quanta cûque alia ipſis operibus acciderunt diligentiſsimè inquiramus. nō enim poſſumus ad veritatem aliter peruenire. & ibi etiam habetur quòd quædam in veteri teſtamento licebant, quæ in nouo prohibentur. ideo Prouiſo Solerter. Reperitur tamē vnum ſpeciale iuxta hoc crimen hæreſis ꝙ licèt ſit regulare in alijs criminibus quòd vbi pœna venit ex cauſa augenda, vel minuenda, illud debet iudex facere in ſententia, non autem poſt ſententiam, vt voluit glo. in dicto. §. pęna grauior, & dicta l. & ſi ſeuerior. intantum vt etiam ſi de innocentia condemnati poſt ſententiam cōſtet, id tamen quòd ſententiatum eſt, ſine principis licentia immutari non poteſt, vt in l. i. §. fi. ff. de quæſtionibus, & l. diui. ff. de pęnis, tamen in crimine hæreſis eſt ſpeciale, videlicet, quia etiam poſt ſententiam poſſit crimen & eius pęna mitigari, cum viſum fuerit iudicibus expedire, vt eſt notabilis tex. in c. vt commiſſi. §. nec non, de hæreticis, libro vi. ſed illum text. ego intelligerem ſtrictè in terminis, in quibus loquitur cum exorbitet a iure communi, videlicet quando redeuntibus ab hæreſi, vel ſuſpectis eſt impoſita pęna carceris, vel alia huiuſmodi, ſecus autē vbi aliquis eſſet tanquam hæreticus condemnatus, qđ enim non mutatur, quare ſtare prohibetur? vt C. de teſta. l. ſancimus, & de appellatio. l. pręcipimus, vnū tamen non omittam, ſcilicet quòd alteratio pœnæ quæ eſt neceſſaria, nedum poteſt fieri in ſententia, ſed etiā poſt ſententiam.

Superius viſum eſt de diuinatoribus, & incantatoribus an, & quando inquiſitores poſsint contra eos procedere, nunc reſtat videre de eorum pœnis. Et circa eorum pœnas dicendum, quòd vbi exceſſus talium ſapiunt hæreſim manifeſtè, quòd ipſi tales tanquam hęretici puniuntur, & pœnæ hæreticorum ſunt determinatę a iure, vt ſupra proximè dictū eſt. ſed vbi exceſſus ipſorum non ſaperet hęreſim manifeſtè, tunc nihilominus eſt eis pœna multipliciter infligenda. Et quędam infliguntur de iure canonico, & per iudicem eccleſiaſticū, quędam verò infliguntur de iure ciuili & per iudicem ſæcularem, ſicut varię pœnę apud iudices infliguntur in alijs criminibus.

Pœnę quæ de iure canonico infliguntur talia exercentibus, primò incurrūt peccatum mortale, & ob hoc eſt ſibi euchariſtia deneganda, vt extra de ſortilegijs per totum, & de conſe. di. ii. pro dilectione.

Item concurrentes ad illos qui talia exercent, ſunt infames, vt dicto c. pro delectione, in fi. ad quod ff. de his qui notan. infa. l. ii. §. ait prætor, & ii. q. vii. quiſquis. quę quidem intellige eſſe vera, ſi tale crimen ſit notorium, vt de conſe. diſt. ii. ca. non prohibeat, & c. ſeq. Accedat, extra de officio ordi. c. ii.

Item cum talia exercente nullus debet conuerſari ſub pęna anathematis,

tis, nec eum in ſua domo recipere, vt xxvi. q. i. c. ſi quis a nobis. & certè hæc non eſt parua pœna, ſed magna conuerſari inter homines, & hominum carere ſuffragijs, vt C. de apoſtatis. in l. hi qui.

Item talia exercens poteſt ab vxore, frattibus, ſororibus, & filijs dimitti, vt xxviii. q. i. non ſolet, & c. ſi in fidelis.

Item talia exercens admonendus eſt, vt talia deſerat, & niſi deſiſtet, excommunicandus eſt, vt xxvi. q. non oportet, & c. aliquando, & c. ſortes. & c. ſi quis clericus.

Item poteſt alia pœna pro motu epiſcopi arbitraria caſtigari. xxv. q. v. c. peruenit, & c. contra idolorum, & c. epiſcopi, & c. ſi quis epiſcopus, & c. quicunque, & c. nec mirum, & qua ſi per totum.

Qua pœna puniantur conſpiratores in epiſcopum, vel iquiſitores, vel illi qui faciunt tumultum contra aliquem, vide ſupra iniuria. §. qua pœna puniatur.

An fideiuſſor in cauſa criminali puniatur eadem pœna, qua tenebatur ille, pro quo fideiusſit, ſi illũ non exhibet, vide ſupra fideiuſſor §. an fideiuſſor.

Pœnæ verò, [a] quæ talibus inflingũtur de iure ciuili per iudices ſęculares ſecundùm legitimas ſanctiones, ſunt iſtæ, videlicet nam patiuntur vltimum ſupplicium, hoc eſt pœnam mortis, vt C. de male. & mathe. l. nemo, & l. nullus, & l. fi. & quòd vltimũ ſupplicium ſit pœna mortis, habetur ff. de pęnis. l. vltimum ſupplicium, & l. Ariani. C. de hæreticis.

Item & confiſcantur & auferũtur eis bona ſua, vt C. de Sarace. & paga. l. i. multa alia poſſent dici circa præmiſſa, ſed pro nunc ſufficiant ſupradicta. & vide ſupra filij.

Viſo ſupra de pœnis pœnalibus, quæ ipſis hæreticis poſſunt īfligi tam de iure canonico, quàm de iure ciuili, nunc reſtat videre de alijs pœnis pœnitentialibus, quas inquiſitores poſſunt iniungere ipſis hæreticis, & ſuſpectis, qui recipiuntur ad miſericordiam.

Pœna intelligitur impoſita, vt perpetuò duret. Bartol. in l. ſi quis. §. ſi quis, de adulter. facit l. ſi ſeruus. C. de pœnis.

ADDITIONES.

a Pœna definitur eſſe ſupplicium, quæ cuipiam irrogatur, ob delictũ, adde vel ob quaſi delictum, nomen a Græcis mutuatum. ποινὴ, namque ſignificat vltionem peccati, Varro tamen a pendẽdo putat deriuari, Vlpia. in l. aliud. 131. §. i. ff. de verb. ſignif. ſcribit. Aliud fraus eſt, aliud pœna, fraus enim ſine pœna eſſe poteſt. pœna ſine fraude eſſe non poteſt, pœna eſt noxę vindicta. fraus, & ipſa noxa dicitur, quaſi pœnæ quædam præparatio. Inter multam autem & pęnam multùm intereſt, cum pœna generale ſit nomẽ omnium delictorum, coercitio, multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt, pœna autem non tantùm pecuniaria, verùm capitis, & exiſtimationis, irrogari ſolet, & multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit. Pęna non irrogatur niſi, quæ quaque lege, vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt, quinimo multa ibi dicitur, vbi ſpecialis pœna non eſt impoſita, item multam is dicere poteſt, cui adiudicatio data eſt. magiſtratus ſolos, et præſides prouin-

niarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt, pœnam autem vnuſquiſque irrogare poteſt, cui huius criminis, ſiue delicti executio competit. Hinc percipitur genera pœnarum eſſe tria, vel pecuniariam, vel corporalem, vel famæ, totidem ſunt homini bona. Paul. li. 5. ſenten. c. 17. Suppliciorum alia ſumma ſunt, ait, alia mediocria, alia minima. ſumma ſũt crux, crematio, decollatio: mediocria metallum, ludus, deportatio: minima relegatio, opus publicum, vincula, quæ verò puniantur, cum pœnarum circunſtantijs vide l. aut facta ff. de pœn. Pauli diuiſio q́ continet, & in l. capitalium. 35. ff. eodem legitur, amplificatius tamen genera pœnarum, & nominatim criminum quorundam, videas & in l. ſiquis ferra. 6. §. vl. cum trib. ſequ. eodem item de pœni. c. pœna. cum ſequen. 24. q. 1. non auferramus, Conc. Tridenti. ſeſſ. 14. c. 4. & 25. c. 6. & 14. Calderi. c. 17. 18. 19. 25. 26. 27. 28. & 29. P. V.

b De pœna inducentium alios in hæreſim vide Simanc. titul. de dogmatiſtis. Petrus Vend.

c Nemo negat hæreticos manifeſtos ipſo facto excommunicationem incurrere, quid autem dicendum ſit in occultis, ardua videtur quæſtio, licèt glo. in clem. 1. de hæreti. hic citata pro affirmatiua, in diſtinctè concludat, cum qua glo. tranſire videntur, Ioan. Calder. in tra. de hæreti. c. 18. in princ. Vmbert. in iudi. inqui. hoc verb. pœna. poſt numer. 6. verſic. & nota etiam quòd pœna, Zanchi. item eo. tract. de hæreti. c. 18. circa princ. cum præfata gl. reſidet. Camillus verò Campeius in additionibus ad illum alios referens diſtint. quadam ſatis congrua iudicio meo, vtitur reſpondens ad contraria, redarguẽs illam glo. quæ nõ diſtinxit inter occultum per ſe, & occultum per accidens, nec inter actum internum ſolitariè ſumptum, & actum internum, vt externi actus ratio, ſeu cauſa eſt. Q. M.

d Idem concludunt Ioann. Calderin. in tract. de hæreti. c. 18. ante nu. 2. Zanchin. c. 116. nu. 2. Vmbert. in iudi. inquiſ. t. hoc verb. pœna, poſt nu. 9. ver. xi eorum vaſſali. Q. M.

e Io. Calder. vbi ſup. idem etiam voluit Siman. Ench. ti. 67. nu. 3. & Zanchi. vbi ſupra. Q. M.

f Ioann. Calderi. idem voluit vbi ſupra nu. 2. & Zanchin. etiam vbi ſupra. verſ. item in filijs diſſoluitur. Vmbertin. in loco ſupra citato, verſicul. ſextò filij eorum. Quint. Mand.

g Inteſtabiles actiuè & paſſiuè. l. manichæos. & l. Arriani. C. de hæreti. Zanchi. vbi ſupra nu. 3. Vmb. in Iudi. inq. in ver. pœna. poſt nu. 9. verſ. Decimò ſiue ſint coniuncti. & verſi. decimoſeptimò non poſſunt teſtari. Siman. in Enchir. titu. 67. de pœn. num. 3. & Ioan. Calderi. vbi ſupra, poſt nu. 2. Q. M.

h Idem voluerunt Zanchin. & Simanc. vbi ſupra, ille num. 3. hic nu. 4. & Ioan. Calder. nu 3.

i Eadem verba quæ hic, & plura alia ex ſupradictis inuenies apud Zanchi. vbi ſupra. & quòd illis denegetur eccleſiaſtica ſepultura & illos ſepelientes excommunicati ſint voluit etiam Vmbertin. in verb. pœna. poſt nume. xi. & ante omnes idem ſcribit Ioan. Calder. vbi ſupra ante nu. 3. Q. M.

k Zanchi. de hæret. c. 18. nu. 4. & ante, & poſt tranſcribit integrum hoc caput, & nonnulla præcedentia, & ſequentia, quòd ex lectura ad occulum percipies, rurſus ex ijs quæ idem cumulat ſuis ſcriptis deſumpta ex locis ad quæ autor hic ſe remittit, inter quæ ad dicta per hunc ſupra in verb. dominium, cognoſces item quòd

quòd is qui trāſcripſit putans melius quā hic citare l. illam neque commiſſum. C. de vectigalib. & commiſ. quæ ad rem non facit. probat enim quòd res quæ in commiſſum incidit, poſt quinquennium peti non poſſit, deceptus fuit, melius autem feciſſet tranſcribere hæc ad literam, & citare eandem l. commiſſa. cum ſimil. de publica. quę optimè facit ad id, ad quod adducitur, videlicet, quòd commiſſo crimine ſtatim dominium amittitur, & fiſco acquiritur. Idem etiam quod hic conclu dit Siman. Enchir. tit. 56. n. 4. Verùm aduertendum eſt, quòd tam Zanchi. quā autor noſter omnia hæc habuerunt a Ioan. Calderi. in prædicto tracta. de hæreti. tit. de pœn. hæreticorum. c. 18. Q. M.

l Poſſe poſſidere legitur apud Ioan. Cal. c. 18. nu. 3. de hæreti. P. V.

m Hæc ferè ad literam inuenies apud Calderin. vbi ſupr. num. 5. & ſequen. & apud Zanchi. vbi ſup. nu. 6. vſque ad fin. c. 18. Q. M.

n Aliqua hic videntur deeſſe, quæ leguntur in citato loco Calderini, ſi conferas. P. V.

o Hodie eſt pœna ignis Calderi. & Zanch. vbi ſup. quod etiam affirmat Ghirlan. de hęreti. qu. 3. nu. 3. & Carer. eod. tract. nu. 132. verſ. circa primum. An. Gomez. de crimi. læſ. maieſt. in prin. Simanc. Enchir. titu. 67. de pœ. in princ. numero 12. Quint. Mand.

p Vide tract. Feli. de Conatu. P. V.

q Et ſupra in ver. excuſari. verſic. Item Ray. dicit quòd multitudo. pro quibus & videatur Guindiſal. de hæreti. q. 17. numero 3. Q. M.

r Ab illo verſi. quæ autem ſint conſideranda in augendis, vſque huc. omnia ad literam deſcripta inuenies apud Guindiſal. q. 17. de hære. incip. a nu. 2. an autem ille ab hoc, an hic ab illo habuerit, an vterque ab alio meum non eſt iudicare, poſt autem hæc vltima verba, in illa q. Guindiſal. hæc ſubijciuntur videlicet. Vnde ſi condemnatus in pecunia propter crimen non poteſt ſoluere, iudex ex interuallo poterit in pœnam corporalem permutare, & hoc obtinet in quocunque crimine, pro hoc. ff. de in ius vocan. l. fin & de iuriſ. om. iud. l. ſiquis id quod. §. ſeruos. cautius tamen faciet iudex ſi formet ſententiam bimembrem hoc modo videlicet. Condemno te in pecunia, & niſi ſolueris intra talem terminum, mando quòd patiaris talem pœnam corporalem, ita not. Bal. in d. l. & ſi ſeuerior. faciunt not. a. per eum in ſimili in l. cum Iudex. C. de ſent. Hactenus Guindiſal. Quòd inquiſitores poſt ſententiam pœnas impoſitas, mitigare & mutare poſſint voluit etiam Camill. Campe. in additi. ad Zanchi. c. 19. in ver. poterit. verſic. verùm in hoc hęreſis crimine. & in addi. ad c. 21. in verb. mutare. Q. M.

ſ Hęc quæ ſequuntur vſque ad ver. quā pœna puniantur conſpiratores inuenies ferè ad literam apud Calder. in tract. hęreti. c. 22. ti. de diuinato. a nu. 12. vſque ad fin. eadem etiam Zanchin. in eodem tractatu c. 22. poſt num. 2. verſic. Reſtat modò videre n. 10. alios ad idē cita. videas per Campe. in additio. ibid. verſus finem. Quint. Mand.

t Aliter hic finis legitur in Calde. c. 22. nu. 12. P. V.

u Totum caput hoc habetur apud Calderi. allegato. c. 22. n. 10. ver. pœnę verò. & quòd de iure ciuili puniantur vltimo ſupplicio etiam Ghirlan. titu. de ſortile. nu. xi. verſic. de iure autem ciuili. capitulo xi. Q. M.

Pœni-

Pœnitentia. [a] Circa pœnitentias iniūgēdas, & poſtquam iniūctæ fuerint ipſis hæreticis, & ſuſpectis per inquiſitores, aliqua videamus. & primò ad quid prodeſt pœnitentia.

Primò autem nota quòd ſi impius agit pęnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quę operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, vita viuet, & nō morietur, omnium iniquitatum ei' quas fecerit, non recordabor. Eze. xviii. cap.

Ergo conuertimini, & agite pœnitētiam ab omnibus peccatis veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. proijcite a vobis omnes præuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum, & quare moriemini domus Iſrael, quia nolo mortē morientis, ſed vt conuertatur, & viuat, dicit dominus, reuertimini & viuite. Eze. vbi ſupra xviij. c.

Et cum cōſtat quòd quis nolit pęnitere, non debet expectari terminus ad pęnitendum, Hoſti. & Io. An. in c. irrefragabili, de officio ord. Bal. in c. i. iii. in fi. in ver. dicit Hoſtien. quòd ſi quis, & x. col. ver. quæro quando par citat parem, de mil. vaſ. qui. cōtu. eſt.

Nota quòd non prodeſt pęnitere quo ad pęnam mundi euitādam, ſed prodeſt quo ad deum, vt Dauid, Cor contritum & humiliatum deus non deſpicies. & alibi, Dixi confitebor, & remiſiſti impietatē peccati mei. text. & glo. in c. hi qui ſanctam. C. de apoſta. ſuper parte, errantibus.

An pęnitentia habilitet, & faciat aliquem habilem. Abb. in c. quia diligentia, in ii. col. in ver. ſed cōtra text. oppono, de elec.

Pęnitentiam veram, qua reparatur homo lapſus & incipit eſſe nouus homo, vt l. di. ferrum, pauci agūt. vnde Ambroſius ait plures inueniſſe pęnitentiam ſimulantes, quā cōgruam pęnitentiam agētes, de pę. di. i. c. ſūt qui arbitrantur. neſcit igitur homo an ſua pęnitētia ſit accepta vel non, vt in c. fi. de purga. cano. in verſi. cum beatus Ioann. & eccleſiaſtes in prin. Neſcit homo, an honore, vel odio dignus ſit. & Apoſtolus, Nihil mihi conſci' ſum, nō in hoc iuſtificatus ſum, de pę. diſ. i. adhuc poteſt tamen quis ſcire ſe habere caritatem. i. q. i. Paulus. & colligitur per notata per doct. in c. fi. de purg. cano.

Pœnitentia viuificat opera facta in caritate. Th. in iii. parte. q. lxxxix. ar. v. & in. iiii. di. xiiij. ar. viij.

Pęnitentia reſtituit hominē in priſtinam dignitatem. idem Tho. in iii. parte. q. lxxxix. ar. iii. di. xiiij. ar. lxx.

Effectus pœnitentiæ eſt remiſſio culpæ. Tho. lxxxvi. q. ar. vi. & in ſumma contra gentiles, lj. q. lxxiij.

Pœnitenti certum tempus pęnitentiæ imponitur, quia confeſſor contritionem peccatoris ignorat.

Pęnitentia non deneganda nō valenti ſine periculo ſatisfacere de delicto, Abbas in c. officij, de pœnitent. & remiſ.

Pęnitentia debet eſſe continua, licèt aliquando poſſit interrūpi. Tho. q. lxxxiiij. ar. ix.

Pęnitentia debet durare vſque ad mortem. Thom. vbi ſupra in. iii. parte. q. lxxxiiij. ar. iiii. & in iiii. diſtintio. xiiij. ar. iiij.

Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre, de pę. diſt.

diſtin.i.ſicut enim, verſi. perfecta.

Quæ dicatur vera,& perfecta pęni tentia,habetur de pęni. di.i.perfecta. xiiij.q.vi.ſi res.de pęn.di.i.falſas.Ho ſti. in ſum.de pęni.§.quis ſit effectus vbi de hoc.

Nemo poteſt bene agere pęnitentiam,niſi ſperauerit indulgētiam, de pę.di.i.nemo. vel ſaltem partem pęnitentiæ egerit.lxxxii.diſ. præsbyter, & glo.in c.at ſi clerici, de iudicijs.

Pęnitentia eſt imponenda confitenti antequam abſoluatur. nota gl. in ver.audire, in clement. dudum §. ſtatuimus,de ſepulturis, & l. diſtinc. abſit.

Pęnitentia iniungenda eſt etiam non habenti propoſitum abſtinendi a peccato,Ab.in c.quòd quidam, de pœni.& remisſio.

No.quòd pęnitentiarius papæ nō abſoluit ab excommunicatione lata per ordinarium Zenzę. in Clementi. ii.§.ij.de elec.Laud.in clementi.i.de priuileg.

Pęnitentia alleuiari debet, ſi quis faciat malum propter bonum finē, non tamen peccatum excuſatur, Ab bas in ca.ſignificauit, de pęnitent.& remiſ.

Falſa pęnitentia non meretur veniam,exemplo Iudæ,de pę.di.iii. Iudas.exemplo etiam Caim, vt ibi. Et melius eſt non agere pęnitentiam, q̃ fictè pęnitere.de pę.di.iii.in ſalicib', & c.nihil. vide ſupra confesſio.§.latro pendens.

Quæ ſit falſa pęnitentia, habetur de pœ.di.v.falſa.I. di. vt conſtitueretur,& vide infra iſta litera in §.ſupra dictum eſt,quæ ſit pænitentia falſa.

Pęnitenti parcitur in caſu hæreſis. nam ſi hæreticus vult incontinenti redire ad fidem,euadit pœnam mortis,vt ſupra miſericordia,& infra rediens.ſed regulariter per pęnitētiam non tollitur pęna l.qui ea mēte. ff.de furtis.& hæc Abb.in c.ad abolēdam, de hæreticis in i. col.

Sed nota quòd ſicut vera pęnitentia veniam promeretur,ita ſimulata deum irritat, quia ſpiritus ſancti diſciplina effugiet fictum. hoc autem ſancti patres irremisſibile peccatum & blaſphemiam in ſpiritum ſanctum dixerunt,& in ſceleribus vſque in finem vitæ perſeuerare,de potentia,& miſericordia dei,& redemptoris diffidere,habetur hoc de pęni.diſt.iii.in c.inter hæc hircum,el ii.in fi.vide ſupra confesſio. §. item an liceat confesſionem diuidere, & in §. quæ dicatur.Ideo Prouiſo Solerter.ſunt tamen quidam, quos non odium criminis,ſed timor vtilitatis,& amisſio proprij gradus, & ambitio celſioris ad pęnitentiam cogit,hos ſacri canones irrecuparabiliter deijciunt: quia qui ſimulatione pęnitentiæ, vel affectione honoris a deo non conſequitur veniam,nec ab eccleſia reparationem meretur.habetur l.di.in c.ſacerdos,in §.ſunt tamē. Ideo Prouiſo Solerter. cum ſæpe hoc accidit iſtis temporibus.

Nota quòd agens fictam pęnitentiam tanquam hæreticus condemnatur.vide ſupra cōtumax. §.no.quòd ſi quis accuſatus,in fi.

Nota quòd pęnitētia ſerotina multos ſolet decipere, de pę.d.viii.quòd quamuis. adde de pęnitentia quæ ſit in mortis articulo quod habetur in iiii.ſententiarum,di.xx.& xxvi.q. vi. ſi pęnitentiam,& c.ſe.Hoſ.in ſumma de pęnit.§.qualis,ver.feſtina.

An

An pœnitentia poſſit in ſcriptis, & per nuncium imponi, vide de pœ. di.i.c.penult.& di.vi.in ſumma, c.fi. vbi de hoc.

Pœnitentiæ impoſitio non poteſt dici ſententia . de quo vide ſupra carcer.

Pœnitentiæ remiſsio directè oppo nitur crudelitati,& ſeuitiæ,Tho. ij.ij. q.clxxxix.ar.ii.

Nunc quæritur, an propter hæreſis crimen debeat vna,& eadem pœnitentia ſalutifera iniungi? Et circa hæc eſt diſtinguendum,quia aut quę ritur de forma , & modo pœnitentiæ iniungendæ ipſi hæretico, aut de ipſa vera pœnitētia .i.de eius quantitate, ſeu magnitudine, cum hodie omnes pœnitentiæ ſint arbitrariæ,vt in cap. deus,de pœni.& remiſſi.& in c. menſuram,de pœ.di.i. Et ſic poterit vnus iudex vni⁹ territorij ſuper eodem de licto minus arbitrari quàm alius alterius territorij,vel magis,nam ad di uerſitatem corporum,ſequitur diuer ſitas arbitriorum , & animorum facit tex.in c.quia diuerſitatem,de con ceſſio.præben. & iura reliquerunt tā lia arbitrio ſuperioris . aliter tamen eſt dicendum ſuper forma , & modo iniungendæ pœnitētiæ ſuper eodem delicto. nam in iſto caſu dico , quòd omnes iudices,ſiue ſuperiores diuerſorum regnorum debent eandem for mam & modum ſeruare,quòd ſic ꝓbo.nam iura, maximè canonica om nia indiſtinctè aſtringunt omnes ad eorum obſeruantiam,& probatur in c.canonum , de conſtituti . & in Cle. nè Romani,de elec. & iura dant certam formam, & modum iniungendi pęnit entiam in criminibus,& peccatis publicis,& manifeſtis , vt probatur ī c.ī capite.I.di.& in c.manifeſta, de pœ.& remi. & ſolennitas , ſeu forma legiſ ſeruanda eſt , ſicut & reſcripti, vt probatur in c.cum dilecti , de reſcriptis,& in c.Piſanis,de reſti. ſpo li.& in l.non dubium.C. de legibus . nota.Inno.in c.Rainaldus, de teſt. & ſi aliter fiat, non valet . & ex ſupradictis colligitur,quòd licèt quo ad qua litatem, quotam , & quantitatē pœnitentiæ per inquiſitores diuerſarum prouintiarum iniungendi ipſis hæreticis poſſit eſſe diuerſitas,& differentia,non tamen quò ad formā,& modum imponendi pœnitentiam. nam in hoc omnes debent eſſe conformes ſaltem quò ad formalitatem , vt dictum eſt.

Quæ autē ſint attendenda ad hoc vt pęna,vel pęnitentia augeatur , vel minuatur in puniendis delictis? & di cendum quòd debet attēdi qualitas delicti,& diuturnitas tēporis,& qua litas perſonæ,& qualitas loci, & perſonarum aſtantium , ſcādalum ex in de exurgēs,quæ omnia & multa alia ſunt attendenda in puniendis delictis , vt habetur de homici. ſicut dignum,in princpi. & ff.de pœnis l.aut facta, licèt interdum pro minimo de licto ponantur maiores pœnæ, vt eſt text.in cap.admonere.xxxiii.q.ii.vbi maior pœna imponitur occidenti vxorem,quàm occidēti matrem, cum tamen conſtet longè grauius delictū eſſe matrem occidere, quàm vxorem & de hoc etiam vide ca.q.in ca.latorem. Et ſequitur litera iſtorum decre torum.nam in dicto c.admonere, in §. vt agere debeas , exhortamur vt omnibus diebus, quibus pęnitere debeas,(ſcilicet quia vxorem occidiſti) vinum , & ſicerā non bibas, carnem

nun-

nunquã vllo tempore comedas, præterquam in paſca, & in die natalis domini. in pane, & aqua, & ſale pœnitentiam age, in Ieiunijs, & vigilijs, & orationibus, & eleemoſinis omni tempore perſeuera, armis nũquam cingere, nec in quolibet loco litigare præſumas, vxorem nũquam ducere, concubinam nunquam habere, nec adulterium committere audeas, in balneo nũquam laueris, in conuiuijs lætãtium nunquam miſcearis, in eccleſia ſegregat⁹ ab alijs Chriſtianis poſt oſtium, & poſtes humiliter te repone ingredientium, & egredientium ſuppliciter orationibus commenda te, communione corporis, & ſanguinis domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes. in vltimo tantùm exitus vitæ tuæ die, ſi merueris pro viatico, ſi ſit qui tribuat tibi, tantum modo venialiter, vt accipias, tibi cõcedimus. ſunt & alia multa quæ tibi nimis durius, & ſatis acrius erant iuxta magnum pondus peccati infelix adijcienda. ſed ſi hæc omnia, quæ tibi miſericorditer dicta ſũr, perfecto corde dño auxiliante feceris, & cuſtodieris, cõfidimus de immẽſa dei clementia remisſionem habiturum te tuorum peccatorum. hæc in dicto c. admonere xxxiii. q. ii.

Sequitur litera c. Latorem, ea. q. de pœnitentia, quæ imponitur occidenti matrem, vbi ſic dicit ad literam.

Latorẽ præſentium matricidam eſſe cognouimus, cui præcipimus vt ſub pœnitẽtiæ iugo permaneat, ita vt per annum integrum eccleſiam non ingrediatur, & ante fores baſilicæ ſtãs, orans, & deprecãs deum perſeueret, qualiter tãto eripiatur piaculo. completo verò anni circulo introeũdi in eccleſiam locum habeat tantùm inter audientes ſtet, ſed nondum communicet. completis autem trium annorum circulis ſacræ communionis ei gratia concedatur, oblationes verò non offerat, niſi prius aliorum ſeptem annorum curricula expleãtur his autem omnibus annis, atque tẽporibus carnem non manducet, nec vinum bibere præſumar, exceptis feſtiuis diebus, atque dominicis, & à paſca vſque ad pentecoſten. & quocunque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, ſed pedibus proficiſcatur. arma non ſumat niſi contra paganos, ieiunet autẽ tribus dieb⁹ per hebdomadam vſque ad veſperam. & etiam ſequitur. Tamẽ ſi illius conuerſionẽ & lachrimarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus, & optimis operibus pullulare, humanius circa eum ſolicitudo peruigil appareat, mitiſque in omnibus demonſtretur.

Et cum magis ſit illũ negare Chriſtum qui Chriſtianus vocatur, & dimittit legem euangelicam, & trãſit, vel redit ad ritus, & cœremonias legis Moyſi, vel Mahometi, iterũ Chriſtum negando interficit, & crucifigit ipſum Ieſum redemptorem, & ſaluatorẽ totius generis humani. & cum ſit longè magis Chriſtum interficere quàm vxorem, vel matrem, non poſſunt ergo conqueri iſti Iudaizantes hæretici, qui reconciliantur verè vel fictè, ſi maiores pœnitentiæ etiam ſibi imponerentur, cum dentur eis minores, quã illis, qui vxorem, vel matrem interficiunt. & ſi aliquas pœnitentias ſubeunt pro ſuis hæreſibus, hoc ſibi imputent, quia ex ſui culpa hoc damnum eis euenit, & incurrit,

vt.xv.q.i.ſanè, ar. xvii.q.iiii.vxor.ff. de re.iur.quòd quis ex culpa.

Nunc proſequendo videdum eſt, quæ pœnæ pœnitentiales[b] iniunguntur ipſis hæreticis, qui redeunt, & petunt miſericordiam, vel illis qui non ſunt niſi ſolummodo ſuſpecti de hæreſi, quibus debent iniungi pœnales pœnę, & pœnitentiales, & indici purgatio, quæ quidē pœnę, ſeu pœnitentiæ relinquũtur arbitrio inquiſitoris, vt ſ. dictu eſt, & habetur in c. ad abolendā. §. pręſenti, & c. excommunicamus. § adijcimus, & de purgatio. ca. inter, cū ſi. ideo meritò videndum eſt quę ſunt iſtę pœnę, vel pęnitētiæ quę pro motu iudicis, vel inquiſitoris ſũt iniungendæ, quæ quidem pœnæ pœnitentiales ſunt rr ultę. Et omnes pœnæ pœnitentiales tendunt ad iſta. ſ. aut ad afflictionem corporis tātùm[c] aut ad afflictionem corporis, & animæ ſimul reſpicientes ſemper ad ſalutē aīæ, & ſunt iſtæ, quæ ſequuntur.

Prima igitur pœnalis pœna, & pęnitentialis, quam inquiſitor pro ſuo motu poterit imponere, eſt abiuratio hæreſis, vt habetur in c. ad abolendam, extra de hæreticis, & eo. ti. in c. accuſatus, l. vj. Et ſi ille recuſat hæreſim abiurāre, non videtur verè redire, nec videtur verè correctus, & ideo talis tanquā hæreticus eſt cōdemnandus, vt dicto c. ad abolendā, & latius in c. excommunicamus, eo. ti. §. ſi qs non ex his. vide infra recuſans, & ſupra abiuratio.

Item poterit imponere incarcerationem, ſeu detruſionē in carcerē perpetuum, vel ad tempus, quæ fiunt ad pœnitentiam peragendā. hoc eſt vbi pęniteat, vt per hoc poſſint apparere in eo ſigna veræ pœnitētiæ, & an ambulet in luce, vel in tenebris, & nè ipſum pecus morboſum perſiſtēs inter homines inficeret aliàs oues ſanas. hoc habetur. de hæreti. ca. pe. §. ſi qui autem, & eo. ti. c. vt commiſſi, li. vi. & in cle. i. e. ti. vide ſupra carcer, in §. an inquiſitor poſſit carcerare.

Item indictio ſiue impoſitio pœnæ pecuniariæ pōt per inquiſito: ē iniungi ipſi, qui hęreſim commiſit, qđ fieri pōt de iure, vt infra dicetur dum tamen illud non omittatur, ꝙ loco pecuniariæ pęnę, vel ſub illo colore oīa bona ipſi redeunti non auferātur, vt dictū eſt ſupra de confiſcatione bonorum. Et an pro criminibus poſſit licitè imponi pœna pecuniaria, vide de vita & honeſt. cler. c. vt clericorū, & de officio Arch. irrefragabili, in fi. & qđ ibi nota. & nota. glo. in c. ſi vos contra eccleſiam, ſuper parte, vel pecuniæ. xxiij. q. v. & de hac pœnitentia pecuniaria, infra latius dicam. ideo omitto pro nunc.

Item pōt imponi eis pnīa ex motu inquiſitoris, vt faciat ædificare eccleſiam, vel hoſpitale, vel vt induat pauperes, & vt dotet, & maritet virgines, vel vt faciat alia opera pietatis, vt in aut. de eccleſia. §. ſi quis autem ædificationem nō habens, col. ix. & ita debet intelligi c. accuſatus. §. ſi verò ꝓ his, de hære. li. vj.

Item ſi malè fuit locutus de fide, vel per ſua verba oſidit ſe malè ſentire de fide, faciet eū publicè recognoſcere, & deteſtari ſuum errorem.

Itē ſi olim fuerit indeuotus, & minus catholicus, vt quia non viſitabat eccleſias, nunquā miſſam audiebat[d] & rarò eccleſiā intrabat, poteſt ei imponi ꝙ viſitet limina apoſtolorum & aliarum eccleſiarum ſanctarum.

Qq Item

Item diutius fœneratus eſt,& repe ritur dixiſſe vſuram non eſſe peccatũ,[e] poterit puniri in vſuras exactas, vt eas reſtituat,& amplius non fænetur, & ita intelligitur quòd not. in dicto c.accuſatus. §.de quæſtionib9, lib.vi.nec eſt mirãdum, ſi inquiſitor imponat pœnã reſtitutionis tali, qa ex quo ipſe inciderat in errorem dicendo vſuram nõ eſſe peccatum, vel alia verba hęretica,ĩquiſitor grauius poter t contra talem procedere,vt infra dicetur in litera vſura ſed ſi ipſe redit,& conuertitur, habet agere pœnitentiam de cõmiſsis, vt confeſsio, & pœnitẽtia non ſit ei infructoſa, eo remanente in peccato mortali,vt extra de pœ.& rem.c.quòd quidam.de quo vide infra vſura. & ſi illam reſtitutionem iniunctam ſibi per inquiſitorẽ recuſaret adimplere de his quæ manifeſtè debentur, poterit inquiſitor contra talem procedere ſicut con tra deficientem in purgatione, vt in dicto c.accuſatus,circa fi.

Item ſi quis publicè fuit deteſtat9 fidem catholicam, vel publicè oñdit ſe infidelem, inquiſitor poterit ei imponere pęnitẽtiam vt ad tempus portet crucem magnam,& patentem aſſutam ad pannos ſuperiores in ſignum conuerſionis, & deteſtationis erroris,vt ſupra dictũ eſt.ſic, & alias ſimiles pœnitentias imponere poterit inquiſitor,vel epiſcopus,per quas is qui eſt [f] puniendus,taliter ſe corrigat, quòd præteritæ contradictionis rebellio per virtutem ſequentis obedientiæ valeat expiari,vt de noui opeTis nuncia.cap.ii.in fin. Et per conſequens ad hoc vt ille puniatur in eo in quo deliquit & per illa g'quæ ipſe fuerat,infidelis,oſtendat eſſe correctum. & per quarũ obſeruationem eius infamia contemnitur donec ſcandalũ ſopiatur.ita debet intelligi dictum c. ad abolendam. §.poſſunt & c.excom municamus. §.adijcim9, extra de hæreticis & c.inter ſollicitudines, extra de purga.cano.ver.in pœnam,& cætera iura, quæ dicunt ꝙ pœnæ huiuſmodi indicantur ad arbitrium epiſcopi vel inquiſitoris,prout in eis pa tet,& accedat extra de pœnis c.mani feſta. & de immunitate eccleſia.c.fin. ad quod extra de iure patr.c. fi. & de præben.c.pro illorum. Ad vnum tamen debet aduertere epiſcopus, vel inquiſitor, quòd licèt arbitrio ipſius relinquatur quòd imponat pœnitentialem pęnam, & dicatur ꝙ illa ſit potius imponenda quæ magis timeatur vt xxiii.q.iiii.vindicta,& iiii.q. ii. prodeſt, ad ꝙ ex. vt lite non cõt. qm̃ frequenter,in fi.tñ conſideretur perſona, & ſecundùm perſonæ conditionem imponat pęnã,ſeu pęnitentiam pecuniariam talẽ,quã credit veriſimiliter fore implendam, & non deſerendam ab illo, vt l.di.pęnitentes, & accedat ꝙ no.ex.de cohab.cler.& muli. c.clericos. Itẽ præter præmiſſas pœnas poteſt aliam pęnam pœnitentialem imponere nedum epiſcopus, ſed etiam inquiſitor, quòd ſi purgandus eſt clericus, poterit eum ſuſpendere [h] ab officio,& beneficio vt.xxi.diſ.nũc autem,in glo.ſed videtur, in fi. & no. Arch.extra eo.in c.vt commiſſi,l. vi. ſuper verbo,conſil. Et iſte ſupradictæ ſunt pœnæ pęnitentiales, ſeu purgatoriæ quæ poſſunt imponi per inquiſitores, de quibus multa iura faciũt mentionem,vt ſupra dictum eſt.

Sed circa prædicta eſt ſciendum,ꝙ iſtæ ſupradictæ pœnæ pœnitentiales debent

debent fieri per ipſos hæreticos publi cè, cum crimen hæreſis ſit crimen pu blicum, vt ſupra crimen, & ſupra hæreſis, & infra Publicè ſed quid requiratur ad hoc vt ſit pœnitentia publica, habetur l.di.in capite, vbi vide, ꝓ quo delicto imponitur publica pœni tentia, & a quo imponatur. & eſt con cluſio ꝙ ſolùm pro publico, & ſcandaloſo delicto, & a ſolo epiſcopo, vel inquiſitore in crimine hæreſis.adde. xxvi.q.vi.in ſumma, & c.presbiter.de hac materia vide Hoſt. in ſumma, de officio archipreſ.§.quę pertinēt.ver. v.& ſeq.& in ſumma de pœnitent. §. vtrum pęnitentia, ver.his prælibatis. vide etiam Th.in iiii.di.xiiii.

Pro occultis non eſt publica pœni tentia imponēda. de pœ.& remisſio. in c.quæſitum, in gl.iii.

Quæ pœnitentia indicatur ſimoniaci? & dicendum quòd nulla certa pœnitentia pro hoc crimine indicitur, niſi ꝙ vſq; ad mortē aſperè pœni teat, vt q.i.ſi quis neque, & gl.in c.pa tet, ea. q. ergo multo fortius deberet fieri cum iſtis hæreticis. Ideo Prouiſo Solerter.

An & qn̄ pœnitentia peregrinatio nis impoſita posſit commutari, vide de voto, ex multa, in gl.ſi.

No. ꝙ publicè pœnitentes non de bent ſuam quęrimoniam diſceptando proponere apud ſœculare tribunal, ſed eccleſiaſticū iudicium debēt adire, vt in c.aliud.xi.q.i.& xxx.q.iii. admonere, in glo.ſuper parte, litigare, ſupple ergo hic niſi in propria cauſa, & coram eccleſiaſticis: nam pęnitens eccleſiaſticum iudicium expectat, & non forenſe, vt xi.q.i. aliud.& in glo. dicit quòd pęnitentes ſub regula eccleſiaſtica viuere debent. Et ec cleſia debet defendere ſuos pęnitentes, vt ſupra eccleſia, dictum eſt.

Iuuenibus non eſt imponenda ſolennis pęnitentia, vt habetur l.di.pęnitens.

Quæ pęnitentia ſit imponenda illi qui ſcienter communionem recepit de manu hæreticorum, habetur.xxiiii.q.i.ſi quis dederit.

An pęnitentiam imponendam ſu per crimine nunquam currit aliqua præſcriptio, vnde ſi eſſent lapſi centū anni, poteſt agi contra criminoſum ad pęnitentiam, pro quo vide tex. cū glo.notabili.xxiiii.q.ii. admonere, & vide infra præſcriptio.

No. ꝙ effectus pn̄iæ ſolennis eſt ꝙ laicus poſt eam non pōt ad ordines promoueri, l.di.illud, nec clericus ad ſuperiores, vt dicitur ibi. poteſt tamē eṗs diſpenſare in ordinibus minoribus, non aūt ad ſacros.l. diſ. placuit. itē non debet matrimonium contrahere, tn̄ ſi contrahit tenet, iuuenis tn̄ non prohibetur contrahere, item nec militiā aſſumere xxxiii.q.ii.§.de pęnitentibus, & c.antiqui, cum alijs c. Item nec laicalem habitū deferre.l. di.c.vl. Item debet viuere ſm regulā eccleſiaſticam, de pęn.di.v.contrariū & c. ſe. Item conueniendus eſt ſub ec cleſiaſtico iudice, xi.q.i.aliud, de pę. di.i.aliud. Item fit infamis non rōne pn̄iæ, ſed rōne criminis publicati, qđ verum intellige, qn̄ per ſententiā iudi cis imponitur ſecus ſi ex deuotione quis publicam pęnitentiam facit ſm Hoſt.de officio archip.c.ii.

No. ꝙ hæreticis publicè pœnitentibus interdici debent arma, & torus & gladius, & equitatus, & alia de qui bus xiii.q.ii.c.ſi.& debēt ſe repræſentare ad fores eccleſiæ ſacco induti, nudis,

nudis, pedibus, vultibus in terrã demiſſis, reos ſe eſſe ipſo habitu, & vultũ proteſtãtes, vt l. di. capite. & vide. xxxiii. q. ii. admonere. & de pę. d. i. fal ſas. vide ſ. arma. de hoc tex. ſing. in c. ii. de homicidio, quia ab iſto c. habuit originẽ, & trãſumptũ fuit c. fi. xiij. q. i. ſ. allegatũ. qđ c. eſt palea in decretis vide ſ. in vi. inſtructiõe inquiſitionis.

Nota ꝙ pœna corporalis imponẽda multitudini commutatur in pecuniariã l. pe. C. de ſicarijs Inno. in c. grauem, de ſen. excõmu. Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis. ii. col. notatur. in l. & ſi ſeuerior, per docto. C. de infamibus, & infra eo. ver. xii.

Item no. ꝙ in crimine hæreſis ſufficiunt minores probationes ad effectum pœnitentiæ imponẽdæ, quia in dubio ſemper eſt præſumendum pro hęreſi quò ad pœnitentiam imponẽdam, vt in ca. literas, de præſumptionibus, & de hoc vide infra probatio, & infra teſtes.

Nunc videndũ eſt quæ impediant pœnitentias exteriores.

Vtrum ludi impediant.

Vtrum ſpectacula impediant.

Vtrũ exercitium militię impediat.

Circa hæc vide Tho. iiii. ſententiarum, di. xvi. & in decretis c. falſas. pœnitentias, de pœ. di. v. & c. conſideret. Et nota ꝙ pœnitenti interdicitur ludus, & nẽ ſit in eis, quia dum pœnitet tempus eſt flendi, nam vt habetur eccleſiaſt. xxii. muſica in luctu importuna eſt narratio.

Supra dictum eſt quę ſit pœnitentia falſa, & hic proſequendo dicendũ ꝙ falſa pęnitentia dicitur cum ſpretis pluribus de vno ſolo pœnitentia agitur, aut cum ſi agitur de vno, non diſcedat ab alio, vnde ſcriptum eſt, qui totam legem obſeruauerit, offendit tamen in vno, factus eſt omnium reus. Iacob. 2. ſ. quantum ad vitam æternam ſicut enim ſi peccatis omnibus eſſet inuolutus, ita ſi in vno tantùm maneat, æternę vitę ianuam nõ intrabit. habentur hęc de pœ. diſ. v. c. fin. & in ſupple. pœnitentia. iiii. §. i. Ideo Prouiſo Solerter.

Supra in §. item vltra, & in §. item iudicio, & in §. item ſi quis publicè, aliquid tactum eſt de pœnitentia pecuniaria, nunc ſubſequenter videamus an, & quando inquiſitores poſſint imponere pnias pecuniarias ipſis hęreticis p p delictum hæreſis per eos cõmiſſum. vide infra in iii. inſtructione inquiſitionis pro quo no. gl. xxiii. q. v. in c. ſi vos ꝯ eccleſiã, ſuper parte, vel pecunię. & i c. ſtatuimus, de mal. & iiii. q. iii. per totum. Et eſt dicẽdum ꝙ poſſunt imponi hęreticis pniæ pecuniariæ. ſ. pro officio inquiſitionis exequendo, & ipſius ſuſtẽtatione, vel ad alios pios vſus offerẽdæ. nec hoc eſt cõtra tex. nolentes. de hæ. in Clem. vbi fertur excõicationis ſnia cõtra inquiſitorẽ prętextu officij modis illicitis pecunias extorquentem. vnde. Io. And. in dicto c. nolentes, ſuper verbo pecunia, dicit pœnas pecuniarias, applicandas officio nõ prohibet imponi, & exigi, ſed illicitas exactiones nõ fieri. ff. de officio prę. illicitas, in prin. licèt dñs Guido Fulconis, qui fuit papa Clemens. iiii. in iii. q. de illis. xv. quas fecit ad inquiſitores, qua quęrit, vnde poſſit eis prouideri, in fine dicit ſic, conſulerem tamen ꝙ ab his quibus iniungitur pęnitentia dandæ pecuniæ ĩ aliquos vſus pios, reciperetur ad iſtud, honeſtè tñ, & ſine ſcandalo laicorũ, & propter tenacitatem prę-

prælatorum. Circa quod dicit Math. in dicta Cle. nolentes, de hæreticis. ꝙ bene poteſt inculpatis de hoc crimine imponi pœnitentia pecuniaria ꝓ pauperibus, vel alijs pijs operibus, vt dicto c. accuſatus. §. de quæſtionibus, & §. ſi verò, de hæreticis, li. vi. refert etiam fratrem Aluarum Hyſpanum tenuiſſe, ꝙ hanc multam pecuniariam inquiſitores imponũt, quotiens aliqui proferunt verba hæretica aut ludendo, aut ex ira, aut ex vacua ſimplicitate, & ignorantia, quæ tamen excuſationem non habet, & his caſibus, & ſim lib' poſſunt inquiſitores culpatos punire pecunialiter. nam eccleſia hoc facit, vt. xxii. diſtin. quamquam. de Iudęis. ad liberandã, de rap. in archiepiſcopatu.

Nota quòd pœnitẽtia pecuniaria, quæ imponitur hæreticis, iuſtè eis imponitur, & eſt conſona, & conformis iuri canonico: nã omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, vt xxvij. q. ii. omnis res, & cum diuitijs anexa ſuperbia, vt ait Gregor. & taciturnitas peccati ex ſuperbia naſcitur cordis, vt de pę. di. i. eſt taciturnitas. & cum hæreſis ex ſuperbia naſcatur, & hæretici nolint ꝑcepta eccleſię ſeruare, nec obedire doctrinæ ſacroſanctę Romanæ eccleſię, ſed elati eligunt ſibi doctrinã reprobatam, vel ſequuntur doctrinam hæreticorum. & hæreſis ab electione dicitur, eo quòd quiſq; ſibi eligit ꝙ melius ſibi eſſe, videtur ſecundùm Iſidorum in ſuis etymologijs lib. viii. c. iij. tractando de hæreſi, & traſumptiuè in decretis. xxiiij. q. iii. hæreſis. hæreticus eſt qui falſam opinionem de fide inuenit, vel inuentam ſequitur vt xxiiii. q. iii. hæc eſt fides, & xxiiij. q. iij. hę reticus. & cum ex ſuperbia vult magis obedire ſuæ falſæ opinionis hominibus quàm deo & mandatis eccleſiæ, quòd nullo modo licet iuxta illud actuũ quinto, & quia ſecundùm diffinitionem Auguſti. hæreticus dicitur qui pro alicuius tẽporalis commodi & maximè vanæ gloriæ, principatusque ſui gratia falſas, ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur, & cũ iſte finis bonorum temporalium, & diuitiarum traxerit iſtos in hęreſim, dum tranſierunt, vel redierunt ad ritus, & cœremonias Iudæorum, ſicut ipſi confitentur, crederent quòd propter obſeruantiam legis Moyſi augmentabuntur eis bona temporalia, & diuitiæ, ſicut antiquitus ſuis parentibus Iudæis promiſſum fuit in veteri lege. & cum per ea quę quis peccat debeat torqueri, vt extra de iure patro. c. paſtoralis, cum ſimi. & cum illa pœna debeat imponi, quę magis timetur, vt lite non cont. ca. quoniam frequenter. & xxiii. q. iiii. ea vindicta. ergo. & q̃a magis in eis imprimit pœnitẽtia pecuniaria, quàm alia pœna, & cordialiter dolent de pecunia tollenda, propter enorme crimen omnibus diebus vitæ ſuę debent egere, & lugere, vt ſuperbia eorũ humilietur, vt in l. quiſquis. C. ad legem Iul. maie. q̃ eſt canonizata. vi. q. i. ſiquis cũ militibus. ergo conuenientior pœna eſt ipſis ſuperbis pœna pecuniaria, quã aliqua alia, vt depoſitis diuitijs propter quas ſuperbierunt, & inciderũt in hęreſim, humilientur, & deteſtẽtur errores ſuos, & confiteantur corde, & ore fidem catholicam. tamen tales pœnitentiæ pecuniarię non debẽt imburſari, ſed in pias cauſas, expendi, vt ſupra tactum eſt, & ſtatim dicetur in

§§. ſequentibus. Nam ego vidi multos, qui volebant ante pati pœnã corporalem, & afflictiuam corporis, & eligebant flagella publica, remanentcas crucibus deſuper ſutis ſuper omnes veſtes portare, quàm ſoluere pœnam pecuniariam, ſicut vidi per experientiam officij inquiſitionis, ſpetialiter in inquiſitione Valentina. nam licèt multi haberent vnde ſoluerent pecuniariã pœnam, dicebant tñ ſe nihil habere in bonis, vt commutaretur eis pecuniaria ĩ corporalem afflictiuam, de quibus oſtendi poſſent, & nominari proprijs nominibus ĩn ſpetiali quos propter prolixitatẽ hic non declaro. ſed ſi neceſſe fuerit, eos demonſtrabo, necnon in alijs inquiſitionibus Gebenẽſi, & Carthaginenſi, vbi per diſcurſum temporibus diuerſis vidi exercẽdo officium inquiſitionis, recipiendo dictas pœnitentias pecuniarias ab ipſis ea propter cum talis propoſito.

Item dicẽdum circa hoc quia aut inquiſitor damnat quem tanquam hæreticum, aut non, ſed recipit eum ad abiurationem, & pœnitẽtiam, vel vt ſuſpectum. in primo caſu ſi damnat eum tanquam hæreticum, nõ poteſt eum damnare in certa pecuniæ determinata quãtitate duplici ratione. prima, quia ex quo damnat eum tãquam hæreticum, omnia bona ſua ſunt illi auferenda, vnde ex quo aufert ſibi totum, fruſtra quęret de auferendo ſibi partẽ vel aliquid vltra illud. Secunda, quia ex quo damnat eum de hęreſi, & tãquam hæreticum, non poteſt immutare pœnam commutando eas in pecuniam, quia contra hæreticos pęnæ ſunt determinatę a iure, & ſic certè non eſt in poteſtate iudicis, ſeu inquiſitoris ipſas conuertere, ſeu commutare ĩ pecuniã. nam facti quidem quæſtio eſt in poteſtate iudicis, ſed pœnę impoſitio eſt in poteſtate legis, ſeu iuris, vt ff. de verborum ſignifi. l. aliud §. i. & l. ſi qua pœna, & melius. ff. ad Turpili. l. i. ver. nã vt Papinianus. & ſic hoc caſu non poterit commutare pœnam a iure determinatam in pecuniam per iura pdicta. & maximè quia inquiſitor eſt delegatus. vt extra eo. c. per hoc, li. vj. & commutatio pœnę a iure ſtatutæ nõ poteſt fieri per delegatũ, ſed demum per delegantem, ſcilicet per papam, qui poteſt ſuper ipſo crimine diſpenſare, vt de pœniten. c. ii. & ibi no.

Si verò non condemnat tanquam hæreticum, ſed vult inobedientem punire, vel ſuſpectum, vel redeuntẽ corrigere, & purgare, tunc poterit indicere pecuniariam multam, ſicut & poſſet pro motu ſuo alias pęnas iniũgere, cum his caſibus pœna non inueniatur a iure determinata: imo relinquatur talis purgatio arbitrio iudicis inquiſitoris, vt extra de hęreticis ad abolẽdam §. prꝗſenti, & c. excommunicamus §. 1. & §. adijcimus, & de purgat. cano. inter. cum igitur relinquatur arbitrio iudicis inquiſitoris iſta purgatio, certè pro ſuo motu imponet pœnã pecuniariam, vel aliam, vt extra de officio dele. c. de cauſis, & ff. de effracto. l. i. §. expilatores. & poteſt hoc caſu intelligi extra eo. ti. c. ii. circa prin. ver. inquiſitionis, in compilatione Clementi. vbi dicitur quibuſuis modis illicitis, vt ſupra pręmittitur extorquere pecuniam, tamẽ pecuniarias bene poſſunt exigere. & iſta tenet ibi glo.

De forma imponendi pœnitẽtiam pe-

pecuniariam vide infra in vii.inſtructione inquiſitionis.

Item de forma ſententię pœnitentię pecuniariæ vide infra ſententia §. item circa formam.

Caueat tamen vt volens imponere pœnam pecuniariam non auferat ſibi omnia bona, quia hoc non licet, vt dictum eſt ſupra confiſcatio.

Et hanc pœnam pecuniariam nō imponet inquiſitor, vel epiſcopus im prouidè, ſed tunc quādo videt quòd talis pœna magis timetur, & magis dolet quàm aliæ pœnæ pœnitentiales. vt puta quia purgandus eſt diues & cupidus, & dolet de pecunia tollenda cordialiter: nam tunc imponet pœnam, vt lite non contr. c. quoniam frequenter, in fi. xxiii. q. iiii. ea vindicta, & xxiii. qu. v. prodeſt. vide ſupra pœna §. illa.

Item ſi quis propter cupiditatem & auaritiam ſuam diutius eſt fœneratus poſtea reddit ſe ſuſpectum dicendo quòd facere vſuram non eſt peccatum, talis punietur in perditione pecuniæ, cum deliquerit in ipſa acquirenda, vt ſic puniatur in eo in quo deliquit, vt de iure patro. c. paſtoralis, cum ſimi. Et hac eadē ratione ſi purgandus expendit certam quantitatē in ſuſtentationem, & alimoniam, poterit puniri, vt tantundem conferat in opera pietatis.

Et quòd hęc poteſtas imponendi pœnam pecuniariam ſit attributa inquiſitoribus, habetur etiam in quadam extrauagante Inn. papæ, quę incipit, Super extirpatione. vbi expreſſè dicitur quòd inquiſitores poſſunt pœnas pecuniarias imponere, & eas poſſunt expendere in ſuſtētatione officij inquiſitionis, & in fauorē fidei, quamuis hodie in eorum priuilegijs, & conſuetudine ſit inductum, quòd ipſi teneantur certam partem iſtarum pœnarū pecuniariarum cameræ Romanæ eccleſiæ reaſſignare.

Sed circa prędicta quæro nūquid iſtæ pœnę pecuniariæ poſſint clericis imponi? & dicendum quòd ſi ipſi clerici non habent proprium patrimonium, non poſſunt eis imponi, quia p p·eorū delicta non debent diminui bona eccleſiarum, vt de hæret. c. ii. §. nunc ſcienter, in Cle. nam delictū perſonę non debet in damnum eccleſię redundare, vt de re iu. ca. delictum, li. vi. ſi verò habet proprium, tunc poterit imponi ſicut alijs, quia ratio prædicta prohibens ceſſat om nino. & ſic nota. quòd clericus ſe poteſt obligari pœna pecuniaria, vt xxiij. diſt. in c. quamquam, in tex. & in glo. & xxi. q. v. ſi quis cuiuslibet, & extra de arbitris, cum dilecti.

Vnde ſi cōdemnatus in pecuniam propter crimen nō poteſt ſoluere, Iudex ex interuallo poterit in pęnā corporalem permutare, & hoc obtinet in quocumque crimine pro hoc ff. de in ius vocan. l. fi. & de iuriſdi. omni. iudi. l. ſi quis id quod. §. ſeruos. Cautius tamen faciet iudex ſi formet ſententiam bimembrem, quando condemnat in pecunia. hoc modo videlicet. cōdemno te in pecunia, & niſi ſolueris intra tale tempus, mando patiaris talem pœnam corporalem. ita no. Bal. in dicta. l. & ſi ſeuerior. faciūt notata in ſimili per eum in l. cum iudex. C. de ſententijs.

Quid ſi purgandus cui fuit iniuncta pœnitentia, fuerit impeditus in adimplendo iniunctam ſibi pœnitentiam, fortè valetudinę, vel temporis

auſteritate, vel alio iuſto impedimento, an talis excuſabitur? & dicendum ꝙ ſic. ar. ff. de excuſ. tuto. l. ſi cum ipſe, & l. non ſolùm, & ff. ſi quis cautio. l. ii. §. iij.

Si verò poterit ſibi aliquid imputari, vt puta quia potuit præuenire impedimentum, tunc non excuſatur vt ff. ſi quis cautio. l. ii. §. ſi quis, cum concor. Et ſemper intelligas ꝙ eo caſu, quo fuit impeditus, nihilominus iniunctam ſibi pœnitentiam adimplebit poſtea, quia illud præceptũ cõtinuit in ſe duo, videlicet ꝙ aget pœnitẽtiam, & quòd intra diem vnum, & licèt dies ſit tranſacta, in qua debebat adimplere, tamen durat præceptum de pœnitentia adimplenda, vt. ff. de arbitris. l. Celſus, & extra de dolo, & contu. c. dilecti. [k]

Si autem purgationes, ſeu pœnitẽtias ſibi iniunctas humiliter impleuerit, tunc ad tollendam omnem infamiam ortam cõtra eum poterit per inquiſitorem publicè in prædicationibus pronunciari virum boni teſtimonij, & famæ, vt de purga. cano. ca. ex tuarum, & xv. q. c. 1. & ii. quæſtio. v. ad hæc, & ca. omnibus. vide ſupra abonare.

Quid autem ſi ille cui iniũcta fuit pœnitentia, defecerit in purgatione morte præuentus, nunquid hæredes teneantur illam pœnitentiam adimplere? & dicendum, vt ſupra in litera filij, & ſupra obligatio, ſcilicet quòd ſi pœnitentia eſt pecuniaria, quòd ipſi hæredes qui ſucceſſerunt in bonis, tenentur eam ſoluere, & adimplere, vt in c. parochiano, de ſepultur. & in c. in literis, de rapto. & c. a nobis, el ii. de ſententia excommunicationis. ſecus autem, ſi pœnitentia non iniuncta illi deceſſiſſet, vt dicto c. accuſat⁹. §. porrò. Et vbi prædictus ſuſpectus obligaſſet bona ſua pro huiuſmodi pœnitentia iam iniuncta adimplenda, tranſirẽt bona huiuſmodi in quẽcumque, etiam particularem ſucceſſorem dictorum bonorum cum prædicto onere, vt probat idem tex. §. ſi verò. qui tex. ſatis apertè determinat illam difficultatem, an pro delicto bona delinquẽtis ſint tacitè obligata fiſco, de quo vide ſupra obligatio, & in extrauagan. Vrbani. iiij. quæ incipit, quia ſuper nonnullis.

Nota quòd licèt delinquens non perfecerit pœnitentiam ante mortẽ, quòd per hoc non iudicabitur ab eccleſia peccator, quando per eum non ſtetit, quia quod per me non ſtat, mihi imputari non debet. Hæc Dominicus in c. ſtatutum, de hæret. l. vj. in §. ſanè.

Sed poſſet quæri, an non adimplẽs pœnitentiam ſibi iniunctam per inquiſitorem dicatur relapſus? vide in vii. inſtructione inquiſitionis. Et dicendum quòd poſtquam quis reconciliatur de hæreſi, & poſt correctionem, & reuerſionem hæreſi abiurata, ſi non adimplet pęnitentiã ſibi iniunctam, ſicut ei imponitur per inquiſitorem in ſententijs dicẽdo quòd eas adimpleat ſub pœna relapſorum, circa hoc vide Lapum in cap. literas, de præſumpti. ſed dici poteſt quòd iſti tales pœna relapſi poſſent puniri, vt tenet Frider. de Senis in con. clii. aliàs clvij. informis, quod incipit, Alexander, epiſcopus. Et circa hoc Io. Cald. in c. literas, de præſum. recitat, quòd de facto accidit cuidam Senenſi, qui fuit depræhenſus in hæreſi, & correctus, & poſtmodum fuit ſibi in pœnitentia

tentia iniunctum ita, vt non intraret ciuitatẽ per ſex menſes, iſte ante tempus intrauit ciuitatem, & ſic non obſeruauit pœnitentiam, quærebatur vtrum iſte eſſet relapſus, & condemnandus vt hæreticus? & multa conſilia ſuper hoc emanauerunt, & per allegatum. c. literas, de præſumpti. aliqui dicebant quòd ſic. ſed durum eſſe videtur. vnde ipſe faciendo differentiam dicit, quòd quandoque imponitur pœnitentia, quæ directè eſt contra hæreſim, vt quòd debeat deteſtari hæreſim, & prædicare contra ipſam. Item quòd non conuerſetur cũ hæreticis, & ſimilia. & hoc caſu ſi non obſeruat, & adimplet tale mandatũ, iudicabitur tanquã hæreticus. Quandoque verò imponitur pœnitentia, quæ non eſt directè contraria hæreſi, vt ieiunare, peregrinari, & ſimilia, ſi modò non obſeruat talia, non ideo propter hoc dicetur relapſus. & ſic fuit conſultum ſecundùm eum, qui ad hoc allegat xxx. diſ. c. fi. & de purga. ca. inter ſolicitudines.

Sed breuiter reſpondendo dico, ꝙ tunc dicitur relapſus quando facit contra pęnitentiam illud, quod non ſit dubium feciſſe ex conſequentia, & ſequela approbati a ſe prius erroris, vt probatur in c. accuſatus. §. ille quoque, de hæreticis, li. vj. & hæc pęna ponitur ipſis redeuntibus in ſententijs per inquiſitores, quando eos recipiunt ad gremium eccleſiæ ponendo condemnationem in ſententia abſolutionis, ſcilicet te abſoluimus a ſententia excommunicationis qua tenebaris aſtrictus, ſi tamen ex corde redieris, & iniũcta tibi mandata ſeruaueris, & illa conditio ponitur cauſa delendæ quæſtionis. & ſic expedit dici, vt ſi quid ei imponatur, & non adimpleuerit, & ſeruauerit, habeatur pro non abſoluto & hanc formam ſententiæ ponit Archi. in ca. vt commiſſi. §. nec, quem ſequitur Ioa. An. in nouella.

An falſo teſti poſſit imponi pœna pecuniaria, vide infra teſtis.

An pœna carceris poſſit commutari in pœnam pecuniariam, vide infra rediens.

Pœna pecuniaria debet ſolui de moneta currẽte tempore ſolutionis, in ſpe. de obliga. & ſolu. §. nunc aliqua, ver. ſi. & ibi Bal. in addi. ver. obligatio, & in l. illud, in vltim. col. ver. vltimò quæro. C. de ſacroſan. eccle.

Pęna ordinaria non imponitur ſecundùm canones ex inquiſitione, ſed ſecũdùm leges, ſic ſicut ex accuſatione. Inn. in c. cũ P. de pur. ca. quod verum, ſi procedatur cauſa cognita, nõ ſi incidenter: quia tunc extraordinaria etiam ſecundùm. ll. nota. in l. nullum. C. de teſti. & in l. ictus ff. de infamibus, & Bald. in marga. ver. pœna, verſic. v.

An pœna priuationis beneficiorum, & ſuſpenſionis poſſit commutari in pecuniam per vicariũ epiſcopi? Paulus de Caſt. conſil. cxvii. vbi poſt multa elegãter dicta dicit ꝙ nõ.

Pœna pecuniaria commutatur in corporalem, etiam ſi erat applicãda parti, non ſi fiſco tantùm, quod vltimum tenet Inno. in c. Odoardus, de ſolu. ſed primum tenet Abb. per tex. ibi in c. finem, in vltimo nota. de do. & contu. vbi dicit verum, etiam ſi talis pęna ſit intereſſe ex parte recipiẽtis: ſecus, ſi pecunia nõ eſt pœna etiã ex parte rei ſoluentis, quo caſu debet reus expectari, donec veniat ad pin-

pinguiorem fortunam, ſecundũ Ab. ibi: ſed quid econtra nunquid pęna corporalis poſſit commutari in pecuniariam? Bar. quòd ſic in l. cũ duobus. §. idem reſpon. ſi ſocius. ff. pro ſocio.

Pęna pecuniaria ſoluta pro cõdem nato per tertium, nè condemnatus patiatur pęnam corporalem, vel exilium, poteſt repeti a reo, dato etiam quòd ſoluiſſet ipſo nolente, & inuito. Bar. in l. Stichus, de pec. leg. quòd no. ad limita. l. fi. C. de neg. geſ.

Quæ ſit pęna in cauſa inquiſitionis, vide in Spe. de inquiſi. §. 1. in fi. & §. iiii. per totum. vbi etiam dicit de pęna in cauſa accuſationis, & in cauſa denunciationis, & notorietatis.

Pęnam fuſtigationis, vel aliam corporalem ſi malit ſubire condemnatus, quàm ſoluere pœnam pecuniariam, non auditur. Bald. in l. quicunque, pe. col. de ſer. fugi. per. l. de pollici. ff. de polli. quid autem ſi velit potius detineri quàm fuſtigari, an audietur. Bald. in d. pe. colu. dicit quòd ſic, per nota. in l. i. C. de ceſſio. bono.

Pęna ſpiritualis non tollit temporalem. Bal. in l. placet, ad fi. C. de ſac. ſan. eccle.

Pœna ignis de iure communi debet imponi Iudæo perſequẽti alium Iudæum Chriſtianum effectum ad dei cultum, vt in l. ii. C. de Iudæis.

Pęna criminalis pecuniaria nõ imponitur ei, qui proprium non habet, nec accuſari poteſt de crimine, de quo ſit pęna pecuniaria. in Spe. de accuſato. ver. i. addo latè Bart. in l. hos accuſare. §. fi. ff. de accuſat. dum tractat an pœna pecuniaria cadat in ſeruos, & monachos, cum nihil habeãt. etiam in Spe. ti. de reo, ver. ſed an monachus. Pęnam pecuniariam ſoluere non valens ob inopiam, luit in corpus, Spec. in ti. de accuſa. §. vi. quid ſi pauper.

ADDITIONES.

a *Pœnitentia duplex eſt, altera quæ non eſt ſacramentum, prout accipitur in ethnicorum ſcriptis, & in iure ciuili Romanorum, & in canonico quandoque, velut in contractibus, vltimis voluntatibus, atque iudicijs forẽſibus, pro mutatione conſilij, & reuocatiõne prioris volũtatis. l. quis ſit 17. ff. de ædil. edi. & l. qui ea mente. 67. ff. de fur. & in reg. quod ſemel. 22. extra de regu. iur. & in regu. mutare conſilium. extra eod. & in l. nemo poteſt. ff. eod. cum gloſſ. ſuis. & l. ſi pecuniam. 5. de cond. cau. data. & l. cum hic. 33. §. pœnitentiam ff. de donatio. inter vi. & vxo. l. 2. 3. & 4. C. de reuocan. donatio. Cic. ad Atti. 246. non pœnitet me cõſilij de tua manſione. Altera eſt vnum de ſeptem ſacramentis eccleſiæ, ſicut accipitur, in tit. de pœniten. & remiſ. & de pœniten. diſt. 1. 2. 3. 4. & 5. et deinceps, de ea item agitur in Syno. Triden. ſeſſ. 6. & 14. in Catechiſ. de pœni. ſacram. copioſè. item lib. 4. ſenten. diſtin. 14. & deinceps, & hic tum non ſolùm admiſſi ſceleris cauſa intimo animi ſenſu dolemus, vel eius doloris externum etiam aliquod ſignum damus, verùm vnius rei cauſa in eodem mœrore ſumus, catechiſ. c. 1. Eſt autem pœnitentia, ait Ambro mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. de pęnit. diſt. 1. ecce. & lib. 4. ſentent. diſtinti. 14. hanc ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam, ſancti patres aptè nuncupauerunt, Synod. Triden. ſeſſ. 6. c. qui verò. 14. de lapſis. c. ſecunda. de pœnitent. diſtinti. 1. ex Diuo Ieroni. quadam*

dam eſt ſolennis, quædam non ſolennis, ſed & illa partes habet quę tanquam to tam, integramque pœnitentiam conſtituunt, cõtritionem ſcilicet, confeſſionem, & ſatisfactionem, Syno. Trident. in cita. ſeſſ. Catechi. eodem titul. c. ſed quoniam. lib. 4. ſenten. diſtin. 16. de pœni. diſtint. 1. c. perfecta. De huius nominis varia notione & poteſtate, & cæteris ad ſalutarem pœnitentiam pertinentibus affluenter vide catechiſ. P. V.

b *Omnia ſequentia vſque ad ver. ſed circa prædicta eſt ſciendum, quòd iſtæ ſupra dictæ pœnæ pœnitẽtiales. tranſcripta sũt ferè ad literam, ex cap. 20. Calder. in tracta. de hæreti. tit. de pœniten. pœn. a prin. vſque ad nu. 4. verſ. & ſcias quòd ſi purgandus deficit. Pro ijs quæ hic tractãtur videre poteris Zanchin. de hæretic c. 19. & ibid. latius Campeg. in additio. in ver. poterit indicere. qui alios citat, de hoc repertorio inquiſito. mentionẽ faciens, ver. idem confirmatur per reper. inquiſi. dum autem ſubdit, & adde Iaco. ſepti. in ſuis inſti. catho. c. 46. legendum eſt, adde Iac. Siman. Q. M.*

c *Hic deeſt ſecundum membrum, quod legitur in Calderin. ſupra citato loco videlicet, Aut ad ſalutem animæ tantùm. Petrus Vend.*

d *Aliqua hinc abſunt, quæ leguntur in Calderino loco præcitato nu. 1. P. V.*

e *Vſuram non eſſe peccatum affirmans hæreticus eſt, Guindiſ. de hæreti. q. 9. nu. 2. Carer. eodem tit. nu. 9. & autor ſupra in ver. Hæreticus, verſ. item aſſerens pertinaciter. Et quòd puniatur in perditione pecuniæ, voluit Zanchi. de hære. c. 19. ante nu. 4. Q. M.*

f *Purgandus legitur in Calderino. Petrus Vend.*

g *Hic locus corruptus, & mutilus ſi cũ Calderi. conferas videtur, vnde corrigendus eſt ita, Et per quas is qui fuerat infidelis, oſtendat ſe nunc eſſe fidelem, et per quas is qui oſtendit ſe corruptum oſtendat nunc ſe eſſe correctum, & per quarũ obſeruationem eius infamia cõuertatur in famã, donec omne eius ſcandalũ &c. Petrus Vend.*

h *Hæc ad literam habes apud Zanchin. de hæreti. c. 19. per totum. qui tranſcribit omnia hic poſita per plures colum. vſque ad verſi Vnde ſi condemnatus in pecunia propter crimen. vide latè per Campeg. ibi in additio. qui alios ad hac citat. Quintill. Mand.*

i *Hoc integrũ caput inuenies apud Guindiſal. de hæreti. c. 17. n. 6. ver. vnde ſi condemnatus. Q. M.*

k *Hoc modò circa aliam materiam arguit Lapus allega. 87. Mattheus. poſt nu. 5. & ibi addo in verſicu. de donation. Quintil. Mand.*

Per. [a]Iſta præpoſitio, Per. auget id cui adiungitur, vt ff. de verb. ſig. l. pernoctare, de of. præſi. l. illud. ſimile in prępoſitione, de, vt ff. de pœ. l. i. in prin.

ADDITIONES.

a *Per quando augeat, quando ponatur negatiuè pro iuxta, pro de, & vix. & aliàs ſignificationes. vide Alciatum in l. per noctare. de verb. ſig. Q. M.*

Perſeuerantia. [a]Non neceſſitas, ſed voluntas facit perſeuerantiam. quicquid enim neceſſitate fit, cito ſoluitur. quod voluntariè arripitur, perſeuerat, de conſe. diſt. v. quicquid.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Perſeuerantia eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis ac perpetua permanſio, Cic. 2. de inuentio. de munere perſeuerantiæ. Syn. Triden. ſeſſ. 6. c. ſimiliter. 13. & Cano 16. & 22. c. ſuggeſtum. 6. q. 1. c. non reuertebantur de pæni. diſt. 2. D. Auguſt. de Ciui. Dei lib. 11. c. 12. & in iure in aliquibus perſeuerandum nobis eſſe præcipitur l. nam & ſi. 15. §. hæredi. ff. de inoffi. teſtam l. item eorum. §. quod ſi. ff. quod cuiuſq. vniuer. no. in quibuſdam vt in delictis ceſſandum, l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœn. & l ſi qui. C. de poſtu. alioquin pœna maior irrogatur, In priori caſu prodeſt ex citatis iuribus, & l. ſi pro patre. §. rurſum. ff. de in rem ver. in ſecundo officit ex eiſdem iuribus perſeuerantia vt autem delicti pęna vitetur, ſi conſumatum eſt pœnitentia minimè prodeſt l. eum qui. ff. de fur. & l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædili. edict. vide Azo. in Brocard. Rub. de pœnis. 85. P. V.*

Perpetuum a Quid dicatur, & quid æternum, no. in. l. eum debere colūnam. ff. de ſerui. vr. prædio. vide Archi. de elec. at circa lib. vj. Alberi. & Bar. ſuper rubrica. C. de coha. cle. & mu. clericos, inſti. loc. §. adeo. de hæreti. ad abolēdam. i. q. i. reperiuntur. x. q. ii. perpetuum.

Perpetuum. i. ſemper, ſiue cōtinuè. ff. de ſeruitut. in rubrica. C. de impube. & ali. ſubſti. l. humanitatis.

Item perpetuum, & ſine temporis præfinitione, C. de diuerſis reſcrip. l. falſo.

Item perpetuū, id eſt quod durat vſque ad xxx. vel xl. annos. ff. de vſu. & ha. l. per ſeruum. xii. di. c. i.

An ſimpliciter prohibitus videatur perpetuò prohibitus, vide. xx. q. i. ſicut, & de electi. cupientes. §. cæterum, lib. vj. C. qui po. in pig. ha. l. ſcripturas.

Perpetuum ſilētium quomodo intelligatur, vide notata de proba. licèt & c. præcedenti.

De perpetuo vicario not. in Cle. i. de of. vica. de exceſ. præla. frequens. §. eccleſias, de iure patron. c. 1. de of. Arch. ad hoc.

An ſententia lata ſuper crimine ſit perpetua, vide infra ſententia.

An pro pœnitentia imponenda pro delicto poſſit allegari pręſcriptio, vide infra præſcriptio, in §. & primò videndum.

ADDITIONES.

a *Perpetuū, dicitur quod eſt continuum & ſine itermiſſione, Ovi. 1. met. Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Cic. pro Rabi. nā meæ vitæ perpetua conſuetudo ad eum defendendum eſt adhortata. l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſti. continuatione itaque rei durante perpetuum vocatur, factum inde eſt vt quæque res, dum eſſe perſeuerat perpetua dicatur, vnde perpetuum quod durat in hominis vita. l. 1. ff. pro ſocio. actio perpetua, quouſque permittente lege continuat, nec refert vtrū plus minuſvè duret, quia eadem ratio eſt, vnde perpetuū edictum, quod omni ſæculo ſic permanſurum eſt, l. edita C. de eden item quod perpetuam cauſam habet, l. foramē. ff. de ſeruitu. Vrba. prædio. l. 3. ff. de except. idem in eo, quod per ſurrogationem perpetuatur. l. eum debere. ff. eodem pro generali quandoque ſumitur, quoniam perpetuum omni tempore ſolet habere locum. Inſti.*

de

de ſatisda.§ ſed non hoc perpetuum non habet igitur diuerſos, arbitror, ſenſus, cū idem eſſe videatur, vbi eadem vigere ratio videtur. arg. l. legis illud. 32. ff. ad l. Aquil. P. V.

Periti [a] Qua de cauſa conuocantur per inquiſitores ad examinationem proceſſuum, vide ſupra inquiſitores.

An periti quando conuocātur ad conſilium per inquiſitores, posſint petere ſalarium, vide ſupra gratis, & infra ſalarium.

ADDITIONES.

a Periti dicuntur, qui vſum & exercitationē rei calleant, & aliqua in re ſint artifices, Cic. pro Cornel. ſi vſus patronorum, in iudicijs valeret, a peritiſſimis L. Cornelij cauſa defenſa eſt, Pro Fonteio. Peritus ad vſum, & diſciplinam belli, A perio, antiquo verbo, vt quidam exiſtimant, vnde experior, trahi putant, Nonius, pro eo qui ſit pluſquam doctus, accipit Ciceromiana autoritate, qui de off. li. 3. cum ſint inquit, docti a peritis, deſiſtūt facilè à ſententia, hic pro iuris peritis accipiūtur, ſtultis opponuntur, in l. Seruius. ff. quod vi aut clam. vide Directo. inqui. par. 3. de peritis, & aduocat. q. 77. vſq; ad q. 83. P. V.

Perfunctoriè [a] Aduerbium. i. negligenter, vt. xl. diſ. ante omnia.

ADDITIONES.

a Perfunctoriè. Adde l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. & l. qui libertatis 69. §. 2. ff. de euictio. & Bud. in annota. ad pande. ſed in pandectis Florētinis & apud alios legitur, perfuſoriè, quæ forſan lectio verior eſt, hoc enim aduerbium, perfunctoriè, ita ſumptum videtur denotare contrarium ſuo verbo, vnde deducitur, eſt enim perfungi, ad extremum vſque ſuum obire munus, & operam nauare ſtrenuè. Cic. de ſenect. nam dum ſumus in his concluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, & graui opere perfungimur. Item in Anto. mihi iam optāda mors eſt perfuncto rebus ijs quas adeptus ſum quaſque geſſi. Liui. li 6. 2. belli punici Romani Conſules perfuncti, quòd ad Capuā attinebat cura, Caio Neroni. &c. vel melius nihil refert, quia per conſequētiam ſignificat effectum munere perfunctorum, qui ea perfuncti, ſe remiſsè gerere ſolent, vnde pro tepidè agere ſumitur. hoc idem noſcitur in defunctoriè, ſicut alibi legitur apud eund. Vlpian in l. 2. ff. ad Tertull. & in l vni. C. qui mun. tute. Petrus Vend.

Pertinax [a] vel pertinaciter. pertinaciter dicitur affirmare ille, qui eſt obſtinatus vel quoquomodo non vult ſe remouere de opinione ſua, ſecundū Io. de Imo. in Clem. i. de vſu. & ibi addit quòd licèt nō affirmet, vel neget, ſed taceat: tamē pertinaciter credat nō eſſe peccatum cōmittere vſuras, dicitur hæreticus ex mēte. facit quòd dicit beatus Tho. ii. ij. q. iii. ar. ſi. ibi, ſi quis interrogatus de fide taceret, ex hoc crederetur vel quòd non haberet fidem, vel quòd fides non eſſet vera.

Item pertinaciter videtur defendere peccatum, qui delinquendi autoritatem vſurpat. nā magis delinquit. Ab. in c. quamuis, ī prin. de decimis, & Pe. de Ancha. in Clem. i. de vſuris. quòd

Quis dicatur hæreticus pertinax, vide ſupra hæreticus.

Item quis dicatur credēs pertinax vide ſupra credens.

ADDITIONES.

a *Pertinatia vitium eſt finitimum virtuti perſeuerantię. Cic. lib. 2. de Inuen. ti. de reb. expeten. à pernicatia hoc diſtat, inquit Noni. peruicatia eſt interdum bonarum rerum perſeuerantia, pertinatia ſemper malarum. & ſubiungit autoritates. pertinacis nomen aliquando tamē rebus bonis appoſuere ſcriptores, Pertinacē quidam dictum inde arbitrantur, quod ſit nimis tenax. Varro de lingua Latina lib. 4. a pertendendo putat dictum, nam qui pertendit in re aliqua in qua pertendere non debet pertinax appellatur. pertinaciter, vel vt diuersè legitur pertinaciter aduerbio vſus eſt in malam partem iuriſc. in l. 3. §. pen. ff. de ſuſpect. tutor. P. V.*

Pertinax, qui falſa ratione & non recta electione permanet, qui & obſtinatus in malo dici poteſt, & qui non facile diſuaſionem admittit, qui ſimilitudinem quandam cum continente habet, non ſecus ac prodigus cum liberali, & audax cum forti, diuerſi tamē ſunt. pertinacesque ij ſunt, qui ſuæ ſunt ſententię homines inerudití, & ruſtici, Omnia hæc habes apud philoſophum, moralium libro. 7. c. 9. In materia noſtra quis pertinax hæreticus dicitur, qui erroneam opinionem, quam contra veritatem aut inuenit, aut ſequitur, pertinaciter, et obſtinatè tenet. Vmber. in Indi. inqui. in verb. hæreticus nu. 18. in 5. articul. Quis autem dicatur pertinax iudicis arbitrio relinquitur. Io. An. in c. ſi diligēti de for. com. Feli. ſuper rub. de hæreti. Ludo. Carer. in tracta. hæreti. poſt nu. 4. verſi. licèt aliàs pertinacia. & Sim. in Ench. tit. 30. de pertinacibus. Q. M.

Periurus [a] An inquiſitor poſſit procedere contra periurū, qui prius iurauerat non exercere vſuras, vel non dicere, & facere ea, quæ ſunt contra fidem? & dicendum ſecundùm Calde. in conſ. ii. ſub ti. de hęr. quòd poteſt procedere contra eum tanquam cōtra hæreticum, vel malè ſentiētem de fide. nam aliud eſt procedere contra aliquē tāquam contra hæreticum, & aliud contra eum tanquam contra ſuſpectum de hæreſi, ſecundùm eum Cald. conſi. v. vide infra vſura.

An periurium ſit magnum peccatum? & dicendum ſecūdùm ſuum genus quòd magnum peccatū eſt. Nam Tho. ſecunda ſecundæ, ar. iii. ibidem dicit qui periurat non ſentit, aut dicit aliquod falſum de deo, ſed deum adhibet teſtem falſitati.

An omnis periurus ſit infamis, vide Abbatem in c. teſtimonium, de teſti. vbi concludit, quòd infamis efficitur periurus quando iurauit de futuro ei, cum quo contraxit, & non ſeruauit. & habetur in quadam extrau. Vrbani quarti quæ incipit, quia ſuper nonnullis. vbi dicitur quòd periurus repellitur a teſtimonio.

ADDITIONES.

a *Periurus dicitur qui falsò iurauit, verùm ſi ſequimur etimon vocabuli, videtur in primis eum ſignificare qui multū iurat: per, enim prępoſitio, denotat augmentum in ex ea compoſitis, Alciatus itaque ſcribit in l. pernoctare ff. de verb. ſig.*

c.4. Qui ſortiti prouintias forent præbenda publicè conduxiſſe, Acron tamen in expoſitione carminis Horatij, ſub illarũ ſpecierum appellatione omnia hoſpitibus neceſſaria voluit intelligi. Hinc exiſtimo præbendas canonicorũ cæpi vocari quòd his quæ victui neceſſaria præberi ſolebãt & adhuc obſeruatur alicubi. nam his & ſuperioribus temporibus ſuam quiſque ſeparatim poſſidet & adminiſtrat canonicus præbendam nomen tamen idem perſeuerat. ex tit. de præben. P. V.

Prædicare. [a] No. quòd prędicatio Chriſti ſolùm debuit eſſe ad Iudęos. Tho. in iii. parte. q. xlii. ar. i, & debuit eos ſcãdalizare, ea. q. ar. ii. & debuit eſſe publica, ea. q. ar. iii. & debuit eſſe verbo, nõ ſcripto, ea. q. ar. iiii.

An inquiſitores poſſint præcipere ſub obedientia, vel ſub pœna excommunicationis, vt populus; & clerus vadãt ad eorum ſermones: & licèt in ſumma Angelica in dictione, inquiſitor, determinetur ꝙ nõ poſſunt, in §. ix. in fi. vbi nullo iure fundatur, ſaluo meliori iudicio crederem quòd poſſet contrarium de iure fundari, ſi inquiſitores viderint tale officio inquiſitionis expedire, vt in c. vt commiſſi de hæreti. l. vi. & ita ſeruatur de conſuetudine officij. nam publicè mandant præconizari vt oẽs de populo veniant ad audiendum ſermonem de fide, vt habetur in i. inſtruc. inquiſitionis, & ſupra inquiſitio. §. quando inquiſitores incipiunt.

An laici poſſint prædicare publicè & reſpondetur ꝙ eſt eis interdictũ vt habetur in quadam extraua. Gregor. ix. archiepiſcopo Mediolanenſi, cuius tenor talis eſt. Sicut in vno corpore, & infra. cum igitur nonnulli laici prædicare præſumant, & metuendũ exiſtat, nè vitia ſub ſpecie virtutũ occulſè ſubintrent, nos attendentes, ꝙ doctorũ ordo eſt quaſi præcipuus, mandamus quatenus cum alios dñs apoſtolos dederit, alios prophetas, alios verò doctores, interdicas laicis vniuerſis cuiuſcunque ordinis cenſeantur, officiũ ꝑdicãdi. habetur ẽt xvi. q. i. in c. adijcimus. & Leo papa in epiſtola Maximo Antiochéo epiſcopo.

In Chriſtum peccat qui doctores, & ꝑdicatores veritatis contriſtat. xi. q. iii. quicunque.

ADDITIONES.

[a] *Prædicare, publicè dicere, & celebrare penes Latinos ethnicos deſignat. Cic. Atti. lib. 9 prædicat palàm, ſe largitione ſuperiorem, quàm hunc fore. Cæſ. 2. bell. ciu. Sæpe ex tribunali prædicauit aduerſa Cæſarem pręlia feciſſe, Pro diuulgare, & per conſequens docere diuinum verbum, & cæleſte ſemen, & ſacroſanctum Euangelium, hic & in ſacris literis accipitur, diſtin. 43. c. 1. & vltim. præſertim vbi de diſcretione, & conditionibus prædicationis verbi Dei, quales eſſe debeant cauetur, item Catechiſ. in operis præfatione, de eis, & prædicatio. vide ẽt Syn. Trid. ſeſſ. 5. & 24. P. V.*

Præſcriptio [a] ſuperiꝰ viſum eſt de bonis hæreticorũ, & de cõfiſcatione eorũ, & an poſſint aliẽari. nũc videamꝰ an, & qñ bona hæretic. poſſint ꝑſcribi, & a qbus.

Et primò vidẽdũ eſt, an ad pniam ĩponẽdã ꝓ delicto poſſit allegari aliqua ꝑſcriptio? & dicẽdũ ꝙ ẽt ſi lapſi eſſẽt cẽtũ anni, põt agi ꝯ crioſum ad pniam imponẽdã. ꝓ hoc vide tex. cũ gloſſ. notabili in c. admonere xxxiij. q. ii.

q.ii.& vide ſupra defunctus. nã poſt mortem hæreticus poteſt declarari ad finem confiſcationis bonorum,& vt memoria eius damnetur, vt ſupra defunctus.cũ eius morte crimen non extinguatur,vt de hæreticis,in c. accuſatus.§.in eo verò,lib.vj. & ibi per Dominicum.hinc eſt quod dicit Bar. in l.i.de apoſta.quòd ll.& canones aſſerentes quòd de crimine hæreſis poteſt cognoſci poſt mortem, debet intelligi intra quinquennium,vnde inquiſitores ad finẽ publicationis bonorum non poſſunt procedere ad inquirendum poſt mortem hæretici elapſo quinquennio ſecũdùm eum ibi. ſed gl.in allegato §.in eo verò, tenet quòd requiratur lapſus annorũ.xl.allegat.de præſcrip.c.fi.§.fin.l.vj.& ibi gl.& doc.maximè Io.An.in nouella, vbi eſt caſus quòd etiã intra annos xl. computandos hæretici memoria poſſet damnari.& hoc etiam tenet Petrus de Anch.in d.c.fi. de quo ibi per eum, & hoc niſi probetur de eius reuerſione ad fidem ante mortem, vt no.in c.filij,de hæreti.libro vj. & vide ſupra filius,& ſupra defunctus. nam præſcriptio bonorum non procedit viuẽte hæretico, vt ſupra defunctus.

Sed ſuper [b] præſcriptiõe bonorum illius, qui reperitur deceſſiſſe in hæreſi,videtur diſtinctio adhibenda,videlicet quòd aut ille de cuius bonis quęrebatur, non reputabatur hęreticus tpe ſuæ mortis, aut non reputabatur catholicus;puta quia fortè damnat⁹ deceſſit,vel ſaltẽ diffamat⁹, vel ſuſpect⁹ de hæreſi.Primo caſu.ſ.qñ defunctus nõ reputabatᷓ hæretic⁹ ſucceſſores ipſi⁹ vniuerſales,& ſingulares iuris, & rei pſcribũt vniuerſa bona defuncti ſpacio xl.annorũ,dummõ hæc in eis cõcurrant,primò quòd ipſi ſucceſſores ſint catholici:ſecundò ꝙ habuerũt iuſtũ tit.3.ꝙ habuerunt bonã fidẽ.iiij.ꝙ habuerũt diuturnã poſſeſſionẽ abſq; aliqua interruptione per totũ dictũ tẽpus. xl. annorum.& ita debet intelligi.& ꝙ hæc exigantur,in c.ij. in fi.de præſcri.l.vi. & in tex.probatur ꝙ illa duo exiguntur,videlicet ꝙ ille qui poſt mortẽ detegitur hæreticus tpe mortis reputabatur catholicus,& ꝙ eius ſucceſſor fit ẽt catholicus,& põt hoc ſcdm adiuuari aliqua re,quia ſi eſſet infidelis,vel hæreticus non poſſet poſſidere de iure, vt xxiii. q.vii.per totũ,& viii.di.quo iure.& ſi ne poſſeſſiõne pſcriptiõ nõ procedit, vt de reg.iu.ſine poſſeſſiõe,l.vj. Item exigitᷓ ſcdm,videlicet iuſtus titul⁹,vt puta quia iſti ſucceſſerũt illi, vel ꝙ rẽ emerit,vel ſimilia.Nã nullo tpe præcedente præſcriptio non vẽdicat ſibi locum,vt C.de acqu.poſ.l.diuturna, & de rei vendi.l.nullo, & ff.de vſuris. l.Celſus,cum ſua materia.

An autẽ,& qñ titulus debeat probari. vide extra de præſcrip.c.i.li. vi.

Item exigitur tertiò, videlicet bona fides. nam ſine ea pręſcrip.nõ procedit,vt de regu.iu.c.poſſeſſor,li.vi.

Exigitur quartò, videlicet poſſeſſio diuturna abſque interruptiõe naturali,vel ciuili,vt ff.de vſuca.l.naturali.ff.de præſcrip.xxx.an.l. cõpetit, & l.cum notiſſimi.§. ſed & ſi quis debitor.& ibi no. ad ꝙ extra de præſcr. illud,& c.ad aures. his concurrentibus ꝑcedit quadragenaria pſcriptio in bonis illius defuncti,cuius memoria nũc dãnatᷓ de hæreſi, quãuis aliàs bona ſequi ſoleant conditionẽ perſonę,vt.C.de bonis proſcrip.aut bona. In ſecundo verò caſu qñ defunct⁹ de

cui⁹ bonis agitur modò, & q. modò detegitur hæreticus deceſsiſſe, non re putabatur catholic⁹ tēpore ſuæ mortis, dicas ꝙ ſi cætera præmiſſa concurrant, tamen quadragenalis præſcriptio nō habebit locum, quia præſcriptio demum permittitur, vbi defunctus reputabatur catholicus tempore mortis, ergo vbi non reputabatur catholicus inhibet, iuxta illud ꝙ de vno pmititur, de cęteris prohibet, vt. ff. de iudi. l. cum prætor, de præſcr. c. nonne, cum ſi.

Sed dato ꝙ quadragenalis præſcriptio nō vēdicet ſibi locū in hoc ſecūdo caſu an cētenaria locū habebit, & videtur ꝙ nō, q̃a a tēpore cōmiſsi delicti bona fuerūt delata in fiſcum, vt ſ. de confiſcatione bonorum. & res fiſci ſunt imprę́ſcriptibiles, vt Inſt. de vſucapi. §. res fiſci. ſed ego crederem ꝙ centenaria vendicaret ſibi locum, quia cum verum ſit, ꝙ bona iſtius hęretici fuerunt delata in fiſcum a tem̄pore commiſsi criminis, ſed publicari debent Romanæ eccleſiæ. quę quidē præſcriptio centenaria contra Romanam eccleſiam habet locum, vt. C. de ſacroſan. eccle. aut. quas actiones, q̃ eſt canonizata. xvi. q. iii. quas actiones, & habetur apertè de præſcrip. c. ii. in prin. l. vj. [c] Sed illud intellige eſſe verum, ſi modò poſſeſſor eſt catholic⁹, vt ſupra dictum eſt in alio membro. & ſi ēt habuit titulū, & bonam fidem, cum poſſeſſor malæ fidei vllo tempore nō præſcribat, vt dicto c. poſſeſſor, circa fi. Et quādo vitium contractū a defuncto concōmitetur ſucceſſorem vel non, patet. C. de acquiren. poſ. l. vitia, cum ſua materia. Et non mirum ꝙ ea exigantur in præſcriptione quadragenaria. nam iſta centenaria ſubrogata in locum alterius præſcriptionis aſſumet ſibi naturam illius, vt ff. de noxalibus. l. ſi ex duobus, in prin. ff. ſi quis cau. l. ſi cū. §. fi. C. de re. vx. actio. l. i. §. fuerat. ff. ſi quis te. lib. eſſe, in fi. l. i. §. hoc autē. non autem in centenaria exigitur ꝙ ille reputabatur catholicus, quia tūc præmiſſis concurrentibus ſufficeret quadragenalis, vt ſupra. hoc igit̄ deficiente exigerentur centum anni, ſicut in alijs rebus Romanæ eccleſiæ per iura prędicta.

Sed pone quòd domus aliqua fuit deſtructa funditus propter labem hęreſis, & damnatum fuit terrenum, vt in perpetuum vacuū remaneret ad receptandum ſordidum, vt dictum fuit ſupra in litera domus, eò ꝙ in illa domo hæretici dogmatizabant, & faciebant conuenticula, & recipiebant cōſolationem, ſeu deſolationem, & modò aliquis catholic⁹ acquiſiuit illum locum domus deſtructę aliquo titulo, & poſſedit quadraginta annis, q̃ſi fuerat [d] alicuius non catholici. nunquid iſte poſſeſſor dicitur præſcripſiſſe hoc terrenum, vt posſit in eo ædificare? quidam dicunt quòd ſic, ſcilicet ſpacio quadraginta annorum eo caſu quo catholicus defunctus deceſsiſſet per dictum c. ii. de præſcrip. lib. vj. Sed ego dicerē quòd neutro caſu nec aliquo tempore præſcribatur, quantū ad eam reædificandū, quia ex quo fuit damnatū, vt perpetuò vacuum remaneret, res effecta fuit impræſcriptibilis vitio impediente præſcriptionem: nam iſtud onus ſeu vitium eſt reale, & afficit ipſam rem, & hoc reale vitium impedit præſcriptionem, quia concomitatur rem, ad quēcunque peruenerit, cum ſemper tranſeat

cum onere ſuo, & per mutationẽ perſonæ, vel lapſum temporis non purgatur, vt Inſtit. de vſuca. & de acqui. poſ. l. vitia, & ibi nota. accedat. ff. de contrahẽda empt. l. alienatio. de ſer. expor. l. Titius. C. ſi minor ſe maiorem dixerit, per totum. Ex quo enim lex prohibet alienationem, vel reędificationem, ſemper, & omnino prohibet. ff. de præſcrip. l. quos prohibet. & pro his poteſt dici ꝙ ex quo terrenũ perpetuò prohibetur reædificari, cũ hoc eſſet contra interdictum legum vel canonum. & propter hoc nõ præſcribit, vt C. de agri. & cẽſi. l. quemadmodum. vide c. poſſeſſor, libro. vj. & quod ibi notatur. De iure ergo deberet in deteſtationem criminis vacuũ remanere perpetuò. Sed iſti inquiſitores aſſerunt, ſe habere poteſtatem ex apoſtolicis priuilegijs, & conſultationibus concedendi catholicis hæredibus licentiam claudendi cum ſepibus, & cum muris dicta terrena, & faciendi in eis ſcalas, & porticus, & domus, & hanc poteſtatem exercent de facto, & habent licentiam de conſuetudine & ſic concedunt. de hac materia, vide ſupra bona, & ſupra alienatio, & ſupra confiſcatio.

Res eccleſiaſtica, vel fiſcalis ſi fiat prophana fit præſcriptibilis. Bart. in l. Paul. in fine, de acquirenda hæreditate.

ADDITIONES.

a *Præſcriptio, id quod ante ſcriptũ, & præmonſtratum eſt, vel natura, vel lege, vel documento eſt oſtendit, vnde pro exceptione generaliter capitur in l. præſcripta, titul. de excep. & præſcriptio. imitatione Græcorum, qui paragraphen eam appellant, vel vti ſolet continens pro rè contenta ſumitur, deinde pro exceptione temporis contracto genere ad ſpeciem ſumitur, quę in rebus mobilibus vſucapio, in immobilibus præſcriptio ferè appellatur a Iuſtiniano, Inſtitu. de vſucap. item pręſcriptionis verbum ad longi temporis acquiſitionem refertur l. qui alienam. ff. de euictio. l. ei qui ff. de vſucap. l. quinque. C. fin. regun.* P. V.

b *Hæc eiſdem propè verbis repeтiuntur in Calder. de hęreti. c. 4.* P. V.

c *Hic & in ſequentibus quædam præter miſſa ſunt ex Calde. reſtituenda.* Petrus Vendramenus.

d *In Calderino ſic legitur. Quando fuerat alicuius qui deceſſerat catholicus, vel centum annis, quando fuerat non catholicus nunquid. &c.* P. V.

Præſumptio [a] in delictis ſemper pſumitur offenſa, niſi probetur contrariũ. & ideo ſi duo adinuicem percuſſerunt ſe, in dubio non fit abſolutio, ſed vterque condemnabitur. ff. ad legem Aquil. l. quemadmodum. §. nauis. nota in l. 1. C. de ſica. & ibi Bar. l. 1. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. facit l. ſcientiam. §. cum ſtramenta. ff. ad legem Aquil.

Nota ꝙ in malefactis pręſumitur prima fronte malus animus, & dol⁹. facit. ff. de ſicarijs. [b] vnde dicit Innocentius in capitulo primo de præſumptio. quod malum, & damnum illatum ſemper præſumitur factum malo animo, niſi probetur contrarium, vel præualeat alia præſumptio. ff. ad legem Aquiliam. l. Item ſi obſtetrix. §. finali, & l. ſequenti, & l. Item Mella, in primo reſponſo. & de regulis iuris, capitulo primo. & ſic con-

contraria præſumptio tollit præſumptionē fraudis, qđ intellige in præſumptione vehementiori, vt in c.literas,de prçſumptiobus.

Præſumitur contra criminoſum, vel morboſum, qui ſemel fuit criminoſus, [c] & onus probandi contrariū transfertur in eum propter præſumptionem contra eum facientem.gloſſa,& doct.in c.cum inter canonicos. de electi.& ibi Ab. in quarta col.vide ſupra malus.

Hæreticus præſumitur de præſenti qui olim fuit. ſed de præſenti non prçſumitur in futurum.Bal. in l.non ignorabit.C.ad exhiben. & Dinus in apoſtilla in l.ſi conſtanter. §.ſi bona, ſoluto matrimonio.

Item per ſequentia intelliguntur, & præſumuntur præcedentia.Nam ſi quis ab hæreticis per violentiam tractus fuerit,& per mēſem ſteterit cum eis,præſumitur non tractus,vt.i.quçſtion.i.conſtat.& eſt glo.xviii.diſtinctione in capitulo peruenit,in princ.

Item talis quis præſumitur, qualis eſt locus, vbi continuè conuerſatur. vide ſupra conuerſatio. §. Item talis.

Nota quòd prima facie præſumitur contra petentes dilationes,& excipientes, vt de præſumptioni. nullus,xi.q.i.Chriſtianis.iii.q. ix. decernimus.lxxiiii. diſt. Honoratus.de in integrum reſtitu.ſuborta.de hoc Hoſtienſis in ſum.tit.de dilationibus.§. quis ipſas.

Præterita vita præſumitur de præſenti,vt in c.cum in iuuentute, de p̄ſumptionibus,extra.

Item ex præteritis præſumitur de futuris,vt in c.mandata,de præſumptionibus. [d]

Sed de ignotis non debemus aliquid præſumere, nec de bonis malū, nec de malis bonum,vt.xij.q.iiii. Innocens,in glo.& xlv. diſti.ſunt nonnulli,in fi.

Item omne malefactum, vel dictū malè præſumitur factum, vel dictū, vt extra de præſumptio.c.i.& ibi not. in fine.Nemo.n.exiſtimandus eſt dixiſſe quod mente non cogitarit: nec quis arbitrãdus eſt dixiſſe quod non ſentiret.ff.de ſuppellectili legata.l. legata,aliàs Labeo. vide infra verba.

Item omne maleficium,prauè prçſumitur actum. C. ad legem Iuliam de ſicarijs.l.i. C. de iniurijs,ſi nō conuictus.

Cum eſt præſumptio contra reū, transfertur probatio in eum. vide infra probatio.

Præſumitur quis eſſe memor eorū quæ fecit. ff. de adimendis legatis.l. filio,in principio.de re iudicata,cum olim.

Nota quòd quandoque ex præterito præſumitur circa præſens. vj. q.i.qui crimen.

Quandoque ex præſenti circa præteritum.xxxiii.quæſtione.ii. cum per bellicam.Quandoque ex præſenti circa futurum.l.diſtinctione,ſi quis diaconus,ver.cum verò, &c. Quandoque ex præterito circa prçteritum.xxviii.diſtinctione, quia ſunt culpæ.

Quandoque ex præterito circa præſens, quotiens de fama quçritur alicuius.lxxvii. diſtinctione. quicunque,& c.monachus nouitius. quandoque ex præterito circa futurum,vt in c.ſcribam,de prçſumpti.& ibi glo. fin.& c.mandata,& xxiii.quçſtio.v.ſi apud.

Malefactum in honeſto.i. in perſo

na honeſta magis præſumitur erroneam quàm doloſum: ſecus in perſo na non honeſta, vt not. gl. in c. ſacro, de ſenten. excommun. & ibi Anto. de Butri. & idem vult Inno. de ſchiſmat. c. i. in prima glo. in fi. quod eſt intelligendum pro prima vice, non autem, ſi ſecundauit poſt monitionem illud maleficium. nam omnia munda mũdis, coinquinatis verò oĩa ſunt coinquinata. Paulus ad Tit. c. i. vide ſupra neophytus.

In crimine hæreſis ſemper ĩ dubio præſumendum eſt pro hæreſi quo ad effectum pœnitentiæ imponendæ, vt in c. literas, de præſumpti. & in dubio potius præſumendum eſt quem eſſe hæreticum propter pœnitentiam imponendam. Laud. in Clemen. i. de hæreti. in fi. vbi etiam dicit quòd hæretici ſunt nudati omni priuilegio, & cũ ad effectum imponendæ pœnitentiæ ſit ſemper præſumendum pro hæreſi. ſic intelligitur quòd notat Inn. quòd licèt in alijs criminibus requirantur probationes luce meridiana clariores, tamen in crimine hæreſis ſufficiunt minores, ſecundùm Ioann. de Imol. in Clem. ii. de hæret. nam in dubijs concernentibus fauorem animarum debemus præſumere quem ante reum, & obnoxium, quàm liberum, & ſine macula, vt probatur in c. i. xi. q. iii. & debemus ſequi id quod eſt, tutius, & certius, vt in c. iuuenis, de ſpõ. iuxta illud, Tene certum, & dimitte incertum, de pœn. diſtintio. vii. c. ii. & de homici. c. ad audientiam. & bonarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi culpa minimè reperitur, vt in c. i. de obſeruatio. ieiuniorum.

Præſumptio, ſeu ſpecies hæreſis eſt perſeuerare in peccato mortali, vt tenet Ab. in cap. teſtimonium, de teſti.

Propter conuerſationem præſumitur manifeſtè quis talis, ſicut ille cũ quo conuerſatur, vt patet de hæreti. li. vj. in c. accuſatus §. ille quoque, & in aut. de monachis. §. ſi verò his. vide ſupra conuerſatio §. item notandum.[c]

Per exteriora pręſumitur de interioribus. xxxii. q. v. qui viderit. l. diſt. ſi quis diaconus, & gloſ. i. in c. ex ſtudijs, de præſumptionibus.

Nota quòd talis præſumitur eſſe quis, qualis eſt eius patria, vt eſt textus iuncta gloſſ. in c. Afros. xcviii. diſtinti. & in l. quòd ſi nolit §. qui mancipia. ff. de ædili. edic. vide ſupra habitus.

Item talis[f] quis eſſe præſumitur, qualis fuit eius pater, ſæpe, non tamen ſemper, vt eſt glo. in dicto §. qui mancipia. ff. de ędi. edic. & in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta. canonizata. vi. q. i. ſi quis cum militibus, & ibi gl. in verbo metuuntur. & Abbas in c. ex communicamus, el. i. in iii. col. de hæreti. vide ſupra filius §. filius ſolet ſimilis, & ſupra habitus. i.

Item talis quis præſumitur, qualia verba profert, & eius animum cenſetur fuiſſe qualiter verba ſonãt, niſi propter excellentiam dignitatis, vel ſtatus, vel aliàs contrariũ appareret. ar. C. de iniu. l. ſi non conuitij, cũ con cor. ibi allegatis.

An ex violenta pręſumptione poſſit quis damnari de hęreſi? & dicendũ quòd non, vt de præſumptio. literas. & vide infra probatio. ſed quando eſt violenta præſumptio, an ſufficiat ad condemnationem? Et dicendũ quòd non, niſi propter vehementiſſimam præſumptionem vt tenet Petrus de An-

Ancha.in c.accuſatus,de hæreti.l. vj. de violenta præſumptione, vide ſupra contumax.

Sed nota quòd ex pręſumptione violenta de crimine quantuncūque graui poteſt quis condemnari, ſi illa oritur ex deficientia in purgatione. facit c.excommunicamus. §.i.de hæreti.&in c.cum contumacia, eodem tit.libro vj. & vehemens pręſumptio non ſufficit ad cōdemnationem, ſed violenta ſic ſecundùm gloſſ.pe.in c.literas,dę pręſumptio.& ibi Abb. facit quod no.in gloſ. in c.inſinuatum,de ſimo.& Ab.in c.quanto, de præſumpti.vide ſuprà deficiens.

Nota quòd ex multis præſumptionibus,& fama cum alijs præſumptionibus fit probatio,vt extra de pſum. in c.tertio loco. & fit probatio ſufficiens, nam ſingula quæ non proſunt multa collecta iuuant, & probationem faciunt,vt extra de teſti.in c.præterea.

Nota quòd propter cōtumaciam ſuſtinendo quis excommunicationē latam a iudice pręſumitur in dubio talis pertinax:niſi aliud appareat,vtputa quia inquiſiuit de iudice,vel inſtabat pro abſolutione, vel offerebat ſatisfactionem, & his ſimilia. aliter verò non præſumitur pertinacia, niſi de illa conſtet, vt in Clementin.i.§. porrò,de ſum.trini.& de vſur. in Cle. ex graui.§.ſanè,ſecundùm doc.in d. c.cum contumacia. vide ſupra contumax.

Permutans beneficium tenue pro pingui pręſumitur ſimonia,vt de pręſum.quia veriſimile,& in c.i.de cleri. non reſiden.

ADDITIONES.

a *Præſumptionis vox ſuam ex vi præpoſitionis & nominis ex ea compoſiti lucidam videtur exhibere ſignificationem, cum prænotionem & in animis, nominis incohoatam impreſſamque intelligentiam præmoſtrat, quam vocant, & anticipationem ſine doctrina quandam, & prolepſim appellat Epicurus, ideſt anteceptam animo rei quandam informationem ſine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec diſputari poſſit, id quod omnibus īnatum eſt & in animo quaſi inſculptum, Cic.de natu.Deo vnde ſumitur a Cic.2.de diuina. pro maiori propoſitione ratiocinationis, aut ſyllogiſmi, quæ plerūque ſolet ex præcognitis concipi. Eiuſmodi præſumptionis vſus & in iure frequens eſt, cum lex antequam aliter conſtet, & abſque alijs probationibus habetur aliquid pro vero, et pro ſpecie probationis accipitur, verùm quæ tantùm ex probabilibus, vel veriſimilibus conſtet, non autem certa ſcientia. toto tit.de probat.& præſump. ff.l.continuus.137.§.2.ff.de verb. oblig. l.pediculis.34.§.argento.de aur.& argen.lega.cum glo.& l.cum de. & l.procula.ff. de probat. & in eod. iure paſſim. item extra eod.de præſumptio. Alcia.de præſumptio.in 2.& 3.par. Ea quandoq; nomine coniecturæ quandoque ſuſpitionis, aliquando exiſtimationis, aliquando opinionis, alijs interdum nominibus appellari conſueuit, generalibus nonnunquam vel ſpecialibus pro ſubiecta materia, pondereque præſumptionum, quæ non ſunt vnius generis, vel naturæ, quod vtiq; patet ex ijs quæ Cic. Quintil. Ariſto. de locis coniecturalibus tradiderunt, Coniecturæ ijdem ibid & in l.vtrum.48.ff.de donat.inter vir.& vxo. et l.cōtinuus.137.*

§.2.ff.de verb.oblig. exiſtimationis Cic. in epiſto. cum verò ea ſine ſummo amore non potueris, non poſſum exiſtimare plus quemquam a ſe ipſo, quàm me a te amari. In Verr.5. Eum qui hoc fecit auarum poſſumus exiſtimare, & l.labeo ait. §. ſed de iis.ff.de ſupp. legat.l. Diuus.14.ff. de offi.præſid.l.3.§.eiuſdem.ff. de teſti.l. vt vim.ff.de iuſt.& iur. Rurſus c.2.de inuen. ſunt autē aliquæ ſuſpitiones quæ cōmuniter, & ex negociorum & ex perſonarum attributionibus ſumuntur, &c. contra Rullum. hæc a me ſuſpitionibus & coniectura coarguũtur. l. Diuus ff.de offi. præſi.l.abſentem.ff.de pœn. & ita de cæteris, & autoritates & iura in medium perſerre poſſem. Quamobrem quidam, vt Opperus de iuris arte definiuit eam eſſe ſuſpitionem probabilem iuris, vel iudicis, qua creditur id alicui adeſſe vel abeſſe, quod naturaliter, vel vt plurimum adeſſe, vel abeſſe ſolet, quidam, vt Hotomā. de verb.iur. ait eſſe exiſtimationem, quæ ex veriſimilibus argumentis & coniecturis ducitur, alij verbis. alij eam definiũt, vt Azo. Hoſtien. & id genus cæteri. Diſtinguitur vulgò tripliciter in temerariam, probabilem, & violentam, item in præſumtionem iuris, & de iure, necnon iudicis, de quibus vide Alcia. potiſſimùm de præſumptio. Specu. de præſump. par.2. Siman. in Enchi. & ſi lubet Rhetores & Latinos, atq; Græcos, de facti præſumptionibus, an quid ſit factum videlicet vnde coniiciendum nobis Ariſt.1.li. Rhetorico. Accipitur etiam præſumptio pro audacia, quid facientis quod nequit autoritate propria, quaſi id anticipet ante permiſſionem, idq́ue legitur in recentioribus iuribus, vide Alcia. Hoppe. ibidem. Azon. in Brocar. de præſumption. temerariis. Romanorum in homines Chriſtianos Tertullia. in Apologetico.c.2.& 45. potiſſimum. Petrus Vendramenus.

b *Dictu l.1.& Abb.in c.2. de reg. iur. Vmber.in iud.inqui.hoc ipſo ver.nu.12. verſ.in malefactis. Q. M.*

c *Hęc ad literam habes apud Vmber.in Iud.inqui. hoc verb. præſcriptio. numero 22. Q. M.*

d *Et l.ſiue poſſidetis.C. de probatio. limitatur non procedere regulam, quòd de præterito præſumatur in futurum, in iis quę curſu temporis mutantur. Bald. & Salic. per illum tex. in l.ſpadonem.§. qui abſolutus.ff de excuſatio.tut. optimè declarat Anca. in regu. ſemel malus. colu. antepen.& penult. præſertim ante nu.5. verſic. ſequitur de punctb. de reg. iu. in 6. Abb. in c. in pręſentia. nume. 33. verſic. ratio autem de probatio. Q. M.*

e *Vbi plura ad rem addo. Vide etiam Blanc.de indiciis nu.253.verſic. conuerſatio malorum, & iſta facit inditium. Ioan.Franc.ponz.de lamiis.num 89.col. fi. vbi quòd conuerſatio cum hæretico eſt magna præſumtio, Et quòd conuerſatio cum malis faciat inditium ad torturam voluit etiam Hyppo. de Marſi. in prax. crimin.§.expedita nu.93. Quintillia. Mandoſius.*

f *Adde quæ ſupra annotaui ad vocem filij. P. V.*

Priuilegia ſunt.ll.priuatorum & dicuntur quaſi priuatæ.ll.nam priuilegium inde dictum eſt, ꝙ in priuatum feratur, vt tenet Iſido.li.v.de priuile.c.cxviij.[a]

An hęretici poſtquā reuertũtur ad fidem per reconciliationem, recuperēt priuilegium amiſſum propter hæreſim per ſequentem reconciliationē, vide.s̃.mitius.& dicendum ꝙ recuperant, & ſunt melioris cōditionis quā illi qui reuertuntur ab oſtibus.nam ſi de-

deſertor reuertitur ſponte ad ſuos, licèt indulgeatur ei vita, tamẽ in inſulã deportatur, vt. ff. de re mil. l. nõ omnes. §. qui deſertorem, & habetur in glo. c. 1. xxiij. q. vij. in ſumma. gloſ. ſed ego crederem ꝙ hæretici non debent eſſe melioris conditionis, cum magis ſit diuinam quàm humanam lædere maieſtatem, vt in. c. vergentis, de hęreticis. de quo vide infra recõciliatio.

De priuilegijs dotis mulieribus hęreticis nõ præſtãdis. vide ſupra dos. §. de priuilegijs, & ſupra hæreticus. §. hæretici.

Priuilegia catholicis tãtummodo conceduntur, non hæreticis, niſi fuerint reuerſi ad fidem, vide ſupra dos. §. de priuilegijs.

ADDITIONES.

a *Priuilegia ideo ſunt perſonalia, quæ nec ad exemplum trahuntur, quoniã non hoc princeps vult, nã quod alicui ob meritum indulſit, vel ſi quam pœnam irrogauit vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam non tranſgreditur, Inſti. de iur. natu. § ſed & quod. & l. ius ſingulare. ff. de legi. niſi quæ codici inſerta ſunt. & eas enim ſcribit Imperator. C. de nou. Codi. faci. vim generalis conſtitutionis obtinere; vel niſi ſi quis iniquum ius aduerſus aliquem impetrauit, eodem enim iure, is cõtra quem impetratum eſt, quandoque obtinebit, vt decernatur contra impetrantem, ff. quod quiſque iur. Ex his videntur eſſe tria genera priuilegiorum, & per ea a iure communi, & ab inſtitutis maiorũ propter rationem certæ perſonæ recedi, aliter iura ſingularia. l. ius ſingulare, preci. quandoque beneficia vocantur. l. 3. ff. de conſti. ſed non cõtinetur omnes ſpecies appellationis beneficiorum, Exẽpla ſunt. ff. de priui. credi. de iur. immuni. C. de priuil. fiſci. de priuileg. doti. de priuil. dom. Augu. de priuil. Vrb. Conſtanti. corpor. Vr. Rom. item eorum qui in ſacr. pa. mili. ſcolarum item profeſſorum. Priuilegia ſunt iuſſa populi, aut plebis rogante magiſtratu, non generalia neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta vt de imperio Gn. Pompei, de reddit. Cic. nam veteres priua dixerunt, quę nos ſingula dicimus. Gel. li. 10. c. 20. Idem Non. De pęnis atrocius communibus irrogatis Val. max. libro 6. capit. de ſeueritate ſcripſit. Petrus Vend.*

Podagra.

De hac infirmitate vide de conſecra. diſtinc. v. ca. legimus quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, &c.

Priuatio

a Eſt perpetua, & ſuſpenſio eſt ad tempus Bal. in aut. habita. viſ. colum. magna. verſi. ſequitur in litera, C. nẽ filij pro patre.

ADDITIONES.

a *Priuare eſt adimere ſpoliare, notæ ſignificationis, vnde priuatio pro adeptione, & ſpoliatione. Hinc illa regula. eius eſt priuatio, cuius eſt poſitio. l. nolle. ff. de acquir. hęredi. item de priuatione ad habitum non datur regreſſus. Petrus Vendramenus.*

Probationes.

a Nũc videndum eſt quæ, & quales probationes ſufficiant ad probandum in crimine hæreſis, & qualiter fiant.

Et primò dicendum quòd probationes poſſunt fieri multis modis. b pri-

primò ꝓbatur hæreſis ex ipſius cauſæ euidentia, vt quia depræhenditur in ipſo facto erroris, videlicet ſi compoſuiſſet libros erroris, vel prædicaſſet, vel defendiſſet errorem. nam tūc ſuo facto conuincitur, quia euidētia patens ſcelerum probatione non indiget, extra de accuſa. euidentia. & quod ibi nota. vide ſupra credentes, & ſupra libri. ſecūdo modo poteſt fieri probatio per teſtes, vt extra de teſt. c. in omni negocio, & c. accuſatus, de hær. li. vj. §. licèt tertiò probatur per cōfeſsionem. nam per propriam confeſsionem quis conuincitur in delictis, vt C. quo. ap. non re. nam confeſſio dicitur euidentisſima probatio, vt nota. ff. de iure fiſci. l. non intelligitur, in §. tacitè, in glòſſ. ſuper ver. manifeſtisſimis. ex quibus patet quòd tribus [c] probari poteſt. Primo modo verbo & ore proprio. xv. q. vi. c. i. & ii. alijs duobus modis præſumptiuè, videlicet per facti euidentiam. xxviii. diſ. priuſquam.

Item nota quòd leuia ſigna ſufficiunt ad probandum hæreticum. Inno. in c. ſicut de ſimo. Arch. in c. vt officium, de hæret. l. vj.

Item probatur [d] per fugam & contumaciam, vt. iii. q. ix. decernimus, & extra de præſumpti. c. nullus dubitet. quarto modo fit probatio per inſtrumenta. puta ſi aliquis fecerit inſtrumentum quòd ille prædicauit, vel docuit errorem, vel ſimilia fecerit. nam crimina quandoque probantur per inſtrumenta, vt d. l. ii. C. quo. ap. non re. & nota. C. ad l. Aquil. l. contra negantem, & ff. ad Turpil. in ſenatus. his ergo modis fiunt probationes in hoc crimine, vt probant iura prædicta, & vt patet extra de reſtitu. ſpo. & quod ibi nota. per totum ti.

Et ſic dicendum quòd poteſt fieri probatio in crimine hæreſis per diuerſas ſpecies probationis, vt ſupra dictum eſt. & ad eruēdum veritatem poterit procedi ad torturam eius q de hoc crimine impetitur. requiritur tamen quòd præcedant indicia. de quo vide ſupra indicia, & infra tortura.

Supra dictum eſt quòd probatio poteſt etiam fieri per teſtes. ſed dubitatur quot teſtes ſufficiunt & debent interuenire ad hoc vt fiat plena probatio in crimine hæreſis. de hoc vide infra teſtis.

Item ſupradictum eſt quòd poteſt probari etiā [e] iſtud crimē hęreſis per inſtrumentum, vtpote ſi apud quem reperiātur libri reprobatæ lectionis, ſecundùm Archi. & Io. An. in c. filij, de hæreti. lib. vj. ſed ego crederem vltra hoc requiri alias coniecturas, ex quibus iudex īformet animum ſuū. nam poterat accidi quòd illi libri erant in domo ſua eo neſciēte, aut fortè habebat illos libros, vt depræhenderet errores hæreticorum, & non ad illos ſequendos, ſicut hodie faciunt Iudæi, quia apud ſe habent ſancta euangelia, & ſanctos doc. catholicos quærendo quid redarguere poſſint cōtra fidem catholicam, ſuper qđ deberet fieri inquiſitio contra Iudæos, & ſi apud aliquos Iudæos euangelia, vel ſancti docto. inuenirentur, grauiter deberēt puniri ſecundùm canonicas ſanctiones. Et iſto modo poſſet aliquis catholicus habere apud ſe libros continentes errores, non ad illos ſequendum, ſed potius ad cōfundendum, & impugnandū, iuxta text. in ca. qui de menſa, & in §. ſed econtra

tra.xxxvii.diſ. an autem aliàs delictũ probari poſſit per inſtrumentum, re mitto ad gloſſ.ca.cum in eccleſijs, de maio.& obedi.& c.cum in poſitionibus,de iureiu.l.vj.& ibi Io.An.in Mercuria.& p Bar.ĩ l.ſenatus.ff.ad Turpi. & per Bald.in l.contra negantẽ. C.ad l.Aquili.& Salicæ.in l.fin.C.de probationibus.

Nota quòd plenè probat vnus teſtis de veritate cum confeſſione extra iudiciũ facta ſuper exiſtẽtia act⁹, licèt confeſſio incidenter fuiſſet facta.;& ideo ſi per vnum teſtem ꝓbo, quòd tibi mutuaui & per alium probo quòd fuiſti confeſſus mutuum incidenter, iſtæ duæ ſemiplenæ probationes debent coniungi vt plenè probent mutuum, quamuis actor fundauit ſe ſuper mutuo, & non ſuper confeſſione.colligitur ex.c. ſi. de ſuc. ab inteſ.& ibi Ab.in ii.col. & vnus teſtis deponẽs de veritate actus,& duo deponentes de confeſſione illius actus in abſentia partis facta coniunguntur ad faciendam plenam probationem.nota in c.cum cauſam, de probationibus.& nota.Bar.in l.admonẽdi.ff.de iureiu.ex quo infertur, ꝙ confeſſio in abſentia partis facta inducit ſemiplenam probationem,& duæ ſemiplenæ ſ tendentes ad vnum effectum coniunguntur ad faciendam plenam probationem in iudicio, vt in dicta.l.admonendi,& Abbas in dicto c.fi.de ſuc. ab inteſ. vide infra teſtes,in §.teſtes ſingulares. Ideo Prouiſo Solerter.

Etiam poteſt probari crimen hæreſis per prçſumptiones. ſed propter grauitatem præiudicij requirerẽtur. euidentiſſimæ coniecturæ. Nam etiã ſi quodlibet crimẽ probari queat per indicia, vt in l.1. C.de probat.& latè per Io.An.in addi.ſpe.ti.de proba.circa fi.ſed quanto magis crimẽ eſt graue,maiores prçſumptiones,& euidẽtiora indicia requiruntur. ſic probat tex.notabilis cum glo. in dicto c.literas,de prçſumptio.ibi tenet Pa.quòd quando ex præſumptionibus iudicatur temperatè debet iudex pœnam inferre aliquantulum,vt no.Inno.de præſump.veriſimiliter.

Et ſic concluditur quòd probationes in delictis debent eſſe luce clariores,per l.ſciant cuncti. C.de probat. nam ad probandum delictum debet conſtare aut per partis confeſſionẽ, aut per teſtes,vel per inſtrumẽta, vel per præſumptiones violentas,vt probat tex.in c.cum ad ſedem, de reſtit. ſpolia.

Sed quçritur an duæ ſemiplenæ ꝓbationes faciant vnam plenam probationem.Bar.tenet quòd ſic, in l.admonendi.ff.de iureiuran.nam duæ ſemiplenæ probationes etiam diuerſi generis ſimul iunctæ faciunt vnam plenam probationem.ſed adde gloſſ. in ver.veritatem in c.dudum.ij.de electi.de proba.cauſam. Ioann. Calder. in c.veniens.de teſti.gloſſ.iiij.q.iii.§. item ſæpe.do.An.in c.fin. de iureiur. gl.in ver.poſſeſſionis.xvi.q.iii.§. poteſt.ſpe.ti.de inſtrum.edic.§.nunc dicendum,in fi.Et an indiſtinctè ſit verum,vt probationes imperfectæ coniungantur ad faciendam plenam, & perfectam probationem? Nam & videtur quòd teſtes ſingulares nihil ꝓbat in c.cum dilecti, de electi. & c.licèt,de proba. & multa ĩperfecta non faciunt vnum perfectum, vt c. quorundam,cum gloſſ.xxiii.diſtin.ſolutio.aut probationes diuerſæ tendunt

ad vnum,aut ad diuerſa. ſi ad vnum, tūc ſunt commiſcibiles,& ſi ſunt ſufficientes ad iudicis animum ducendum,& inſtruendum,ad plenam credulitatem inducunt,& ad plenā probationem iuxta ea quæ notat Abbas in c. tertio loco, de probationibus, quia ſingula quæ non proſunt, multa collecta iuuant, vt tenet Abbas in c.cum cauſam,de probationibus. Et hoc procedit, ſiue iſtę probationes ſint eiuſdem generis in duobus teſtibus, ſiue ſint diuerſi generis, vt vnus teſtis cum fama,ſ iuxta notata in c.i. de appellationibus,& c.veniens infra titu.proximo, de teſtibus. Et hoc intelligendum in caſu,in quo fama facit ſemiplenam probationem,vt notat Abbas in dicto c.veniens. Idem in alijs præſumptionibus,& adminiculis concurrentibus cum vno teſte de viſu,& pluribus de credulitate,vt hic iſto.c.& probatur etiam in l.iii. ff. de teſtibus.& iiij.quęſti.iii.ſi teſtes, & c. cauſam quę de re iudi.& Abbas in dicto c.tertio loco.

Secundò caſu, ſcilicet cum tendūt ad diuerſa,tunc non ſunt commiſcibiles. exemplum in pluribus teſtibus ſingularibus. Idem videtur, ſi aliqui de confesſione mutui, & non perfectè, vt non coniungantur ad faciendam plenam fidem,quia mutuum,& confesſio ſunt diuerſa,nec tendūt ad faciendum vnum totum , cum ſæpè ſit vnum ſine reliquo. ad hoc quod legitur,& notatur in l.ii.§.i.ff. de excuſatio.tuto.& l.i.C. quando mulier officio tute.fun.poſ.facit dictum ca.licèt, ſupra eo. hæc ſunt de mente Bar. l.i.§.Cornelio.ff.de quæſtionibus. & l.admonendi.ff.de iureiuran. & Calderin.in c. veniens, præallegato.hoc Abbas in c.cum cauſam , de probationibus. de hac materia vide plenè infra teſtis.

Vtrum æquiuoca inducant probationem?& dicendum quòd non,quia hoc nō probat eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.c.ii. de transla. præla.& in l.nec natales.C. de prob.facit quod not.Pa.in c.illud quoque,de præſumpti. vbi datio anuli quandoque deſignat inueſtituram, vt in c.ex ore, de his quæ ſi.a ma.par.capi.quādoq; dationem libertatis l.ii.C. de iure aure. anulo.quandoque contractum matrimonij,in c.fœminæ.xxx.q.v.quādoque eſt ſignum dignitatis, vt in c. clerici officia,de vi.& hone.clerico.& ideo arguere ad vnam ſolùm non valet.facit nota.idem Pa.in c. ſi. de cau. poſ.& propri. vbi dicit quòd cenſus ſolutio non facit probationem ſubiectionis,vt in c.recepimus,de priuile. aliquando ſic, vt in c. omnis anima, de cenſi. & hoc ſecundùm ſubiectam materiam.

Vtrum in criminalibus posſit procedi per veriſimiles præſumptiones? & dicendum quòd non,ſed debent eſſe luce clariores l. ſciant cuncti.C. de probationibus,poſita ii.quæſt.viii.c. i.& v.quæſtio.vi. Epiphanium.fallit in crimine ſimoniæ,& hæreſis,vt in c. cum contumacia, de hæreticis , li.vj. & in l.i.C.de hęreticis.

Probationes quę contra fidem inducuntur, non ſunt demonſtrationes,ſed ſolubilia argumenta. ita dicit ſanctus Thomas.i.parte,quæſtio. i.ar.viii.vide ſupra fides & ibi vide an ſit neceſſe contra negantes fidem probare rationibus, ſicut in alijs ſcientijs contra negantes principia. & vide ſupra diſputare.

Qua-

Qualiter probetur infamia, vide ſupra infamia. & habetur in c. inquiſitionis, in fin. extra de accuſa. & ſpe. ti. de inquiſi. §. nunc tractemus, ver. qd ſi ille.

In quibus admittãtur ad probandum filij, vel hæredes defunctorum hęreticorum, vide ſupra defunctus, & ſupra filij.

An quis teneatur probare titulum ſuę poſſeſſionis, vide ſupra pręſcriptio.

An & quando negatiua poſſit probari, vide ſupra negatiua.

An delictum quod non poteſt probari, debeat iudici denũciari, vide ſupra denunciatio.

An deprehenſio in crimine ſit loco probationis, vide C. de defen. ciui. l. iii.

An ſemel probatum debeat iterum probari, no. de proba. cauſam, in gl. pe. c. fi. in glo. iii.

An probata mala fama contra aliquem, poſſit ipſe probare ſe eſſe bonę famæ? gloſſ. quòd ſic, in ca. cum in tua, de ſpon. in gloſ. fi. quam ſequitur d. Cardi. & dicit eſſe ſingu. adde glo. in c. qualiter, el grande de accu. & per Archi. ii. q. iiii. omnibus, & vide. ii. q. v. presbyter, & ca. ſi mala, & extra de accu. c. inquiſitionis, in fi.

Probatio famę admittitur contra probationem famę contrarię. text. & gloſſ. in d. c. cum in tua, de ſpon. & ibi Ab. in ſecundo notabili. & vide eundem Abb. in c. cum oporteat, in verſ. vltimo quęro, in v. col. & in fin. de accu. & in c. inquiſitionis, in fin. eodem tit. adde Bald. in l. qui accuſare. C. de ędem. & in l. diuus Traianus. ff. de teſ. mi. & Pe. de Anchar. in repeti. c. canonum, de conſtitu. & Bal. in l. ſi tutor. C. de pericu. tuto. & in l. fi. ff. de eden. vbi dixit ſtatuto cauetur, quòd ſola fama ſufficiat contra magnates, cautela eſt quòd magnâs probet contrariam famã, de quo dicto fecit feſtum do. Pe. de Ancha. in d. c. canonum, & do. Barba. in c. i. de appel. & ibi Bal. dicit, Statuto cauetur quòd fãma probet, non intelligitur de fama nuda, ſed de fama legitimis adminiculis veſtita. & allegat Bar. in l. de minore §. tormenta, ff. de quęſtionibus, in fina li. verbis. & vide Bal. in l. proprietatis dominium. C. de proba. & ſic ſecundùm eum valet tale ſtatutum vide ſupra fama.

Negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio, vt ſupra negatiua, quia quod conſiſtit in facto, non poteſt haberi pro infecto, vt ſupra factum.

In crimine hęreſis difficile innocẽtia poſſet probari, cùm in animo conſiſtat hæreſis. niſi eſſet caſus vbi ex aliquo particulari facto, vel dicto illa concluderetur. vide ſupra innocentia.

Nota quòd non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, vt extra de vita, & honeſta. cleri. c. a crapula. concor. ff. de pœnis §. delinquũt, & ff. de re mil. l. omne delictum. §. qd per vnum, & extra in c. ii. de tral. pręla. & in l. neque natales C. de proba. & in l. non hoc C. vnde cogna. Ab. in c. cum dilectus, in ſexta col. in fin. de conſue.

An quis admittatur ad probandũ contra confeſſionem ſuam, notat. ff. ad l. Aquil. l. inde Neracius. §. fin. in gloſſ. fin.

No. quòd probatio ĩ genere facta non prodeſt, quando qualibet ſpecies

cies generis non conſequitur illum ef fectum, ad quem proponitur. & verbum prolatum in genere per teſtes in nullo releuat probãtem: & probatio generalis non declaratur ſecundùm ſubiectam materiam, ſeu intẽtionem articulantis. Ab. in c. in præſentia, in v. col. de probatio.

Vbi actor plenè probat intentionẽ ſuam, debet obtinere, niſi reus eam clarè cõfundat, nec ſufficit quòd red dat eam dubiam. vt videtur text. in c. in præſentia, de proba. facit quod nota. gloſſ. in cle. i. de reſcrip. Ab. in d. c. in præſentia, de probatio.

Probatio famæ, & communis reputationis releuat ab onere probãdi negatiuam illum qui aliàs probare teneretur. vt ſi P. probat quòd M. durãte lite, & tempore ſententiarum pro poſſeſſore habebatur publicè, & notoriè, ſatis exonerat ſe a probatione negatiuæ, attẽta natura materiæ, de qua agitur, quæ non requirit probationes ita exactas, vt nota. ff. de re iudi. l. à Diuo. §. ſi ſuper. Item quia præſumptio faciens pro negante ipſum releuat ab omni onere probandi, vt nota. ibidem Bartol. in illa l. allegat ar. ff. de proba. l. ſcimus poſſidere, cũ ibi notatis, iuncto cum non ſit poſſibile duos inſolidum poſſidere, vt l. ſi vt certo. §. ſi duobus, ff. de commo. & ff. de acquiren. poſ. l. iii. §. ſi ex pluribus. ita non videtur poſſibile eſſe opinionem de poſſeſſione. M. quãdo ſit directè cõtraria oppoſitione, ar. ff. de procu. l. poſt. §. & ſi. & c. de hoc do. de Ro. ſuis nouis deci. deci. cccclxxvi.

Nota quòd quando genus ſimpliciter eſt prolatum, intelligitur a iure ſpeciori ſpecie, optimè facit l. i. §. in perpetuum. ff. ſi ager. vecti. vel emph. peta. & ſi genus proferatur a teſtibus in nullo releuat probantem, ſicut ſi a iure proferretur, vel a iuriſperito. p hoc tex. iuncta glo. in l. i. C. de vſuris. ſecundũ Ab. in c. in præſentia, in quarta cõl. de probatio.

Nota quòd licèt non admittantur defenſores ad excuſandum quem de hæreſi, ſi contra eum laborant legitimæ probationes, & contra probationes non poſſint probare cõtrarium, admittendi tamen ſunt ad probandam corruptionem, vel falſitatem illius probationis, ita quòd concludant illam non eſſe legitimam probationem, quia ſolùmodo a iure excluduntur ad probandũ contrarium directum eius quod probatum fuerat, ſecus autem per hunc modum indirectum ſic determinat Io. An. in nouella, in c. filij. extra. de hæreticis, lib. vi. quem ſequitur ibi Dominicus. vide ſupra defunctus, & ſupra filij.

Non debet accuſator ſumere initium probationum de domo rei, vt habetur in l. de minore. ff. de pœnis.

Qualiter ipſo facto probetur aliquid, vide qui fil. ſunt legit. per tuas. de vita & honeſtat. clericor. cap. vltimo.

An per ſolam deprehenſionem in crimine intelligatur crimen probatum, vide l. di. ſi quis diaconus & c. de his lxxxi. di. presbyter de iudi. cũ non ab homine. de eo qui duxit in matri. ex tuarum. de pœnis, tuæ. ii. quæſti. i. §. quando.

Nota quòd multũ intereſt an probet quis incontinenti, vel ex interuallo. no. ff. de iudi. l. ſi deni. de teſti. ſpem literas. quod intellige, vt nota. Arch. iii. q. i. in ſumma.

An poſſit fieri probatio contra teſtes

ſtes antequam teſtes recipiantur Ab. in c.ex parte, de teſtibus.

Qualiter probetur quòd quis induxit aliquem doloſè ad aliquid faciendum, not. in l.apud Celſum. §.i. ff.de diuer.& tem. præſcrip.in gl.ii.

Nota ꝙ onus probandi transfertur in eum qui ſemel fuit criminoſus vel morboſus, vide ſupra mali.in §.q ſemel malus.

Quis non probatur talis eo quòd tenet, vel gerit ſe pro tali. vide de ſuc. ab inteſ.c.ſi.in prin.

Non dicitur id probatũ, cuius contrarium probat aduerſarius. text. de elec.cum inter.

Non admittitur quis ad probādũ id, quod probatum nõ releuat. de of. dele.cum contingat, & quòd nota.in c. peruenit, qui fil. ſunt legit. & de except. dilecti. de ſpon. ad id quod, text. de cogna.ſpirituali, contracto.

An debeat probari id, quod eſt notorium. gloſſ. xxiiii. quæſtion. i. pudenda.

An contra publicè factum admittatur probatio in contrarium, vide glo.ſi.xv.q.vj.c.i.

Ex vno facto inducitur probatio alterius facti. no.xxviii.di.priuſquā, in gl.fin.

In his quæ dependent ab animo alicuius, ſufficit probare per coniecturas tex.de procu.ſi quem.§.ſecus li.vj. Ideo Prouiſo Solerter.

Vbi vnus actus conſtat ex diuerſis actibus ſeparatis, ſufficit probare primũ, & vltimũ, quia tunc medius præſumitur[h] glo.& doc. de priuile. accedentibus, gloſſ.xvi.quæſtio. viii.c.ii. gloſſ.in ver.mandato, de reſcript. ex parte decani.

Si probo delictum, ſed non circunſtantias deductas in libello,[i] an debeam obtinere. Bar. in l. denunciaſſe. §.quid tamen ff. de adult.

Quis arctetur onere ꝓbandi, quādo actor probat factum, & reus negat formam facti, no.in c.i. ꝙ metus cauſa, in glo.magna.

Sed nunquid inquiſitores tenētur probationes ſuper exceptionibus admittere priuſquam in principali procedant? non videtur, vt extra de iudi. exhibita, ver. volentes, quaſi non iudices, ſed inquiſitores &c. ſed dic contra, vt extra de except. exceptionem, & de ſen.excõ. in præſentia. & in præalle.ver. volētes, non ponitur ius. ſed ibi papa ſe refert ad illud, quòd illi iudices putabant. vide ſpe.ti. de inqui. §.i.ver.ſed nunquid.

Intentio probatur ex qualitate factorum. vide ſupra factum, in §. intē tio probatur.

Intentio alicuius apparet ex coniecturis in Spe.de libel. concept. §.xi. ver.ſed cum ex his.

Qualiter probetur quo animo q̃s fecerit actum, glo. & Bart.in l. Fulcinius §.quod autem.ff. ex qui. cau.in poſ.ea. Oldra.in conſi.ſuo lii. Bart.x. col.de pace iura. fir. ver. item ſacramenta puberum.

Actus dependens ex conſcientia alicuius probatur per iuramentum illius.[k] tex.de excep.paſtoralis. de homicidio, ſignificaſti. de ſent.excom.ſi verò. de elec.vt circa, & c.nulli, lib.vj. qđ eſt verum, niſi ex tali actu ſurgat pſumptio iuris, & de iure.do.in c. vidua, de regula. & niſi in foro contentioſo alteri præiudicaretur, vt nota. doc.in c.I.de homicidio.

Probatio trāsfertur in reum, cum eſt prę́ſumptio cõtra ipſum C.de proba.

ba.ſiue poſſidetis, & extra vt eccleſiaſtica beneficia,in c.vt noſtrũ.de procura.ex inſinuatione. de iureiuran.c. vltim.ff.de do.inter vi.& vx.Quintus Mutius.vide de hoc ſingula. gloſſ. in d.c.vt noſtrum, vt eccleſiaſt. benefi.

Item vbi agitur de probatiõe, vel purgatione conſcientiæ ſtatur iuramento partis.ff.de pœn.l.i. §. ſi quis argentum.

Qualiter probetur crimen oppoſitum alicui,vide gloſſ. ii. quæſtio. vii. ipſi apoſtoli.de accuſatio. ſuper his.

Si ꝓbauero per tres teſtes, vbi duo ſufficiunt,parum prodeſt aduerſario obijcere contra vnum,vel appellare. ita no.Inn.de appel.ſuper eo.

Ex pluribus indicijs fit probatio plena.glo.eſt fin.in l.iii.§.eiuſdem.ff. de teſt.

Factũ plurium perſonarum vt notorium poteſt probari per duos teſtes. gloſſ.ii.quæſtion. i. deus omnipotens.

Qualiter quis probet ſe emendatũ de crimine,vide glo.ii.q.vii.ipſi apoſtoli.de teſti.teſtimonium, & capitu. ſuper.

Dicens ſe talem, vel talem, debet admitti ad probandum, vt l.omnes C.de his qui ve.ęta.impe.ff.qui ſatiſ. co.l. ſi verò.§.qui pro rei ff. de legi. agna.tutel.l.fi.

Probatio ſummaria ante litem cõteſ. fit per iuramentum. & ita ſeruat conſuetudo glo.in aut.de litigio.§.ſi verò.

Quę, & qualis probatio requiratur in cauſis ſummarijs,Bartol.in l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his.ff. de lib.agno.

An per probationes in generali inquiſitione receptas poſſit quis puniri,vide infra teſtis.

No.quòd non debet dari termin⁹ ad probandum non veriſimilia. Bal. in marga.ver.admiſſus, verſi. vi.poſt Innoc.in c.quia,in glo.veriſimile,de præſumptio.

Probatio de eo, quòd eſt impertinens ad cauſam,vel eſt inutile, vel ſuperfluum, non debet admitti. in Spe. de teſte.§.iii.in princ.& v.ver.ſiue ergo:aliàs incipit, ſiue de libe.concep. §.ſi.ver.ſecundùm eſt quòd ponat.& non debet quis admitti ad probandum quod probatũ nõ prodeſt, vt l. ad probationem C.de proba.& c.per tuas,in fi.de ſimo.& hoc debet iudex videre antequam exceptionẽ admittat, & antequã ad probationem partes recipiat,aliàs errat,vt in c.cum cõtingat,& ibi gloſſ.& doc. de of.deleg. & c.dilecti glo.pe.de exc.nam ſi exceptio non patrocinatur excipienti in eo de quo quæritur,talis exceptio nõ obſtat agenti,vt C.de falſis l.ſatis apertè,ſed iudex calumnioſè excipientem poteſt non audire, & ſurda aure pertranſire, vt notat Innocen.de con ceſ.præben.c.poſt electionem,de appel.c.conſtitutus nota Bald.in l.ii.C. ſen.reſcin.non poſ.

Item nota quòd ſi quis accuſatur de crimine,& illud negat in iudicio,ſi conuincitur per teſtes de crimine, nõ admittitur defenſio per accuſatum: ſed iudicabitur factum ſecundũ probata, vt habetur ſtilo l. ci. & habetur fo.legum.

Item quando iudex admittit probationes,quę nõ proſunt, licèt tales probationes probentur, iudex condemnatur in expenſis.ſtilo l.clxxv.

Nota quòd illud ſolùm debet probari,quod probatum proſit probãti,

vt C.de proba.ſi vt proponis.& illud quod ſit verisimile,& non aliud,vt de præſumpti.quia veriſimile. de hoc in Spe.ti.de probati.§.ii. ver. debet quoque illud ſolum. Ex quibus concludo,quòd ſi hæretici ſunt conuicti de hæreſi per teſtes, vel per confeſsionẽ & ipſi hæretici volunt probare ſe feciſſe opera Chriſtianorum,& eſſe catholicos Chriſtianos, quòd ſi teſtes non poſſunt repellere,vel errorẽ confeſſionis demonſtrare, quòd aliæ ꝓbationes non ſunt pro eis admittendæ, cũ non probet hoc eſſe qđ ab hoc contingit abeſſe,vt s̃.dictũ eſt iſta dictione,de ꝓb.§. not. ꝙ nõ ꝓbat hoc eſſe.& hoc põt fundari per.c. filij, vel hæredes,de hęret.l.vi.& ibi Io.An.& vide s̃.negatiuus. §.ſi tñ accuſatus.

Probatio quæ non prodeſt, dicitur impertinens, & non debet admitti.ita dicit Inn.in c.inter dilectos, de exceſ.pla.de of.dele. cum contingat.

Iuramentum dicitur ficta probatio.Bal.in l.iii.C.de procura.

Non poteſt melius probari illud, quod eſt factum in domo quàm per domeſticos,vt C.de repu. l.conſenſu de teſt.veniens,el.ii.

Teſtimonium de auditu proprio, ſeu alieno non probat,vt plenè in l.ſi arbiter.ff.de proba.& l.teſtium,de teſti.& in c.licèt ex quadam, de teſti.& l.ii.§.item Labeo,de aqua plu. arcẽ. cum ſi.ſed an faciat inditium,ſeu præſumptione, quia transferatur onus probandi ad aduerſarium,vt l. diu⁹, & l. ſiue poſſidẽtis.C.de proba.& dic ſingulariter quòd ſic, qđ eſt mirabile ſm Archi.xxii.q.v.hoc videtur.

Nota quòd qui qualitatẽ allegat, illã probare debet.ff.vi bo.rap. l. iiii. §.hoc aũt.ff.de incen.rui.nau. l. i. §. fi.C.de repu.l.conſenſu.§.ſi verò. vide Inn.de fo.com.cum ſit,& vt habetur in c.ſtatutum,el i.de hę.l.vj.in §. nec ſanè. qui dicit qui tales eſſe probãtur.ad hoc de elec.ab e.ti.l.vi.quęro quare debeat ꝓbari ipſos deceſsiſſe in tali peccato? ſo.dicit Io.Mo. ꝙ ratio eſt, quia verba ſunt intelligenda cum effectu, cum perſeuerãtia ſeu continuatione. ff.quorum lega.l.i.§. pe.ff.qui ſatiſ.co.l.quotiẽs. Itẽ ſunt intelligenda ſi res in eo ſtatu perſeuerauerit.ff.de ſol.cũ qs,in prin.xxii.q. ii.nè quis ff.iudi.ſol.ſi aũt.ii.Reſpon. Itẽ poſteriora tẽpora.C.de ſtatu defun.l.ſi mater, & vltima mora nocet ſemper.C. de peri.& cõmo.rei ven.l. iſtud,in fi.Io.An. hęc Dñicus in c.ſtatutũ,el i.de hęreti.li. vj.in §.nec ſanè.

Oĩa ꝓbate, qđ bonũ eſt, tenete.i. ad Theſa.v.xvi. di. ſancta Romana.

Probet aũt ſeipſũ homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat &c. i.ad Corinthios.xi.xi.q.iii.§. euidenter,de conſecra.di.ii. qui celeritate.

ADDITIONES.

a *Probatio laudem, commendationem, approbationem ſignificat, quod ex eius verbo probare, facile planum ſit ex autoritate ſcriptorũ.Ci.in Cato.mihi,& Flacco ne utiquam probari potuit tam flagitioſa,& tam perdita libido l.ſi probatũ. ff.de tute.& ratio. diſtra.& l.ſed & reprobari.ff de excuſ.tuto. Quæ verò probamus argumẽtis vel aliter;vt teſtibus,in ſtrumentisve demonſtrare, vel confirmare.ſeu de eis fidẽ facere ſolemus, hinc probatio pro demonſtratione, confirmatione vel fide ſolet accipi, ſicut hic. Ciceroni, & Quintil. creberrimus in hunc ſignificatum vſus, & ff. & C.de probat. & l.*

3.§.eiuſdem.ff.de teſt.item extra eodem tit.& alibi paſſim in eis. eſt autem probatio vna de ſex partibus orationis, quæ ad inuentionem pertinent, hæc & confirmatio appellatur.Cic.Rheto.1.& de inuen.1.Quint.lib.4.inſtitu. in proœm. & lib.3.de proba.diui.item Cic.in parti.& de orato.li.2.Confirmatio ſic finitur a Cicero. 1. de Inuentio. Confirmatio eſt per quam argumentando, noſtræ cauſę fidem, & autoritatem & firmamentum adiungit.oratio.fides autem eſt firma opinio, vt Cic.videtur in partitio. Ac prima quidem illa partitio ab Ariſt.tradita conſenſum ferè omnium meruit alias eſſe probationes artificiales, quas orator ex cauſa haberet ipſe, & quodammodo gigneret alias, quas in artificiales vocauerunt, & extradicendi orationem acciperet orator.Quin.li.5.c.1.poſt Cic.in 1.de orato. & Ariſto.1.Rhet.Ex priore genere ſunt argumenta, quorum multæ ſunt ſpecies de quib.Quintil.libr.5.c.x. ſcribit ea, inquit Cic. in topi. & parti.aut in eo ipſo de quo agitur hęrent, vel in re ipſa inſita ſunt, aut aſſumuntur extrinſecus, & quę ſint illa ſubiungit, Ex poſteriori genere ſunt ea ſcilicet quę Cic. dicuntur aſſumpta, præiudicia, rumores, tormenta, tabulę, iuſiurandum teſtes, in quibus maxima pars contentionum forenſium conſiſtit, de hac poſteriori ſunt iura de actio. præiudicia.inſti.de acti.§.prępiudiciales. ff.& C.de queſtio.vbi de rumoribus, & fama, & ff.l.3.de teſti.Item de inſtrumentorū fide, de iureiur.de teſtib. Eadem ferè tractantur in ſacro iure eiſdē tit.de priori traditur ff.de præſump.& extra eod. & in vtroque vide ſparſim.repete quę notata ſunt ſupra inditium, de vtriſque in l.3.ff.de teſti.& l.vbi.C.ad l.Corn de Fal.Cic.pro Cluen.in Verr. act.4. & 7. tunc autem nobis aliquid probatum credimus cum putamus ita ſe habere, vt argumentis illis probatum eſt, Ariſt.1.Rhetori.in defini.fidei.ea eſt piſtecs, quod imperatoris reſcripto confirmatur l.3.§. eiuſdem.ff.de teſti.vide Rodol.agrico.de Inuen. noſtri docto. diuidunt etiam probationem in plenam, & ſemiplenam. Petrus Vendramenus.

b Integrum caput xij.Ioan.Calderin.in tracta.hęreti. titu.quot & quib.mo.fiat proba.eſt hic tranſcriptum vſq; ad ver. & ſic dicendum quòd poteſt. Hunc morem noſtri autoris tranſplantandi dicta Io.Calderin.ſecutus eſt etiam Zanchi.eodem tracta. de hęre.fidelius autem,(ſi hoc modo loqui licet) quia Zanchin. eod. titulo eodem cap.num. videlicet xij.eodem prin.eodemq; fine vſus fuit. Quint. Mandoſius.

c Iuxta verba Ioann.Calderin.& Zanchin.vbi ſupra legendum eſt, Et iſta confeſſio ex qua probatur hoc crimen contra aliquem poteſt fieri tribus modis, vno modò verè ore proprio.&c. Q. M.

d Hic eſt ſecundus modus præſumptiuè probandi, qui priori per facti euidentiam ſine vlla interpoſitione continuare debet ſicut ex Calderin. legitur, ſcias hunc §. cum ſuperiori ſecundo vitioſè legi, propterea lege Cald.c.12. P. V.

e Verba integra huius capitis ſeu verſi. inuenies apud Guindiſal.in tract.de hær. c 13.a nu.19.vſque ad nu. 21.pro quibus videre etiam poteris Vmb.in iudi. inqu. in verb.libri.& Siman.in Enchi.tit.39. de libris. Q. M.

f Semiplenæ duæ quòd coniungi debeant ad faciendam plenam probationem communem affirmat Ioan. de ami. de Venaſ. con.73.nu.8.qui declarat vt ibi. In criminalibus quòd non coniungantur ſemiplenæ probationes communem teſtatur Grat.reſpon.47.nu.7.li.2. Diſtinxerunt

aly

alij hoc modo. aut ſunt plura inditia quorum quodlibet in ſua ſpecie perfectum ſit & ſufficiunt ad condemnationem aliàs ſecus, iuxta doctri. Bal. in l. ſi quis ex argentarijs §.1. nu.4. ff. de eden. & hanc communem affirmat Bertran. con.137. in fin. lib.2. in ſecundis. Et quòd probationes diuerſi generis non poſſint coniungi ad condemnandum voluit Alex. con.15. col.5. lib.1. & con.24. col.14. lib.2. Nonnulli dixeunt quòd licèt non coniungantur ad faciendam plenam probationem iunguntur tamen, ad faciendum indicium, argu. l. fin. C. de probatio. Vmber. in iud. inqui. in verb. probatio. nu.8. Iul. verò Clar. ſenten. lib.5 quæſt.63. verſ. tu dic poſitis. reſidet in hac diſti. videlicet, aut agitur de pœna corporali, imponenda, & tunc non debeant coniungi ad condemnādum, aut agitur de pœna pecuniaria imponenda & poſſint coniungi etiam ad condemnandum. Subdit, quòd ſi cauſa eſſet decidenda per principem, vel eius ſuprema conſilia, quòd indicia iungi poſſent ad condemnationem etiam corporalem ſaltem extraordinariam, quod ipſe ſæpiſſimè fieri vidit per ſenatum, et ita ſeruatum fuiſſe per conſilium Neapolitanum refert Grammati. dec. xi. Q. M.

g *Fama cum vno teſte, quòd nō ſufficiat in criminalibus, niſi adſint aliæ coniecturæ vel adminicula iuxta communem ſententiam de qua per Crotum in tracta. de teſtib. nu.102. per D. meum Philip. Dec. con.210. poſt nu.9. & per Iul. Clar. ſenten. lib.5. q.63. ad fi. Q. M.*

h *Extrema probant medium, c. cum eccleſia ſutrina. de cauſ. poſſ. & proprie. Felin. in c licet, col.6. verſic. & nota quòd vbi. de probatis. Abb. in alleg. hic c. accedentibus. poſt nu.6. vbi communem affirmat, probatio extremis poſſeſſionis præſumi media. Q. M.*

i *Puta ſi quis imputetur de percuſſione cum ſanguine, & probetur percuſſio, ſed non qualitas adiecta ſcilicet cum ſanguine an reus debeat in totum abſolui, vel condemnari ſolùm in ea pœna, quæ imponitur pro percuſſione. Bart. in alle. hic. §. quod tamen diſtinguit. Aut qualitas adiecta non facit cenſeri alium factum nec veniat effectum accuſationis propoſitæ, & tunc etiam non probata illa qualitate poteſt ex eo proceſſu ſequi condemnatio. Aut propter illam qualitatem variatur effectus condemnationis qualitate nō probata reus totaliter abſoluēdus venit. Hanc communem affirmat Rom cō.110. cir. prin. & 107 nu.8. Corn. 197. li.2. & con.33. vol.4. & alij relati per Iul. Clar. ſenent. libr.5. quæſtio.63. verſic. quid ſi pro parte. vbi poſtea ſubdit, quòd quicquid ſit de iure, contrarium de conſuetudine ſeruatur, vt ſcilicet reus etiam non probata qualitate condemnetur de principali delicto, de quo conuictus eſt, & ita communiter ſeruari atteſtatur Bal. in l. 2. nu.2. C. de proba. quem referunt, & ſequuntur Anan in c. continentiam. nu.5. de cler. percuſ. & alij relati per Clar. ibidem. Q. M.*

k *Idem ſupra in ver. iuramentum. ver. iuramento alicuius ſtatur, & ibi alios ad idem cito. Q. M.*

Procurator

a Ad reſpondendum īquiſitioni, vel accuſationi de crimine nō admittitur niſi ad confitendū, Bal. in addi. ad Spe. de procur. §. i. ver. ſed nunqd media cauſæ, iūcto ver. in criminalibus. no. in l. q. ſeruū, de inter. actio. & Ang. Are. ī tractatu maleficiorū, ver. Banniat. iiii. col. nō ad negādum. ſed poteſt iudex requirere principalē tanquam melius, de veritate informatū, vt cōpareat, vt inſpiciatur quo vul-

tu,& quo pallore loquatur,quo caſu debet comparere,nec admittitur procurator etiam habens ſpeciale mãdatum, etiã ſi pœna pecuniaria veniat imponenda pro crimine, ſecundùm Bar.in l.ii.§.defendi.C.ex qui.cau.in poſ.ea.& no.in l.fi.& ibi glo. nota.in ver.iuſtiores.C.de procur. & ibidem Bar.in ver.vltimo nota.practicam.& Bar.tenet in d. l. ſeruum quoq; §.publicè,in fi.col. ver. ſed dices quando. & Io.de Im.in l.qui bona.§. qui alieno,de dam.infe.& D.Gemi. in c.i.de iudi.in vi.& ibi Io.de Imo. Ang. in d. l.fi.& in l.ſi actor, de procura. ſed Io. de Im.contra in d.§. ad crimen. qui tenet cũ Sal.in d.l. reos. tu concorda ꝙ reus cogitur comparere,ſi contra eum ſunt indicia, & torqueri poſſit, aliàs non, ſm Pe.de Anch. in d.c.i.& Bal.in d.§.publicè.& ſentit in d.l.fin. & Gand. tenet in tractatu maleficiorũ,in rub. vtrũ procurator põt interuenire in cã criminali.Idẽ tenet Cyn. in l.reos C.de accuſ.Ang.Are.vbi ſupra Bal.in d.l.publicè,vlti.col. Sal.in d.l.reos,& do.Aug. in addi. ad Ang. Are.vbi ſupra, & cum hęreſis cõſiſtat in mẽte illius, qui eã cõmiſit,& cum in proprio facto nullus alius poſſit melius reſpondere pro eo,quàm ipſemet,qui illud fecit,vel cõmiſit,vt ſupra in ver.facto, ideo in hęreſi nullus procurator põt interuenire,ſed neceſſaria eſt ꝓpria cõfeſſio, vel negatio.

Inquiſitores tenentur dare procuratorem delato petenti,vt habetur in xv.inſtructione inquiſitionis.

Item not.ꝙ in cauſa criminali publica,vel priuata non interuenit procurator in agendo, vel defendendo. ff.de publi.iudi.l.pe. extra de procu. tuæ.de accuſ. veniens.in fin.ii.q.vj.ſi quando.v.q.iii.in criminalibus, & c. ſe.iii.q.ix.abſens ii.ar.cõtra ff.de procura.ſeruum.§.publicè.ſol.ibi. itẽ ꝫ. v.q.iii.reos.ſo.ibi.item contra, de dolo,& contu.veritatis. ſo.ibi.& eſt duplex ratio.primò quia ſi interueniret procurator,& ſuccumberet, ipſe condemnaretur qui nõ deliquit.ff.de nego.geſt. liberto, vel amico quod eſſe non debet extra de conſti. cognoſcentes.de his quę fi. a ma. parte c. q̃ſiuit. ſecundò quia id quod amitteret, non poſſet conſequi per actionem mandati contrariam, licèt ſecus ſit in cauſa ciuili, & ſi in criminali non admittitur procurator, nec etiam coniuncta perſona niſi in caſibus expreſſis a iure vt in ſpe.ti.de cõiũcta perſona.§.i.

An ꝓcurator poſſit eſſe teſtis ĩ cã, in qua litẽ conteſtatus eſt, vel duxit ꝓ aliquo.vide ĩ.teſtis §.procurator.

An merè laicus poſſit eſſe procurator epiſcopi in cauſis eccleſiaſticis, & ſpiritualibus?& dicendum ꝙ ſic,vt in c.i.de procura.lib.vj.

ADDITIONES.

a *Procurator eſt qui aliena negocia mandato domini adminiſtrat.vſus autem procuratorum perquã neceſſarius eſt,vt qui rebus ſuis ſupereſſe , vel nolunt , vel non poſſunt, ſaltem per alios poſſint vel agere vel conueniri l.1.ff.de procura. Admonendi ſumus nunc agere poſſe quẽlibet hominẽ aut proprio,aut alieno noĩe,alieno veluti procuratorio , curatorio,cũ olim in vſu fuiſſet,alterius noĩe agere nõ poſſe,niſi ꝓ populo, ꝓ libertate, pro tutela. Præterea lege Hoſtilia permiſſum erat furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reipubli. cauſa abeſſent, quive in eorũ tutela eſſent. Sed quia hoc*

non

non minimam incommoditatem habebat quòd alieno nomine neque agere, neque excipere actionem licebat, ceperunt homines per procuratores litigare, nam & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio itemque aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quo minus rem ſuam ipſi exequi poſſint. Cui autem permiſeris rem tuam agere, aut defendere, is tuus procurator intelligitur. Inſt. de his per quos agere poſſu. Sed hoc non eſt perpetuum. nam habet locum quod diximus in ciuilibus, in criminalibus verò cauſis minimè. l. penul. § ad crimen. ff. de pub. iudi. ſed & id & in ciuilibus quandoque recipit exceptiones, de quibus non eſt hic dicendi locus. Illud tamē admonebo, procuratorum quidam ad lites, quidam ad negocia cętera nō forenſia, quidā ad vtraque, quidam ad vnam, quidam ad plures res conſtitui l. 1. & cæteris deinceps leg. ff. & C. & extra eod. & c. qui generaliter. eodem libr. 6. Procuratorum genera quatuor eſſe ſcribit Paul. li. 1. ſentent. c. 3. ad litem, aut ad omne negociū, aut ad partem negocij. aut ad res adminiſtrandas. de primo Inſ. de his per quos age. po. de ſecundo. in l. verò. 12. ff. de ſolut. & l. nam 13. ff. de pact. l. procurator. 63. ff. de procu. & l. 7. ff. de calum. de tertio l. 3. §. 1. ff iud. ſol. & l. ſed ſi verius. 17. §. pen. ff. de iniu. de quarto in l. ſiquis. 58. ff. de ſolutio. l. 9. § ſi hæres. ff. de lib. lega. l. vl. ff. rem ra. habe. l. etiam. 15. §. ſiquis. ff. de petit. hæredi. quem propriè negociorum geſtorem appellamus, qui non quęſtuario negocio præficitur, nam inſtitor appellatur, qui quęſtuarię negociationi præfectus eſt, l. 5. §. 3. ff de inſti. acti. Procurator verus qui dicatur, vide l. 1. in fin. ff. quod iuſſ. l. 12. ff de ſol l. Pomponius. 40. §. 1. ff. de procura. cæteri autem, qui aliena negocia procurāt abſque domini mandato, vel actores dicuntur, aut Sindici, ſi ab vniuerſitate vel collegio conſtituantur, ff. quod cuiuſque vniuer. nom. & qui a tutoribus, vel curatoribus dantur, l. neque. C. de procu. vel tutores. aut curatores, ſi pupillorū vel adultorum tutellam, curamve gerant, Inſti. de tutel. & de curat. & ff. & C. eod. aut Oeconomi qui res eccleſiæ c. cum ſimus. 9. quæſt. 3. 89. diſt. quia. P. V.

Procurator an & quando in cauſis criminalibus admittatur, & quid ſi veniat imponenda pœna pecuniaria, & quid ſi reus ſit pręſens in iudicio vel ſit carceratus, vide Bart. & alios in l. pen. §. ad crimen ff. de pub. iu. & in l. ſeruum quoque. §. publicè, ff. de procura. Ioan. Ant. Rub. de poteſt. procura. nu. 54. ac 72. & ſequ. Vmber. in Iudi. inqui. hoc ipſo verbo procurator. Nicol. Boſ. in prax. crim. tit. an cauſ. crimina. Iul. Clar. ſent. lib. 5. q. 29. & Siman. in Enchiri. titul. 43. de procurator Q. M.

Profeſſio legis. ſeruanda eſt circūciſio. de quo dictū eſt ſupra, circunciſio.

Prout. Iſta dictio cadit ſuper eo quod pro certo affirmatur, & tunc ponitur aſſertiuè, & demonſtratiuè, ſicut dictio, ſecundùm. c. Abbate, de verb. ſig.

Si verò prout, ponitur in oratione imperfecta, & incerta, & tūc ponitur relatiuè: quādoque limitatiuè: quandoque iuſtificatiuè: quandoque cauſatiuè. c. ii. in fi. de confeſ. in vi. c. veniens, el i. in fi. de teſti. l. præsbyteri, de epiſco. & cleri. l. ii. de his qui latro. cle. i. de for. compe. c. ſi duo. §. fin. de procurato. in vi. & omnino Bal. in l. ędita, in Peruſina, in xxviii. col. in ver. poſt hæc dicamus. C. de æden. & ibi Bar. in xi. colu. in ver. expedita materia.

ria.docto.& Franciſ. de Padua, in l. prout,de ſolutio.&Bart.in extraua. ad reprimendam,ver.prout.Bal.in l. ii.C.de erro. aduoca. in ver. vlterius nota.& in ver. ſed contra hoc ſic oppo.de hac dictione vide in c.ii. de rebus eccle.non alie.libr.vi.in princ.& vide de do.& contu. in c.prout.

Prouiſo Solerter. Supra multis locis tactum eſt de hoc.§. PROVISO SOLERTER. Nunc autem proſequẽdo materiam videamus aliqua circa ea, quæ inquiſitores debent prouidere ſolerter, vt vulpeculas capiant,& cum inter ſollicitudines ſuas hæc debet eſſe præcipua,vt non decipiantur in verbis,& ſophiſticationibus hæreticorum,quibus ipſi in ſuis reſponſionibus vtuntur, vt poſſint euadere a manibus ipſorum inquiſitorum.Et primò dicemus de cautelis, quibus ipſi hæretici vtuntur, Et poſtea dicemus de cautelis inquiſitorum, & qualiter ſe debẽt habere cũ eis,nè decipiantur ab illis.

Primus modus eorum quibus hæretici vtũtur, eſt per verborum æquiuocationem: vt ſi fortè interrogãtur de corpore Chriſti, non reſpondent de Chriſti corpore myſtico. vnde ſi dicatur eis, Credis tu quòd hoc ſit corpus Chriſti?reſpondet ipſe hæreticus,Credo quòd hoc eſt corpus Chriſti,intelligendo de lapide quem videt ibi, vel de ſuo corpore proprio, quod eſt corpus Chriſti, intelligendo quòd omnia mundi ſunt Chriſti, qa dei, qui eſt Chriſtus. Vel ſi interrogatur Credis tu baptiſmum eſſe ſacramentum neceſſarium ad ſalutem?reſpondet,credo. intelligendo quòd ipſe habet credentiam, ſed non intelligit quòd talẽ ſed ſuam,& non de iſto de quo interrogatur,ſed de alijs. Vel ſi interrogatur credis tu, quòd Chriſtus fuit natus de virgine?& reſpõdet firmiter, intelligendo quòd firmitatem habet in ſua mala perfidia. Vel ſi interrogatur,Credis,tu vnam ſanctã eccleſiam catholicam?reſpondet credo in vnam ſanctam eccleſiam catholicam, intelligẽdo de ſua,& ſuorum complicium cõgregatione,quam vocat eccleſiam, & non de eccleſia noſtra,ſemper conuertendo intentionẽ ſuam ad illam partem æquiuocationis quã gerit in mente,& ſic de multis alijs æquiuocationibus.

Secundus modus euadendi,& ſophiſticandi hæreticorum eſt per conditionis adiectionem: Vt ſi interrogetur, Credis tu ordinem matrimonij eſſe ſanctum ſacramentum? reſpõdet,ſi deo placet,ego bene credo, intelligendo quòd deo nõ placet,quòd ipſe hoc credat. Vel ſi interrogetur, Tu credis carnis reſurrectionem? reſpondet,ita ego ſi deus vult,intelligẽdo quòd deus hoc non vult, quòd ipſe credat hoc,& ſic de alijs.

Tertius modus euadendi, & ſophiſticandi hæreticorum eſt per quæſtionis, ſeu ĩterrogationis extorſionem. Vt ſi interrogetur. Credis tu in ſpiritum ſanctum a patre, & filio procedentem? reſpondet,& quomodo vos creditis?& cum ſibi dicitur, nos credimus quòd ſpiritus ſanctus procedit a patre,& filio, & reſpondet hæreticus,Ego ita credo, ſcilicet quod vos credatis,ſed ego non ſic. Vel ſi interrogetur,Credis quòd vſura ſit peccatum?& reſpondet,& quid dicitis vos credendum ſuper hoc?& cum dicitur ſibi, nos dicimus quòd quilibet catholicus debet credere vſurã eſſe peccatum:

catum:reſpondet, Et ſic ego credo, intelligendo ſic, ego quod vos dicitis, & ſic de alijs quæſtionum retorſionibus.

Quartus modus euadendi, & ſophiſticandi hæreticorum eſt per verborum fictam admirationem: vt ſi interrogetur, Credis tu deum omnium eſſe creatorem? reſpondet cũ admiratione turbatus, quaſi quid ergo aliud crederem, nonne ita debeo credere, intelligendo quòd non debet ita credere.

Vel ſi interrogetur, Credis tu dei filiũ incarnatum in vtero virginali? reſpondet cũ admiratione, ò deus meꝰ quare interrogatis me de iſtis? creditis ꝙ ſim Iudæus? Chriſtianus ſum, ſcitote quòd ego credo omnia quæ bonus Chriſtianus debet credere. & ſic de alijs verborum admirationibus.

Quintus modus euadendi, ſeu ſophiſticãdi eſt per verborum tergiuerſationem, vt ſi interrogetur, Credis tu quòd iurare de veritate dicẽda in iudicio ſit peccatum? reſpondet tergiuerſando, credo, quòd qui dicit verum non peccat non dicendo de iuramento, de quo quæritur: ſed dicendo verum, de quo non quæritur. Vel ſi interrogetur, Credis tu quòd omne iuramentum ſit peccatum? reſpondet magnum peccatum eſt iurare in vanum. Vel ſi interrogetur, Credis tu ꝙ Chriſtus poſt mortem deſcẽderit ad inferos? reſpõdet, magna fuit iniquitas Iudæorum, quam habuerunt ad Chriſtum & ſic de alijs verborum tergiuerſationibus.

Sextus modus euadendi & ſophiſticãdi eſt per verborum manifeſtam translationem. Vt ſi interrogetur, Credis tu quòd Chriſtus poſt mortem deſcẽderit ad inferos? reſpõdet, ò domine inquiſitor quantum debet homo cogitare in corde ſuo Chriſti mortem duram: & ego miſer non facio: ſum omniũ pauper propter Chriſtum, & habeo quęrere mihi victum, & ſic transfert ſe ad loquendum de paupertate ſui, vel Chriſti. Vel ſi interrogetur, Credis tu quòd ſi Chriſtus non fuiſſet in cruce lanceatus, quòd adhuc eſſet viuus? reſpondet, magna quæſtio, audiui, quòd fuit de hoc, ſicut & de viſione animarum beatarũ eſt hodie, vos domine ponitis mundum in iſtis quæſtionibus, pro deo dicatis quid tenendum eſt de iſta quæſtione animarũ beatarum, quia nollem in fide errare, & ſic transfert locutionem ad quæſtionem illam. vel ſi interrogetur, Credis tu quòd Chriſtus nihil habuit in proprio, vel communi? reſpondet conuertendo ſe ad circunſtantes ponendo eos in verbis vt ſic euadat pro tunc reſponſionem. & ſic de alijs verborum translationibus.

Septimus modus euadendi, & ſophiſticandi hæreticorum, & pro ſui iuſtificatione, vt ſi interrogetur, Credis tu quòd Chriſtus aſcẽderit ad cœlos? Vel aliàs interrogetur de fide: reſpondet iuſtificãdo ſe, ò domine ego ſum homo ſimplex, & illiteratus, qui in ſimplicitate mea ſeruio deo, & neſcio illas quæſtiones, vel illas ſubtilitates, de facili capietis me, & induceretis me in errorem: ideo non interrogetis me de iſtis. Vel ſi aliàs interrogetur de fide, reſpondet, domine ego ſum homo qui libẽter cogito de deo & cogitarem libentius de ſuis mirabilibus operibus, & fidei articulis, & de

trinitate,& de alijs. ſed poſtmodum occurrunt mihi quædam dubitationes de fide, quę ponunt me in periculo, propter quod nolo nimis cogitare de talibus ſubtilitatibus, nec vel lem etiam audire, & ideo non ponatis me ī iſtis, quia poneretis me in periculo, & errore, quod vitare cupio toto corde.& ſic de alijs eorum iuſtificationibus.

Octauus modus euadendi, & ſophiſticandi hæreticorum eſt per ſui corporis fictam debilitatem, vt ſi interrogetur de fide,& multiplicatis interrogatorijs videat quod nō poteſt euadere, quin deprehendatur in ſua hæreſi,& errore, dicet, ego ſum valde debilis corpore, & non poſſum amplius ſuſtinere, placeat vobis amore dei dimittere me modò. Vel dicet, dolor nimius inuadit me, parcatis pro deo, vado ad lectum, & ſurgens ponit ſe in lecto, & ſic pro tunc euadit, & interim cogitat quomodo reſponbit,& quomodo cautelosè ſe habebit, & ſic de alijs corporis fictis ſubitis paſsionibus, hunc modū frequenter tenent, quando vident ſe debere quæſtionari dicentes ſe infirmos, & quòd morientur ſi quæſtionentur, & mulieres dicūt ſe frequenter pati paſſiones muliebres, vt ſic ad tēpus euadant quæſtiones.

Nonus modus euadendi, & ſophiſticandi hæreticorum eſt per fatuitatis,& imprudentiæ ſimulationem. vt ſi interrogentur de fide dubitātes, nè per induſtriam inquiſitoris in ſuis erroribus deprahendantur, fingunt ſe fatuos,& mente alienatos, ſicut fecit Dauid coram Marchione & reſpondentes rident,& interſerūt multa verba impertinētia,& deriſoria, & fatua & ſic ſuas cooperiunt hæreſes, & errores, vt ſic quaſi iocosè videantur dicere, quicquid dicunt. hunc modū frequenter tenent, quando vident ſe quæſtionandos, vel curiæ ſœculari tradendos, vt per tales falſitates quæſtiones euadant, ſeu mortem,& interdum fingunt ſe continuè dementes, & interdum habere lucida interualla & ſic de alijs ſimulationibus.

Decimus modus euadendi hæreticorum eſt per palliatæ ſanctitatis cōuerſationem. ſunt enim hęretici a cōmuni conuerſatione fideliū, vita, moribus, habitibus,& locutionibus, diſſidentes. nam incedunt vt communiter pedibus denudatis, abſque ſotularibus, vel ſolùm cum ſolis ſotulariū, induuntur exterius deiectis habitib⁹ colore, & figura. aliqui de albo, aliqui de bruno, aliqui mantello, aliqui lōgo, & lato tunicello. cingūtur non corrigia, ſed chorda. aliqui vtuntur capucio dimiſſo ad terrā, aliqui deferunt crines longos, ſecundū eorum ſectarum varietatem. aliqui incedunt vultu demiſſo ad terram, aliqui eleuato ad cęlum, habēt verba humilitatis, & exteriorem apparentiā ſanctitatis, ſicut ſepultura exterius dealbata,& deaurata, quæ interius plena eſt cadaueribus mortuorum. nam interius vt in pluribus pleni ſunt ſuperbia, luxuria, gula, vt ſciūt qui eos nouerunt, propter quam ſpeciem ſanctitatis plurimas inficiunt gentes, & decipiunt. & ſic inquiſitoris iudicium euadunt.

Sequuntur cautelæ, quibus inquiſitores vti poſſunt contra tales hæreticos, ſophiſticos, ad hoc vt non euadant a manib⁹ inquiſitorum.

Prima

Prima cautela inquiſitoris eſt, vt ſi viderit hæreticum vti duplicitatibus verborum in ſuis reſponſionibus, vt pote æquiuocationibus, conditionibus, admirationibus, quæſtionum retorſionibus, adiectionibus, tergiuerſationibus, verborum translationibus, & ſic de alijs eorum cauillationibus, quòd tunc inquiſitor nō permittat in huiuſmodi perſiſtere, ſed conetur per ſua interrogatoria ad propoſitum, de quo intendit ipſe inquiſitor inducere, vt ſi interrogetur, an credat in vnam ſanctam eccleſiā, intelligendo de eccleſia eorum, quæ eſt eccleſia malignantium,[b] interrogetur, illi eccleſiæ, de qua dicit, quis præeſt, & ſi dicat quòd papa, interrogetur vbi moratur pronunc ille papa, & ſimilia, prout via requireret. & ſic de alijs ad propoſitum, de quo quæritur, eum reducendo.

Secūda cautela inquiſitoris eſt, vt ſi præſentiat hæreticum nouiter captum nulli detegere errorem ſuum, quòd poteſt præſentire antequam intret ad eum, per cuſtodem qui loquatur ſibi informando eum quòd dicat inquiſitori veritatem, quia homo eſt miſericors, & ſimilia bona verba. tūc quando de nouo incipit talem examinare quem ſic præſentit velle celare errorem ſuum, loquatur ſibi blandè, ac manſuetè, dando ſibi innuere ꝙ iam ſcit eius factum, dicendo ſibi hæc verba, vel ſimilia in effectu, Videas, ego compatior tibi, quia ſic es deluſus tua ſimplicitate, & perdis animam quadam beſtialitate, & licèt habeas aliquam culpam, maiorem habet qui te de talibus inſtruxit: non facias peccatum alterius tuum, nec facias te magiſtrum vbi fuiſti diſcipulus. dicas mihi veritatem, quia vt vid達is totum negocium ego ſcio, ſed vt gentes te habeant excuſatū & non perdas tuā bonam famam, & vt poſſim te citius, vel ſtatim liberare, & gratiā facere, vt vadas per tuas vias ad domum tuam. quis eſt ille qui docuit te? & ſimilia verba bona ſemper ſine turbatione, & ſupponendo factū eſſe verum, ſed quærendo de circunſtantijs.

Tertia cautela inquiſitoris eſt, vt ſi viderit hæreticum, vel delatum nolle detegere errorem ſuum, & ſemper ſtare in negatiua, ſi ſcit eū per teſtes conuictum, tunc inquiſitor legat, ſeu legi faciat ſibi dicta teſtium ſuppreſſis nominibus, taliter quod cognoſcat ſe conuictum per teſtes, vt non intelligat qui ſunt deponentes, vbi periculum poſſet deponentibus imminere, aliàs explicare poteſt, & facie ad faciem affrontare. vt ſic rubore, & verecundia veritatem fateatur, & præſertim ſi ante induxerit ipſum hæreticum, ſeu delatum ad [c] faciēdum in caſu quo coram eo veniant deponētes.

Quarta cautela inquiſitoris eſt, vt ſi videat hæreticum, vel delatum nolle detegere veritatem, & ſic eum per teſtes non eſſe conuictum, & ſecundùm indicia videtur ei eſſe verum qđ deponitur contra eum, & quando negat hoc, vel illud quod inquiſitor interrogat, accipiat ꝓceſſum, & reuoluat eum in præſentia delati, & poſt dicat ei: clarum eſt quòd non dicis verum, & quòd ita fuit, ſicut ego dico, dicas ergo, quia ego habeo veritatē negocij clarè ſic, vt ille credat ſe conuictum eſſe. & ſic apparere in proceſſu. vel teneat in manu cedulam, vel ſcripturam, & quando delatus hæreticus

ticus interrogatus negabit hoc, vel illud, inquiſitor quaſi abiurās dicat ei. & quomodo tu potes negare, nonne clarum eſt mihi? & tunc legat in cedula ſua, & peruertat eā, & legat, & poſt dicat, ego dicebam verum. dicas poſt quam vides me ſcire, caueat tamen quòd non tantùm deſcendat inquiſitor ad ſpeciem, dicendo ſe ſcire negocium taliter, quòd hæreticus cognoſcat quòd ipſe ignorat, ſed ſtet in genere dicendo, bene ſcitur vbi fuiſti, & cum quo, & quo tempore, & quid dixiſti, & tāgat ſibi aliquod certū quod ſcit ita eſſe. de alijs autem colloquatur in genere.

Quinta cautela inquiſitoris eſt, vt ſi videat hæreticum ſic in negatiua perſeuerantem, fingat ſe longius debere ire, & dicat ſibi, Ego compatior tibi, & vellem quòd mihi diceres veritatē, vt expeditem te, & factum tuū, vt non remaneres ſic captus, eò ꝙ delicatus es, & poſſes leuiter incurrere ęgritudinē, quia habeo recedere a te, & ire vbi ſum valde neceſſarius, & neſcio quando reuertar: nunc āt poſtq̄ non vis fateri veritatem, cum diſplicentia debeo te dimittere in carcere compeditū, vſque ad regreſſum meū, & diſplicet mihi, quia neſcio quando reuertar, & fortè nunc ille incipiet rogare, nè ſic in carcere dimitatur, & paulatim fortasſis aperiet veritatem.

Sexta cautela inquiſitoris eſt, vt ſi videat hęreticum in negatiua taliter perſeuerantem, & non eſſe plenè conuictum, & credat probabiliter errorē ſuum, tunc multiplicet interrogatoria ſic taliter, quòd per multiplicationem articulorum veritas habeatur, quia fortè modò aperiet vnum, modò aperiet aliud, vt varius comprehendatur, quòd ſi veritas non habeatur, habeatur tamen intentus, ſi autē non habetur inde veritas, ſed varietas, tunc quādo in diuerſis varius inuenitur, exponatur ſibi quomodò nunc dixit vnum, nunc dixit aliud, & quòd omnino dicat veritatem exponendo ſibi, quomodo fortasſis oportebit quòd cogatur, & quæſtionetur. quòd ſi dicat, & habetur intentus; ſi nō erit locus quęſtionum, cum alijs indicijs, & de bono conſilio peritorū poterit propter hoc exponi quæſtionibus, & tormentis ad veritatem illis mediantibus extorquendam. hęc autem multiplicatio articulorum non fiat, niſi vbi conſtet de pertinacia magna delati, aliàs non, cum per talem interrogationum multiplicationem præſertim circa eoſdem articulos, & diuerſis temporibus quilibet poſſet induci ad variandum.

Septima cautela inquiſitoris eſt, vt ſi videat hæreticum nullatenus velle reſpondere veritatem, quòd nullo modo tradat eum cautionibus, nec fideiuſſoribus, nec aliàs manulente; nam de cętero a talibus manulentè datis veritas non habetur, imò tunc peiores efficiuntur, malignantur, & procurant multa, propter quæ inquiſitionis officium ad iudicium retardetur.

Octaua cautela inquiſitoris eſt, vt ſi ſic videat hæreticum in negatiua perſeuerantem blandis ſermonibus colloquatur, quò ad cibum, & potū tractet eum humaniter, & procuret quòd aliqui probi viri nullatenus de fide ſuſpecti ad eundem intrent, & frequenter, & diuerſis temporibus impertinentibus eidem colloquantur, & tandem vt confidat de illis, conſulent

lent ſibi quòd fateatur veritatem pro eo, quòd inquiſitor faciet ſibi gratiã, & ponant ſe quaſi mediatores, & inquiſitor intrabit ad finem cum eis, & promittet ſibi facere gratiam, & faciet: nam totum eſt gratioſum quod fit pro conuerſione hæreticorum. Et pœnitentiæ ſunt gratiæ, & medelæ, & vbi delatus petat gratiam, & quòd deteget errorem ſuum, dicatur ei ſic & quòd ampli⁹ fiet ſibi quàm ipſe petet, & quędam verba generalia taliter vt veritas habeatur, & hæreticus conuertatur, & fiat ſibi gratia quòd admittatur ad miſericordiam, ſi ſponte dixerit quæ commiſit.

Nona cautela inquiſitoris eſt, vt ſi videat hæreticũ nullatenus velle prodere veritatem, habeat inquiſitor vnum de complicibus ſuis, ſeu alium, videlicet ad fidem cõuerſum, de quo inquiſitor bene confidere poſſit illi capto non ingratum, & permittat illum intrare, & faciat quòd ille loquatur ſibi, & ſi opus fuerit fingat ſe de ſecta illa ſua adhuc eſſe, ſed metu abiuraſſe, vel veritatem inquiſitori prodiſſe. Et cum hæreticus captus confideret de eo, intret quolibet die, ſolus ad hæreticum captum, illum captum protrahendo in locutiones cum eodem. & tandem fingat nimis eſſe tarde pro receſſu, & remaneat in carcere cum eodem, & de nocte pariter colloquantur, vt dicant ſibi mutuo quæ commiſerunt, illo qui ſuperintrauit, inducente ad hoc captum. & tunc ſit ordinatum quòd ſtent contra carcerem in loco congruo explorantes, eos aſcultantes, & verba colligentes, & ſi opus fuerit, notarius cum eiſdem.

Decima cautela inquiſitoris eſt, vt ſi videat talem ſic captum incipere dicere veritatem, quòd nullo modo dimidiet recipere eius cõfeſſionem, ſed continuet quantùm poterit, nec curet ſi dimittit, ſeu prorogat prandiũ, vel cœnam, ſed inſtet quouſque ille dixerit veritatem, ſaltẽ quò ad principalia. nam per dimidiationes, & interruptiones confeſſionum hęreticorum vbi incipiunt detegere veritatem, frequentius eſt repertũ quòd redeunt ad vomitum, & non aperiũt veritatem, quam aperire inceperant habito conſilio deteriori.

Hæ ſupradictæ ſunt cautelæ quibus inquiſitores poſſunt vti in officio inquiſitionis ad hoc vt veritas extorqueatur ab hæreticis gratioſè abſque tormentis, ſiue alijs ſupradictis, & alijs quæ relinquuntur arbitrio ipſius inquiſitoris, ſecundùm quòd opus fuerit. ideo nè hæretici ſimulata conuerſione redeant fraudulenter, & ſub agni ſpecie lupum gerant, & vt ipſi inquiſitores tales vulpeculas poſſint depræhendere, neceſſarium eſt vt dicatur inquiſitorib⁹ quod habetur, in c. vt officium. §. prouiſo, de hære. li. vi. Ideo Prouiſo Solerter.

ADDITIONES.

a *Vtreque cautelæ videntur ex directo. inquiſi. parte. 3. & 2. membro tranſcriptæ. P. V.*

b *De qua eccleſia malignantium loquitur Sanctus Dauid pſalmo 25. Odiui eccleſiam malignantium, et cum impijs nõ ſedẽbo. & pſal. 62. Protexiſti me a conuentu malignantium, & à multitudine operantium iniquitatem & per Boniſa. de Vital. in Clementin. vnica. ante num. 100. de vſu. Quæ etiam dicitur Sinago-*

ga ſathanæ. Apocalip. capit. 2. Quintil. Mandoſius.

c *Aliàs legitur. Confitendum. aliàs fatendum in Direct.* T. V.

Publicatio [a] teſtium, & concluſio an ſint de ſubſtãtia proceſſus, vide Ab. in c. cũ dilectus, de fi. inſtr. in i. col. & vide ſupra concluſio. circa quod nota, quòd publicatio atteſtationum eſt de iuſtitia, non autẽ de ſubſtãtia, [b] & parti nõ petenti imputãdum eſt, debet enim impetere, & à denegatione appellare, vt in c. cum I. & A. de re iudi. ſi ergo teſtibus non ſcriptis, vel non publicatis feratur ſententia, eſt contra ius litigatoris, non autẽ contra ſubſtantialem ordinem iudiciorum. Ab. in dicto c. cum I. & A. in ii. col. faciat tex. in c. fi. de hæreti. li. vj. vbi dicitur quòd propter ſcandalum teſtium euitandum poteſt quis ſubticere nomina teſtiũ, & etiam ad tempus poſſunt dicta teſtium occultari, vt ſi pars nõ audeat conuenire aduerſarium propter eius potentiam, & interim timetur de teſtium abſentia, vel morte, vt notatur in c. quoniam, vt li. non conteſ. & Io. An. in c. i. de homicidio, li. vj. Ab. in d. c. cum I. & A. de re iudica. in ii. col. vide ſupra concluſio, & ſupra nomina, & infra teſtes & habetur in. xvi. inſtructione inquiſitionis.

An publicatio bonorum extendatur ad futura, vide ſupra bona.

ADDITIONES.

a *Publicatio, ideſt manifeſtatio, & reuelatio, fit quando teſtes fuerant recepti ſecretò, ſecus ſi vtraque parte præſente prout ſolẽt quãdoq; iudices cognoſcendo ſummatim ſecũdùm Bald. in aut. ſi in aliquo. col. 3. verſ. ſed aduerte. C. de edendo. fit ergo publicatio, vt ea facta, poſſint ſcire partes teſtimonia, & eis opponere, ſi poſſunt, & volunt quid opponere. Itẽ per eam datur maior robur atteſtationibus, quia tunc dicuntur in publica monomenta transferri. l. geſta. C. de re iud. Communis tamen cõcluſio eſt, quòd voleat proceſſus ad vlteriora, licèt ea prętermittatur. Maran. in ſuo ſpecu. de proceſſus publica. Quibus caſibus & modis tradatur delato de crimine hæreſis proceſſus, tacitis nominibus vide direct. in 3 par. in 2. memb. tit. prorogantia, & tit. modi. ſex.* Petrus Vendramenus.

b *Publicatio teſtium non eſt de ſubſtantia ſententię, & hęc eſt communior opin. vt per Cur. Iun. l. 2. nu. 50. C. de eden. De publicat. teſtium in materia fidei, Vide Vmber. in Iudi. inqui. hoc verb. publicatio, & in ver. teſtis.* Q. M.

Publicè. [a] Superi⁹ dictũ eſt in litera, abiuratio, in principio huius libri, quòd deprehenſi in hæreſi qui volunt redire ad vnitatem eccleſiæ, debẽt publicè abiurare, & quòd peccata publica publicè debent puniri. Nunc autem circa prædicta quęro quid dicatur publicè fieri? & dicendum quòd illud dicitur publicè fieri quòd omnibus, ſeu pluribus videntibus, ſeu videre volẽtibus ſeipſum exhibet, ſeu demonſtrat. Nam non poteſt dici publicum qđ coram paucis fit dicit Abb. in c. ii. de male. & mathema. matrimonium dicitur clãdeſtinè factum, licèt coram aliquibus fiat, & publicè, cum in facie eccleſię, in conſpectu omnium debeat fieri, vt in c. i. de clandeſti. deſp. item iſtud probatur per alia ſimilia.

nam

nam edictum tunc publicè dicitur emitti, cum affigitur valuis eccleſię, vt in cle.1. de iudi. itaque omnibus videntibus ſeu videre volentibus ſe exhibet, & demonſtrat. ex prædictis ſatis apparet, & detegitur, qualiter ſit intelligendum publicè abiurare, vel publicè fieri. Et non obſtat, ſi aliquando in officio inquiſitionis fuit practicatum ꝙ ſimiles pœnitentes in huiuſmodi crimine hæreſis abiuraſſent ſolùm duntaxat coram iudice, notario, & teſtibus, vt a principio in inquiſitione Hyſpalis factum fuit, & in ciuitate Valentina, in regno Aragonū: quam conſuetudinem ego nō approbo, cum ſit contra ius, & nō valet, niſi eſſet legitimo tempore præſcripta, vt habetur in c.fi. de cōſue. cum alijs ſimilibus. præterea ſi aliquo tempore hoc fuit practicatum illud fuit factum ex gratia eo quòd inquiſitores in ſuis edictis, ita promiſerunt, ſcilicet vt reciperent eos ad abiurationē, per pœnitentias ſecretas, & ſic gratia nō poteſt trahi in conſequētiam per id quòd dixit Io. An. & Ab. ī c. ex parte, de conceſſi. præbendę, & quod notatur in c. ſanè, de priuile. maximè tēpore moderno, in quo nunquam inquiſitores talia promittunt, cum de iure nō poſſint. nec obſtat, quòd prædicta cōſuetudo procedere poſſet de iure, ſicut quidam dicūt, quòd id coram iudice, notario, & teſtibus dicitur publicè fieri, vt dicit gloſſ. in c. exceptionem, de excep. cum alijs ſimilibus. ſed de iure debet dici a cōtrario, ſcilicet quòd illa non dicitur publica abiuratio, quę fit coram inquiſitore, notario, & teſtibus. nam illa glo. & iura quę dicunt, quòd illud quod fit coram iudice, notario, & teſtibus, dicitur publicè fieri, non loquuntur cum adeptione populi, quia aliàs eſt contra etymologiam huius aduerbij Publicè, quæ eſt bona argumentatio, vt in c. forus, de verbo. ſignifi. & contra iura ſuperius allegata, quæ dicunt publicè fieri dici, & proponi, quod fit in conſpectu gentium, & populorum. tum quia illa gloſſ. c. exceptionem, de excep. quæ dicit, quòd publicè dicitur excommunicatus ille, qui eſt excommunicatus per iudicem, coram teſtibus. & notario in iudicio, non adimit, quin poſtea talis ſic excommunicatus, denuncietur coram populo publicè pro excommunicato, vt eſt tex. in c. paſtoralis. de appel. & ibi Abb. & ſic illa glo. fundata per illum tex. c. paſtoralis. probat non verè publicè fieri, quod ſolummodo fit coram iudice, notario, & teſtibus, ſed quod fit per iudicem in iudicio coram populo, ſeu alia multitudine gentiū, nam ſuperfluum eſſet publicè excommunicatum coram iudice, notario & teſtibus iterum denunciare publicè pro excommunicato coram populo, ſi illa excommunicatio ſic, vt prę mittitur facta, poſſet verè dici publicè facta. nam ſuperfluis non eſt vtendum, vt nota in c. ſolitæ, de maiorita. & obedien. Sed ponamus, quòd publicè fieri dicitur, quod fit coram iudice, notario, & teſtibus, Et quod fit etiam per iudicem coram notario, teſtibus, & populo. nonne in hoc caſu in fidei fauorem, & in honorem Ieſu Chriſti debemus aſſumere rē, & eam conſiderare in potiori ſignificato? cū ſi ageretur de rebus profanis, vbi attenderetur fauor, ibi facere deberemus iuxta regulam, odia reſtringi, de regulis iuris, lib. vj. Et ſic in caſu noſtro

ſtro dicendum, nè deterioris conditionis ſit fides catholica, quàm eſſet quilibet alius. facit text. in cap. ſi Iudæus, de Iudæis, & Saracen. cum ſimilibus.

Nunc reſtat videre, qualiter dicatur quis publicè pœnitere? & dicendum quòd publicè pœnitere dicitur, cum quis publicè, & in loco publico incedit, aut nudus cum virgis in manibus, aut veſtitus cum veſte trita, & abiecta in ſignum pœnitentiæ, vt probatur in c. in capite I. diſtin. & in c. fœlicis, de pœnis, li. vi. vnde ibi ille pœnitentiarius incedebat nudus cũ virgis in manib⁹, ſolùm fœmoralia portans. facit etiam ad hoc c. ii. de male. Et antiquis temporibus ita fuit practicatum apud prouinciam Narbonenſem, vbi fuerunt reperti plures hęretici, vt poterit videri per plures determinationes ſuper hoc factas, & ẽt hodie practicatur in inquiſitionibus Caſtellæ, & Aragonum. nam in ſignũ pœnitentiæ incedunt pœnitentes in proceſſionibus publicè per ciuitates cum candelis in manibus per plures hebdomadas anni. & alia publica, & manifeſta faciunt, quæ cedunt in laudem dei, & fidei noſtrę, & in deteſtatione hęreticę prauitatis, & in exemplum plurimorum, vt cęteri videntes caueant, nè in tam graue crimẽ & deteſtabile incidant. nam mali homines ſi non abſtinent a malo virtutis amore, abſtinent formidine pœnæ, vt dicit tex. in c. clericorum, de vit. & honeſt. cle.

Nota quòd cum aliquis dixit aliqua verba, per quæ videatur malè ſentire de fide, debet publicè vbi ſermones dicuntur, recognoſcere, & deteſtari ſuum errorem. circa quod nota. quòd ea quæ malè dicuntur publicè, neceſſaria eſt publica reprahenſio de his. nam Chriſtus nobis præbet in hoc doctrinam, quando Tho. apoſtolus eius dubitauit de reſurrectione, dicendo publicè coram alijs apoſtolis, qui iam viderant Ieſum reſurrexiſſe, niſi videro fixuram clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. & quia publicè dixit ſe nolle credere, publicè fuit reprehenſus a Ieſu redemptore noſtro. nam cum Thomas manus, & latus domini palpaſſet domino ſe præbente dixit ei, noli eſſe incredulus, ſed fidelis, quia qui incredulus eſt, non erit recta anima eius. Abachuch. ii. & Iſa. xxi. qui ĩcredulus eſt, infideliter agit.

Nota quòd malefactores publicè debent puniri, vt l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis, & vii. q. i. deniq;, ver. thuribula quoque.

Item nota quòd iura prohibent, nè Saraceni publicè faciant cœremonias ſuas inuocando publicè nomẽ Mahometi, vel ſimilia faciendo, vt in Clemen. vnica, de Iudæis. hoc tamen non repetitur prohibitũ Iudæis. hoc tenent Matthæ. & Do. Cardi. & Ioan. de Imo. in dicta Clement. vide ſupra cœremonia.

Quid ſit credere illud, de quo eſt publica vox, & fama, vide s̃. Credẽs.

Publicè peccantibus non eſt neceſſaria monitio, ſecundùm illud Apoſtoli primæ Tim o. quinto. peccantẽ coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeât, quòd intelligitur de peccatis publicis, vt ait Auguſtinus de verbis domini.

An ſit licitum diſputare publicè de fide cum Infidelibus, vide ſupra diſputare.

Quod

Quod crimen hæreſis ſit crimẽ publicum, vide ſupra crimen, & ſupra accuſatio.

Locus publicus dicitur, in quo ius reddi cõſueuit. de quo vide infra ſententia. §. fin.

ADDITIONES.

a *Publicè aduerbium à publicus deriuatur, publica dicuntur propriè quorum vſus populi totius communis eſt, quaſi populica. l. 5. ff. de rer. diui. veluti forum campus Martius, Theatrũ, Baſilicæ, Publicum eſt, ait Cic. primo de inuentio. quod ciuitas vniuerſa aliqua de cauſa frequentat, vt ludi, dies feſtiui, bellum, licèt Vlpia. in l. bona. 15. de verbo. ſignifi. ſcribat bona ciuitatis abuſiuè publica dicta eſſe, quia ſola ea publica ſunt, quæ populi Romani ſunt, ad Romanorum enim ſimilitudinem, & quæ in alijs ciuitatibus communia vniuerſorum erant publica dicicepta ſunt. Alcia. in ipſam legem. Quia verò quæ populi ſunt & communia, vel idẽ frequentat, ſunt in omnium conſpectu, non autem latentia, contigit vt publicum per conſequentiam dicatur id quod palã eſt aut fit, velut in conſpectu, & pñtia populi, inde publicum legitur ſubſtantiuè pro publico conſpectu. Cic. in Verr. Acti. 2. In publico eſſe non audet. Idem contra Rullum. lex in publicum proponitur. idẽ Atti. fol. 88. nos publicam propè opinionem ſecuti ſumus. & l. Fulcinius. §. illud. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. ea. ait enim. copiamque ſui faciat in publico. item l. ſatiſque. 19. ff. de in ius vo. aut ex publico conſpiciatur. Inde etiam publicum crimẽ dicitur, quod ad omnium pertinet iniuriam, veluti hæreſis, aiunt enim, Imper. in l. 4. C. de hæreti ac primùm quidem hæreſim volumus eſſe publicũ crimen, quia quod in religionem diuinam committitur in omnium fertur iniuriam. Petrus Vendramenus.*

Purgatio [a] eſt de obiecto crimine innocentiæ oſtenſio, ſecundùm Ray. ſcilicet per iuramentum, vel alio debito modo.

Item purgatio abſoluit ab infamia. Inno. in c. cum dilectus, in gloſſ. ſua in ver. inceſtus, de pur. ca. Bald. in mar. ver. purgat, ver. ii.

Nota quòd purgatio vulgaris, quæ fit per aquam frigidam, vel feruẽtem vel ignitum ferrũ, vel per duellum, [b] firmiter prohibetur, quia ibi tẽtatur deus. ii. q. iiij. Mennam, & c. conſuluiſti, & c. monomachiam.

Item purgatio zelotipiæ quę olim in lege veteri fiebat, modò non obſeruatur. d. q. ii. conſuluiſti.

Alia eſt purgatio canonica, quæ facit ad propoſitum noſtrum. & circa iſtam nota quando, & quomodo debeat fieri, & quibus poſſit indici purgatio, & apud quos debeat fieri.

Primò notandum, quòd indicitur purgatio, quãdo quis eſt infamatus apud bonas, & graues perſonas, ſiue per inimicos, ſiue per alios. ii. q. v. pſ̃byter ſi, & c. omnibus. vi. quæſ. vltim. per totum.

Nota quòd non indicitur purgatio, quando apud viles perſonas quacunque præſumptione quis infamatus fuerit, ii. q. v. omnibus.

Purgatio in manifeſtis, [c] & notorijs non requiritur. xi. quæſtion. iii. curæ ſit. nec oblata ſuſcipitur. nam talis poteſt abſque teſtibus condemnari. ſpe. ti. de abolitio. & purgat. §. ii. in princ.

Canonica purgatio diuerſimodè exer-

exerceretur ī clericis.ii.q.v. per totum.

Propter ſuſpitionē, ex qua oritur ſcandalum, poteſt procedi ad indictionem purgationis. text. de coha. cle.& mulie.cua.de of.ordi.ex parte. Inn.de ſim.ſicut.de pur.ca. ſi quis.ii. tex.eo.tit.c.inter.Arch.ii.q. v. omnibus.gloſſ.de hæretic.excommunicamus.glo.ii.q.i.primo,& in ca.ex literis,de homicidio,in glo.& Pe.de Ancha.in c.vt officium, de hęre.in vi.

An poſſit indici purgatio inquiſito,qui tamen non eſt infamatus, gl. ii.q.v.habet.gloſſ.xxii.quæſ. i.omne. ibi vide.

Infamato de crimine hęreſis indicitur maior purgatio quàm pro alijs criminibus.de pur.ca. inter.vbi enumerantur per doct. alia ſpecialia in indicenda purgatione pro hæreſi.

Antequam iudex procedat ad purgationem indicendam,præfigere debet tempus volentibus accuſare,& ſi nullus appareat,tunc procedat.doc. de pur.ca.ex tuarum.Arch.ii.quæ.v. præsbyter.gloſſ.in cap. inter,de purgat. cano.

Vbi autem debet fieri purgatio?& dicendum quòd vbi quis eſt infamatus,vt de pur.ca.inter.de conſecr. di. ii.ego Berengarius, & debet ibi fieri purgatio,vt ibi moriatur crimē,vbi contingit, & apud quos eſt infamatus,vt in d.c.ego Berengarius, in fin.

Si enim eſt infamatus apud populum, debet ſe purgare in publico coram populo. ſi apud clerum, coram clero, & in vtroque caſu coram iudice,ſi verò defecerit in purgatione,punitur tanquam conuictus, vel confeſſus.hęc Ray.

An in purgatione debeat fieri ſpecificatio criminum,& circunſtantiarum,nota.Inno.de pur.ca.c.fin. vide notata per Do.cardi.Zab. in cle.con ſtitutionem.§. i. de electio. in iiii.q. vbi ſic dicit ad literam. quartò quæro,nunquid in inquiſitione,& purgatione debet fieri ſpecificatio circunſtantiarum?Inno.de pur.can.c.fi.dicit quòd non.quod tenet hic Pau.dicens, quòd etiam in accuſatione de leui crimine, vel notorio nō expedit ſpecificare.ff.de accu.l.leuia. C. de accu.l.ea quidem. quod tenet gloſſ. Inſti.de publi.iudi.in prin.ſed in primo de īquiſitione,& purgatione Iac.Butri.Inſti.de actionibus, circa prin.tenet requiri ſpecificationem. quod tenet Bar. cum quadam limitatione in l.ii.§.ſi publico.ff.de adul. vbi dixit, quòd ſi ſit inquiſitio, vt puniatur inquiſitus fiet ſpecificatio,ſecus ſi fit vt remoueatur ab adminiſtratione, q͞a hæc non eſt pœna, & hoc caſu procedit dictum Inno. & Pau. ſi autem fit, vt ſe purget,& tunc ſi infamia eſt ſpecificata, etiam purgatio erit ſpecificanda,aliàs ſufficit generalis.vide ſupra inquiſitio.§. an in īquiſitione ſit facienda ſpecificatio.

An purgatio canonica ſit indicenda publicè,vel occultè,gloſ. xv. q. v. c.i.glo.ii. q. v. in ſumma Archi. in c. in omnibus.ii.quęſtio. v. & xxiii.diſtinct.illud.

An ad hoc quod indicatur purgatio,ſufficiat ſuſpitio ſolius populi, vide de officio ordina. ex parte.

An hęretico qui fuit tortus, & in tormentis nil confeſſus eſt, vel ſi confeſſus in tormentis, non perſeuerauerit poſtea, an tali ſit indicenda purgatio? & dicendum quòd ſic. de quo infra in litera, tortura. §. ſed notandum.

Vtrum

Vtrum iudex poſſit indicere purgationem illi, quem ipſe ſolus iudex tãtùm habet ſuſpectum? & circa hoc gloſſ.& doct.de offi. ordi.in c.ex parte,& de purga.cano. cum inter, & c. nos inter alios caſus. videtur quòd nõ.de coha.cler.& muli.tua nos. vbi no.in gl.fi.vbi etiam doc.Inn.de accu.qualiter,el.ii.in gl.no.ꝙ hoc,in c. licèt Heli,de ſim.in gl.i.Laud.in Cle. i.de offi.ordi.glo.ii.q.v. omnibus,& ibi no. Archi.

Item quando ſit indicenda purgatio? & dicendum quòd quando quis eſt publicè infamatus de crimine, & conuinci non põt,ſeu ẽt non accuſatur,vt extra de purga.ca.inter, vel ẽt propter aliam criminis vehemẽtem ſuſpitionem, vt in c. inter ſolicitudines.quia tunc ſi non conuincitur iuxta conſiderationẽ ſuſpitionis,qualitatemq́; perſonæ, debet canonicè ſe purgare. ꝙ ſi renuerit excommunicãdus eſt vſq; ad ſatisfactionem condignã: & ſi per annũ in excõicatione ꝑſtiterit,eſt velut hæreticus condẽnandus,vt in c.excommunicamus, lo.i. §.qui aũt,de hær. vbi verò ſuſciperet purgationẽ,& in ea deficeret,tanquã de crĩe conuictus haberi debet:quod in omni crĩe eſt generale,vt in c.inter ſolicitudines,de purgatio.ca. & in c. tua nos,de coha.cle.& mu.

An vbi conſtat de delicto, debeat indici purgatio?doc. ꝙ non de cohabita.cle.& muli.clericos.

Illi tamen qui fuerint ſola ſuſpitione notabiles, ſi nõ ſe purgauerint ad mandatum eccleſiæ, ſunt infames, & banniti, vt in quadam conſtitutione Friderici imperatoris facta cõtra Patarenos.

Non indicitur purgatio diffamato, quando ex oppoſito habet præſumptionem pro ſe,ꝙ delictum non commiſerat glo.no.xxiiii.di. c.i.

Vtrum purgatio ſit ſemper recipiẽda quandocunque infamatus offert eam?& circa hæc no. duos caſus, qui bus non eſt recipienda purgatio, vnus quando crimen eſt notorium, vt ſupra dictum eſt.alter caſus,quando accuſator offert probationem.

Nunc vidẽdum eſt[d] de forma,quæ debeat teneri in dicta compurgatione,cum inquiſitor infamato de hære ſi debeat purgationem canonicã indicere,iux.c.excõicamus.§.adijcim⁹ de hære.Nã primò eps vel inquiſitor ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos, qui niſi ſe ab omni reatu purgauerint,vel ſi poſt purgationẽ exhibitã in priſtinam fuerint relapſi perfidiã, canonicè puniantur,vt d.c. & §.

De materia purgationis an, & qñ indici debeat, plenè habetur.ii.q.v. per totum, maximè in c. presbyter, vbi eſt gl.notabilis,& xv.q. per totũ, in tex.& glo. de purga. cano. cum in iuuentute.

No. ꝙ cum certo numero manuũ debet fieri purgatio,iudicis tamen arbitrio relinquitur ii.q.v. presbyter ſi, & c.omnibus.vide ſupra numerus,& ſupra deficiens.

Et ſic vocatis corã ſe, cum numerus compurgatorum ſit in arbitrio iudicis, quot & quales debeant eſſe, vt de purg.cano.in c.inter. per glo.& doc. & ii.q. v. presbyter ſi a plebe, & ibi gl.& c.omnibus,verſus fi.adde de hæret.ad abolendam §.quia verò,de accu.inquiſitionis,ad fi.glo.& e.ti.cũ P.Manconella.ii.q.v.in ſum.

Item qui & quales debeant eſſe cõpurgatores alicuius,nota.de pur.ca.

cum dilectus,& c.conſtitutus.¶ q.v. ſi mala fama,& c.præterea, in gloſ.& nota. quòd debent eſſe honeſti & vicini, qui conuerſationem ſuam notam tam moderno tẽpore nouerint quã trãſacto,& ordinis ipſius cõpurgandi.Hæc Ray.in ſum.& Abb.in d.c.inter ſolicitudines,de purgat. canonic.

Poſtquam ab inquiſitore dati fuerint conpurgatores ſecundùm qualitatem delicti & qualitatem perſonæ, illi in pñtia iudicis & notarijs, & teſtium iurabunt in forma iuris de credulitate dicenda. &c. & poſtea ipſe, cui indicenda eſt compurgatio,in pſentia ipſorum, qui eũ debent cõpurgare,iurabit in forma ſequenti.

Forma iuramenti perſonæ principalis qui ſe debet purgare, talis eſt. Ego.N. iuro quòd non feci illud, de quo ſum infamatus,vel per me,vel p ſubmiſſam perſonã,cui mandauerim vel conſilium dedi,nec ratum habui, quod meo noĩe fuerit. quidam ẽt volunt addere,nec volui.ſed hoc nõ admitto, niſi de volũtate q̃ prodidiſſet in actũ,q̃ dr̃ cooperatio,vel cõſenſus cooperationis. & ſm hoc dicet,nec cooperat⁹ fui.& q̇dã tñ addũt,nec ſciui,vel ſi ſciui,& ꝓhiberẽ nõ potui.Rai.

Nota ꝙ in compurgatoribus quatuor requiruntur, primum vt debeãt iurare ſm conſcientiam, & opinionẽ eorum,quia credunt illum verum iuraſſe,ſm vt debeant eſſe tolerati ab eccleſia,tertiũ vt ſint bonæ famæ. quartum ꝙ nõ fuerint de criminibus condemnati, requiritur & quintũ, vt habeant notam conuerſationem illius, quem purgare volunt. Abbas in c.cõſtitutus,de purgatione canonica.

Forma purgationis talis eſt. primò indicitur purgatio per inquiſitorem ipſi purgando: ſecundò inquiſitor dat ei numerum compurgatorũ: tertiò ipſe purgandus pręſentatur corã inquiſitore, & præſentat compurgatores corã inquiſitore, quartò ipſi cõpurgatores iurant dicere veritatẽ, quintò examinãtur cõpurgatores ſegregatim per inquiſitorẽ corã notario de notitia compurgandi, de vita præterita,& præſenti. ſextò exhortantur cõpurgatores per inquiſitorẽ, vt ſint attenti, vt audiant ea de quibus compurgandus eſt accuſatus,& diffamatus, & teſtificatus,& ꝙ videant iurare ipſum cõpurgandũ qualiter iurat, ſeptimò recipitur iuramẽtũ a cõpurgando de dicenda veritate corã cõpurgatoribus:octauò leguntur,& ſpecificãtur oẽs articuli ipſi compurgãdo per inquiſitorẽ in pręſentia cõpurgatorũ,& interrogatur cõpurgãdus ſub pręſtito iuramento dicere veritatẽ,ſi fecit,vel cõmiſit,vel dedit cõſenſum oĩbus, aut ſingulis, vel alicui de quibus eſt diffamatus,& accuſat⁹. & ipſe reſpondet in præſentia cõpurgatorum an fecit, vel ne, & facta reſponſione per compurgandum,tunc ipſe cõpurgandus extrahitur a iudicio,& remanent cõpurgatores cũ inquiſitore,& interrogantur ab inquiſitore,ſi aſtiterunt attenti omnibus pdictis, & ſi viderunt qualiter dictus compurgandus iurauit,& qualiter reſpondit nihil feciſſe de omnibus illis, quæ ſibi lecta fuerunt, & compurgatores reſpondet ꝙ bene viderunt oĩa. decimò dantur intelligi per inquiſitorem ipſis compurgatoribus,& cuilibet ipſorum ea q̃ debent iurare circa cõpurgationẽ,quam debent facere,& iurant oẽs cõpurgatores iterũ, & poſtea ſegregatim examinantur, an

an credāt vel ne, ſi compurgādus iurauit bene, vel male. & quilibet per ſe dicit illud, quod ſuper dicto iuramē to credit, vel ne.

Quid ſi purgandus fuerit impeditus, & non potuerit adimplere purgationem.ᶜ vide ſupra pœnitētia. §. q̄d ſi purgandus.

Purgare debet accuſatus ſuam cō tumaciam etiam poſtquam accuſatori fuerit indictum ſilentium, de accuſa. veniens. & ꝙ ibi no.

Compurgatores autem iurabunt poſtquam purgandus iurauit, & iurabunt iſto modo in forma iuris. ſ. ſic, Nos credimus ꝙ ipſe iurauerit verū, vel verū eſſe quod iurauit. Ray. & habetur in c. fi. de purga. can. & c. quotiens, & c. auditum, in gl. & quaſi per totum ti. Et no. ꝙ compurgatores nō debent ſubtiliter examinari. hęc Rai. in ſum. Et quale ſit iuramentum cōpurgatorum, vide glo. ii. q. v. auditū. & de purgat. cano. quotiens, & c. fi. & debent iurare de credulitate, vt d. ca. quotiens, & c. conſtitutus, eo. ti. glo. ii. q. i. multi.

Purgandus verò præſtat iuramentum de veritate ſecundùm formam ſupradictam, vt habetur in d. c. quotiens. fallit tamen vbi materia non eſſet capax iuramenti veritatis. Inn. de purga. cano. accedens. & ſemper debet præſtare iuramentum coram iudice, vt in iuribus ſupra allegatis.

An purgandus iuret, quòd non eſt diffamatus a turba, ſed ab vno tantū qui non plenè probat accuſationem? Archi. ii. q. v. c. iii.

An purgandus teneatur purgare ſuos cōpurgatores, ſi accidit caſus. Io. An. de proba. ad noſtram. Arch. ii. q. v. Mennam.

An purgandus computetur in numero cōpurgatorū. ii. q. v. ſi legitimi.

An purgatoribus poſſit crimē opponi, ſi aliàs tolerantur, & ſunt bonæ famę, vide de purg. ca. conſtitutus, & quod ibi notatur.

An purgatores debeant eſſe eiuſdē ordinis, & conditionis, & ſtatus ipſius purgandi, vide de pur. ca. cum P. & c. conſtitutus, & c. quotiens de teſ. tam literis, ii. q. v. omnibus.

An ſi infamatus non habet, vel nō inuenit compurgatores, ſtetur ſuo iuramēto? gl. i. viii. q. iii. Artaldus, & ii. q. v. presbyter, vel quilibet.

An infamatus poſſit ſe purgare ꝑ fratrem ſuum? & dicendum ꝙ ſic, vt eſt gl. ii. q. v. ſi mala fama.

Accuſatus deficientibus probationibus non cogitur ad purgationem. ii. q. 4. deficiētibus. q̄d limita, niſi cōtra eum laboret publica infamia. de quo plenè in toto ti. de pur. cano. & vi. q. v. actor.

De practica indicendi purgationem abſenti, & contumaci, vide Io. An. de hęre. excommunicamus. i. §. i. de pur. ca. inter.

Quis habet nominare compurgatores, an iudex, vel purgādus, Hu. ii. q. v. ſi mala.

An epiſcopus, vel inquiſitor clericum infamatum de crīe, de quo eū in ſecreto culpabilē inuenit, debeat admittere ad purgationē? no. gl. xv. q. v. presbiter. & not. ꝙ ſi clericus in aure epiſcopi confitetur delictum, & dicit epiſcopo ꝙ nō indicat ſibi purgationem, quia publicè iurabit ſe nō feciſſe, hoc non obſtāte debet nihilominꝰ ſibi indicere purgationē. doc. de coha. cle. & mu. clericos. de conſ. diſt. ii. non prohibent, in glo. ii.

Aeſculapius primus alui purgationem inuenit, Corneli. Cel. de remedi. li. 1. c. 3. idem purgationes quoque, eodem volumine expulit. l. 1. de fonte. l. 1. & 2. de cloa. l. 1. §. deinde. cum ſequen. immundicies autē ſuperflua eſt, in rebus, inde purgare ſuperflua tollere. Hinc in l. 1. ff. de via publica. dicitur. purgare autem propriè dicitur, ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſupereſt, ſignificatio deinde transfertur ad animum cum quis ſe liberum, & quaſi mundum eo crimine cuius ſit reus, per innocentiæ ſuæ ꝓbationem. l. is qui. 5. ff. de publi. iudi. l. ſiquis reum. C. de ſica. l. 1. C. de requi. reis, l. quæ omnia. 25. §. 2. ff. de procura. & l. reum. C. de procura. toto. tit. extra de purga. cano. & vul. purgare quod alibi dicitur innocentiā probare dicitur, in l. maiorem, C. de ſal. Purgatio eſt, inquit. Cic. li. 2. ad Heren. cum conſultò a nobis factum negamus. idem libr. 2 de inuen. Purgatio eſt per quam eius qui accuſatur non factum ipſum, ſed volūtas defenditur, eam Cic. diuidit vtrobique in imprudentiam, caſum, neceſſitatem, quę cuncta poſtea explicat, & definit adiectis exemplis, non enim oportet ſe quem purgare cū factum ab eo non probetur, aut non confiteatur ſe feciſſe reus. Inde etiam in iure purgare moram ſæpe dicitur. Mora traditur culpa eſſe prætermittendi officij in ſoluendo recipiendoue debito, quæ alteri damnoſa eſt. eius fiunt duæ ſpecies quarum vna in debito non præſtando, altera in non recipiendo oblato. purgare moram fertur eſſe re integra contractam ex mora culpam ſic eluere, vt eius omnis pœna vitetur. De mora quando ea fieri dicatur, vide l. ſciēdum 51. cum tribus ſequen. & l. mora 32. ff. de vſu. l. mora. 88. ff. de verb. obliga. l. ſi ita quis. 135. §. ſcia. ff. eodem. de eius purgatione l. interdum. 73. §. Stichi. ff. eo lem l. traiectitiæ ff. de act. & obliga. l. ſed & ſi alia. cum præcedentibus. ff. de conſtitu. pecun. item ff. de arbitris. l. ſi cum dies. 26. §. vlt. cum duab. legi. ſeq. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. itē emendare moram quandoque dicitur, l. ſi ſeruū 91. §. ſequitur. ff. de verbor. obliga. item dicitur per translationem, purgare prouinciam malis hominibus l. 3 ff. de of. præſi. alias diſtinctiones eius hic vide. Petr. Vendramenus.

b *Et duellum eſt omnino prohibitū c. 1. & 2. de torneamen. & tit. ſequen. de cle. pugnan. in du. & nouiſſimè per Conc. Triden ſeſſ. 25. in decre. refor. c. 19. expreſsè prohibetur, & qui locum ad monomachiam conceſſerint, qui cōſuluerint, qui perſuaſerint, & qui pugnā commiſerint excommunicantur, alijsque pœnis plecti debent. Q. M.*

c *Vt in c. cum oporteat. de accuſatio: & quòd indicatur arbitrio iudicum Belam. deciſ. 522. & 748. & quòd tres ſint cauſæ purgationis indicendæ, Roma. con. 35. & circa pleraque de purgatione quæ hic ponuntur videre poteris Siman. titu. 54. de purga. & Vmber. in Iudi. inqui. hoc ipſo verbo purgatio. Q. M.*

d *Formam purgationis canonicę vide in Dirrector. inquiſi. parte 3. in 3. membro. Petrus Vend.*

e *Quod excuſetur, argu. tex. in l. ſi cum ipſe. ff. de excuſa. tut. Calderin. in tracta. hęretico. c. 20. poſt. nu. 4. verſi. ſed quid ſi iſte purgandus fuerit impeditus. Quint. Mandoſius.*

Q*Væſtiones* [a] fidei Chriſtianæ ſi aliquæ oriantur ad papam, & eccleſiam Romanā ſpectant, & ibi determinari debent, vt ſupra concilium, & ſupra papa.

ADDITIONES.

a *Quæſtio eſt inueſtigatio, a quæſtũ ſupino. Plau. Ciſtella. iube domi operirier, nec quęſtioni mihi ſit, ſiquid eum velim, ideſt nè cogar eum quærere, cum verò quid intelligere, vel cognoſcere q̃rimus, dubitare an illud ſit quod inueſtigatur ſolemus, ideo conſequenter quæſtio pro dubitatione & controuerſia, quæ inde naſcitur, accipi ſolet. Vnde Cic. in proœm. 2. de Inuẽ. ait ex Hermogenis opinione, Quęſtionem autem eam appellat ſcilicet materiã, quę habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam ſine certarum perſonarum interpoſitione. Idem eodem lib. Quęſtio eſt, inquit, ea quę ex conflictione cauſarum gignitur controuerſia, hoc modo, Non iure feciſti, iure feci. cauſarum hæc eſt conflictio in qua conſtitutio conſtat, ex ea igitur naſcitur controuerſia, quam quæſtionem dicimus hoc modo. iure ne fecerit? idem lib. 2. Academ. ait, Quæſtio autem eſt appetitio cognitionis, quæſtioniſque finis intentio. Idem in Topi. Quęſtionum duo ſunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum eſt, quod hypotheſim Græci, nos cauſam. Infinitũ quod theſin illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare. cauſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negocijs cernitur aut in omnibus, aut in pleriſque eorum, poſtea ſubiungit. Quæſtionum autem quacunque de re ſint, duo ſunt genera, vnum cognitionis, alterum actionis: cognitionis ſunt, quarum finis eſt ſciẽtia, vt ſi quæratur a naturane ius perfectum ſit an ab aliqua quaſi conditione hominum & pactione. actionis autem huiuſmodi exempla ſunt, ſit ne ſapientis ad rempub. accedere, cognitionis quæſtiones tripertitæ ſunt, cum an ſit, aut quid ſit, aut quale ſit quæritur. Horum primum coniectura, ſecundum definitione, tertium iuris & iniuriæ diſtinctione explicatur. Eademſerè diuiſio quęſtionum fit ab eo, li. 1. de orat. & ſecundo. item in partitio. Ariſtotelicam partionem ſecuto. Quintil. itidem ſecutus vtroſque. Prima ſanè & tertia definitio quæſtionis ad genus infinitum pertinet. ſecunda verò ſpectat ad finitum, Quæſtiones itaque fidei diſceptationes & controuerſiæ de fide videntur eſſe, Et in iure quæſtio quædam facti, quædam iuris dicitur l. idem. 16 ff. de ſta. homi. l. vltim. ff. de iureiur. l. 1 ff. quæ res pig. o l. 2. §. vltim. ff. de dona. facti cum factum ne ſit, aut fiat futurumve ſit quæritur. iuris autem cum quale quid ſit, ideſt iuſtum an iniuſtum, æquum an iniquum, ambigitur, ſicut ex citatis iuris locis. & l. quatenus. 21. ff. de regu iu. & ex Rhetorum ſcriptis allegatis facilè dignoſcitur, quid autem ſit, quid, tertia rhetorũ quæſtio, comprehendi quæſtione iuris exiſtimo, & quæ voluntatis ſunt, vt cùm de teſtatoris volũtate dubitatur, ad facti quæſtionem referri ſciendum eſt, l 3. ff. de au. & argent. lega. l. ſicut. 8. § ſi debitori. ff. quibus mo. pign. vel l. eum qui. 41. & l. triticum. 94 ff. de verb. obliga l. ſeruius. 22. ff. de verbor. ſignificat. Iuris autẽ quæſtiones ad iuriſconſultum pertinent non facti, cùm M. Tull. in Topi. tum præcitatæ leges & iuriſconſulti etymologia teſtantur, An quid verò factum ſit ad oratorem, cum verò non ſolùm facti veritas argumentis inueſtigetur ſed etiam a teſtibus, ẽt per vim & tormenta quandoque ſcrutemur, factum eſt vt & pro tormentorum adhibitione ſumamus, quęſtionem, l. item apud. §. quæſtionem. ff. de iniu. l. inde Neratius. §. ſed & ſi. ff ad l. Aquil. & l. 1. ff. de quæſtio. vnde ſæpe reperimus in iure de habenda quæſtione ſcriptum, de*

cu-

quæſtione habita & conſtituta Cic. copioſè loquentem videas, in Orati. pro Cluen. Item quæſtiones publicæ, pro publicis iudicijs l. 2. ff. de origi. iu. cum an quis ſit in nocens, in eis quereretur id cognoſceretur Bud. in annotatio. P. V.

Quondam. De hoc verbo not. de pigno. cum cõtra. & ibi remis ſiuè. ſpe. [...]it. de inſtru. edi. §. reſtat ad finem & ibi §. ſequenti, ver. quid ſi ita.

Nota quòd iſta dictio, Quondam, ſubauditur in inſtrumentis pro eorũ validitate. gl. in ver. defuncti, & Bart. in l. eius qui, in i. col. & i. oppoſitio. ff. ſi cer. pe. & Butri. & docto. in c. ex parte B. de foro compe. niſi in rebus. vt ſi de vinea, non intelligitur quondam, ſed de ea, quæ de pñti fit vinea. Bal. in aut. hæc amplius, vltim. col. ver. item dixi quòd illa pars. ad primum autem adde ſpe. in ti. de inſtru. edi. §. reſtat, ver. pe. qui incipit, item quid ſi in aliquo inſtrumento, & in §. inſtrumentum, ver. item quid ſi ita, cũ alijs concor. ſignatis per do. Alex. in d. l. eius qui, in ii. col. & ibi per do. Iaſon. limitantem procedere, vbi eſſemus in materia fauorabili, ſecus ſi in odioſa vt ibi per eum.

Quadrageſima. [a] Nota ꝙ in capite quadrageſimæ omnes publicè pœnitentes debent ſe pñtare epiſcopo. l. diſt. in capite. & per conſequentiam hæretici pœnitentes reconciliati in capite quadrageſimæ omnes ſe deberent repræſentare inquiſitori illius prouinciæ cum cedulis ſuorum presbyterorum, demonſtrando ſe poſt reconciliationem, an ambulauerint in tenebris vel in luce, quòd nota.

N[...] a quòd propter neceſſitatem famis licitum eſt vti carnibus in quadrageſima: tamen ceſſante cauſa non debet vti quis carnibus in ieiunijs ſolennibus ſine licentia epiſcopi. & requiritur hæc licentia, vt epiſcopus ſciat diſtinguere inter infirmitatem, & infirmitatem. vbi autem cauſa eſſet vrgens, non delinqueret, qui ſine licentia hæc faceret. Ab. in c. ii. de obſer. ieiuniorum.

ADDITIONES.

a *Quadrageſimam quam hic intelligat qui ignoret eſſe iudico neminem, eſt enim tempus quadraginta dierum, qui demptis Dominicis diebus ſolennia paſcalia reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti proximè præcedunt, ad ieiunium inſtituti: ſunt autem decima totius anni dierum additis quatuor ad ſupplementum quadraginta dierum, vt ſacer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem ſaluator noſter ſacro ſuo Ieiunio conſecrauerat. c. quadrageſima. de conſecra. diſti. 5. ex D. Gregorij hom. 16. in Euangel. vnus aliquando de quadraginta ſignificatur hoc nomine. Plin. lib. 2. c. 8. 42. olimpiade li. 14. c. 20. dicta parte quadrageſima & c. 1. extra. de deci. ſicut quinquageſima dicitur. l. liberto. 21. ff. de ann. lega.* Petrus Vend.

R*eceptatores* hæreticorum. Qui [a] dicantur receptatores? & dicendum quòd illi qui ſcienter recipiunt hæreticos. ar. extra de pœnis. c. fœlicis, in princ. & ff. ad legem Iuli. de adulterijs. l. mariti. §. quæſtum. nam licèt ſecundùm grammaticam videatur notare fre-

Tt 4 quen-

quentiam:tamen iuriſtæ hab[illegible] [illegible]ece ptare pro recipere.ff.de re cepta. l. fi. nam in iure contra rationem diſputandi multa recepta ſunt. ff. ad l. Aquiliam, ita vulneratus. vnde ex his ſcienter receptantibus quidam ſunt in culpa, quidam non. C. de his qui latron. occul. l. i. ſed leges illum innuũt receptatorem, qui receptat, & celat, vt celatus euadat manus iudicis, vt patet. ff. de recep. l. i. & ii. ff. de of. præſi. l. congruit. C. de his qui latro. occul. l. fi. & de his receptatoribus not. Hoſtien. in ſum. huius ti. §. qua pœna. Io. An. hæc Dominicus in ſecunda parte ti. de hęreti. in c. quicunque lib. vi. Et ſic concluditur, quòd illi dicuntur receptatores hæreticorũ qui ſcienter hæreticos receptant in ſuis domibus, & eos occultant, vt ſic illi euadant manus inquiſitorum, vt in dicta l. i. C. de his qui latro. occul. vbi dicitur ꝙ grauius punitur, qui ſcienter receptat, & aſſociat fugientem, quàm qui ſolum latitãtem occultat.

Sed circa hoc quæritur, nunquid qui ſemel tantùm hęreticum receptauit, an propterea cenſeatur receptator, an exigatur quòd bis, vel ſæpius? & dicendum quòd ſufficit hoc, ſcilicet quòd ſemel fecerit,[b] vt ff. de adul. l. mariti. §. quæſtus, ad quod vide in c. fœlicis, de pœnis, lib. vi.

Sed tamen ſi receptatus erat conſanguineus receptãtis, minor erit pęna, vt dictum fuit ſupra de defenſoribus. & licèt aliàs receptatores delinquentium ſi eorum ſint conſanguinei, minus puniantur, vt in l. ii. ff. de recep. hoc tamen non crederem locũ habere in crimine hæreſis,[c] cum pro delicto patris filij puniantur pro tanti criminis atrocitate, vt in l. quiſqs. C. ad l. Iuliam. maieſt. & c. vergentis, extra de hære. & c. quicunque. §. filij. eodem tit. lib. vj. de quo vide ſupra filij, licèt ipſi filij non deliquerunt. quanto magis vbi tales flagitioſiſſimos receptarent, eorum delictis præſumuntur quodãmodo per hoc communicantes. & in hoc vltimo cogita, quia talibus non eſt miſericordia adhibenda, ſi non humiliter petant.

De prædictis autem credentibus, fautoribus, defenſoribus, receptatoribus nota. plenè per Hoſti. in ſum. eodem tit. §. qua pœna, & plenius notat Arch. extra eo. ti. c. ii. lib. vi. in ſuo apparatu. Salua tamen reuerẽtia Archi. illa non fuerunt ve ba ſua, ſed habuit ea, & tranſumpſit appropriãdo ea ſibi ex quadã conſultatione olim data per Guidonem venerabilem papam, qui poſtea fuit Clemens quartus, quæ incipit, quoniam illis. & fuit data inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. & exinde dictus Archi. commentauit illud, vbi plenè diſſeruit de prædictis.

De pœna receptatorũ vide ſupra credentes, & ſupra defenſores, & ſupra fautores.

Quæ pœnę deſcendunt in filios receptatorum, vide ſupra filij.

An accuſatio habeat locum poſt mortem contra receptatores hæreticorum, ſicut habet locum contra hæreticos defunctos, vide ſupra accuſatio.

An denegetur ſepultura receptatoribus hæreticorum, ſicut denegatur ipſis hęreticis, vide ſupra fautores, & infra ſepultura.

Nota quòd illi qui receperunt aliquas dignitates, vel beneficia eccleſiaſtica ad preces hæreticorum, creden-

ntium,defenſorum,fautorum, vel ceptatorum eorum, ſunt ipſo iure priuati.& ſi ea ſcienter receperunt,nō debent in poſterum admitti ad talia vel ſimilia, vt in c. quicunque, extra de hære.

ADDITIONES.

a *Totum hoc caput inuenies apud Ioan. Calderi.in for.proce.con.inquiſi.rub. de hæreti.creden.nu. 14. verſi. tertiò agendum eſt de receptatoribus. Q. M.*

Notan.eſt hoc caput ex Calderin. ca. 6.tit.de recepta.hæreti. & ex autore in nominato cum Calderi.tracta. impreſſo. ex allegato titu.nu.14.fuiſſe conſlatum. Caput autem. Sed circa.cum parte ſequētis,ac caput, De prædictis,de eodem Cal. titu.deſumpta. P. V.

b *Id.Ioan.Calde.in tracta.de hæreti. c. 6.nu.2.Zanchin.tit. de recepta nume.2. Vmber.in Iudi.inqui.in ver.receptatio. nu.5.Camil.Campe. in addi. ad Zanchin. d.cap. Q. M.*

c *Ioann.Calderin.c.4.de defenſo. nume. 3.& c.6. hoc titu.de receptato. concludit iſtos in hoc crimine non excuſari,ſed mitius puniri ratione conſanguinitatis, & affectionis, idem eiſdem cap. eiſdem que nu. & per eadem verbo dixit Zanchin.vbi in additio.ad ipſum Camil.Campeium, plures ad idem citat Vmbert.vbi ſupra.nu.7. verſi. conſanguineus etiam. & Siman.in Enchir.titu.16.de receptato.nu.7.cum ſequen. Q. M.*

Reconciliatio [a] pœnitentium, pertinet ad epiſcopum,& non ad ſimplicem præsbyterum.xxvi.q.vi.ſi iubet,quòd intelligendum de publicè pœnitentibus, & publica reconciliatione,ea. cauſa, & quæſtione, ecce, & c.presbyter incōſulto.adde de of. epiſcopi pulchrū tex.xxxvi.diſ.ſi quis vult.

Et an hæreticus poſſit per hæreticum reconciliari, nota in c. ad abolendam.§.i.l.diſ.de eo tamen. xxiiii. q.i.c.iii.

Omnes pœnitentes debēt pariter reconciliari eccleſiæ ſine acceptione perſonarum .xxvi. quæſtion.vii. ſacerdos.

An ſit reconciliandus hæreticus in neceſſitatis articulo, & a quo, vide Inno.in c.a nobis,de ſen.excommunicationis.

Nota quòd licèt quis non poſſit recipi ad reconciliationem,& abiurationem ſecretam de rigore iuris, vt ſupra in litera,abiuratio, tamen multa permittuntur diſpenſatiuè,vt.i.q. vii.didici.ſed hoc fit quando occultè incidit in hæreſim,& nullus ſciebat illum eſſe hæreticum, & confeſſus eſt coram inquiſitore, vt ſupra abiuratio.§.iii.

Nota quòd licèt quis recōcilietur, non propterea recuperat priuilegiū, quod amiſit propter peccatū,de quo recōciliatur, vide ſupra mitius,& ſupra priuilegium.

An & quando inimicus reconciliatus admittatur in teſtem, vide ſupra inimicus,& infra teſtis.

Quæ ſit forma reconciliandi eos q baptiſmum ab hæreticis ignoranter, ſecundùm tamē formam eccleſiæ receperunt,vide de conſe. diſ.iiii. hi de quibus.

De modo,& forma reconciliationis excōmunicatorum, vide xi.q. iii. cum aliquis. & de forma ſolenniter excommunicati habes xi.q.vl.debēt, & duobus.c.ſequentibus.

Se-

Sequitur modus, & forma recõciliandi hæreticos.

Et primò videndum eſt de ordine, & forma ipſius reconciliationis, quã formam omnes inquiſitores ſcire tenentur. qui ordo talis eſt, vt ſequitur.

Nam primò ipſi reconciliandi venient ex vna eccleſia ordinata proceſſione ad aliam eccleſiam, vbi eſt inquiſitor, qui debet eos in eccleſia expectare cruce præuia. Et quando ipſi reconciliandi veniunt ante dictum inquiſitorẽ flectunt genua. Et tũc inquiſitor ſubmiſſa voce dicet, Adiutorium noſtrum in nomine domini: Et reſpondetur ei, Qui fecit cœlũ, & terram. Et dicet inquiſitor. Sit nomen domini benedictum. Et reſpondetur ei, Ex hoc nunc & vſque in ſœculum.

Illicò dicet inquiſitor ſuper quemlibet, vel quoſlibet reconciliandos.

Exorcizo te immunde ſpiritus per deum patrẽ omnipotentem, & per Ieſum Chriſtum filium eius, & ſpiritum ſanctum, vt recedas ab his famulis, & famulabus dei, quos dñs noſter Ieſus Chriſtus a deceptionibus liberare & ad ſanctam matrem eccleſiam catholicam, atque apoſtolicã reuocare dignetur, ipſe tibi hoc imperat maledicte, dãnate, q pro ſalute hominum paſſus, mortu⁹, & ſepultus, te, & omnes vires tuas ſuperauit, atque reſurgens cœlos aſcendit, vnde vẽturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſœculum per ignem Chriſtus dominus noſter cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat per omnia ſœcula ſœculorum, Amen.

Tunc inquiſitor ſignet eos in frontibus, dicens. Accipe ſignum crucis, atque Chriſtianorum, quod prius acceptum non cuſtodiſti, ſed malè deceptus abnegaſti.

Poſtquam omnes reconciliãdi fuerint ſignati, tunc inquiſitor poſitus ad portas eccleſiæ introducet illos in eccleſia dicendo.

Ingredimini eccleſiam, dei aulam, a qua tantum aberraſtis, ac euaſiſſe vos laqueos mortis agnoſcite, horreſcite omnem prauitatẽ, ſiue ſuperſtitionem hæreticam, iudaicam. colite deum omnipotentem Ieſum Chriſtum filium eius, & ſpiritum ſãctum vnum, verum, & vnum dominũ, ſanctam, & indiuiduam Trinitatem. qui viuit, & regnat per omnia ſœcula ſœculorum. ℟. Amen.

Introducti iam in eccleſia in loco, vbi reconciliandi ſunt, dicat inquiſitor ſuper illos flexos genibus.

Tu autem omnipotens deus has oues tuas de fauce lupi tua virtute ſubtractas paterna percipe pietate, & gregi reforma affluente benignitate, nè de familiæ tuę damno munitus exultet, ſed de conuerſione, & deliberatione eccleſia tua vt pia mater de filio recepto pleniter gratuletur, per Chriſtum dominum noſtrẽ. ℟. Amẽ.

Alia oratio

Deus qui hominem ad imaginem tuam conditum miſericorditer reparas. quem mirabiliter creaſti, mirabilius redemiſti, Reſpice propitius ſuper hos famulos tuos, & famulas, vt quicquid ab eis ignorantia, cæcitate hoſtili, & diaboli fraude ſurreptũ eſt, indulgentia tuæ pietatis agnoſcat, & abſoluat, vt altaribus tuis ſacris recepta veritatis tuæ communione reddantur, per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Subſequenter fiet ſermo ad populum, quo finito inuocetur ſancti ſpiritus

ſtus gratia per hymnum, cantando ſubmiſſa voce.

Veni creator ſpiritus, mentes tuorum viſita, imple ſuperna gratia, quæ tu creaſti pectora. Et dicatur ſubſequenter vltimus verſus iſtius hymni, ſcilicet. Sit laus patri cum filio, ſarcto ſimul paraclyto, nobiſque mittat filius chariſma ſancti ſpiritus, Amen. Hoc dicto dicetur. Kyrieeleiſon, Chriſteeleyſon, Kyrieeleiſon, Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. Amen.

Verſus. Emitte ſpiritum ſanctum tuum, & creabũtur. ℟. Et renouabis faciem terræ.

Verſus. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Sancti ſpiritus domine corda noſtra mundet infuſio, & ſui roris intima aſperſione fęcundet.

Alia oratio.

Deus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodẽ ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

Alia oratio.

Pręſta quæſum⁹ omnipotẽs deus, vt beati Petri martyris tui fidem congrua deuotione ſectemur, qui ꝓ eiuſdẽ fidei defenſione martyrij palmam meruit obtinere, per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Alia oratio.

Eccleſiam tuam, quæſumus domine, pia miſeratione cuſtodi, vt quam beatiſſimus confeſſor, & ſacerdos tuus Ieronymus, a cunctis te præſidiante purgauit hæreſibus, ipſius orationis non deſinas momentis omnibus adiuuare. per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat deus, per omnia ſœcula ſœculorum. Amen.

Quo facto ipſi reconciliandi confiteantur publicè articulos fidei tam diuinitatis, quàm humanitatis. Et inquiſitor dicet eis in modo ſequenti.

Creeis que dios es vno en eſſencia, & trino en perſonas, todo poderoſo, ſin principio, & ſin medio, & ſin fin?

Et quilibet ipſorũ qui reconciliantur, reſpondeat ore proprio alta voce, ſi creo.

Creeis que el padre es todo poderoſo, no criado, ni engendrado, ni fecho? Reſpon. ſi creo.

Creeis qui el fijo es dios, todo poderoſo, eternalmente engẽdrado del padre. Reſpon. ſi creo.

Creeis que el ſpiritu ſanto es dios todo poderoſo, procedente egualmẽte del padre, & del fijo? Reſpõ. ſi creo.

Creeis que eſte dios vno en eſſentia, & trino en perſonas, por ſu propio poderio criò el cielo, & la tierra, & todas las coſas viſibles, & inuiſibles? Reſpon. ſi creo.

Creeis que ſolo dios puede perdonar los pecados, & no otro alguno? Reſpon. ſi creo.

Creeis que todos reſuſcitaremos el dia del temeroſo iuizio en eſtos miſmos cuerpos, & animas, & ſerà dada gloria a los buenos, & a los malos pena perdurable? Reſpon. ſi creo.

Sequantur articuli ſeptem humanitatis.

Vos otros creeis que noſtro ſeñor Ieſu Chriſto fue concebido en el vientre virginal de noſtra ſeñora la virgẽ Maria por ſpiritu ſãto, ſin ayũtamiẽto,

to,& obra de varon? Reſpon. ſi creo.

Creeis que nacio della verdadero dios,& verdadero hōbre, q̄dādo ella virgen ante del parto,& enel parto,& deſpues del parto? Reſpon. ſi creo.

Creeis que en aquella mū disſima meſma carne q̄ tomò de noſtra ſeñora la virgē Maria, fue crucificado, muerto,& ſepultado? Reſpon. ſi creo.

Creeis que la ſu anima iunta con la diuinidat eſtando ſu cuerpo enel ſepulcro deſcēdio alos infiernos & ſacò a Adam & a Eua.& alos otros ſantos padres que eſtauan alli? Reſpon. ſi creo.

Creeis que al tercero dia dela ſu paſionò reſuſcitò,& ſi aiūtò ſu ſantiſſima anima cō ſu ſantisſimo cuerpo? Reſpon. ſi creo.

Creeis que deſpues de ſu reſurrection alos quarēta dias, en tal dia como el dia dela aſcenſion ſubio en ſu propia virtud alos çielos, e eſta ala dieſtra de dios padre? Reſpon. ſi creo.

Creeis que enla fin del mūdo ha de venir aiuzgar los buenos, & los malos, & alos buenos darà gloria, & alos malos pena perdurable? Reſpō. ſi creo.

Quo finito illi qui reconciliantur, abiurāt in forma ſequēti. Abiuratio.

yo Fulano Vezino de tal lugar, de mi libre, & ſpontanea voluntad abiuro,& deteſto, & renuncio, & aparto de mi toda, & qualquier heretgia, en ſpecial eſta de q̄ ſoy infamado, & atteſtiguado, & q̄ he confeſſado de iudeizar, & guardar la ley de Moyſen, & fazer ſus ritus, & cerimonías,& ſolēnidades iudaicas. E cōfeſſo por mi boca cō puro,& verdadero coraçō la ſanta fe catholica, q̄ tiene, & p̄dica,& ſigue, & enſeña la ſanta madre igleſia de Roma,& a q̄lla tengo,& q̄ero tener,& ſeguir & en ella permanecer, & morir, & nunca me apartar della. E iuro a noſtro ſeñor dios,& alos ſantos quatro euangelios, y ala ſeñal de la cruz, de ſtar, & ſer ſubiecto ala obediencia del biē auenturado ſeñor ſant Pedro, principe delos apoſtolos, & vicario de noſtro ſeñor Ieſu Chriſto,& de noſtro muy ſanto padre Innocencio.viii.q̄ oy rige, & gouierna la igleſia,& deſpues del aſus ſucceſſores, E de nūca me apartar deſta obediencia por ningūa ſuaſion, o heretgia.en ſpecial por eſta de iudaizar, & de ſiēpre p̄manecer en la vnidat, & aiuntamiēto dela ſanta madre igleſia,e de ſer en defenſiō de aq̄ſta ſanta fe catholica, e de perſeguir a todos los q̄ cōtra ella fuerē,o venierē,& de los manifeſtar,& publicar, & no me ayūtar cō ellos, ni a ellos. e ſi contra eſto algū tiēpo fuere, o veniere q̄ caya, & incurra en pena de relapſo,& ſea maldito,& deſcomulgado.e pido al p̄ſente notario teſtimonio ſignado de aq̄ſta mi confesſion, & abiuraciō,& alos p̄ſentes ruego que ſean della teſtigos.

Finita abiuratione, dicat inquiſitor has ſequentes orationes, dicendo in forma ſequenti.

Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Domine deus op̄s, p̄r domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dignatus es hos tuos famulos, & famulas ab errore hæreticæ prauitatis, ſiue a Iudaica ſuperſtitione clementer eruere, & ad eccleſiam tuam ſanctam catholicam reuocare, tu domine mitte in eos ſpiritum ſanctum tuum paraclytum de cœlis ſpiritum ſapientiæ, & intelle-

ctus

us,ſpiritum cōſilij, & fortitudinis, ſpiritum ſcientię,& pietatis:adimple eos domine ſplendoris tui lumine, vt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ſigno crucis ſignentur in vitam æternam. ℟. Amen.

Alia oratio.

Præſta quæſumus,omnipotēs de⁹ vt claritatis tuæ ſuper eos ſplendor effulgeat, & lux tuæ lucis corda eorū qui per gratiam tuā renati ſunt, ſancti ſpiritus illuſtratione confirmet, per Chriſtū dominū noſtrū.℟.Amē.

Alia oratio.

Deus cui propriū eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationē noſtram,& hos tuos famulos, & famulas, quos & quas ſentētiæ excommunicationis catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſoluat Præſta, quæſumus, omnipotens deus. dicatur vt ſupra continetur.

Sequitur forma abſolutionis.Preſbyteri,vel religioſi ambulāt inter abſoluēdos cum virgis in manibus eos percutiendo, dum dicitur pſalmus. Miſerere mei,vſque in finem, & gloria patri.

Quo finito dicitur per inquiſitorē Kyrieeleiſon Chriſteeleiſon Kyrieele. Pater noſter. ver. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. ſed libera nos a malo. Amen.

Saluos fac ſeruos tuos, & ancillas tuas deus meus ſperantes in te. ver. Dominus vobiſcum.℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Pręſta,quæſumus, domine his famulis,& famulabus tuis dignum pœnitentiæ fructum, quē peccando amiſerunt, vt eccleſiæ tuæ ſanctę a cuius integritate deuiauerant delinquēdo, reddantur innoxij veniam cōſequendo,per Chriſtū dominū noſtrū. Amē.

Deus cui propriū eſt miſereri ſemper,& parcere. dicatur vt ſupra continentur.

Alia oratio.

Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus,qui hēt plenariā poteſtatē,vos abſoluat,& ego autoritate ipſius,& beatorū apoſtolorū eius Petri,& Pauli,& apoſtolica autoritate mihi coceſſa in hac parte qua fungor, vos abſoluo ab omni vinculo excommunicationis, ī quod incurriſtis, tàm ab homine, quàm a iure ſuper hæreſim, ſiue ſuperſtitionē Iudaicam, quam tenuiſtis, & ſecuti fuiſtis, & reſtituo vos vnitati eccleſiæ,& perceptioni ſacramentorum,& participationi, ſiue conuerſationi fidelium.In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.Amen.

Reconciliatio eſt ad primum ſtatum reſtitutio.ii.q.i. notum ſit.

Item reconciliatio ſolennis in ſcriptis fieri debet.ii.q.i.legum.i.q.vii. ſi qui voluerint.

Nota quòd perſeuerantes in malitia,reconciliari non debent. xxiiii.q. ii.legatur,& c. damnationis. IDEO PROVISO SOLERTER.

Eccleſiæ per ſanguinem,vel fornicationem pollutæ ſunt reconciliandæ.de conſec.diſt.i.ſi motum, & c.ſequenti.

Inno.in ſum.confeſ.q. xiiii. notat. quòd hæretici etiam in extremis agētes non reconciliantur ſine ſolennitate pręmiſſa,ſi adeſt facultas.ſi autem ad eam neceſſitatem venerint, quòd confiteri non valeant, ſi præceſſerūt tamen ſigna pœnitentiæ tunc etiam ſine præmiſſa ſolennitate reconciliabuntur.lex enim quæ aliud ſtatueret, inhumana eſſet. concor. Hoſtie.in c.

a no-

a nobis, extra de ſen. excommun. vbi etiam prædicta tangit Innocent. aduertẽdum quoque quòd licèt etiam cum reuertentibus nõ parcitur quo ad bona, & vitam, non tamen ſunt petita pœnitentię, & euchariſtiæ ſacramenta denegāda, vt in c. ſuper eo, de hæreti. li. vj. vide ſupra bona, & infra ſacramenta.

Supra in litera, miſericordia, dictũ eſt, quòd ſi incontinenti poſt deprehenſionem quis reuertitur ab hęreſi, eſt recipiendus, & reconciliandus, & non aliter, vt in c. ad abolendam, ibi continuò, & confeſtim. non tamẽ eſt ita amarè intelligendum, vt verba ſonant hoc caſu, niſi intelligamus de his contra quos ſententia lata erat, & qui abiurauerunt hęreſim, & poſtea ſunt relapſi, vt in c. ſuper eo, de hęreti. li. vi. ſed eccleſia his quos cõſtat eſſe hæreticos, dilationem dat, & eos admonet vt reuertantur. ita dicit Calderinus in conſil. ii. in fin. ſub titulo de hæretic.

Reconciliatio habet locum vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè vt j. in inſtructionibus inquiſitionis in xii. inſtructione, & ſupra miſericordia.

ADDITIONES.

a *Reconciliatio eſt, reditus in gratiam, vt & eius etymologia confirmat. Cic. de Aruſp. reſpon. & ſignificat ſe illi amiciſſimum eſſe & reconciliationem eſſe gratię factam. idem in Catili. quæ diſenſiones nõ reconciliatione concordiæ, ſed internetione ciuiũ diiudicatæ ſunt. id etiam probatur in c. diſſidentes, cum ſequentibus. 90. diſtin & Inſti. de excuſa. tut. §. inimicitiæ. eſt adhuc reconciliatio pœnitentis c. qui recedunt. & c. his qui. 26. q. 6. Item quoniam per reconciliationem quis reducitur in ſtatum priorem ſumitur pro illa reductione, vel recuperatione ſtatus ex conſequẽtia. Cic. 2. in Verr. in quo reconciliare exiſtimationem iudiciorum amiſſam poſſetis. ita videtur accipi, cum legitur in ſacro iure reconciliatio eccleſiæ. c. propoſuiſti. c. aqua. & c. vlt. de conſe. eccle. vel alta.* T. V.

Recuſans, Abiurare non videtur redire, nec videtur correctus. & ideo tanquàm hęreticus eſt dānandus, vt dicto c. ad abolendam §. laicus, & c. excommunicamus. §. ſi quis non ex his, eo. tit. vide ſupra abiuratio, & ſupra pœnitentia.

Item ſi quis recuſat adimplere reſtitutionem pœnitentiæ ſibi iniunctæ de his quę manifeſtè debentur, inquiſitor poterit procedere contra eũ tanquam contra deficientem in purgatione, vt extra de pœnis, in c. quicquid, circa finem, & in c. accuſatus. §. de quæſtionibus, de hær. l. vi.

Recuſans adimplere pęnitentiam ſibi iniunctam per inquiſitorem qualiter puniatur, vide ſupra deficiẽs, & ſupra purgatio, & ſupra pœnitentia.

De pœna poteſtatum ſæcularium recuſantium dare auxilium, fauorẽ, vel conſilium pro officio inquiſitionis, vide ſupra carcer, & ſupra inquiſitor.

Rediens. a Supra viſum eſt de illis qui recipiuntur ad miſericordiam. Nunc videamus an redeuntes ab hęreſi, ſint indifferenter admittẽdi, & an propter hoc euadant pęnas a iure ſtatutas. & circa hoc Arch. in c. vt commiſſi. §. necnõ. de hęre. libro vi. dicit quòd illi qui veniunt infra tempus gratiæ, licèt enim fue-

fuerint moniti, nō tamen ſunt coacti ſi a nemine ſunt præuēti, ad quod bene facit. ff. ad Tertu. l. i. §. mater, cum ſequen. & ipſe tenet quòd etiam poſt tempus gratię admittendi ſunt re integra: vt pote quia aliquis non fuit perſonaliter requiſitus, nec etiam cō tra eum probationes ſunt receptę. ad hoc de pręben. ſi tibi abſenti, libr. vj. Qui tamen poſt prædicta tempora venerit, indignus eſt venia, licèt errorem detegat, & remittit ad notata in l. i. C. de his qui latro. oc. & ſic recitando ipſum tranſeunt, Io. An. & Domi. ibi. & nota. quòd iſtud quod dicitur de tempore gratię, innuitur ex quadā conſuetudine quàm ſolent dare inquiſitores hæreticæ prauitatis, quia vt prędiximus, ipſi īquiſitores in principio ſui officij prēmittunt ſermones ad populos, vbi habent inquirere de fide catholica differentes, atque admonentes omnes hæreticos vt recognoſcentes errorem ſuum ad fidem catholicam conuertantur, quæ tanquā benigna mater nulli claudit gremium redeunti, quos benignè recipiet. & ſolent præfigere certum terminum infra quem iſti qui culpabiles ſe inuenerint poſſint redire immunes a pœna corporali cum retentione bonorum. & iſtud tale appellatur tempus gratię. ſed Hoſtien. in ſum. tit. de hęreti. in §. qualiter deprehendatur ſentit apertè quòd antequam ſit conuictus de hæreſi, quandocunque admittitur confitens errorem ſuum, & volens reconciliari, etiam ſi timore probationum confiteatur, dummodo iudex videat ipſum contritum, & ſperet de eius conuerſione. Io. An. in c. excommunicamus, lo. i. §. damnati, eodem ti. in quadam apoſtilla ſentit quòd nedum antequam ſint conuicti, imo etiam poſtquam ſunt condemnati, poſſunt redire, & euadere pœnam mortis. & idem ſentit glo. nota. in c. pe. eodem tit. ſed hoc ego non credo poſſe bene fundari, quia in contrarium facit tex. in c. ad abolēdam. §. i. eo. tit. vbi in d. tex. videtur requiri, quòd incontinenti redeant, & ſpōte. nam poſt damnationem non vidētur redire ſponte, niſi timore pœnæ imponendæ, & poſt probationes videntur redire timore probationum, vt innuit ibi ille textus, quòd ad hoc quòd: edeuntibus ad fidem reuocetur pœna mortis, iſta requirūtur, ſcilicet quòd incontinenti redeant, & ſponte abiurent, & ſi vult cōuerti, & non venit incontinenti, nec ſponte, quia videtur timore probationum feciſſe. Zab. & Do. Cardina. in Cle. ad noſtram §. pe. eodem tit. tenet quòd ſi poſtquam negauerunt, ſunt conuicti, & volunt redire, quòd non admittantur ad huiuſmodi reuocationem erroris ad finem euadēdi pœnam corporalem. ſed Pa. in d. c. excommunicamus §. damnati, ſequitur opi. quā Io. An. ibi tenuit in apoſtilla, de qua prædixi. & pro ea adducit tex. in c. accuſatus, de hæreti. lib. vj. vbi relapſis duntaxat non parcitur, ſemel ergo lapſis, licèt ſint cōdemnati, parcēdum eſt, ex quo volunt ad fidem redire, dicit tamen quòd iſta opinio apertè nō probatur iure imò poſſet defendi cōtrarium, quia dictum §. dānati, nullam indulgentiam dat damnatis. & c. ad abolendam, vult quòd ſtatim, & ſponte redeant, vt dictum eſt, & c. penul. eodem tit. loquitur de deprehenſis. & non cōdemnatis. ſed dicit quòd alia opinio tanquam mitior eſt ſequen-

quenda.ar.regulæ odia.de reg.iur.li. vj.& ad c.ad abolendam,ſatiſ colora tè poſſet reſponderi,quòd ſatis incon tinenti dicitur redire, ſi nullam dilationem expectat,nec pœnæ impoſitio nem,vt l.diſtint.ponderet.Vel poteſt dici ſecundùm eum , quòd aut ſunt condemnati,de hæreſi, ſed adhuc nõ ſunt traditi curiæ ſœculari,& tũc habet locum pœnitentia. aut ſunt traditi curiæ ſœculari, & tunc non habet locum pœnitentia.nam tunc non dicitur propriè venire ſpontè,nec incõ tinenti.ſed in hac opinionis varietate dici poſſet, quòd vbi ad ſentẽtiam eſſet proceſſum contra hæreticum, nullomodo eius conuerſio eſſet admittenda ad effectum euadendi pœnam mortis. & pro hoc induco text. in d.c.penultim.§.damnati, de hære tic. iuncto.§.ſi qui autem.nam in §. damnati diſponitur de damnatis per ſententiam, vt tradantur curiæ ſœcu lari,ſequitur ſtatim. §. ſi qui autem. vbi text.loquitur de deprehẽſis in hęreſi,non tamen de condemnatis, qui ſi redirę voluerint, euadẽt pœnã mor tis.tamen perpetuo carceri ſunt man cipãdi. hoc autem probatur per tex. in c.vt commiſſi,eodem ti.lib.vj. vbi ſolùm conceditur facultas mitigandi,vel mutandi pœnam his qui mandatis inquiſitorum obedientes fuerint, dum in carcere, vel muro reclu ſi fuerunt,ſecus enim in his,qui in pertinacia perdurant, quouſque de crimine fuerunt condemnati. præterea ſuperius, diximus cum regula iuris ſit quòd pęnam iam illatam per ſententiam nullus poſſit ſine principis autoritate relaxare,& in hoc caſu regula non reperitur violata, excepto caſu prædicto dicti.c.vt commiſſi.ergo non debemus hoc extendere ad non expreſſum.vbi tamen ad cõdem nationem non eſſet proceſſum,etiam ſi eſſet per teſtes, vel alias probationes de hæreſi conuictus,ſatis credere redeuntem admitti debere. pro quo facit tex.in c.ad abolendam,quem ſupra induximus.quia debet ſuppleri per tex.in d.ca.accuſatus. & hoc non eſt nouum, quòd priores leges trahãtur ad poſteriores,vt l.nõ eſt nouum. ff. de legi.prouidendum tamen eſt cautè vt iſti,qui volunt redire, nè ſimulata conuerſione redeant fraudulẽter, & ſub agni ſpecie lupum gerant,vt inquiſitores habeant præ oculis illum. §.prouiſo ſolerter.illius.c. vt officiũ, de hæret.l.vj.

Et aduertendum quòd ea quæ prędiximus circa admittendos hæreticos ad reconciliationem , & ad gremium eccleſiæ,atque abiurationem, locum ſibi vendicant in his, qui redeunt ab apoſtaſia,cum illa non con ſtituat diuerſam ſpeciẽ ab hęreſi, ſed tantùm addat quandam circunſtantiam aggrauantem vt Tho.ii.ii.q.xii. ar.i.in ſolutione ad tertium, iuxta illud ii.Pe.ii.melius erat vobis viã domini non agnoſcere,quàm poſt agnitam retroire. Cum ergo iura ſuperin ducta generaliter admittant hęreticos non relapſos ad abiurationem, & cum apoſtaſia vt prædiximus,non conſtituat diuerſam ſpeciem ab hæreſi,iure igitur apoſtatæ erunt admittendi.nec obſtat tex.in l.hi qui.C. de apoſt.vbi tex. in ſimili dicit eos reuertentes non fore admittendos. nam illa.l.non eſſet admittenda, cum diſponat de materia merè ſpiritua li, ſicut de hæreſi, quæ eſt merè eccleſiaſtica, nec ſub laicorum iudicio poſſit cade

re,

re,vt in c.vt inquiſitionis.§.prohibemus,de hæ.l.vj. non ergo imperator legem illam cōdere potuit. ad quod facit.c.bene quidem.xcvj.di. & c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitutio. cum multis ſimilibus,præſertim hoc caſu quò ius canonicum ſpecificè cōtrariū diſponit, pro quo induco tex. in c.quidā de apoſtatis,vbi compelli iubentur apoſtatæ per prælatos ſuos vt fidem quam promiſerunt teneāt, ac ritus Iudaicos dimittant. ſi igitur compellendi ſunt per eccleſiā ad id; ergo a fortiori voluntariè, & ſponta neè venientes debent admitti, quod cautè eſt conſiderādum. prædicta tamen vera ſunt in hæreticis non relapſis;nam ſi tales eſſent relapſi,ſine aliqua audientia eſſent iudicio ſœculari relinquendi,vt d.c.ad abolendam §. ſuos quoque,& d.c.accuſatus. ſed intellige ꝙ eorum conuerſio nō eſt admittenda ad hoc vt pęnā mortis euadant.nequaquā autem ſunt eis humiliter petita ſacramenta pœnitentię & euchariſtiæ deneganda,vt in c.ſuper eo.eo.ti.l.vj.& eadem rōne dicēdum eſt, vbi ſuperius dixi iſtorum conuerſionem non debere admitti. quod debet intelligi iuxta determinationem dicti c.ſuper eo. ſed quis dicatur relapſus,vide infra relapſus.& de hac materia quando, & qualiter redeuntes ab hæreſi debeant recipi, vide ſupra carcer,& ſupra negatiuꝰ,& ſupra miſericordia, & ſupra reconciliatio.

An hæreticus rediēs ad eccleſiam ſit recipiendus,vide ſupra communicare.§.ii.in fine, & ſupra miſericordia,per totum.

Redeuntes debent recipi cum ſcriptura, quæ contineat deteſtationem pręteriti erroris, & verę fidei confeſſionem.i.q.vii.ſi qui noluerint, & ca. quotiens,& c.maximum,& c. ſequenti.xxvi.q.vi.his qui tempore, in fi.de conſe.di.ii.ego Berengarius.vide ſupra abiuratio, & infra ſcriptura.

Humiliter redeuntes ad priſtinam dignitatem reſtituuntur de benignitate eccleſiæ.i.q.vii. cōuenientibus, & c.didici,& ca.maximū.xxiii.q.iiii. ipſa pietas.

Qui dicantur redire, vel trāſire ad ritus Iudęorum,& quę differentia ſit inter iſta, & qualiter contra tales ita tranſeuntes, vel redeūtes ad ritus Iudæorum ſit procedēdum ſicut cōtra hæreticos,habetur in c. contra Chriſtianos, de hær.l.vi. & vide infra reiudaizantes,in §.ii.& in §.qualiter intelligatur.

Ex ſupradictis concludit, ꝙ ſi aliqui ex hęretica labe redire voluerint ad vnitatē eccleſiæ,hęreſi pęnitus abiurata,iuxta formam eccleſię,eis iuxta formā eccleſiæ īquiſitores, vel epſ abſolutionis beneficium debent impēdere,& iniūgere eiſdē,quod iniungi talibus cōſueuit.Ideo Prouiſo Solerter,nè ſimulata cōuerſione redeāt fraudulenter,& vos imò potius ſeipſos fallentes ſub agni ſpecie lupū gerāt.ꝙ ſi aliqui fuerint vt hæretici iudicandi,vel incarcerationis pœna alicui pro huiuſmodi criminibꝰ fuerint infligenda per vos ad illud per diœceſanorum,vel vicariorum ſuorum, ſi diœceſanis ipſis abſentibus pręſentes fuerint,conſilio procedatur,vt in tanto animaduerſionis iudicio non poſtponenda pontificum autoritas intercedat. de hoc vide in dicto c. vt officium, de hæreticis, libro vi. & in quibuſdam diuerſis literis ſummorum pontificum,& in quadam extra

uagante Alexandri, quæ incipit, Vni uerſitas.

Et nota quòd qui ab hæreſi reuertuntur ad fidem, catholicam, ſcripto debent negare hęreſim ſuam, vt ſupra negans. §. & nota.

An hæreticus rediens ad vnitatem eccleſiæ posſit poſt recõciliationem teſtari de bonis, quę poſt reconciliationem acquiſiuit, vide ſupra pœna, & ſupra pœnitentia.

An redeuntibus ſint eis bona auferenda, vide ſupra bona.

Qualiter procedatur cõtra redeuntes ad ritus Saracenorum, vide infra reiudaizantes.

ADDITIONES.

a *Rediens, an & quando recipiendus ſit, & quid ſi infra tempus gratiæ, quid ſi poſt, & ante ſententiam, & poſt ſententiam, vide Io. Calderi. in for. proc. contr. inqui. tit. de hæreti. redeun nu. 3. & ſeq. Ghirlan. eo. tit. de hæreti. numer. 20. latè Zanchin. cap. 16. nu. 4. & ibid. in additi. ad eund. Q. M.*

Adde Calderin. de hæreti. c. 16. nu. 5. & ſequ de hæreti. ſeu credẽti. &c. & aliqua in c. 20. P. V.

Relapſus. [a] Hæretici autem relapſi, ſeu relabentes dicuntur illi propriè, qui poſtquàm vt hæretici pœnitentes hęreſim abiurauerunt, & lapſi in hæreſi ſteterũt, ſed per abiurationem ſurrexerunt, & iterum ad hæreſim reuertuntur, & in eã relabuntur.

Item Calderinus in conſil. ii. in fi. ſub ti. de hære. ibi dicit ꝙ ille propriè dicitur relapſus, qui lapſus conuerſus recidiuauit, vel poſt abiurationẽ incidit in hęreſim, vt dicto c. ad abolendam de hæreticis, & in c. accuſatus, eo. tit. l. vi. & iſti tales poſtquam plenè, & clarè de eorum lapſu conſtiterit, poſito quòd pœniteãt, & fidem catholicam profiteãtur, ac eis ſacramenta pœnitentię, & euchariſtiæ cõcedantur, vt in c. ſuper eo, de hære. li. vi. tradendi ſunt vt relapſi ſine aliqua audientia brachio ſæculari animaduerſione debita puniendi, iuxta. c. accuſatus, eo. ti. li. vi.

Item relabentes verè relapſi dicũtur tribus caſibus. primo qñ crimine hęreſis plenè non probato quis vehementer ſuſpectus hęreſim in iudicio abiurauit. ſi verò poſt in aliquam hęreſim incidat quadam iuris fictione iudicatur relapſus, iuxta d. c. accuſatus, in prin. li. vi. ſecus, ſi abiurauit leuiter ſuſpectus, q̃a tunc ſi poſtea incidat, non punitur pœna relapſorum. vide infra extraua. quæ incipit, quia ſuper nonnullis. Secundus caſus eſt, qñ quis vnã ſpeciem hęreſis commiſit, & generaliter, & ſimpliciter hęreſim abiurauit. ſi poſt ſecundò quantũcumque in al. quã ſpẽm hęreſis incidat, talis veraciter relapſus iudicatur iuxta d. c. accuſatus. §. quicunq; ſecus ſi tñ vnam ſpẽm hęreſis abiurauit. nã tunc ẽt ſi in aliam non abiuratam incidat, ſ. n Ioa. And. relapſus non exiſtit, licèt Archi. & Io. Mona. teneant ibi contrarium, quorum opinio eſt ibi nimis rigoroſa. [b] vide ſupra abiuratio. §. an qui abiurauit, & ſupra error. §. errans in vna. Tertius caſus eſt, qñ aliquis in aliquam hæreſim lapſus fuit, quam ẽt abiurauit. ſi poſt abiurationẽ hæreticos receptat, deducit, defẽdit, viſitat, ſeu aſſociat, vel munera, aut dona eis donat, vel mittit, ſeu fauorẽ eis impẽdit, qui ſi ex-

excuſari nõ põt, debet vt relapſus merito iudicari, vt d.c.accuſatus.§. ille quoque. vide intra dictã extraua.q.a ſuper nonnullis.

Sed nunc quæritur, vtrum dici debeat relapſus in hæreſim, qui lapſus eſt in eã poſt abiurationem ipſius, in qua nõ inuenitur antea commiſiſſe, cũ ſm proprietatẽ verborũ nõ videatur relapſus, qui nõ fuerit ante lapſ⁹. ad qđ taliter põt rñderi ꝑ quandã extrau. Vrbani quarti, q̃ incipit, q.a ſup nõnullis vbi ad literã ſic dicit, taliter rñdemus, ꝙ ſi talis poſtquã accuſat⁹, vel ſuſpectus de hæreſi eã in iudicio abiurauit, & poſtea cõmittat in ipſã, cẽſeri debet quadã iuris fictione relapſus, licẽt ante abiurationẽ ſuã plenẽ probatũ non fuerit crimẽ hæreſis ꝯ ipſum, dũmõ huiuſmodi prius orta ſuſpitio violenta fuerit, & certis, & veris indicijs comprobata. Si verò leuis, aut modicã, q̃q̃ ex hac ſit grauius puniendus, relapſorũ tñ nõ debet pœna puniri, ex quo præſumi nõ põt veriſimiliter ante lapſus in hæreſim. habetur in d. extraua. & in d.c. accuſatus, de hæreti. li. vi.

Item ſupradictum eſt de illis, qui hæreſim abiurauerunt, & poſtmodũ an per ſolam receptionem inexcuſabilem vel per deductionẽ, vel aſſociationem, vel viſitationem hæreticorũ, ſiue dationẽ, vel manuum miſſionẽ, ſeu adorationẽ, aut aliàs in fauorem eorum, de quo excuſari nõ poſſent, an propter hoc debeãt iudicari relapſi? Ad quod dicendum ꝙ ſi legitimẽ conſtiterit ꝙ tales in huiuſmodi abiuratione in hæreſim commiſiſſent, non eſt dubium per hoc fuiſſe relapſos, quia tunc dubitari non debet illos ex approbati a ſe prius erroris conſequentia id feciſſe, vt habetur in d. extrauagante, & in dicto c. accuſatus. ad quod etiam nota. in quadam conſtitutione Friderici imperatoris, quæ incipit, ſtatuimus §. Item mortis vbi ſic dicit. Item mortis ſẽtẽtiæ dicimus adijciendos ſi quos hęreticorum ad iudicium tractos in extremo vitæ periculo hæreſim abiurãtes, poſtmodum de falſo iuramento conſtiterit, & fide mentita conuinci, ac eis contigerit eiuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidiuã, vt ſibi damnabilius iniquitas ſit mẽtita, & pęnã debitam mendacium non euadat.

Quid ſi inuocator dæmonum in iudicio coram inquiſitore abiurauit hęreſim, ſi poſtea inuocauit, ſit dicendus relapſus, & pœna relapſi puniri? Gemi. in c. accuſatus, de hęre. l. vi. dicit ꝙ fuit conſultum ꝙ nõ, ſed diſtinguit ipſe, ꝙ aut ille inuocauit dęmones putans ipſos poſſe facere id ad quod vocabantur ex ipſorum poteſtate actiua, & tunc ſecundũ Lapum talis eſt hęreticus, cum illis attribuat quod eſt dei, per quem omnia facta ſunt Ioã. i. xxvi. q. v. epiſcopi, vbi tex. expreſsẽ appellat hęreticos quęrẽtes a diabolo occulta. aut inuocabat dæmones, non tamen credens eos poſſe operari ex ſua poteſtate actiua totaliter, ſed ad id, quod eſt eius naturæ, ſicut eſſet vt tentaret mulierem ad concupiſcentiam, & tunc licẽt ſit malum, non tamen videtur hæreticus, quia dominus vocat eum tentatorẽ, vide in ſumma Baptiſtiana, in dictione, hæreticus.

Supra dictum eſt, ꝙ hęretici qui hęreſim abiurauerunt, ſi poſtea deprehenſi fuerint in abiuratam hęreſim recidiſſe, ꝙ ſunt ſœculari iudicio

ſine aliqua audientia relinquendi, vt in dicto.c.ad abolendam.hoc tamen verum cum poſt huiuſmodi abiurationem, ſeu purgationem deprehenduntur in hęreſi per facti euidētiam, aut per confesſionem propriam, vel per teſtes, & tunc nō parcitur eis, nec quo ad vitam, nec quo ad bona.

Si tamen abſque huiuſmodi deprehenſione occultè recidiuant, & occultè pœnitentes reuertantur ad eccleſiam, iſtis talibus parcitur quo ad vtrumque ſm gl.Ray.q.xiiii.vbi etiā dicitur occultos hæreticos abſolui poſſe ꝑ ſimplices ſacerdotes. de quo vide ſupra §. an hæretici occulti, & ſupra miſericordia, in §. ego tamen meliori.

Item relapſus [c] dicitur duobus modis, vno modo verè, & alio modo fictè. verè relapſus dicitur ille, qui per confesſionem, vel veram probationem primò fuit conuictus de hęreſi, & ipſam abiurauit, deinde reincidit in errorem illum primæuum, ſm Io. An. vel [d] quādocunque aliter ſm Archi. prout ipſi annotant, extra e.c.accuſatus, l.vi. & certè opinio Archi. eſt tenenda. quia iuuatur rationibus validioribus, vt ibi patet, maximè quia nō refert quo genere erroris quis in hęreſim [e] collidatur, nam ſemper tendit ad vnam nequitiam ſceleris, & ad vnum finem, ſcilicet deuiando a fide catholica, vt.C.de hæreti.l. Arriani, in princ. & dicitur, quòd hæretici diuerſorum errorum licèt habent facies diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, quia adinuicem conueniunt in idipſum, vt in c.pe. de hæreticis. Et exinde dicitur relapſus, quaſi ſecundò lapſus. nam hæc monaſillaba reiterationē inducit.ff.de verbo rum ſignificat.l.verbum Redolendi. reddendi, cùm ſi.

Fictè relapſus dicitur quis duob' modis. vno modo quando non fuit conuictus de hæreſi, ſed propter vehementem ſuſpitionem, quæ erat cōtra eum abiurauit, & poſt abiurationem deprehēditur in eadem. ideò fingit ius illum a principio talem fuiſſe, qui poſtea talis eſſe cōuincitur. ar. ad hoc optimū.C.de adulte.l.ſi quos adulterio. ſuper qua l. fundatur iſta fictio, vt nota.Pe.de Anchar.in c.accuſatus, in prin. in ſecundo notabili. ſecūdo modo dicitur fictè relapſus, quādo quis poſt abiurationem non reincidit in errorem verè, ſed incidit in vehementem ſuſpitionem hæreſis, vt quia habet conuerſationem cum hæreticis: vel quia eos viſitat, vel aſſociat ſciēter, vel eis præſtat alimoniā, vel euitat cōſortia fidelium, vel non vult audire diuina officia, vel ſimilia facit. de quibus dictum fuit ſupra de tegitur. His.n.duobus modis dicitur quis relapſus fictè. de hoc vide in c.accuſatus, de hęr.l.vi.in §. ille quoque.

No. ꝙ ad hoc ꝙ quis dicatur verè relapſus debet conſtare de primo, & ſecundo lapſu [f] vt habetur expresſè in quadam conſtitutione Alexandri papæ, quę incipit, ꝙ ſuper, ex qua eſt ſumptum.c.accuſatus, de hæreti.lib. vj. & ibi vide quis dicatur verè relapſus.

Nota ꝙ olim relapſus verè vel fictè detrudebatur in arctum monaſterium ad perpetuam pœnitentiā peragendam, vt in dicto.c.ad abolendā, §.illos, & c.penulti.§. qui autem, extra, de hæreticis. ſed hodie dicendum quòd relapſus ſi vult redire, ſolummodo recipitur ad eccleſiaſtica. ſa-

cra-

ramentá,& quò ad ſalutem animæ, non tamen vt euitet pœnam corpora lem, vt dicto c. ſuper, eodem tit. libro vi. vt prædictum eſt ſupra miſericordia, & ſupra pœna, & ſupra rediens. Et indiſtinctè hodie relapſi ſunt dam nandi ad mortem, & debent comburi, vt ſupra dictum eſt, comburi & ſu pra pœna, quia relapſus abſque vlla audientia eſt iudicio ſæculari relinquendus, vt dicto ca. ad abolendam. §. illos, & c. ſuper. eo. ti. li. vj.

Sed circa prædicta poteſt dici, ꝙ licèt relapſus non debet audiri ſuper crimine, vt in præallegatis iuribus. Sed ſi tamẽ vult excuſare ſe relapſum fore, bene eſſet tunc audiendus. Nam cum diſpoſitio excludens exceptiones fundatur ſuper qualitate, non videtur excludere exceptiones detrahẽtes illi qualitati, vt voluit gl. c. cupientes. §. quòd ſi per viginti, de electio. libro. vi. & in Clementi. vnica, de ſeque. poſ. & fruc. & Bar. in l. i. §. & parui. ff. quòd vi aut clã, refert. ſic in propoſito eſt dicendum, cum illa iura ſe fundent ſuper relapſo, non tamen vidẽtur tollere defenſionẽ quò ad hoc, quòd iſte poſſit dicere ſe nõ relapſũ.

Item nota quòd cum vero hæretico, & relapſo non poteſt diſpenſari quò ad pœnam, licèt velit redire ad fidem, vt in c. excommunicamus, lo. i. §. illos, de hæreticis, & dicto c. accuſatus, eo. ti. li. vi.

Item ſi poſt abiurationem hæreſis rediret quis in illam, vel aliam, quando ſimpliciter, vel generaliter abiurauit, & pœnitentiam non fecit, tunc talis vt relapſus debet curiæ ſæculari ſine aliqua audientia relinqui, vt in d. iuribus, ſcilicet in c. ad abolendam §. illos, & capitulo excommunicamus, & capit. accuſatus.

Nunc autem videndum eſt qua de cauſa eccleſia nõ parcit relapſis, cum ſecundùm Pe. de Anch. in c. ſuper eo, de hære. li. vi. dicatur quòd deus ignoſcit facilius quàm eccleſia, quæ non niſi ſemel parcit vt hic, deus autem ſeptuagies ſepties parcit, vt de iureiur. c. quemadmodum. quia mitius agitur cum lege, quàm cum miniſtro legis, vt ff. de arbitris, Celſus. de quo vide ſupra mitius, & ſupra deus. §. de facilius, & ſupra eccleſia. ſed dicendũ ſecundùm beatũ Thom. ii. ii. q. xi. ar. iiii. quòd in iudicio dei recipiũtur redeuntes, quia deus ſcrutator eſt cordium, & cognoſcit verè reuertentes, ſed hoc eccleſia imitari non poteſt. Nam præſumitur eos non verè reuerti, qui cum recepti fuiſſent, ſunt iterũ relapſi, & ideo eis viam ſalutis nõ denegat, ſed a periculo mortis eos non tuetur. Vnde quantũ ad contrarium dicit, quòd dominus loquitur Petro de peccato in eum commiſſo, quod eſt ſemper dimittendum, vt redeunti parcatur. non autem intelligitur de peccato in Chriſtum, vel in deũ commiſſo, quia non eſt noſtri arbitrij dimittere, vt Ieronymus dicit ſecundũ eum, ſcilicet beatum Thomam.

Aut qui in vna hæreſis ſpecie, vel ſecta commiſit, aut in vno fidei articulo, ſeu eccleſiæ ſacramento errauit & poſtmodum hæreſim ſimpliciter, vel generaliter abiurauit, ſi extunc in aliam etiam ſpeciem hæreſis, ſeu ſectam, aut alio articulo, ſeu ſacramento committat, ſit iudicãdus relapſus? & dicendum ꝙ ſic, vt in c. accuſatus. §. cum verò, de hæreti. li. vi. & ibi Dominicus. in extrauag. quia ſuper nonnullis, vide de hoc in fi. extraua.

Nota quòd licèt quis multo tempore perſeueraret in hęreſi, non propterea poſſet vt relapſus puniri, ſi illam prius nō abiurauit. vt ſupra, imò plus eſt dicendū quòd ſi iſte poſt impoſitam ſibi pœnitentiam in vno loco, iteret delictū in alio, aggrauatur eius conditio adeo, quòd cenſeri poteſt relapſus, cum quo tamen miſericordia poſſet haberi, vt ſupra dictum eſt de domicilio mutāte, & ſupra credentes, & ſupra abſens, & ſupra hæreticus.

An citatus propter inuocationem dæmonum ſi abiurauerit hæreſim, & promiſit nunquam amplius inuocare, ſi poſtea inuocauerit dæmones, an talis dicatur relapſus, vide ſupra. dæmon.

An filij relapſorum, qui tamen pœnitentes, & conuerſi ſacramenta eccleſiaſtica perceperunt, teneātur illis pœnis, quibus alij filij hæreticorum, qui nō reuerſi, nec reincorporati fuerunt in eccleſia, vide ſupra filij, in §. nunc videndum eſt.

ADDITIONES.

a *Relapſus quis propriè dicatur. Caldc. in for. proce. cont. inquiſ. de hæreſi. titu. de hæreti. relapſis. Vmber. in Iud. inqui. in verbo relapſi. Q. M.*

Adde Siman. in Enchir. titu. 20. de relapſis. Albert. in. de aſſer. catho. 34. q. nu. 15. & 51. item. q. 8. nū. 8. & 9. Dec. Rot. de hæreti c. accuſatus. Calderi de hæret. tit. 8. num. 8. & tit. 16. de hæreti. ſeu creden. & de pœni. & relap. numer. 3. & 4. Petrus Vend.

b *Imo verior, & communior videtur opinio quam etiam tenuit Calderin. de hæreti. quæſt. 16. poſt nu. 3. verſicu. & certè opin. D. Archidia. eſt tenenda, quia iuuatur validioribus opinionibus; vt ibi patet, & maximè quia non refert quo genere erroris quis in hæreſim relabatur, nam ſemper tendit ad vnam nequitiam ſceleris, & ad vnum fin. videlicet deuiandi a fide catholica. Idem etiam voluit Paul. Ghirlan. de hæretic. c. fin. ad fin Et quòd hæc ſit verior, & melioribus rationibus fulcita concludit poſt Geminia. Vmbert. in Iudi. inquiſi. hoc verb. relapſi. poſt. nu. 6. verſic. ſi ergo vnicum articulum abiurauit. Imo infra pro hac opin. concluditur verſi. item relapſus dicitur duobus modis. Q. M.*

c *Totum hoc caput cum duobus ſequen. ferè ad literam inuenies apud Io. Calde. in tracta. de hæret. c. 16. nu 3. & ſequen. verſic. relapſus dicitur quandoque verè. Aduerte tamen quòd autor dum trāſcripſit verba Ioann. Calder. immemor viſus fuit eorum quæ proximè dixerat ſupra verſic. Relabentes. dum conabatur impugnare opin. Archi. tanquam nimis rigoroſam. Q. M.*

d *Quemcunque alium errorem, legitur in Calde. P. V.*

e *Relabatur legitur in Calder in. Petr. Vendramenus.*

f *Hic multa deſiderātur neceſſaria, quæ in Calder. leguntur. P. V.*

Reiudaizantes, [a] ſeu conuerſi de iudaiſmo, ſi redeunt mente, & ſecretè ad iudaiſmum, huiuſmodi ſignis dignoſcuntur exterioribus, vt ſupra detegitur, ſcilicet rarò eccleſiam intrant, iudaiſmum, ſiue locum vbi morantur Iudæi frequentant, Iudęis ſe aſſociāt, a Chriſtianorum conſortio ſe allongant, cum Iudæis in eorum feſtiuitatibus, vbi commodè poſſunt, comedunt

dant, diebus Veneris carnes comedunt: ſabbata colunt: diebus dominicis ſecretè ĩ domibus ſuis ſeruilibus ſe exponunt. quanta autem ſit nequitia, & malitia iſtorum, benè demonſtratur, Ideo Prouiſo Solerter.

Sed b eſt quæſtio, vtrum Chriſtiani qui ad ritum redeunt, ſeu tranſeunt Iudęorum. & Chriſtiani, & Iudæi qui ad hoc vt tales ad huiuſmodi redierint, vel tranſierint ritum, dederunt conſilium, auxilium, fauoremque, an omnes iſti tales ſint velut hęretici iudicandi, taliter quòd inquiſitoris hęreticę prauitatis iudicio ſint ſubiecti, & circa hoc tria ſunt conſideranda. Primum eſt quòd Chriſtiani, qui tranſeunt ad ritus Iudæorum, ſi fuerunt cõuerſi a iudaiſmo, & facti ſunt Chriſtiani, ſi tales poſtmodũ ad ritus execrabiles Iudæorum reuertuntur, ꝙ illi tales dicuntur redire, ſed Chriſtiani qui a natura fuerunt Chriſtiani, ſi tales faciunt ritus Iudęorum, iſti dicũtur tranſire, & iſta eſt differentia inter tranſire, & redire ad ritus Iudæorum, vt eſt gloſſ. in c. contra Chriſtianos, de hæretic. libro vi. in princ. ſed tam iſti, quàm illi cum fidem Chriſti abnegarũt, ad quam in baptiſmo, ſe obligarunt, vt hæretici ſunt habendi, & vt tales iudicãdi, ita quòd ſi noluerint ritus Iudæorum abiurare, & ſatiſfationem congruam exhibere, vt impœnitẽtes hæretici ſæculari brachio ſunt relinquendi, animaduerſione debita puniẽdi, vt eſt caſus expreſſus in c. contra Chriſtianos, de hære. li. vj. Secundum eſt quòd Chriſtiani, tales qui auxilium, conſilium, vel fauorem præſtiterunt illis qui ad ritus Iudæorum tranſierũt, vel redierunt, vt fautores hæreticorum ſunt iudicandi, vt patet in d. c. contra Chriſtianos, & vt dictum eſt ſupra fautores. nam ſi ipſi tranſeuntes, & redeuntes ad Iudæorum ritus ſunt hæretici, ergo eis fauẽdo in illis ritibus fautores dicuntur. Tertium eſt, ſcilicet quòd Iudæi qui dederunt conſilium, auxilium, vel fauorem talibus vt ad ſuos ritus tranſirent, vel redirent, tales inquam Iudæi iudicandi ſunt vt fautores hæreticorum, & vt tales per inquiſitores, & prælatos puniendi. & licèt. d. c. cõtra Chriſtianos, hoc dicat planè, loquitur tamen in genere de prædictorum fautoria, non exprimendo ſi Iudæi, vel Chriſtiani fuerunt fautores huiuſmodi. Tamẽ Nicolaus quartus in extrauagante, Turbato corde, clarius hoc dicit loquens in ſpecie de Iudęis. vbi ſic dicit, Turbato corde audiuimus, & narramus quòd non ſolùm quidam de Iudaicæ cœcitatis errore ad lumen fidei Chriſtianæ conuerſi, ad priorem reuerſi eſſe perfidiã dignoſcuntur, verùm etiam quàm plurimi Chriſtiani veritatem catholicæ fidei abnegantes ſe damnabiliter ad ritum Iudaicum tranſtulerunt, ꝙ tanto magis reprobum fore cognoſcitur, quanto ex hoc Chriſti nomen ſanctiſsimum quadam familiari hoſtilitate ſecurius blaſphematur, cum autem huic peſti damnabili cõgruis, & feſtinis deceat remedijs obuiare, vniuerſitati vr̃æ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus intra terminos vobis ad inquirẽdum contra hæreticos autoritate ſedis apoſtolicę deſignatos, ſuper præmiſsis tam per Chriſtianos, quàm etiam per Iudæos inquiſita diligenter, & ſollicitè veritate contra omnes quos talia inueneritis hactenus commiſsiſſe, ac

committere in futurum, tanquā con tra hæreticos, contra fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum procedere ſtudeatis. Iudæos autem qui Chriſtianos vtriuſque ſexus ad eorum ritū execrabilem induxerint, aut inueneritis decętero inducentes, pœna debita puniatis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcul aris. Datum Reate. nonis Septembris, pontificatus noſtri anno primo.

Qualiter intelligatur quòd quis redeat, vel trāſeat ad ritus Iudęorum? & non debemus intelligere ſecūdùm quòd exponit Bartho. Raymundi ſuper allegato. ca. contra Chriſtianos, ſcilicet quòd balneentur, & abradatur in eis locus, vbi poſitum fuit ſanctum chriſma, & ſimiliā, prout ibi ponit. Nam hoc non eſt tranſire, vel redire ad ritum Iudæorum, ſed viuere ſecundùm ritum eorum. vnde poſito quòd Chriſtianus, vel Iudaus ad fidem Chriſti conuerſus ſine prædicto ritu, ſeruando tamen eorum cęremonias, ſolennitates, & feſtiuitates efficiuntur Iudæi, ſi credunt prout cæteri Iudæi credunt, & iſti tales dicuntur vel rediјſſe, vel tranſijſſe ad ritus Iudęorum. Intelligēdum eſt ergo ali quem tranſiſſe, vel redijſſe ad ritus Iudæorum, cum eorum cęremonias ſeruat, & ſolennitates, & feſtiuitates eorum celebrat, & ſi facit ea, quę Iudæi aſſueti ſunt facere &c.

Qualis autem ſit ille ritus, ſecundùm quem Chriſtiani reuertūtur ad Iudaiſmum, vide ſupra de baptiſmo Iudæorum, & ſupra circuncifio.

Supra viſum eſt qualiter procedatur contra Chriſtianos qui tranſeūt, vel redeunt ad ritus Iudæorum. Nūc autem videndum eſt, qualiter procedatur contra Chriſtianos qui tranſeunt ad ritus Saracenorum, & etiam cōtra eorum fautores, receptatores, & defenſores. & dicendum in iſtis, vt ſupra dictum eſt in alijs facta illa diſtinctione tripliciter, vt ſupra. Et ſequitur quòd omnes tales ſunt per inquiſitores puniēdi, vt expreſsè determinat Gregorius. papa. xj. in extraua. Admodum dolenter, tenoris ſequentis, ſcilicet. Admodum dolenter audiuimus, & narramus, quòd non ſolùm quidam de Saracenica impietate ad Chriſtianam fidem conuerſi ad eandem ſunt impietatem reuerſi, verùm etiam quòd plurimi Chriſtiani veritatem fidei abnegātes ſe damnabiliter ad Agarenorum perfidiam tranſtulerunt quod tanto magis reprobum fore cognoſcitur, quāto ex hoc Chriſti nomē ſanctisſimum qua dā familiari hoſtilitate ſecurius blaſphematur. cum autem huic peſti dānabili congruis, & feſtinis deceat remedijs obuiare, vniuerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus intra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos autoritate ſedis apoſtolicę asſignatos ſuper præmisſis tam per Chriſtianos, quàm etiā per Saracenos inter Chriſtianos morantes, inquiſita diligēter & ſolicitè veritate, cōtra oēs quos talia inueneritis hactenus commiſiſſe, & committere in futurum, tanquam contra hęreticos, contra fautores, receptatores ac defenſores hæreticorū procedere ſtudeatis. Saracenos quoque qui Chriſtianos vtriuſque ſexus ad dictam perfidiam induxerint, ac inue-

inueneritis de cætero inducentes, pœna debita puniatis, cōtradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Datum apud Villam nouam Auinionen. diœceſis. tertiò non. Auguſti, pontificatus noſtri anno ſecundò.

ADDITIONES.

a *De tranſeuntibus, ſeu redeuntibus ad ritus Iudæorum tractant Ioan. Calde. in form. proceden. con. inqui. de hære. Rubr. de his qui condem. vt hæreti. & Vmber. in Iudi inquiſit. in verb. familia. Quint. Mandoſius.*

b *Ex ſecunda parte directorij q. 44. & 45. deſumpta ſunt quæ ſequuntur. Pet. Vendramenus.*

Religioſi [a] dicuntur nō ſolùm monachi, ſed etiā clerici, & laici, qui ſunt religioſi, & fide digni. nota de vo. ex multa, in glo. de conſti. eccle. xvi. q. vi. non placuit, & c. laicis, de re. ec. non alie. c. fi. & xcvi. diſti. bene quidem. & etiam conuerſi ſunt religioſæ perſonæ, vt in d. ca. de conſtitutio. & ibi Abbas.

Religioſus aliquādo ſumitur pro catholico, & fideli. extra. de reb. eccl. cap. fin.

An appellatione religioſorum veniant clerici ſæculares? gl. quòd non in clemen. de deci. idem in cle. in pleriſque, de elect. in cle. i. de cenſi. in clemen. cupientes, de pœnis in cle. i. de ſup. negligen. præla. in cle. ii. de ſent. excommun.

Religioſæ dicuntur. id eſt caſtæ, de ætate, & qualitate, a multis.

Religioſus grauius peccat fornicando, quàm ſæcularis adulterans. tex. & glo. xxvii. q. i. propoſito.

Religioſi ſi inuenti fuerint culpabiles de hæreſi, an puniantur grauius quàm laici laborantes eodem crimine, vide ſupra clerici, & ſupra graui*.

Qui dicantur religioſi, vide Ab. de religi. & tran. ad reli. in rub.

An religioſi posſint exercere officium tabellionatus, & notariæ in officio inquiſitionis? & dicendum quòd ſic, vt ſupra notari*, & infra tabellio.

An alter coniugum posſit intrare religionem alio inuito, vel manente in ſæculo? & eſt regula quòd non, vt tenet Abb. in cap. cum ſis, de conuer. coniuga. excepto propter adulteriū. ſed nota eodem ti. in c. coniugatus, & glo. in c. nullus, de tem. ordi. lib. vi. quòd coniugatus poteſt eſſe clericus muliere cōſentiente, ſi vouit votum caſtitatis in manu epiſcopi, licèt ipſa ſit pulchra, & habet ætatem ſuſpectā, vt tenet Ab. in d. c. coniugatus, ſecus ſi ipſe vult ingredi religionem, licèt ipſa conſentiat, & voueat: quia tunc non debet eſſe ſuſpecta, ſcilicet pulchritudine, & ętate, ſed debet eſſe ſenex, vt in d. c. cum ſis. vbi tenet Abb. quòd ſi mulier commiſit adulteriū, quòd maritus poteſt ingredi religionem ipſa manēte in ſæculo, quia cū tunc maritus ſit ſolutus a ſeruitute vxoris, poteſt liberè ingredi religionem, & ipſa non poteſt contrahere niſi per mortem naturalem mariti. hoc Abbas vbi ſupra in d. c. coniugatus, & habetur. xxxii. q. viii.

Sed circa differentiam inter intrātem religionem, vel quando aliquis promouetur ad ordines ſacros manente vxore in ſæculo, & talis aſſignatur

gnatur differentia. nam qui ordinatur, tenetur in neceſſariis prouidere vxori, vt xxxi.di.c. omnino. ad quod non tenetur, quando ingreditur religionem. hoc Abb. in dicto. capitulo coniugatus.

Item nota. quòd maritus promotus tenetur corrigere vxorem, vt de iureiuran. quemadmodum, in fin. & melius facit. xxxiii. quæſt. ii. placuit.

Item nota in dicto c. coniugatus, quòd promotus poteſt prouidere vxori, & filijs de reditibus beneficij, ſi non habet aliũde, vt in d.c. omnino. & potius illis quam extraneis, ar. in c. non ſatis. lxxxvi. diſtin. nam potius tenetur conſanguineis pauperibus, quàm extraneis, vt in c. i. de cohabit. clericorum, & muli. hæc omnia habentur per Abbatem in dicto capit. coniugatus.

ADDITIONES.

a *Religioſi a religionis obſeruantia dicti videntur. Religio verò vnde ſit dicta, nolim ſi diuerſas opiniones cõmemorem nimis haberi religioſus. Cic. 2. de na. deo. a relegendo, Lactan. Inſti. 4 c. 28. a relegando potius dictam, quòd cum hac conditione gignamur, vt generanti nos Deo iuſta & debita obſequia præbeamus, hũc ſolum nouerimus, hũc ſequamur, hoc vinculo pietatis obſtricti deo & religati ſumus, vnde inquit religio nomen accepit, exiſtimat. Maſſurius Sabinus religioſum putat dictum, a relinquendo, quia religioſum id eſſe ſcribit quod propter ſanctitatem aliquam remotum ac ſepoſitum ſit a nobis, Inde Virg. Eſt ingens gelidum lucus prope Ceritis amne. Religione patrum latè ſacer. &c. idem videtur Nonio placuiſſe ſi rectior eſt lectio, vt Religioſi dicãtur quaſi relinquoſi omnium cæterorum ſacrificijs deſeruiant, Diuus autem Auguſt. in alia fuit opin. 4. de ciui. Dei. c. 4. Is ab eligendo, vel potius re eligendo, Deum quem amiſeramus, dictũ putauit. qui etiam eod. lib. c. 1. ſcribit, religionis nomen eſſe ambiguum, cum non ſolùm quæ deo ſit exhibenda, ſed quę cognationibus humanis, & affinitatibus exhibetur hoc nomine demonſtretur, quanuis inquit diſtinctius non quamlibet, ſed Dei cultum ſignificare videatur. Pro loco igitur ambiguitas huiuſmodi tollitur, vt pro Dei cultu ſumatur, ſicut in ſacra ſcriptura ponitur, & in Catechi. in Decalo. præce. Non facies omne opus &c. Inde religioſi, quicunque Dei cultui ſeruiunt, latè accepto vocabulo dicuntur, aliquando pro clericis tantùm, & nõ modò regularibus, ſed etiam ſæcularibus intelliguntur, quandoque pro regularibus tantùm, qui religionem aliquam approbatam profitentur, eidemque religioni Dei, ſed diuerſis viuendi regulis eorum quique deſeruiant accipi ſolent, Interdũ magis adhuc ſtrictè capiuntur pro catholicis, videlicet ex ſubiecta materia ſicut ex allegatis ab autore poteſt intelligi. aliquando in deteriorem partem accipiunt autores hoc nomen, pro ſuperſtitioſo ſcilicet, & timido, ex eo quod nimis aliqui ſolent eſſe in religione ſeruanda ſcrupuloſi, vide infra ſuperſtitio. De loco religioſo, & religioſis rebus, in iure fforum. & Codicis, atque pontificio. vide quoque ſi libet Gell. de religioſis, ac religione Dialis flaminis. lib. 4. c. xi. & libro x. ca. 15. Petrus Vendramenus.*

Remiſſio a An, & quando habeat locum remiſſio, quando quis reſpectu delicti per eũ commiſſi mutauit domicilium. & dicen-

dicendum[b] quòd ſi talis non fuit præuentus citatione ratione delicti, vbi ſe tranſtulit, quòd habet locum remiſsio ad locum domicilij, vbi deliquit vt ibi coerceatur, vt in aut. ſi qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oport. & in aut. vt nul. iudi. §. ſi quis verò comprehenſorum, & iiii. q. vi. §. i. & ita determinauit, & tenuit Clemens papa quintus, in quadam eius conſultatione, quæ incipit quoniam illis, de qua habita eſt mentio ſupra per quos, & contra quos. ſed ſalua reuerentia tanti domini Deo dilecti, talis iudex non remittet ad iudicem domicilij, ſed ipſe puniet, per l. iii. ff. de of. præſi. cum ſupra allegatis. nam potius e conuerſo videtur, quòd ad iudicem delicti ſit facienda remiſsio, vt. ff. de accuſa. l. ſi cui. §. fi. & d. §. ſi quis verò. & quòd quidem dicitur quòd iudex delicti imponit pœnam, intelligendum eſt de pœna corporali, non tamen de ſpirituali, quia pœnitentia, quę imponitur pœnitenti: imponi debet per proprium ſacerdotem, vt extra de pœni. & remiſ. c. omnis vtriuſque, & nota. xvi. quæſ. i. c. i. in gloſſ. & ibi vide.

De hac remiſsione facienda nota. plenè Innocen. & Hoſtien. extra de rapto. c. i. & Io. An. in compil. cle. de re iudica. c. paſtoralis, in gloſſ. & de hac materia, vide ſupra domicilium.

ADDITIONES.

a *Remiſſionis voce, rurſus vel retro mittendi actus oſtenditur, inde dicitur in iure cauſæ remiſſio, cum ad eum a quo com miſſa eſt remittitur, quod multis de cauſis euenit, quas videas apud Spec. 2. par. de remiſſi. Item remiſſio perſonæ fit delinquentis, vt hic dicitur ad iudicem competentem, l. Diuus. 6. ff de cuſto. & exhi. re. l. 1. C. vbi cau. ſta. ag. deb. Alterius interdum fit, vt accuſatoris. l. 3. §. idē Diu. Adrian ff de teſti. l. generaliter ff. de offi. præſid. l. nam ſalutem. ff. de offi. præfe. vigi. Item ad inſtar horum remiſſus nuntius dicitur. l. 8. § vltim. ff. de iu. dot. præterea ſignificantur remiſſionis effectus, nam cum quid remittimus, ex conſequentia ſolemus a nobis liberare, inde pro liberatione a noui operis nuntiatione facta ſumitur, in l. 1. & toto tit. de no. ope. nunti. & tit. de remiſſi ff item tot. titu. de remiſſ. pig ſequitur etiam, vt quod remittimus condonare videamur, ac relaxare, ideo quandoque pro cōdonatione & gratia mercedis, penſionisve ſumitur in l. ex conducto. 16. §. vltim. & l. ſi vno. 17. ff. loca. item C. eodem l. licèt. & ff. de ann. lega. l. legatum. §. vini Falerni. ita videtur accipi remiſſio iureiurandi. l. quæ ſub conditione §. vltim. ff. de condi. inſtitu. vel iuris. l. quidam ff. de admini. tuto. l. periculum. 4. ff. de pecu. l. illicitas. § vltim. ff. de off. præſi. ſiue pro venia in tit. de pœni. & remiſſ. conſequitur etiam ex remiſſione lætitia, ideo pro lætitia ſolet accipi, & alijs conſequentibus ex ea. quæ Non. ex autoribus refert. Formæ literarum inquiſitoris, vt remittantur ſibi, rei extant in Director. inquiſito. part. 3. Petrus Vend.*

b *Hic locus videtur corruptus, & multa eſſent mutanda, vide puram, & integram lectionem apud Calderin. de hære. c. 8. per quos, & contra quos. &c. vnde tranſcripſit autor. P. V.*

Renuntiatio

[a] Plus, vel tātùm valet, quæ ipſo facto fit, ſicut renuntiatio quæ fit verbo, vt in c. ex ore, de his quæ fiunt. a maio.

maio.par.capi.& de vita, & honeſta. cle.c.fi.& ff.de legi.l.de quibus, circa fi.nam plus eſt facto demonſtrare, q̃ verbis dicere,[b] vt nota.de appel.dilecti filij, lo. primo. de quo vide infra ſimonia.

ADDITIONES.

a *Renuntiatio propriè eſt nuntij, vel legati relatio, a renuntiãdo, quaſi retro qd fecit nuntiando mittenti, Cic.in Verr. Renuntiationemque eius quæ erat in publicas literas relata, illorũ legibus tolli iuſſerat, idem pro Planc. Renuntiatio, inquit ſuffragiorũ, & in l. qui fundum 40. ff.de contrahen.emp. eius mentio ſæpe fit in legibus ti.ſi menſor falſum mo.dixe.ff. Item quia per renuntiationem ſolemus aliquando quid recuſare, vel a nobis abdicare, factum eſt vt accipiant autores eam pro recuſatione vel abdicatione, vnde renuntiatio inquit Aſcon. dicitur recuſatio eius rei, quæ in pactum, & promiſſionem venerat, Inde renuntiatio ſponſaliorum et nuptiarum, cum ea vel eæ dirimuntur. l.2.ff de diuor.l.1. C. de ſponſ. l.quæſitum.17.§.vltim.ff.de reb.aut.iu. poſſi. Hinc renuntiare ſocietati, l.actione 66.ff pro ſoc.& renuntiatio ſocietatis. l. verum.64.§.vltim.ff.eod.& tot.tit.extra de renuntia. quandoque verbo renuntiandi apponitur caſus quartus a Latinis autoribus, & ita quaſi ſemper iura pontificia maximè recentiora loqui ſolent. ſic itaque ſumitur hoc loco. Petrus Vendramenus.*

b *L.ſi tamen §.ei qui. ff. de edili. edi.l. reprehendenda.iuncta gloſ.in c.comprobaſti.C.de inſtitut.& ſubſti. Quintill. Mandoſius.*

Reuocare

[a]An poſſit quis confeſſionem ſuam, vide ſupra cõfeſſio, & ſupra corrigere.

Item an teſtis poſſit reuocare dictum ſuum, vide ſupra corrigere, & infra teſtis.

ADDITIONES.

a *Reuocare, retrorſum vocare quandoque ſignificat, Cic.pro Mure. Vnde tu me vocaſti, inde ibi te reuoco. Teren.in Phormio. reuocemus hominem. in iure legimus, ius reuocandi domum, & reuocare domum l.2.§.omnes autem, cum ſeque. ff.de iudi. & quos reuocamus ad nos retrahimus, & eorum iter progredi nolumus, inane reddimus, idcirco pro ad nos retrahere, & inane reddere & caſſare ſolet accipi penes reliquos Latinos, & in iure ſicut hic ſumitur, propterea dicitur reuocari procuratorem.c.ſi quem.de procura lib.6. Item quod iure geſtum eſt, reuocari non poteſt l.3. C.de confir. tuto.ſic accipitur in l.hæc conditio.66.ff. de condit.ſine cau. P. V.*

Ritus

[a] Id eſt mos, & obſeruantia ſecundùm Archi.viii. q.i.neque, & ibi c. cõtra Chriſtianos, de hæret.li.vj.

Habitus, ritus, & obſeruantiæ diuerſitas in vna, eademque fide generat ſcandalum apud infideles. Ab.in cap.deus qui, de vit.& honeſta.clericorum.

Idem quid ſit ritus, dicẽdum φ eſt vſus diſponens circa ſolennitatem actus, de tem.ord.cum ſecundùm. facit quòd nota.in l.i.ff.de inoffi. teſ.& in l.lecta.ff.ſi certum pet.adde de cle. coniuga.cum olim, vbi tex. Inno.de offi.ordin.quoniam in pleriſque.Archi.

chi.in c.contra Chriſtianos, de hære. libro.vj.

An inquiſitores poſsint procedere contra illos,qui tranſeunt ad ritus Saracenorum , vide ſupra reiudaizantes.

De ritu Iudęorum vide C.de apoſ. l.i.& l.ſicut.C. de pac. & an ritus Iudæorum ſint tolerandi,vel ne,vide ſupra cœremonia,& ſupra Iudæi.

Mos erat apud Romanos , vt poſt cognitas vxores lauarētur priuſquā ingrederētur templum.xxxiii. q. iiii. vir cum propria.

Sed an ritus paganorum, ſiue gentilium ſint tolerandi?dicēdum ſecundùm Tho. ii.ii. q.x. quòd licèt ritus, & feſta Iudæorū eccleſia toleret agi: tamen gentilium non toleraret , niſi fortè propter ſcandalum vitandum vel ſchiſma,ſiue disſidium,vel huiuſmodi malum ſunt aliquando ad tempus tolerandi ritus paganorum , vel etiam hæreticorum, & ſic aliquando eccleſia tolerauit,vt in ſum.cōfeſ.eo. tit.quęſtio.xvi.

ADDITIONES.

a *Ritus dicitur eſſe mos, & approbata conſuetudo,quam oēs ratam habent, Vnde Feſtus ait, Ritus; mos eſt comprobatus in adminiſtrandis ſacrificijs, & cæremonijs ait Siman. in Enchir.tit.40.ritus eſſe quoſdam externos ad cultū diuinum celebrandum, de ritibus in adminiſtratione ſacramentorum, Catechiſ.de ſacra. confir. c.itaque.de ſacram.pœni. c. quòd verò extremæ vnctio.c.1.ad fin. de ritibus approbatis, & receptis ab eccleſia non contemnendis & obſeruandis, Trid. Syno.ſeſſ.7.can.3.titul. de ſacra.& ſeſſ. 22.c.cumque natura.5. Ritè aduerbium legitur in l.qui putauit.§.non quæuis.de bono.poſſe.contra tabu.& l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.item ritus, in titu.de ritu naptia.ff. ad ſolemnitatem noſtri doctio.neoterici ritum referunt,ad l. 2.ff.de inoffi.teſta.& ad l.& ſi pepercerit ff. de li. & poſthu.licèt & rectitudinem quandoque ſignificare dicant. vide ſupra conſuetudo. P. V.*

Riuales propriè dicūtur qui per eundem riuum aquam ducunt,vt ff.de aqua quo. & æſti. l.i. ſimiliter ij exquiſita ſimilitudine riuales dicuntur,qui cum eadē, & vna muliere habent conſuetudinem. hoc tangit Abb. in c.ſecundo requiris,de appel.in fin.

Rogare debent inquiſitores, & intercedere curiæ ſœculari pro condemnatis poſtquam eos relinquūt brachio ſęculari, & formā huius depręcationis habes extra de verbo.ſignific.c.nouimus.& hæc rogatio ſe habet ad hoc vt poteſtas ſœcularis ſe habeat piè cum ipſis declaratis,ſecundùm formam iuris.& pro tali deprecatione poterit dici vnum vulgare , ſcilicet oculo fracto vngatur os.& ibi in d.c. nouimus, dicitur quòd cum maxima clementia per eccleſiaſticum iudicem ſunt tradendi precibus interpoſitis apud eū , nè ad mortem vel membri mutilationem procedat: ſed hoc non obſtante ipſe ſœcularis iudex faciet executionem corporalem prout iura in tali caſu diſponunt.de quo vide ſupra executio, & ſupra degradatio. de hac rogatione,vide infra ſententia.

Item nota quòd excepto modo prædicto,ſi aliqui rogant pro hæreticis, dicūtur fautores hæreticorum,vt ſupra

pra

pra fautores.& fautores ſunt excommunicati,vt in ca.ſicut,el.i. extra de hæreti.& in c. excommunicamus. §. credentes. item tales qui pro hæreticis rogant,vidétur impedire officiũ, & proceſſum inquiſitionis, & impediẽtes directè,vel indirectè officium inquiſitiõis hæreticæ prauitatis ſunt excommunicati,vt in c. vt inquiſitionis,& ibi per Dominicum li. vi. & ſic concludendo nullus poteſt interuenire precibus , nec rogare pro hæretico ab inquiſitoribus,vt eis aliquid alleuiet,vt habetur in quadam conſtitu. Frideri.impera.quæ incipit,Inconſutilem tunicam,in fi. vbi ſic dicit ad literam . Apud nos pro talibus nemo interuenire præſumat, quòd qui fecerit,in ipſum noſtræ ĩdignationis aculeos non immeritò conuertemus . & habetur in l.quiſquis cum militibus. C.ad l.Iul. maieſta. vbi dicitur quòd qui pro talibus rogãt,ſunt infames, quæ lex eſt canonizata.vi. q.i.

Chriſtus pro Petro rogauit,vt non deficeret fides ſua,& dixit ei, ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua , & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.Lucæ.xxii. & not. quòd non ſolùm Chriſtus pro Petro rogauit , ſed hoc dictum eſt ei in perſona totius eccleſiæ,cui enim conſonat illud verbum ſaluatoris noſtri Matth. xxviii. ego enim vobiſcũ ſum omnibus diebus vſque ad conſumationem ſœculi, non ſi quidem tãtùm pro Petro , nec pro duodecim diſcipulis, ſcilicet apoſtolis illud dictum intelligitur,cum morte finierunt,ſed potius vniuerſali eccleſiæ,quę in finẽ eſt duratura quæ in generali concilio præſentatur.de quo vide ſupra concilium,& ſupra eccleſia.

Apoſtolus ad Ro.xv.dicebat: Rogo vos, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudęa, quos , ſcilicet infideles apoſtolus ad Philippenſes.iii. dicit inimicos crucis Chriſti. IDEO PROVISO SOLERTER . Et dicit gloſ. bene rogat apoſtolus minores pro ſe orare multi enim minimi dum congregantur vnanimes,fiunt magnanimi,& multorum preces impoſſibile eſt quòd non impetrent id quod eſt impetrabile.Thom.ii.ii. quæſ.lxxxiii.ar.vlti. in fin.

SAbbatum.

[a] Sabbati obſeruatio conuenienter fuit præcepta ſecũdùm S. Thom. ii.ii.quæſtio.cxx.ar.iiii. & in iii. diſti. xxvii.ar.v.

Die ſabbati non eſt prohibitus de iure eſus carnium , imò ſine peccato illo die comedi poſſunt,de honeſtate tamen , & conſilio abſtinendum eſt. de quo vide text.cum glo.in c.de eſu carnium,& in c.ſabbatum, de conſe. diſt.iii.Ab.in c.ii.de obſerua.ieiu.ad de tex.iuncta glo.xii.diſt.illa. Et peccant Caſtellani qui comedunt in partibus Italiæ carnes in die ſabbati, licèt in eorum partibus vtantur,ſecundùm Ab.in dicto.c.ii.in fi. ſed audiui dici a pluribus nobilib⁹ Caſtellanis, quòd ipſi comedunt hepar die ſabbati . ego dicerem in hoc attendendam eſſe loci conſuetudinem, per dictum. c.illa. hoc Antonius Curſetus in repertorio Ab.in dictione,ſabbatum.

Nota quòd loco ſabbati inſtituta eſt dies dominica,quia eo die inchoauit mundus. Gene. i. Chriſtus ſurrexit a mortuis,de conſe.diſ.iii. ſabbato.

to.itē ſpiritus ſanctus datus eſt apoſtolis.& tex.dicit: quicquid a deo eſt conſtitutum inſigne, in huius dignitate diei eſt geſtum. in hac die mundus ſumpſit exordium.in hac per reſurrectionem & mors interitum,& vita accepit initium lxxv.diſt.quo die, in fin.& vide ſupra dies. §. an obſeruatio.

Præceptum ſabbati debuit ceſſare tempore gratiæ. idem Thom. in ii. quæſtio.c. ar. iii. & in iii.diſtinc.xxxvii.ar. v.

Nota quòd ſabbati obſeruationi ſuccedit obſeruatio diei dominicæ. idem Thom.in prima ſecundæ.quæſ. xxii.ar.iiii.

Item de obſeruatione ſabbati in veteri lege,quomō partim fuit moralis,partim cœremonialis, & de eius mutatione in diem dominicā ſi fuit ex ſucceſſione legis, aut ex inſtitutione eccleſiæ. Et ſi tam tanta aſtrictione debeat coli, & de cæteris huiuſmo di.vide de conſtitu.c.tranſlato.& vj. diſ. §.his itaq; reſpondetur.de ferijs, omnes dies.de conſecra.diſt.iii.pronunciandum.vide per Raymundum tit.de ferijs.& vide per Nico. de Lyra in ſua apoſtilla, Exo.xx. vide per beatum Th.ii.ii.q. & vide in additionib' ſuper apoſtillis Nicolai de Lyra, per Paulum quondam Burgenſem epiſcopum.& ibi vltra alia no. per eum, quòd in obſeruatione ſabbati eſt allegorica ſignificatio,prout fuit figura Chriſti in ſepulchro in die ſabbati quieſcentis. Eſt enim in obſeruatione ſabbati moralis ſignificatio, ꝓut ſignificat ceſſationem ab omni actu peccati,& quietem mentis in deo. ſecundùm quam ſignificationē eſt præceptum generale. Eſt enim in hac obſeruatione ſabbati ſignificatio anagogica, ꝓut ſcilicet præfigurat quietem fruitionis dei.hæc ille.De obſeruatione ſabbati, vide per Nicolaum de Lyra. Iſa.lviii.& Exo.xx.Sex enim diebus fecit deus cœlum, & terram, mare,& omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo. idcirco benedixit deus diem ſabbati, & ſanctificauit eum Exo.xx.

De prohibitione obſeruantiæ ſabbati habetur de conſecra.diſ.iii. peruenit.& ibi nota. quòd Antichriſtus faciet ſabbatum,& dominicum diem ſeruari.vide ſupra Antichriſtus.

ADDITIONES.

a De Sabbato loquitur tex.in l. die ſabbato.C.de iudæis. & de ſabbati obſeruantia & de alijs de quibus hic, tractat Albertin.in tracta.de agnoſcen.aſſertio. catho.q.32. Q. M.

Sabbatum vocabulum eſt Hebraicum & eſſe nomen diei vltimi hebdomadis apud nos Chriſtianos non eſt qui neſciat. Petrus Vend.

Sacramentum [a] Definitur ſecūdùm magiſtrum ſententiarum. Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum. Item ſecundùm Auguſtinum de doctrina Chriſtiana ſacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. & huic addit magiſter ſententiarum ſic,vt eius ſimilitudinē gerat,& cauſa exiſtat. Item ſacramentum ſecundùm eundem Auguſtinū eſt illud, in quo ſub tegumento rerū viſibilium diuina virtus ſecretius ſalutem operatur. Item ſecūdùm Hug. de ſancto Victore in libro de ſacramētis ſic.ſacramentum eſt materiale

le elementum extrinſecus oculis ſuppoſitum ex inſtitutione ſignans, ex ſimilitudine repræſentans, ex ſanctificatiõe aliquam inuiſibilem gratiam conferens. de duobus primis diffinitionibus habetur de conſe. diſt. ii. ſacrificium.

Quot ſunt ſacramenta, & quæ neceſſitatis, & quę volũtatis, gl. de tranſac. veniens. docto. de ſacram. non iteran. ſuper rubrica. vbi vide quid ſit ſacramentum, & quæ fuit cauſa inſtituendi ſacramenta. adde glo. i. q. i. §. ſed notandum. gloſſ. de hæreticis ad abolendam. ſed dicendum ſecũdùm Ray. quòd neceſſitatis quinque ſunt ſacramẽta, videlicet Baptiſmus, Cõfirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, & Extrema vnctio. & iſta quinque dicũtur neceſſitatis, quia ſunt in præcepto, & tenetur quilibet ad ea ſuſcipienda pro loco, & tempore. Reliqua duo ſacramenta ſunt voluntatis, ſcilicet Ordo, & Matrimonium. Et quę, & quot ſint ſacramenta eccleſiæ, vide extra de tranſac. ca. vehemens, vbi de his nota. in gloſ. & vide Tho. in iii. parte. q. lxv. ar. i. in iiii. diſ. ii. ar. v. vbi tenet quòd ſunt ſeptem ſacramenta. Item quot ſint ſpecies ſacramentorum, vide Archi. de conſec. diſti. i. ſuper gloſſ.

Sacramenta non fuerunt neceſſaria in lege naturæ, nec ante peccatũ, nec ante Chriſtum. Thom. in iii. parte. q. xl. ar. vi. & viii. & in ſumma contra gentiles, lib. iiii. q. lvii.

Item ſacramenta legis Moyſi debuerunt addi ſupra ſacramenta naturæ. idem Tho. in iiii. diſti. i. ar. ix. & de eorum conuenienti inſtitutione, vide in tertia parte, q. lxi. ar. iiii. & in quarto, diſt. x.

Sacramenta veteris legis non cauſabant gratiam. Thomas in quarto di. i. ar. iiii. & in tertia parte. q. xlii. ar. vi. & in. i. ii. q. ciii. ar. ii.

An vſus ſacramentorum veteris legis eſſet meritorius, idem Thom. in quarto, diſtint. i. ar. xviii. & an purgaret ab immundicijs, ea. di. ar. xix.

Quæ ſunt ſacramenta, in quibus non confertur gratia, gloſ. & doctor. in c. ſi. de præsby. non baptizato.

Sacramenta nouæ legis continent gratiam. Tho. in. iii. parte. q. lxxii. ar. iii. & in quarto, diſ. i. ar. xiii. & in. q. de veritate. q. xxvii. ar. iiij. & in ſumma contra gentiles, li. iiii. q. lviii.

Sacramenta habent virtutem ex paſſione Chriſti. Thomas q. lxii. ar. v. & in iiii. di. i. ar. xiiij.

Vtrum hæretici poſſint ſua poteſtate ſacramenta conferre? & Thom. ſecunda ſecundę. q. xxxix. dicit quòd duplex eſt poteſtas ſpiritualis, vna quidem ſacramentalis, alia verò iuriſditionalis. ſacramentalis quidem poteſtas eſt, quę per aliquam conſecrationem confertur. & talis ſecundùm ſuam eſſentiam remanet in homine quamdiu viuit, ſiue in ſchiſma, ſiue in hæreſim labitur. quòd patet, quia rediens ad eccleſiam nõ iterum cõſecratur. ſed tamen tales vſum poteſtatis amittunt, ita quòd non licèt eis ſua poteſtate vti. ſi tamen vſi fuerint, effectum habent in ſacramentalibus, quia in his homo non operatur, niſi ſicut inſtrumentum dei. vnde effectus ſacramentales non excludunt propter culpam quamcunque conferentis ſacramentum. de poteſtate iuriſditionali, vide ſupra abſolutio. Et an hæreticus, vel ſchiſmaticus conficiat corpus Chriſti. gloſ. de con-

conſ.diſt.iiii.videtur dicere ꝙ ſic. ſed contrarium videtur notare glo.i.q.i. dominus.tex.& gl.xiiii.q.i.ſubdiaco nus,& c.fi.vbi no.ſacrilega conſecratio,quæ fit ab hæretico.

Sed quid ſi quis non baptizatus promouetur in ſacerdotem, & epm, & poſtmodũ celebrat, & multos ordinat?dicendum ſm Tho.in.iiii.diſt. xxiiii. non baptizatus nullum ordinem recipere poteſt,nec cõficere,nec abſoluere,nec etiam ordinare,tamẽ piè credi poteſt, ꝙ quantum ad vltimos effectus ſacramentorum ſummus ſacerdos ſuppleret effectum, & ꝙ non permitteret hoc ita latere ꝙ in periculum eccleſiæ imminere poſſet. Albericus autem dicit ꝙ putat talem conficere non in poteſtate ſua, ſed in ptãte eccleſiæ.deſcendit.n.tunc a virtute ſpiritus ſancti vegetantis eccleſiam ptãs in illum,nè eccleſia decipiatur,& illũ excuſat ignorantia inuincibilis,vt in ſum.conf.l.iii.tit.xxii.q. viii.Primũ videtur verius.nã cum de hoc errore conſtiterit, taliter ordinati debent reordinari,vt in ca.i.extra. de clerico non baptizato.

Vtrum corpus Chriſti debeat dari ſuſpectis de crimine?dicendũ ſm Th. in.iiij.di.ix. quòd triplex eſt ſuſpitio, quædam eſt violẽta,quæ pro facto reputatur,vt ſi inueniatur ſuſpectus cũ ſuſpecta in eodem lecto,& huiuſmodi. & pp hãc cauſam ſicut ꝓpter peccatum mortale neganda eſt communio.ita videlicet ꝙ ſi talis ſuſpitio ꝓcedit ex publica fama,nõ debet communio dari nec petenti publicè, nec ſecretè. ſed ſi talis ſuſpitio ſit ſoli ſacerdoti, debet dari ſi petat in publico, non autem in occulto. ſed ſi crimen eſſet occultum,puta per confeſſionem, vel aliàs ſecretè ſcitũ, & ille in occulto petit,debet ei negare ſacerdos,& monere eum,nè in publico petat:ſi autem in publico petat, debet eidem dare.habetur hoc per eundem Th.vbi ſupra & habetur de conſ.diſt. ii.non prohibeat. ſi verò peccatũ eſt manifeſtum,tunc ſiue in occulto, ſiue in manifeſto petat, debet ei negari.ꝙ ſi dicat ſe confeſſum,& abſolutũ an credere ei debeat confeſſor, vt ſic ei det euchariſtiã? & dicendũ ſm Th. in quodam quotlib. ꝙ in foro iudiciali creditur hoĩ ꝯ ſe,& non pro ſe.ſi ergo ſit impedimentum euchariſtiæ tale ꝙ ad forum iudiciale pertinet, puta excõmunicatio,non tenetur ſacerdos credere confitenti,quẽ excõicatũ nouit,niſi ei de abſolutione conſtet.ſi aũt ſit impedimẽtum quòd ad forum pœnitentiæ pertineat.ſ.pctm̃, tenetur credere, & iniuſtè agit ſi euchariſtiã negat.cõcor.Pe.& Hoſ.glo. verò Ray.vt patet in ſum.cõ.l.iii.tit. xxxiiii.q.xlviii.dicit ꝙ nõ tenet̃ ei credere,ẽt quòd cõfeſſus ſit ſuperiori,& abſolut⁹,niſi cõſtiterit ei ꝑ literas ſuperioris,vel alio mõ legitimo.& ſubdit autor sũmæ.ſed hæc nè contraria ſint pmiſſis,intelligendũ eſt de peccatis manifeſtis,vel q̃ ſuũ ſubditũ probabiliter habet ſuſpectũ.nam de occultis nihil põt ſcire ſacerdos, niſi ꝑ ipſũ.ſatis videtur poſſe dici ꝙ non teneatur ei credere ẽt de occultis. licèt enim peccata occulta ſint ſolùm fori pœnitentialis, tamen non confiteri ptinet ad forũ iudiciale, cũ nõ confitens debeat ab eccleſia arceri, & eccleſiaſtica priuari ſepultura,vt extra de pœ.& re.c. oĩs vtriuſque.poſſet tñ credere fidedignæ, & timoratæ pſonæ,quia veriſimiliter huiuſmodi pſo

na nō mentiretur, ar.xi.q.iii. qui omnipotentem, habētur hęc in ſum.confeſſi.li. iii.ti.xxiiii.q.lxxviii.quędam verò ſuſpitio eſt probabilis, vt ſi inueniatur ſolus cum ſola tempore, & loco ſuſpecto colloquentes, & propter hanc ſuſpicionem non debet denegari euchariſtia, quia pœna non infligitur, vbi culpa ignoratur. quædam eſt leuis ſuſpitio, vt ſi appareant aliqua ſigna, non tamen omnino certa, & propter hanc etiam euchariſtia negari non debet. idem etiam ſecundùm Pe. vt in ſumm.confeſ.eo.ti. q. lxxx. Et ex ſupradictis concluditur quòd ſuſpectis de hæreſi contra quos infamia laborat, ſi inquiſitori, vel iudici per teſtes conſtat de hæreſi, & quòd propter illud fuit captus, & incarceratus, ſi non confiteatur hæreſim, de qua accuſatur, ꝙ licèt petat euchariſtiā, ꝙ debet ſibi denegari, ſi verò confiteatur, & humiliter petat, & in eo apparuerint ſigna contritionis, etiam poſt condemnationem non debet ei denegari, & etiam licèt ſit relapſus, vt in.c.ſuper eo, de hære.li. vi. tamen ſuſpectis ſacramenta pœnitentiæ nō ſunt eis deneganda, vt d.c.& ſic notoriè delinquenti denegatur euchariſtia, vt de conſ.di.ii.ante he.

Item not. quòd communio nō eſt neganda his qui in patibulis ſuſpenduntur, ſi confitentur, & humiliter petant, vt.xiii.q.ii.quæ ſitum. vide infra in §.ſuperius.

An ſacerdos debeat denegare corpus Chriſti illi, quem ipſe ſolus ſcit eſſe in peccato mortali? & dicendum ꝙ non, vt de of.or.ſi ſacerdos, de conſ. di.ii. non prohibeat.

Qui nō eſt in firmo ꝓpoſito abſtinēdi a quolibet peccato mortali, nō debet accedere ad ſumendū corpus Xpi.tex.& ibi gl.de cōſ.d.ii.quotidie.

Quare in eccleſia ſeruatur corpus Chriſti, & non ſanguis, gl.de conſ.di. ii.presbyter.ii.

Superius dictum eſt ꝙ damnatis ad mortē debet dari corpus Chriſti, ſi humiliter petāt. tamen extrema vnctio nō debet eis adminiſtrari, no.de hoc Io.An.& Archi.& doc. in d.c.ſuper eo, de hær.l.vi.& facit ꝙ habetur, xiii.q.vi.c.vi.& in cle.i.de pœ.& re.facit ꝙ no.Bal.in l.ii.aliàs.v.C.de epiſ. audi.ſed dic ꝙ valde honeſtū eſt illos illa die nō affici vlti.ſupplicio, quia receperūt corpus Chriſti.ad qđ bene faciūt no.per Archi.in c.vl.xiii.q.vlt.

Qui ſacramenta, aut dona dei vendunt, vel emunt pariter a deo dānantur.i.q.iiii.vendentes.vbi ſic dicit, vēdētes, & ementes de templo eliminauit Chriſtus. quia vel eos qui pro munere impoſitionem manuū tribuūt, vel eos qui emere nituntur, damnat. vide infra ſimonia.

ADDITIONES.

a Sacramentum a ſacro autore Varrone l.4.de lin.lat vocabatur, depoſito ad pōtem pecunia, nā & qui petebat et qui inficiabatur, inquit vterque quinquenta æris ad pontem deponebat, qui iudicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat, victi ad ærarium redibāt, ſacramentum item feſto interprete dicitur, quicqd iuriſiurandi ſacratione interpoſita geritur. Hinc militare ſacramentum, quo milites in verba ſui Imperatoris iurabant, quod niſi præſtitiſſent iuſti milites non habebantur, eoq; ſoluti in hoſtem legitimè pugnare non poterant, eorum qui iurauerant militia legitima vocabatur & quid iura-

iurarent vide Seruium in fi.ſerè.7. & in exordium 8. Aenei. vnde ſacramento ſolutos veteranos Vlpianus, inquit in l. 2. ff. de priuile. vetera. & alibi in l. vltim. ff. de re mili. ſacramento ſoluēdus eſt, ait Paulus, & in l. athletas. §. miles. ff. de his qui no. infa. inde pro omni iuramento ſumitur vulgò, & in aut. ſacramen. pub. c ſi aduerſ. vendi. aut. ſacramentū. quando mul. tut. offi. l. ſi quis. C. de reb. credi. l. vltim ad fin. C. de fid. inſtrum. aut. hoc ſacramentum. C. de iureiuran. prop. calum. Hac ſanè ratione & permulto magis appellari videntur hic ſacro ſancta ſacramenta baptiſmus, confirmatio, eucariſtia, & cętera de quibus hic agitur, a Chriſto namque inſtituta, & gratiam continent, & ſeptem ſunt, ad ſalutem neceſſaria, licèt omnia ſingulis neceſſaria non ſint, & aliud alio ſit dignius, Conc. Trid. ſeſſ 7. in can. de ſacramen. & per excellentiam appellatione ſacramenti intelligitur ſanctiſsimum eucharistiæ ſacramentum, De ſacramentis his, & alia ſunt in Concil. Tridē. latiſſimè verò in Catechiſ. primùm de omnibus generaliter. poſtea de ſingulis docet, Hæc autem ſacramēta à ſecretis virtutibus vel ſacris ſacramēta dicuntur, quæ ideo fructuosè penes eccleſiam fiunt, quia ſanctus in ea manens ſpiritus, eorundem ſacramentorum latenter operatur effectum. 1. q. 1. multi. ex diuo Gregorio. P. V.

Sacrificia

Sacrificia[a] ſoli deo d bentur. de quo vide ſ. dęmō.

Sacrificia exteriora ita ſunt ſigna interiorū ſicut verba ſonātium ſunt ſigna rerum. de quo vide ſ. dæmon.

ADDITIONES.

a *Sacrificium viſibile, eſt inuiſibilis ſacrificij ſacramentum, ideſt ſacrū ſignum, de conſe. diſt. 2. c. ſacrificium. Aug. de ciui. Dei. li. x. c. 5. quaſi ſacrum factū, quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memoriam dominicæ paſſionis, 1. q. 1. c. multi. de ſacrifi. miſſæ. 22. ſeſſ. Conc. Tri. in proęm. & c. 1. & 2. & 23. c. 1. De eo etiam Catechiſ. de Eucariſt. ſacra. c. nuus quod. & ſeq. P. V.*

Sacrilegium

Sacrilegium[a] committit peccans contra matrimonium.[b] vnde lex ciuilis appellat adulteros ſacrilegos, vt in l. quamuis. C. de adulterijs.

No. ꝙ ſacrilegium eſt mixti fori, vt in c. cum ſit, de fo. com. & quod ibi notatur ad idē facit. c. i. de of. or. vbi bonus text. & c. benedicto. xxxii. q. i. & ſic nota. ꝙ ſuper adulterio pōt agi criminaliter, & ciuiliter, criminaliter in foro ſæculari, ciuiliter in foro eccleſiaſtico. hoc Ab. in c. tuæ, de ꝑcuſ.

Item no. ꝙ ſacrilegiū eſt crimē eccleſiaſticum, quandoque tamen punitur per iudicē ſæcularem cum imponitur pœna corporalis, ſm Hoſti. de fo. cōp. cum ſit. vide. ii. q. i. in primis. vbi de perſona. & adde ꝙ ſacrilegus poteſt coram vtroque iudice cōueniri, vt in d. c. cum ſit.

Sacrilegiū cōmittit qui Iudæis, vel neophytis officia publica committit de quo vide ſupra Iudæus.

Reputare indignum, quem principes reputant dignum, eſt crimen ſacrilegij. xvij. q. iiij. §. committunr, & in. l. i. & ij. C. de cri. ſacri.

ADDITIONES.

a *Sacrilegium quibus modis committatur vide c. quiſquis 17. q. 4. ex epiſtola Ioā. papæ 8. Iure ciu. ſacrilegi sūt, qui pu-*

publica ſacra cōpilauerint, At qui priuata ſacra, vel ædiculas incuſtoditas ten tauerint, amplius quàm fures, minus quā ſacrilegi merētur, l. ſacrilegi. ff. ad l. Iul. pecu. ſacrilegij pęna quæ eodem titu. l. ſacrilegium & l. ſiquis in hoc. C. de epiſ. et cle. Cic. 2. de legi. Sacrum ſacrove commendatum, qui clepſerit, rapſeritque patricida eſto. T. V.

b *Ex quo leditur ſacramentum matrimonij. c. debitum. de biga. aduertendum tamen, quòd largo modo, & impropriè committi dicitur ſacrilegiū, per adulterium, Bart. in l. ſacrilegi ff. ad l. Iul. pec. Bal. in l. 3. nu. 6. C. de ſur. Paul. Gbirl. de pę. omniſa. coi. q. 6. nu. xi. Q. M.*

Salarium [a] an periti qui vocātur per inquiſitores ad examinationem proceſſuum, debeant, gratis dare conſiliū, vel an poſſint habere pro eo ſalarium? & dicendum ꝙ iſti gratis debent dare conſilium. ſed iquiſitor ex ſua prouida diſcretione faciat eis ſolui ſalariū pro ſuis laboribus, & conſilijs, & tunc ipſi periti rectè poſſunt ſalarium recipere gratis oblatum eiſdem, vt not. Archi. in c. vt commiſſi, de hære. lib. vi.

Qualiter receptores fiſci tenentur ſoluere ſalaria inquiſitoribus, & offi cialibus, & miniſtris inquiſitionis in principio ſuarum tertiarum, vt habetur. xxxvii. iſtructione inquiſitionis.

Nota ꝙ vltra ſalarium ordinariū, quod datur inquiſitoribus, notarijs, & alijs officialibus inquiſitionis, debent ſereniſſimi reges facere eis mercedes de bonis, quę ipſi acquirūt ſuis laboribus, dum ſunt in officio, & eſſet magis equum, & cōſonum quam dare, & facere mercedes ipſiſmet hæreticis, & filijs eorum de bonis iā conſiſcatis propter hæreſim ipſorum, de quo vide ṡ. bona. Nā poterūt dicere inquiſitores ipſis hæreticis qui ꝓcurant tales mercedes, illud qđ traditur in decretis. xiii. q. i. c. i. §. Itē quis plātat vineam, & de fructu eius non comedit. Nos plantauimus vineam, & vos vultis fructus eius edere? & præcepit dn̄s per Moyſen, vt nemo mittat falcem in alienam meſſem. Hæc meſſis noſtra eſt. & vos, ſcilicet, hæretici vultis falcem ī eam mittere? Item non alligabis os bouis triturantis. Vos vultis alligare os noſtrum, & de noſtra tritura victū vobis quæritis. Item apoſtolus, qui altari ſeruit de altari viuere debet. Item qui in ſacrario operantur, cum ſacrario participant, ſed nunquid cum illo in quo non operantur: Nos ſeruimus altari, vos ei participare vultis? Nos verò vacuos, & inanes dimittere quæritis? nō ſumus agricolæ, vos primum vultis percipere de fructibus noſtris, imò non primum, quia nec vltimum nobis relinquere vultis? a prioribus enim incipientibus paulatim ſerpitis, & totum vſurpare contenditis, vt pro vobis videatur dictum, Fruſtratim lupus comedit agnū. itē quis vnquam militat ſtipendijs ſuis? quis paſcit gregem, & de lacte eius nō edit? nos militamus, & vos ſtipendia noſtræ militiæ vobis q̄ritis? nos gregem paſcim⁹, & vos lac ei⁹, & lanā accipe vobis vultis? ſapere eſt de alieno labore victū q̄rere, ſi ſape eſt velle qđ non poſſis &c. & etiā hæc rēſio poſſet dari ipſis epis, qn̄ applicant ſibi aliqua bona reſpectu inquiſitionis hęreticæ prauitatis, cū in ipſorū negligētiam fuit ītroducta inqſitio iſtis tēporib⁹.

Vnde autem debeat ꝓuideri de ſalarijs inquiſitoribus, & notarijs,

&

& alijs miniſtris officij iquiſitionis? & dicendum quòd hæc quæſtio fuit diuerſis temporibus coram diuerſis ſummis pontificibus agitata, præſertim coram fe. re. Vrbano quinto, & Gregorio. xi. & in conſiſtorio etiam fuit cauſa diuerſis dominis cardinalibus commiſſa, & nunquam determinata, & puto nunquam determinanda. quia eſt materia pluribus odioſa, ſed fidei, & eccleſiæ fructuoſa, & huiuſmodi quæſtiones variæ fuerũt: & ſunt inter dominos oppoſitiones. & videtur quòd epiſcopi debeant inquiſitoribus pro tali exequendo officio prouidere, & horum ratio eſt, quia epiſcoporum eſt fidem plantare, & prauitatem hæreticam de ſuis diœceſibus extirpare, vt patet in c. excommunicamus, § ad ijcimus, extra de hæreti. & hoc ſuis ſumptibus, & expenſis & nõ eccleſiæ, ſecundùm quòd patet in extraua. domini Io. xxii. §. ſupra & frequentius allegato, ſcilicet eo quòd ordinarij ſunt, & inquiſitores ſunt ad eorum aſſumpti adiutorium, & ad ſupplendam negligentiam ipſorum. de qua cauſa videtur quòd de ſumptibus ſuis pro exequendo officio ſuo, & eorum eccleſiarum, & eorum populum ab erroribus reducendo, & in fidem confirmando debeant ipſi epiſcopi inquiſitoribus prouidere, & huius veritatis fuit dominus Vrbanus quintus, & Clemens quartus in conſultationibus ad inquiſitores antequam Clemens eſſet papa, qui dicebatur ante papatum Guido Fulconis, & ſententiæ huius ſunt pro maiori parte omnes domini Rotæ, ſed nullus exequitur in re, & omnes dicunt ſic faciendũ, ſed vix eſt qui dicat, fiat. Quibuſdam tamen videtur quòd domini temporales, qui habent per manus iquiſitorum bona hæreticorum laicorum ſibi confiſcata, & hac ratione ipſi domini temporales teneantur ipſis inquiſitoribus prouidere: quia ſicut habent commoda, & habeant onera, & hac fortaſſis de cauſa in quibuſdam mundi partibus domini temporales dabant inquiſitoribus ſtipendia, eo quòd habent condemnatorum bona. Quibuſdã alijs videtur, quòd prouideatur de ſalarijs inquiſitoribus, & eorundem officialibus de cõdemnationibus bonorum hæreticorum per epiſcopos, & ipſos in officio faciendis. quòd tamẽ licèt ſit iuſtum, inducit tamen præiudicium, & eſſet melius ſi fieri poſſet, ſi inquiſitoribus poſſet aliter prouideri, multi alij modi tacti ſunt, & fortaſſis meliores, & leuiores, ſed ad obtinendum difficiliores. quare dimittantur. ſed tantù dicatur quòd in cauſa, & tam ſalubri officio, & eccleſiæ dei tam neceſſario prouideatur. hoc in directorio inquiſitionis Nic. Alme. q. cviii. de quo vide ſupra diuiſio.

Quis debet ſoluere ſalarium aduocato incarcerati pro hæreſi, habetur. xv. inſtructi. inquiſi.

ADDITIONES.

a *Salarium eſt ſtipendium vel merces quam quis pro opera ſoluit. Plin li. 31. c. 7. ſal honoribus etiam militiæ interponitur. Salarijs inde dictis, quòd ita Salarium neceſſarium ſit, ſicut homini Sal. De Salario comitum ſcribitur in l. diem functo. ff. de off. aſſeſſ. quod datur aduocatis appellatur honorarium l. 1. §. de honorarijs ff de var. & extraord. cognitio. Item fit Salarij mentio in l. a tutoribus*

34.ff.de admini. tuto. Inde Salariarius cui Salarium ſoluitur.l idemq́; .§.idem Labeo.ff manda. P. V.

Salus ab alio quàm a deo ſperari non licet, cum deus ſit omniū vera ſalus, & vera ſapientia: & q ab alio quàm a deo ſuam ſalutem expectat, non eſt fidelis, ſed infidelis: nō eſt ſanus, ſed æger: non ſapiens, ſed demens, & decipitur a dæmone, qui eum inducit, & allicit, vt faciat eum participem ſuæ perditionis, vt xxvi. q ii.qui ſine.ad quod.xxxvii.diſt .§. huic etiam.

Salomon [a]An ſit damnatus, vide remiſsiuè de cōſti. c.ne innitaris, vbi vide.

Salomon luxuria muliebri ſuperatus templum idolis fabricauit.xxxii. q.iiii.Salomon.

Salomon & Dauid in adoleſcentia reges fuerunt.lxxvii.diſtin. regulariter.

Salomon non diuitias, non longā vitam, ſed ſapientiam, à deo rogauit, & obtinuit.xxxvi. diſtint. ecce quòd ſacratum.

ADDITIONES.

a *Salomon hic fuit Dauid regis filius rex & ipſe Iſrael c.infra citato.2.&.3. regum. P. V.*

Saluo [a]iure impertinentium, & non admittendorū: quid importēt iſta verba, vide per Io. An. de offi.dele. cum contingat.de teſ.ex parte, & in clem. conſtitutionem. de electio.

ADDITIONES.

a *Adde cæteros doct. vt Dec.Fel.ad cit. cap.& Abb.in c.in nomine.de teſt.item de hac clauſula, Saluo iure meo, & ſimili vide l.ſi debitor. §.1.cum gl. ad ver. ſaluo.ff.qui mo. pign. vel hyp. ſolu. forſ. in ſingu. in dict.ſaluo & Cic.libro.13 epiſt.7 famil. ait ſaluo iure veteris amicitiæ, habet hanc vim vt non ſiat præiudicium in re ſalua. P. V.*

Sapere [a] nō oportet plus quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem.vt d Ro.xii.xliii.diſt.ſit rector.facit de pœn.d.ſtin.iii.adhuc.de renun.c.i.l.vj. Nec plus ſapias quàm neceſſe eſt, nē obſtupeſcas, vt habemus exemplum apoſtoli, qui cum de prædeſtinatione verba ageret, & peruenisset ad illud, quare quoſdam eligat deus, alios autem reprobat, iuxta illud, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui: ſapientiſsimè intulit, O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ, dei, quàm incomprehēſibilia ſunt iudicia eius? & de eodem Auguſt. ſuper Io.in illo verbo, Nemo poteſt venire ad me, niſi pr̄ qui miſit me, traxerit eum, dicit. quare hunc trahat, noli inueſtigare, ſi non vis errare. per idem reſpondet magiſter. ii.ſententiarum diſtin.xxiii.his qui quærunt cur deus permiſit primum hominem peccare cum poſſet eius voluntatem peruertere in bonum? quia omnipotens eſt, potuiſſet, inquit ille, re vera. cur non fecit? quia noluit: cur noluit, ipſe nouit. ergo non debemus plus ſapere, quam oportet ſapere. hoc vnum in huiuſmodi debet nobis abundè ſufficere, quod vt dicit Augu. in enchiridio,

dio, deus omnipotens, cui rerum eſt ſumma poteſtas, cum ſummè bonus ſit, nullo modo fineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotens, & bonus, vt bene faceret etiã de malo, quomodo illud intelligitur, & qualiter ex malis de⁹ eliciat bona, latiſſimè proſequitur magiſter primo ſen. diſti. xlvj. & per prędicta reſpõdetur ad id quòd mul ti petũt, quare deus permittit legem Mahometi in tantum præualere? de hac materia vide. ſ. hęreſis §. cur deus permittit tot hæreſes? & vide ſu pra deus. §. ſi aliquis, cum ſe. vide ſupra deus. §. ſi aliquis.

De ſapientibus hęreſim vide ſupra poſt literam hæreſiarcha, in litera de ſapientibus hæreſim per totum.

ADDITIONES.

a *Sapere. vide ſupra hæreſim ſapientia, quædã de huius verbi ſignificatione. Trita illa ſermone ſententia, Ne quid nimis. Petrus Vend.*

Saracenus. Inſequi debemus Saracenos, & non Iudęos. de quo quare fiat, habetur. xxiij. q. viij. diſpar.

Saraceni dicũtur qui nec nouum, nec vetus teſtamentum receperunt, qui non ab Agar ancilla Abraæ, de qua ſunt, voluerunt ſe nominari, ſed a Sara vxore libera Saracenos ſe appellauerunt.

An Saraceni poſſunt miſſas audire. ex. de conſę. diſt. i. epiſcopus, el ii. gloſſ. de conſęc. diſ. iiii. Iudæi, in glo. i. xxv. d ſt. per lectis.

An inquiſitores poſſint procedere contra illos, qui redeunt ad ritus Saracenorum, vide ſupra reiudaizantes, in §. ſupra viſum eſt.

Satisfacere a An poſſit quis de vno peccato, ſine alio, videlicet dicendo vnum, & celãdo aliud? & dicendum quòd non. de quo vide ſupra cõfeſſio. §. vtrum homo, & ſupra pœnitentia. §. ſupradictum eſt, quæ ſit pœnitentia falſa. & hanc quæſtionem mouet Th. in quarto. diſt. xv. ar. iii. & dicit quòd non ſatisfacit. nam oportet quòd talis ſit modus ſatisfactionis, qui competat ad tollendam offenſam. Offenſæ autem ablatio, eſt amicitiæ reſtitutio. & ideo ſi aliquid quòd amicitiæ reſtitutionem impediat, etiam apud homines ſatisfactio eſſe non poteſt. cum ergo quodlibet peccatũ impediat amicitiam caritatis, quæ eſt hominis ad deum, impoſſibile eſt quòd homo de vno peccato ſatisfaciat alio retento, ſicut nec homini ſatisfaceret, qui pro alapa ſibi data ſe ei proſterneret, & aliam ſimul daret. concor. Pe. in ſum. confeſ. eodem ti. q. cii. IDEO PROVISO SOLERTER.

Niſi ſatisfaciat quis de præteritis, nõ ſufficit commutare mores in melius. de pœ. d. i. nõ ſufficit. vbi de hoc. ergo. Prouiſo Solerter.

Nota quòd ſatisfactio debet præcedere abſolutionem. de elec. cum inter. de verb. ſig. ex parte. de offi. dele. ex literis. faciunt notata in dicto cã. ex parte.

ADDITIONES.

a *Satisfacere dicimur ei cuius deſiderium adimplemus l. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. Hinc ſatisfactũ accipimus quemadmodum voluit creditor, licèt non ſit ſolu-*

tum, ſine alijs pignoribus ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſine fideiuſſoribus ſiue reo dato, ſiue precio aliquo, vel nuda conuentione l. ſi rem. 9 §. tertio. ff. de pignorati. actio. Vnde ſatisfacere & ſoluere ſunt diuerſa l. quod vendidi. 19 ff. de contrahen. emptio. l. 4 §. 1 ff de re iudi. l. ſolutionis 76 ff. de verbo. ſigni. quod autem ad hunc locum pertinet ſatisfactionis nomen diuinarum rerum doctores ad declarandam eam compenſationem vſurparunt, cum homo pro peccatis commiſſis aliquid Deo perſoluit, cuius multi poſſunt eſſe gradus, ſatisfactio quidẽ prima & præſtantiſſima eſt, quæ nobis Deũ propitium & placatum reddit; eamque vni Chriſto domino acceptam ferimus, qui in cruce precio pro peccatis noſtris ſoluto pleniſſimè Deo ſatisfecit. Alterum ſatisfactionis genus, quæ & canonica appellatur, ex certo temporis ſpacio definita perficitur, Quare antiquiſſimę eccleſiæ vſu receptum eſt, vt cum pœnitentes a peccatis ſoluuntur, pœna aliqua eis irrogetur cuius pœnæ ſolutio ſatisfactio vocatur, quæ ſacramenti pars eſt cenſenda, hoc adiuncto vt ſtatutum cum animo & deliberatum habeamus peccata in poſterum omni ſtudio vitare; eodem quoque nomine quodlibet etiam pœnæ genus ſignificatur, quam pro peccatis nõ quidem a ſacerdote conſtitutam, ſed ſponte noſtra ſuſceptam, atque a nobis ipſis repetitam ſuſtinemus. Verùm hæc ad pœnitentiam, vt ſacramẽtum eſt, minime pertinet, ita Catechiſ. & latius de pœnitent. ſacra. c. nunc ad tertiam. Ad eam autem duo requiruntur, item omne ſatisfactionis genus ad tria præcipuè docet eſſe conferendum, orationem, ieiuniũ, eleemoſynam, de quibus eod. tit. c. ſed duo. de ea quòd ſit pars pœnitentiæ, adde etiam Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. docet, 3. de parti. & fru. pœni. & quomodo fiat ſeſ. 6 c. qui verò. & 14. in can. pœni. per Chriſtum fit, qualis imponenda eius fructus & opera, ead. ſeſſ. c. 8. de ſatisfacti. neceſ. & fru. Non ſufficit autem mores in melius commutare, & à præteritis malis recedere niſi etiam de his quæ facta ſunt ſatisfaciat domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per cõtriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſinis, & ieiunijs. c. nõ ſufficit, de pœni. diſt. 1. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. & catechiſmi. in ſupra cita. loco. Quamobrem ſequitur impœnitentem eſſe, qui non ſatisfacit, & id addas his quæ ſupra dicta ſunt. Impœnitens eſt. quidem tertia pœnitentiæ pars. Ad quæſtionem præſentẽ adde quæ annotata ſupra ſunt Confeſſio. T. V.

Scire [a] tenetur quilibet fidelis, & tenere cultum, & articulos fidei ſaltem implicitè. ſcilicet tenendo quod tenet eccleſia, vt extra de ſumm. trin. c. i. & ii. extra eodem c. fideli, libro vj. §. ac tamen. Bal. de ſum. trinit. C. ſuper rub. glo. x. q. iii. ſi quis dixerit. Inno. & Io. An. de renun. niſi cum pridem. §. pro defectu. tamen diſtinctione habita, quia epiſcopi, & maiores prælati debent hoc ſcire explicitè, ita quòd ſciant poſcẽti de omnibus reddere rationem. xxvi. diſt. c. ecce. xxxviii. diſtinct. omnes ſapientes cæteri verò clerici ſcire debent explicitè, non tamen ſic diſtinctè, vt. xxxviii. diſtinct. c. i. & ii. cum ſe. xxxvi. diſt. §. ecce. vide nota per glo. & Innoc. in c. i. de ſumm. trinit. & eſt ratio, quia in prioribus requiritur ſcientia eminens, in iſtis ſufficit competens, vt extra de elec. c. quòd nobis olim. laicis verò hoc implicitè ſufficit ſcire, & tenere quod tenet eccleſia, vt ibi probatur.

tur. & vide per Inno. de ſum. trini. c. 1. vide ſupra credentes.[b]

Non dicitur quis ſcire niſi qui cer titudinaliter ſcit. facit C. de fuitis. l. manifeſtisſimi. §. ſin autem. idem tamen intelligendum eſt de eo qui debuit ſcire, quoniã habetur pro ſciente. l. quòd te, in fi. ff. ſi cer. pe. nota. in l. pe. C. de pericu. tu. idem in eo qui doloſè refugit ſcientiam, vt dicta. l. quòd te, & ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. aliquando dicitur quis ſcire per vehemẽtem opinionem conſonantem ſubſtantiæ veritatis, vt ff. de acquir. hære. l. cum quidam. §. quod dicitur.

Scire futura ſoli deo pertinet, vt ſupra deus, & ſupra dæmones inuocantes.

An ex ſola ſcientia teneatur quis de crimine læ. maieſt. vel hęreſis, vide ſupra hæreticus. §. nota. quòd in crimine lęſę maieſt. & nota. quòd ex ſola ſcientia tenetur quis, quando non reuelauit delictũ committendum ad uerſus eum, cui iſte ſciens erat ſubiectus, vt in l. ii. ff. ad l. Pompe. de parrici. & quòd notat ibi gloſſ. vt ſi filius ſciret delictum eſſe committendũ ad uerſus patrem, & non reuelauit, teneretur ex ſola ſcientiã, licet aliter non ſit particeps in delicto, vt in dicta. l. ii. & in l. vtrum ff. ad l. Pompe. de parricid. idẽ in ſubdito non reuelante con iurationem ſeu delictum committen dum cõtra principem ſeu ciuitatem propriã, vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta. & idem in clerico non reuelante delictum committendum contra epiſcopum, vel ſacerdotem parochialem, cum ſint parentes ſpirituales, ſecus, ſi non ſit ſubditus, quia tũc non tenetur ex ſola ſciẽtia, niſi ſit particeps delicti. nota. glo. in l. culpa caret. ff. de regu. iuris. quid autem ſit de iure canonico, vel in foro pœnitẽtia li, Abbas in c. i. de reſtitu. ſpolia. vide ſupra hęreticus.[c]

Qui errat neſciendo ea, quæ ſcire tenetur, an excuſetur, vide ſupra excuſati? & dicendum quòd ignorans ignorabitur, xxxviii. diſti. qui ea. vbi dicitur, qui ea quæ dei ſunt, neſciunt, a deo neſciuntur.

Scientes vbi ſunt bona hæreticorum abſcondita, vel alienata, coguntur per inquiſitores ad ea indicanda, & manifeſtanda fiſco, vel ipſis inquiſitoribus, vt C. de bonis proſcripte. l. ſi quis in ea, & C. de iure delibe. l. ſcim⁹ §. licentiam, & de his qui ad eccleſi. confugi. l. præſenti. §. ſic vbi, cum ſi. accedunt. ff. de ſer. fu. l. iiii.

ADDITIONES.

a *Scire quæ teneantur laici. quæ cæteri vide Albert in. de ca. bo. aſſertio. q. 28. nu. 27. cum ſeq. q. 30. nu. 35. & quæ ſcire quis præſumatur, idem tradit q. 30. num. 30. & 31. cum ſeq. q. 23. num. 82. vt potè quæ publicè fiunt, aut publicè diuulgantur nuntiantur, & tanquã catholica prædicantur.* T. V.

b *Et ſupra in verbo excuſari, poſt prin. & quæ ibi addo, pro quibus etiam videre poteris Albert in. de agno. aſſer. cat ho. q. 28. nu. 31. & ſeq.* Q. M.

c *Idem voluit Vmber. in Iudi. inquiſit. in verbo ſcientia ad fi.* Q. M.

Schiſma

[a] Quid ſit nota gl. de electi. quia diligentia. xxiiij. q. i. ſchiſma Inn. de ſchiſma. ſuper rub. & ibi per doc. & vide. ſupra. hæreſis. §. i. q̃ ſit differẽtia inter hęreſim

ſim,& ſchiſma. & ſupra hæreticus.& vnde dicatur hęreticus, & vnde ſchiſmaticus, & quæ differentia ſit inter ſchiſmaticum, & hæreticum.

An ſchiſma includat in ſe hæreſim, nota.gloſſ.xxiii.q.i. in ſumm. & glo. xxiiij.q.i.nō afferamus,& xxiii.q.iii. §.quia verò,in gloſſ. ſuper ver.hęreſim,& in c.inter hæreſim, & duobus. c.ſequen.in quibus videtur probari, quòd ſchiſma non eſt ſine hæreſi, qa vix poteſt eſſe ſchiſma quin confingatur nouæ opi.adde.xxiiii.q.iii.quidam.verò Nouatiani.ea.cau.q.i. cōferamus,in gloſſ.pe.vii.q.i. denique, in ver.adiuuare. Io.An.de iudi. cum non ab homine.

An grauius peccet ſchiſmaticus quàm idololatra, vide ſupra graui[a].

Schiſmatici ſunt excommunicati ipſo iure ſecundùm Innoc.in c.i. de ſent.ex.

Schiſmatici ſecundùm ius ciuile debent ſuſpendi.Bal.x.coll.de pa.iuram.fir.c.iii.

An poſſunt eſſe duo Romani pontifices?& dicendum quòd non, vt vii. q.i.non autem.

Qualiter ſchiſmatici redeuntes a ſchiſma debeant abiurare, vide ſupra abiuratio.

ADDITIONES.

a *Schiſma ſiquidem ipſum, inquit papa Pelagius, quod Græcum nomen eſt, ſciſſuram ſonat, ſed in vnitate ſciſſura eſſe non poteſt, non ergo vnitati communicat. qui ſchiſmaticis communicat &c. c. ſchiſma 24.q.1. Diuus autem Ieroni. ait inter hæreſim, & ſchiſma hoc intereſſe arbitror, quòd hæreſis peruerſum dogma habeat, ſchiſma propter epiſcopale diſſenſionem (aliter poſt epiſcopalem deceſſionem) ab eccleſia pariter ſeparat, quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt diuerſum. cæterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam hæreſim confingit. c. inter hæreſim.24.q.3. ſchiſmaticorum tria eſſe genera ſcribit Siman.in Enchir.ti.5. de ſchiſmaticis. P. V.*

Secretum [a]poſſunt īquiſitores īdicere illis, quos vocant ad examinationem proceſſuum ſiue teſtium, & ipſiſmet teſtibus, vt non reuelent alicui ſub pœna excommunicationis, in quam ipſo facto incurrāt, de quo vide ſupra excommunicatio.& de pœna reuelantium ſecreta.vide infra.§.iii.

Secreta fidei quando ſit licitum de infidelibus occultare, vide glo.notabilem.xxvii.q.ii.inuenta. vnde Greg. in paſto.ſicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. &c. de quo vide ſupra,& diſputare.

De pœna reuelantis ſecretum habetur in l.omne delictum. §. ii. ff. de re militari.notat glo.xxvii.q.i.de forma.qui prodit ſecretum alicuius, capite punitur, vt in d.l.omne.§.iii.C. de mer. & merca.l.iiii.ff.depoſi.l.i.§. ſi quis tabulas.xxii.quę.vl.de forma. contra. ff. de origi.iu.l. ii. §. poſtea princeps.

ADDITIONES.

a *De hac quęſtione ſcribitur in Directorio inquiſi. par.3.q.81.& 82. Petrus Vendrameuus.*

Secta [a] quid ſit, vide glo. in cle. ne in agro. de ſta. mona. & C. de peti. bo. ſubla. l. fi. lib. . .

[c] Quot ſint ſectæ, ſeu ſpecies hæreſis, vide ſupra hæreſis. §. ſectę autem.

ADDITIONES.

[a] *Secta eſt nomen medium, in bonã quandoque partem accipitur, aliquando in deteriorem. dicitur igitur eſſe diſciplina ſeu certa quędam diſciplinæ formula. interdum ſtud.um, ratio vitæ, quandoque factio. Cic. pro ſ clio. qui hanc ſectam rationemque vitæ re magis quàm verbis ſecuti ſumus. in epiſt. 10. qui Cæſaris ſectam atque Imperium ſecutus. & l. vlt. C. de pet bono. ſub. & alibi in bonam partem Imperator ait ſecta meorum temporum non patitur, l. 2. §. poſt hunc. ff. de ori. iu. hic in malam.* P. V.

Seducens Aliquem ad hæreſim vel ad ritus prohibitos qualiter puniatu, vide ſupra hæreſiarcha, & ſupra Iudęi, & ſupra pęna.

An ſeducti a parentibus excuſentur, vide ſupra excuſari, & ſupra filij.

Qui eſt ſeductus, non videtur velle. ff. de libe. ho. exhi. l. iii. ſi quis volente. C. de rapt. virgi. l. i. circa finem.

Sepultura [a] Denegatur [b] hæreticis, credẽtibus, fautoribus, defenſoribus, receptatorib⁹ hæreticorum. & clerici qui talibus exhibent ſciẽter ſepulturam eccleſiaſticam, debent priuari ſuo officio, ad quod nunquam reſtituentur, vt in c. excommunicamus, el primo §. ſanè, niſi ex ſpeciali gratia ſedis apoſtolicæ, & debent eos proprijs manibus exhumare, quos ſepelierunt, vt extra de hæreti. c. quicunque, in prin. & c. excommunicamus. §. ſunt autem, & c. ſtatutum, el primo, eo. ti. li. vi. & C. de hęreti. l. Manichæos. §. credentes, & C. de apoſta. l. ii. Item qui hæreticos ſcienter ſepeliunt, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt vſque ad ſatiſfactionem condignam, a qua abſolui non debent, niſi, vt dictum eſt, proprijs manibus publicè extumulent: & vltra pęnam illorum qui eos ſepeliunt, ille locus in quo hæreticus ſepultus fuit, caret perpetuò ſepultura, vt in dicto c. quicunquè, ibi in prin. & habetur ĩ quadam extrauagan. Alexandri, quæ incipit, Nouerit vniuerſitas. §. item quicunque. & pondera illum tex. c. quicunque, qui requirit quòd ſuis proprijs manibus extumulent, & ſic non ſatis eſſet, ſi per alium facerent, vt dicit ibi glo. & requirit etiam tex. quòd extumulent publicè. Item quod hæretici ſunt exhumandi, habetur extra de ſepul. in c. ſacris, cum ſuis cõcor. quod tamẽ eſt verum, ſi modò oſſa poſſint diſcerni ab oſſibus fidelium, vt d. c. ſacris. de quo vide ſupra defunctus.

An damnatus ad mortem, & non propter hæreſim, ſed propter alia ſit ſepeliendus in cœmeterio? & dicendũ quòd ſic, ſi fuit pœnitẽs, vt. xiii. q. iii. c. vi. quod fallit in hęretico combuſto, cuius cineres non ſunt ponendi in cœmeterio. dictum eſt Io. An. in c. ſtatutum, de hęreticis, l. vi.

An liceat ſepelire mortuos cum pane? ad quod dicendum, vt habetur Tobię. iiii. tex. & gl. quòd non. de con ſecr. diſt. i. non oportet. vide in rationa. diui. of. ſub rubrica de feſto Cath. ſancti Petri.

An in ſepulturis ſit ponenda pecunia, vide ſupra Iudæus, ſicut.

An

An valeat conſuetudo quòd poſt ſepulturam homines conueniant in vno loco ad prandium ſumptibus defuncti?& dicendum quòd non, vt de conſe.diſt.v.nullus præsbyterorum. vbi damnat conſuetudinē,quæ eſt in Anglia.

Quare Chriſtiani ſepeliuntur in eccleſijs,vel prope,nota.xiii.q.ii. cum grauia,& ibi text. cum gloſſ. vide ea. cau.& quæſt.nullus.de quo dic vt ibi in gloſſ.

Nota qualiter prodeſt homini inter homines, & iuſtos defunctos ſepeliri.vide xiii.q.ii.d c. cum grauia, & c.animæ,& c.exiſtimemus, in fi.& nota. quod peccatoribus plus obeſt ſepeliri in ſacris locis, quàm prodeſt xiii.quæſt.ii. quibus,& c.cum grauia.

Quilibet in peccato mortali moriens in cœmeterio non eſt ſepeliendus.xiii.q.ii.quibus.

Item prædones manifeſti,etiam ſi pœnitentes moriantur, ſi habent vnde ſatisfacere poſſint,& nec ipſi, nec hæredes volunt pro eis ſatisfacere, tales prædones carent ſepultura, vt. xxiiii.q.ii.ſanè.

Nota quòd ſeipſos occidētes quocunque modo non ſolùm carent eccleſiaſtica ſepultura,ſed etiam nec in pſalmis, nec in alijs debet eis aliqua ſolennitas exhiberi.xiii.q.ii.placuit. Item ſimiliter debet pro illis fieri, q ſine pœnitētia pro ſuis ſceleribus occiduntur,ibidem.

Nō.quòd coniugati ſimul in vno ſepulchro debent ſepeliri.xiii. q.ii.c. i.§.nunc autem quæritur,& c. Ebrō, & c.vnaquæque.

Item nota quòd vxor mortua ſi non elegerit ſepulturam,cum marito debet ſepeliri xiii.q.ii.c.i. §.nunc autem quæritur, & c. Ebrō,& c.vnaquæque.

Nota quòd ſi plures viros habuit, & ſepulturā non elegerit, quòd cum vltimo viro debeat ſepeliri, vt d.cap. vnaquæque.xiii.q.ii.

ADDITIONES.

a *Sepultura nonnunquam pro ſepulchro ipſo dicitur.Cic.de legi. 2. Antiquiſſimū ſepulturæ genus, quo apud Xenofon. Cyrus vitur. Redditur enim terræ corpus,& ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. vbi de ritu & iure ſepeliēdi ſcribit. ex leg.xij.tabula.hoc add. Hominem mortuum inquit lex & in xij.in vrbe ne ſepelito,neue vrito.pro ſepulchro etiam accipi videtur, in l.. ff. de religi.& ſump.fune ſepulchrum verū,inquit Vlpia.ibidem,eſt vbi corpus, oſſa ve hominis condita ſunt, vt autem Celſus ait,nō totus, qui ſepulturæ deſtinatus eſt locus religioſus fit, ſed quatenus corpus humatum, In arca lapidea quoque ſi ſepeliebantur l.is qui 7 ff. eodem quandoque pro funeratione,Cic.de ſenect. in. Cuius interitum ne crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ, carere paſſus eſt & l. at ſi quis.14.§.plerique xiij.q.2. præcipiendum.1.q.1.dictum.& c. non ſatis de ſimo ſolebant & ethnici Romani quorundam ſcelerum reis vt maieſtatis,interdicere ſepultura toto tit. de cadaue. punit. ſepultura verò duplex eſt, vna quidem catholici Chriſtiani, quæ vocatur eccleſiaſtica definiunt autem eſſe locum concauū in eccleſiæ cæmeterio in quo corpus catholici conquieſcit de qua hic loquitur autor. alia ſepulturæ cæteris hominibus conueniunt, Item ſepulturæ ſiue ſepulcra alia familiaria dicuntur, quæ quis ſibi, familiaque ſua conſilij u l.d. 5. ff. de religio.*

gio. alia ſunt hæreditaria, quæ quis ſibi, heredibusque ſuis conſtituit, vel quod paterfamilias iure hæreditario acquiſiuit, l.5.& 6.ff.eod. P. V.

b *Non ſolùm hæreticis, ſed & alijs eccleſiaſtica ſepultura denegatur, de quibus Apocali.c.21.timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus pars illorũ erit in ſtagno ardẽti, igni, & ſulphure, & c.quibus peccata.& alijs.12.q.2.c.quia in omnibus. de vſu.c.ſacris. de ſepultu. Et priuatio ſepulturæ eſt maxima pœna, & ignominia.l.vni.C.de ijs qui paren.aut lib.occi. Bal.con.426.prætermittendum num.5. ver.Item quia corpus non traditur ſepulturæ.lib.1.ſequitur Ripa. de reme. con. peſt.nu.139. Q. M.*

Sententia [a] Primò notandum eſt, quòd ſpecies iudicialis ſententiæ ſunt quatuor, ſcilicet interlocutoria, diffinitiua, præceptum, & multa, & eſt quinta, ſcilicet ſententia diſpenſationis, hæc tamen non ſemper eſt iudicialis.

Sententia interlocutoria eſt quæ fertur inter principium cauſæ, & ſententiæ, & non ſuper principali, ſed ſuper incidentibus quæſtionibus, vel ſuper emergentibus, vt ſuper libello offerendo, vel corrigendo, ſuper dilatione danda, vel deneganda, & ſimilibus exceptionibus, vt extra de appel. ſignificantibus, & de teſti. ſignificaue runt, & de of. dele. c. fi. ex his enim iuribus approbatur, quòd interlocutoria non eſt plena diffinitio, ſed ſemiplena, ideoque non dicitur diffinitiua, vt. ff. de arbitris, qualem, & C. de re. cre. l. pe. Et quandoque fertur ſententia cum ſolennitate. C. de fi. in ſtru. iudices. & nota. quòd non omnis vox iudicis rei iudicatæ habet autoritatem. C. de ſen. & inter ex ſtipulatione. & l. poſt ſentẽtiam. per quas. ll. dixit Io. de Deo interlocutoriã nõ obtinere vim rei iudicatæ, quòd falſum eſt, extra. de electi. cum dilecti, ad fi. ff. de arbitris. debere. prope finem: niſi quo ad hoc, quia poteſt reuocari. ff. de re iud. quòd iuſſit. extra de appel. cum ceſſante. quòd qualiter poſſit, vide. ff. de excep. §. viſo, ver. iudex. hoc in Spe. in titu. de ſententia, & de his quæ ad ipſam ſequuntur.

Diffinitiua ſententia eſt, quæ principalem diffinit quæſtionem & debet continere condemnationem, vel abſolutionem, aliter non valet, vt ff. de re iudi. in. l. 1. & ii. q. vi. §. diffinitiua. extra de accuſa. illa. vel aliquid quod tantum valeat. ff. de arbi. quid tamen §. ſi arbiter. ff. de re iudi. in. ſum. & l. ait prætor extra de verbo. ſign. in his: niſi in cauſa appel. vbi non habet iudex dicere, Abſoluo, vel condemno, ſed tantùm confirmo, vel infirmo priorem ſententiam. C. de appel. eos. c. i. extra de re iudi. ad probandum, in §. vt autem, ver. in iudice quælibet ipſarum requirit iuris ordinem. Et etiam ſentẽtia excommunicationis, & ſuſpenſionis, & interdicti, & mitti in poſſeſſionem quòd dic vt nota. ii. quæſt. i. in ſumma.

Sẽtentia autem excommunicationis potius trahitur ad naturam interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ, vt ibi innuit Io. & melius ſecundùm do. An. extra de ſen. ex. cum medicinalis. hoc in Spe. vbi ſupra de ſentẽtia, & de his quæ ad ipſam ſequũtur, in principio.

Nota quòd ſentẽtia lata ſuper crimine eſt perpetua, ſecus, ſi ſuper contumacia. Inno. de conſt. ex literis. vbi glo.

glo.& Hoſt. ad quod vide glo.notabilem in l.ſi.ff.de pœnis.

Sententia lata ſuper inquiſitione præiudicat accuſatori, niſi probet de proprio intereſſe, & de ignorantia ita notat. Inno.in c.cum dilectus, de electione.

Sententia debet ferri in publico, non in occulto. C.de ſenten.& interlocut.om.iudi.ſententiam.xcvi. diſt. bene quidem.de offi. delega. conſuluit.iii.q.iii.§.ſpacium, ver. a procedente.xviii.q. ii. pernitioſam. extra. vt eccleſiaſti.benefi.c.i.ff.de regu.iuris, omnia quæcunque.& intellige locum publicum, in quo ius reddi conſueuit.ff.de iuſti.& iure l.pen. & ff.de arbi.ſi cum dies.§.pe.ff.de interro.in iure fa.l.iiii.& in ſpe.tit. de ſent. & de his quæ ipſam ſequũtur. §. qualiter, ver.debet autem.

Sententia lata ex ficta confeſſione non præiudicat in alijs caſibus. Bar. in l.eius qui delatorē. ff. de iure fiſci.

Vbi a iure pro crimine pœna imponitur, non eſt neceſſe illam exprimere in ſententia.tex.ii.q.iii. notandum, Inno.de accu. qualiter, el.ii.in glo.magna.

Nota quòd iudex ore proprio debet legere ſententiam, & non committere alteri, vt extra de appellatio bus præterea. b

De formis ſententiarum in cauſa hęreſis aliqua ponam circa theoricā, & practicam. & primò ſciendum ꝙ quantùm ad proferendum ſentētias in hoc crimine, quòd tria ſunt genera ſententiarum principaliter. nam quædam ſunt ſententiæ condemnatoriæ, quædam ſunt pœnitentiæ purgatoriæ, quędam ſunt pœnitentiæ abſolutoriæ.

Circa ſententias condemnatorias ſubijciam tres formas, per quas paucis competenter mutatis ſecundùm varietatem occurrentium cōprehendi poterit modus, & forma alias legitimè formandi ſententias cōtra damnãdos. Prima igitur forma erit quando hæreticus viuens damnatur. Secunda quando ſententia fertur poſt mortem hæretici. Tertia quãdo damnatur domus, vt funditus deſtruatur. vbi ergo viuens damnatur de hæreſi quãdo fieri debeat dictum eſt ſupra de hęreticis credentibus, & fautoribus & ſupra domus. & ſupra pœna. & contra iſtos ſententia ſic poterit formari.

Sequitur ſententia condemnatoria contra illos qui relinquũtur brachio ſęculari in forma ſequenti.

Nos Ioãnes c dei gratia epiſcopus &c. vel nos frater talis ordinis Minorum ſeu prædicatorum inquiſitor a ſede apoſtolica deputatus ſuper hæretica prauitate in tali prouincia &c. prout debitum noſtri officij exigit, proceſſimus contra talem per viam inquiſitionis fama publica prę cedente, & clamoroſa inſinuatione referente, vel ad denunciationem aliquorũ catholicorum, ac fide dignorũ ſuper eo quòd dicebatur dictum talem male de fide ſentire, & fore hæreticum manifeſtum, vel credentem hæreticorum, & publicè, & ſæpius dixiſſe verba hæretica, videlicet Chriſtũ non fuiſſe natum ex virgine incorrupta, non fuiſſe paſſum: non fuiſſe incarnatum ex ſpiritu ſancto, & ſimilia ſeu in eo quod dicebatur dictum talē publicè prædicaſſe talia verba, quę hæreſim ſapiunt manifeſtam, vel credidiſſe prædicantibus, ſiue docentib⁹

tales

tales errores. quæ quidem omnia nobis conſtant per legitimas informationes,& ꝓbationes eſſe vera, vel ſuꝑ quibus omnibus voluimus a dicto tali vel per eius confesſionem exigere veritatem, qui tandem ſpōte fuit confeſſus coram nobis ſe prædicta dixiſſe,& ſe ea credere,& tenere,& a tāto tempore citra crediſſe. Nos verò mandatis,& veſtigijs domini inhęrentes,qui nō vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, nixi fuimus eum corrigere,& reducere eū per doctrinam euangelicam ſibi exponendo fidei veritatem, & puritatē lucide,& explicitè declarantes, quæ circa prædicta ſacroſancta Romana eccleſia tenet, & prædicat, & docet. Et quamuis eum a fide catholica deuium, & pœnitus alienum inuenerimus,adeo duræ ceruicis, quòd errorem ſuum noluerit confiteri,nec etiā deteſtari, eidem tamen paterno compatientes affectu, ac ipſius ſalutem cordialiter affectantes præfiximus ſibi certum terminū iam elapſum ad deliberandum,& pœnitēdum. Cum ergo ipſe tanquam iniquitatis, & tenebrarum filius, & veri luminis inimicus in tātum indurauerit cor ſuū, vt non intelligat vocem ſui paſtoris, nec valeat monitionibus allici, nec reduci validis, & rectis argumentis, imò in ſuo pertinax ſit errore, Idcirco nos epiſcopus,vel inquiſitor prædictus attentis, & penſatis diligenter eius demeritis,& culpis per eius damnabilem pertinaciā aggrauatis, Nolentes quòd eius impunitas qui nequam eſt,fiat nequior,& alios inficeret ſua lepra, adiunctis ad hæc nobis ſolertius exequenda talibus prę̨latis & viris religioſis,& communicato in his diligenter, & ſæpius conſilio ſapientum domini vicarij domini epiſcopi, vel epiſcopi, & eius vicarij, conſenſu habito, & obtento,& aliorum etiam plurimorum iuriſperitorum, & virorum religioſorum communicato conſilio.

Chriſti nomine inuocato, Inuenimus eundem de ſuo reatu deteſtabili ſpontè confeſſum, vel plenè conuictum, ac pœnitētialiter pertinacem, vel in abiuratam hæreſim relapſum (ſi modò ſit talis)& nolentem pœnitentialiter redire ad eccleſiæ vnitatē, ſedentes pro tribunali in his ſcriptis per hanc noſtram diffinitiuam ſentētiam hęreticum iudicamus, & tanquam hæreticum condemnamus, relinquentes eum ex nunc tanquam hæreticum damnatum iudicio ſæcularis ptātis coercendum ſecundùm legitimas ſanctiones, & tam ipſum velut hæreticum, quàm omnes alios q̃ ſciēter eum de cætero ſuſceperint,aut defenderint aut ſibi conſilium, auxilium, vel fauorem præbuerint, tanquā defenſores,fautores, & receptatores hæreticorum autoritate qua fungimur, excommunicationis vinculo innodamus. Et per hanc ſententiam declaramus eius bona a dicto tempore commiſſi criminis ī fiſcum fuiſſe delata,ac omnia, & ſingula cameræ Romanæ eccleſiæ, & noſtri officij inquiſitionis confiſcamus,& ſolenniter publicamus. Singula quæ in hac forma ponuntur, poſſent probari per multa iura quæ dicta ſunt ſupra de hæreticis,credentibus, & fautoribus,& de pœnis hæreticorum, & ſupra alienatio, & ſupra comburi,& ſupra confiſcatio. Et nota quòd ſecundùm hanc formam inſpectis illis

iuribus

-iuribus poterit omnis ſententia condemnatoria variari.

Alia forma ſententię contra hæreticum qui tradendus eſt brachio ſœculari, tenor cuius talis eſt. Nos Ioānes miſeratione diuina epiſcopus talis ciuitatis, & frater. N. inquiſitor hæreticæ prauitatis in terris talis dominij a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus attendentes, quòd tu talis, de tali loco, & talis diœc. fuiſti nobis delatus de tali hęretica prauitate, (& exprimantur omnia quæ fecit, vel dixit). Et voluimus certiorari an ea quę de te, & contra te nobis dicta fuerunt, veritate aliqua fulcirentur, & an ambulares in tenebris, vel in luce, deſcendimus ad nos informandum, teſtes diligentius examinādum, teque vocādum, & interrogandum ſępius medio iuramento, defenſiones exhibendum, & ad omnia, & ſingula faciendum, quæ per nos facienda erant ſecūdùm canonicas ſanctiones, verùm cū vellemus pñs tuū negocium fine debito terminare ſolenne conſilium, tam in theologiæ facultate, quàm in iure canonico, & ciuili coram nobis fecimus congregari, & viſis, atque diligenter diſcusſis proceſſus meritis, ac omnibus, & ſingulis ī pręſenti cauſa productis actis & actitatis, æquaque luce libratis, prædictorum conſilio digeſto, pariter, & maturo reperimus contra te probatum legitimè quòd fuiſti tāto tempore infectus hæretica prauitate, nam reperimus, quòd feciſti, & dixiſti talia. & talia (& exprimātur omnia) ex quibus apparet manifeſtè ꝙ es legitimè depręhenſus in prędictā hæreticam prauitatem, ſanè cum cuperemus, prout adhuc cupim⁹ te veritatem fatendo reſilire ab hæreſi antedicta, & reduci ad gremium eccleſiæ ſanctę, & ad ſanctæ fidei vnitatē, vt ſic lauares animam tuam, & tam animæ, quàm corporis mortem euaderes gehēnalem, tam per nos, quàm per alios noſtram diligentiam exercentes, ac te per longa tempora expectantes, tu in reprobum ſenſum datus contempſiſti acquieſcere noſtro conſilio ſaniori, imò perſtitiſti in negatiua pertinaciter animo indurato, quòd referendo plangimus, & dolemus. veruntamen cū eccleſia dei tanto tēpore te expectauerit, quatenus reſilires cognoſcēdo tuam propriam culpam, & nolueris, nec velis, & non habet vltra quid tibi gratiæ faciat, ac mercedis. Qua propter vt tibi ſit in pœnam, & cæteris exemplum, & alij ab huiuſmodi hęreſibus arceantur, & tanta facinora non remaneant impunita, nos epiſcopus, & inquiſitor iudices in cauſa fidei memorati, ſedentes pro tribunali more iudicum iudicantium ſacroſanctis euāgelijs poſitis coram nobis, vt de vultu dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitates, habentes prę oculis ſolum deum, & ſanctæ fidei gloriam, & honorem, te talem in noſtra pręſentia cōſtitutum hac die, & hora, & loco tibi ad audiēdam ſenteotiam diffinitiuam aſsignatis, Diffinimus, declaramus, ac ſententiamus te eſſe hæreticum, impœnitentē, & tradendum, ſeu relinquēdum vt talem brachio ſęculari, ac per noſtram ſententiam vt verè hęreticum, pertinacem, ac impœnitentem a foro eccleſiaſtico te proijcimus, & tradimus ſeu derelinquimus pñti curiæ ſœculari, Eandem curiam ſœcularem humiliter

militer deprecantes, quatenus circa te citra ſanguinis effuſionem, & mortis periculum ſuam ſententiam moderetur. Lata eſt hæc ſententia &c. Et tunc inquiſitor cõfert omnibus, qui prædictis ſermoni, & ſententiæ inter fuerunt. xl. dies de indulgẽtia. de quo vide ſupra indulgentia.

Item quo ad ſententiam ferẽdam, & eius formam dat practicam Pe. de Anch. in c. vt commiſſi, de hære. li. vj. videlicet vt iudex dicat, Pronunciamus talem fuiſſe, & eſſe hæreticum, & puniendum pœnis, quæ a iure ꝯ hęreticos ſunt ſtatutæ, q̃a facti quæſtio eſt penes arbitriũ iudicãtis, ſed perſecutio pœnæ non eius voluntati mandatur, ſed legis autoritati reſeruatur, & iſto caſu iudex ſæcularis habet ſtare actis iudicantis inquiſitoris, cum eius ſententiam exequitur, ſecũdùm eundem Pe. ibi & eo. ti. & li. c. vt inquiſitionis, in ſecundo notabil'.

Aliæ ſententiæ ſunt in hoc crimine, in quibus accuſatus, vel inquiſitus non condemnaẽ, nec abſoluitur, vt C. quõ, & q̃n iu. l. pñs, & ff. de iud. l. i. & facit. C. de cuſ. reo. l. fi. vnde circa hãc formã eſt aliquantulũ inſiſtẽdũ: ſciẽdũ eſt. ᵈenim, ꝙ ſi cõfeſſus, vel cõuictus nõ eſt ꝑtinax in errore, imò redit ad eccľ æ vnitatem, & intra tẽpus grę, ſi humiliter miſericordiam petit, tũc nõ debet ep̃s, vel inquiſitor dicere in ſua ſñia, Quia es hæreticus, vel credẽs erroris ꝓ eo ꝙ ſic dixiſti, vel feciſti, idcirco tibi talẽ pnialẽ pœnam impono, &c. Nam certè iſte qui modò redit, non eſt talis vt fuit, vt xxiiii. q. i. hæc eſt fides, & xxiiii. q. i. dicit apoſtolus, & ibi nota. & l. diſ. in c. ferrum. Nam ſi mõ eſſet talis. ſ. hæreticus, tũc ep̃s, vel iquiſitor nõ poſſent pœnas hæreticorũ ſtatutas a iure remittere, vel mutare, prout fuit ſ̃. plenè dictũ. an & q̃n poſſit pœnas pecuniarias imponere, vel mutare: nec ẽt debet dicere, quia fuiſti hæretic⁹ &c. quia circa damnationem hæreticorum attendere debet tempus ſententiæ, an tunc ſint hæretici, vel reuerſi, vt dictum fuit ſupra miſericordia, & ſupra hæreticus, & ſupra rediẽs, quia non debet in eo diſpici ꝙ iã fuit, cum nunc per pœnitẽtiã incipiat eſſe qdͬ non fuit, vt dicto. c. ferrum. l. di. & c. fidelior. Ex prædictis concluditur, ꝙ ſiue ſit ſuſpectus de hæreſi, cui imponitur pœnitentialis pœna, ſiue ſit hæreticus, qui rediens recipitur ad miſericordiam, ſententiæ forma talis eſt.

Quia nobis conſtat per tuã confeſſionẽ, vel legitimas probationes te talia verba hæretica dixiſſe, vel talia feciſſe, vel talibus erroribus crediditſſe, vel ſcienter tales hæreticos defendiſſe, vel ẽt receptaſſe, & ꝑ hoc excõmunicationis laqueum inciꝺiſſe, ſed nunc autem vſus conſilio ſaniori, ſi ex puro corde petis miſericordiam, & ſponte redis ad eccleſiæ vnitatem, Idcirco in primis abiurata per te omni hæreſi, & recepta prius a te ſecundùm ritum eccleſiæ competenti cautela de parendo mandatis eccleſiæ, autoritate qua fungimur, te abſoluimus ab omni excommunicationis vinculo, quo tenebaris aſtrictus. & quia prędicta quę dixiſti, feciſti, vel non credidiſti, in deum, & ſanctam matrem eccleſiam temerè deliquiſti. Et inſuper quia per dicta oſtendiſti te ẽ corruptum, & infidelem, & fidelem impoſterũ te oſtendis, tibi autoritate qua fungimur talem pœnitentialem pęnam duximus

iniungendam, videlicet vt in prædicatione publica, in triuijs, & locis publicis ciuitatis, vel in tua parochia tuis vicinis aſtantibus tuum crimen profitearis, & deteſteris errorem, vel vt portes per vnum annum crucē coloris crocei tantæ longitudinis aſſutam ad veſtem ſuperiorem, vel exteriorē. vel vt ſis in tali monaſterio ad tantum tempus ad pœnitentiam peragēdam, vt per hoc appareas an ambules in tenebris, an in lucem, vel vt tanto tempore debeas ieiunare: vel apoſtolorum limina viſitare, vel ꝙ tantam pecuniā inferas, & expendas in faciendo ædificare vnam eccleſiā, vel hoſpitale in tali loco, vel ſm noſtrum conſiliū in alia opera pietatis.

Vel ſi velit imponere pœnam pecuniariam dicet, quia tātam ſummam pecuniæ in hęreticos contuliſti, vel in eorum eleemoſynam expendiſti, vel quia pro extorſione pecunię multipliciter exceſſiſti, vt puniaris in eo in quo deliquiſti. autoritate qua fungimur, p̄cipim⁹ & mādamus, quaten⁹ cameræ nr̄i officij īquiſitionis exhinc ad talē diē tantūdem vel tātā ſummā inferas, & perſoluas. Et ſic ex ſupradictis concludit, ꝙ nō debet ꝑnunciari in ſnīa ꝯ redeuntes ad fidem eos hæreticos eſſe, quia non ſunt vt dictum eſt. ſupra nec pronunciabit iudex eos fuiſſe hęreticos, q̇a modus iſte non eſt datus a iure.

Sed dicet ſic. quia te inuenimus per tuā confeſſionem, vel ꝓbationes legitimas hæreticos adoraſſe, nunc autem ſaniori vſus conſilio, vis, prout aſſeris, ad vnitatē eccleſiæ corde puro, & fide non ficta redire, Idcirco te in primis abiurata omni hæretica prauitate iuxta formam eccleſiæ ab excommunicationis vinculis quibus tenebaris aſtrictus, te abſoluimus: ſi tamen ad eandem ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata ſeruaueris, & quia in deum, & ſanctā eccleſiam modis prędictis deliquiſti, ad peragendam pœnitentiam condignam in perpetuum carcerem detrudi volumus, & præcipimus, ibidē perpetuò remanere. nec miretur q̇s quia dictum eſt ſub conditione, nam cauſa delendæ quæſtionis expedit ſic dici, vt ſi quid ei imponitur & nō ſeruauerit, non cenſeatur abſolut⁹. & hanc formam ponit Archi. in c. vt commiſſi. §. necnon, quem ſequitur Io. An. in nouella, dicēs, ꝙ quicquid dicat Archi. tamen inquiſitores noſtri temporis bene pronunciant illum fuiſſe hæreticum, nec apparet quid obſtet ſecundùm eum.

Item circa formam ſententiæ ad condemnandum quem in pecunia, eò ꝙ ſæpe multi condemnati in pecunia propter crimen nō poſſunt ſoluere, Iudex cauti⁹ poteſt formare ſententiam bimembrē hoc modo, videlicet condemno te in tāta pecunia, & niſi ſolueris intra tale tempus, vel intra talem terminum, mando quòd patiaris talem pœnam corporalem, flagella, vel alia, vt not. Bal. in l. & ſi ſeuerior. ff. de his qui not. infa. faciūt notata in ſimili per eum in l. cum iudex. C. de ſententijs.

Si verò rediens ab hæreſi, cui iniūgenda eſt pœna, foret relapſus, non eſt neceſſe quòd de prędictis aliquid mutetur, niſi quòd ibi circa prin. addatur.

Et quia nobis conſtat te aliàs tanquam ſuſpectū hæreſim abiuraſſe, & nunc in damnatā,

&

& abiuratã hęreſim recidiſſe, vt patet
ꝑ tuã cõfeſſionẽ, vel probationes le-
gitimas. poſtea cõtinua vſq; ibi duxi
mus iniungendã. & demũ adde, te au
toritate, qua fungimur ꝑpetuo carce
ri mãcipamus, vel ꝙ ſis perpetuò in
monaſterio tali ad perpetuã pniam
peragẽdã vt ibi cõmiſſa defleas, & im
poſterũ ſimilia nõ cõmittas vel ne va
gãdo ꝑ orbẽ īficias alias oues ſanas,
ſed hęc olim intelligebatur talis ſen-
tẽtia, & pęna. Sed hodie pęna relapſi
eſt, ꝙ abſq; aliqua audiẽtia relaxetur
brachio ſœculari, vt ſ̃. dictũ eſt in lite
ra, Relapſus. & de illa antiqua pœna
ibi vide. & vide ꝑ Arch. ex. eo. in c. vt
commiſſi, de hær. li. vi. Et qñ relaxa-
tur relapſus brachio ſœculari, forma
bit ſnia, mutato ſolũ iſto. ſ. de rela-
pſo. ſicut ſ̃. in prima ſententia, quan
do hæreticus venit damnandus.

Sententia aũt abſolutoria le-
uius, & facilius pote
rit formari ꝓ quẽcunq; & q̃a ſ̃. de ip-
ſa feci mentionẽ, breuiter ſubijciam
eius formam quæ quidem erit talis.

Nos talis epũs, vel īquiſitor &c.
ex noſtri officij debitò ꝑ viã
inquiſitionis proceſſimus ꝯ P. ſuper
eo ꝙ nobis fuerat delatum a quibuſ-
dã, vel ſuper eo de quo ꝯ eum fama
publica laborabat, videlicet ꝙ ipſe
publicè, & ſæpius talia verba hęreti-
ca aſſerebat, vel fecit, vel quia in ta-
li articulo malè de fide catho. ſentie-
bat, & ſimilia, ſuper quibus omnib9,
& ſuper eius conuerſatione, & vita te
ſtes recipere voluimus, & tandem ad
veritatẽ lucidius indagandã eũdem.
P. diligenter examinauim9 ſuper præ
miſſis, & cęteris q̃ ad cultum pertinẽt
fidei orthodoxæ, ſibiq; dilationẽ ad
ſui defenſionẽ ordinauimus compe-
tentem. quia igitur nobis cõſtat per
probationes legitimas ipſã famã ꝯ
dictũ P. ortã fuiſſe ab ipſius capita-
libus inimicis, vel ab hoĩbus maleuo-
lis, q̃ nõ ex zelo fidei, ſed odij fomite
ꝓceſſerunt, vel q̃a nobis conſtat per
probationes legitimas teſtes oẽs qui
ꝯ ipſum P. deponere ſatagerũt tanq̃
ei inimicos, vel conſpiratores, & non
catholicę fidei zelatores, ſed ex typo
malitiæ ad ꝓdicta deferenda, & depo
nenda nequiter ꝓceſſiſſe. Et conſtat
nobis tã per aſſertiones ipſius P. bo-
nis operibus approbatas, q̃ ꝑ teſtes
idoneos fidedignos, & oĩ exceptione
maiores ipm P. fuiſſe, & fore verũ ca-
tholicũ, & fidelẽ, boni teſtimonij, ac
oĩ ſiniſtra ſuſpitione carere. Idcirco
ipſum P. tanquã penitus innocẽtem
ꝑ noſtrã diffinitiuã ſnīam in his ſcri-
ptis abſoluim9, a dicta inquiſitiones
& cõtentis in ea prout ẽt variabitur
cã, ꝑꝑ quã mereatur abſolutionẽ ip-
ſe inquiſitus, ẽt poterit variari ſnīæ
forma abſolutoriæ aliquibus ex præ
dictis additis, vel detractis. Multæ
forſan alię ſnīæ poterunt occurrere
proferendæ, ſed ſatis pñt elici ex præ
miſſis mutatis mutãdis, ſed aliquas
alias formas infra ſubijciam.

Supra viſum eſt de formis ſnīæ
condemnatoriæ ꝯ viuen-
tem hæreticũ, nũc aũt vidẽdũ eſt de
forma ſentẽtiæ q̃ ꝯ hæreticum defun
ctum poteſt formari, & omiſſis pręfa
tionibus ſupradictarũ ſnīarum, for-
ma ſnīæ contra defunctum talis eſt.

Quia g nobis conſtat per proba-
tiones legitimas. Ti. fuiſſe
hæreticum tpe vitæ ſuæ, & infectum
labe hæreſis deceſſiſſe, eo ꝙ talia ver-
ba hæretica dixit, vel talia fecit, & pu
blicè prędicauit, & pluries aſſeruit ta

lem errorem ſe credere, & tenere, Idcico pronunciamus, & per noſtram ſententiam declaramus eum fuiſſe, & deceſiſſe hæreticum, & ob hoc ſedentes pro tribunali in his ſcriptis per hanc noſtrã ſniam cõdemnamus memoriam ipſius, & ſi eius oſſa poterunt diſcerni ab oſſibus fidelium, ea decernimus exhumanda, & ex cęmeterio extrahenda, ac in deteſtationẽ ſui crĩs fore penitus concremãda, declarantes eius bona a tpe ſui cõmisſi crĩs in fiſcum delata, & ob hoc ea oĩa camerę Romanæ eccleſiæ, & noſtri officij inquiſitionis confiſcamus, & ſolẽniter publicamus. hęc forma probatur & notatur Inſ. de hæ. q. ab ĩteſ. defe. §. per contrariũ. & ſingula q̃ in ea ponuntur colliguntur ex iuribus ſ. allegatis in litera, defunctus.

Aliud genus ſniæ condemnatoriæ eſt quæ fertur ſuper deſtructione locorum, vel domus vbi hæreſis prædicabatur, & vbi fiebant conuenticula hæreticorum, cuius forma talis eſt.

Quia nobis conſtat quòd in tali domo P. ipſo dño dom⁹ ſciente fuerunt tales hæretici receptati, vel quia in eã fuerunt cõſolati, vel quòd in ea tales hæretici ſuam damnatam & deteſtabilẽ hęreſim prædicarunt, vel docuerunt, ſeu dogmatizauerunt, vel ſimilia, Idcirco vt locus ille, in quo fuit receptaculum, vel latibulum hæreticorum, ſit receptatio ſordium, & putredinum in deteſtationem criminis perpetuò deputatus, pronũciamus, & autoritate qua fungimur, mãdam⁹ dictam domũ h funditus demoliri, & deſtrui, nullatenus reficiendam poſtea in futurũ, & pronũciamus oẽs eius lapides, rudera, & cæmenta, inde remota in noſtrum debere fiſcum inferri. Hæc forma colligitur, & probatur in iuribus ſupra allegatis in litera, cõfiſcatio, & in litera domus, & in litera, cõburi.

Sequitur forma ſententiæ quæ pronũciari poteſt cõtra teſtes, quando ipſe depręhenſus ſteterit in negatiua conſtanter, ſed teſtes reſilierunt a ſua affirmatiua ſuũ teſtimonium reuocando, ac culpam ſuam recognoſcendo, quia innocenti tantam labem falsò impoſuerunt rancore, & odio agitati, precio, ſeu prece ſeducti, ipſo delato, vt immuni a iudicio relaxato. Punientur enim tales teſtes vt falſi teſtes, accuſantes, ſeu deferẽtes, vt notat Pau. ſuper cle. multorum, de hęre. ver. illos, in prin. & contra tales talis fertur ſententia, ſeu pnĩa in forma tenoris ſequentis.

Nos N. miſeratione diuina epiſcopus talis ciuitatis, & frater Io. inquiſitor hæreticę prauitatis in terris talis dominij a ſancta ſede apoſtolica ſpecialiter delegatus attendentes ꝙ tu talis de tali loco veniens per te ipſum ſpontanea voluntate aliàs non citatus, nec vocatus, ac comparens perſonaliter corã nobis inquiſitore prædicto, ſeu epiſcopo, & inquiſitore prędicto in iudicio conſtituto accuſaſti, ſeu denũciaſti, ac teſtificat⁹ fuiſti medio iuramento ꝙ talis, de tali loco, talis dioc. talia dixit, ſeu fecit ꝯ ſanctã fidẽ catho. ac in fauorẽ hær. prauitatis (& exprimant oĩa illa) Nos meritò p̃ſumentes non falsò ꝯ p̃dictũ talia depoſuiſſe, nec odio, nec rancore, nec ex aĩo malignãdi, ſed zelo fidei orthodoxę, quãtum prima facie apparebat, dictum talem vocari fecimus coram nobis, & in iudicio cõſtitutum, iuratumq́ue de dicenda

cenda veritate requiſiuimus, quatenus de prædictis ſuper facto hæreſis, quæcunque ſciret tam de ſe, quàm de alijs plenam, & meram diceret veritatem, quo conſtanter negante prædictá, & in negatiua diu, & continuè perſiſtente, ſuſpicantes eundem negare veritatem contra proprium iuramentum, eundem fecimus tãto tempore in carcere detineri, ſeu aliàs arreſtari, credendo te, & alios eũdem nobis zelo fidei detuliſſe: Demum tam ex negatiuá ipſius delati, in qua perſiſtit medio iuramento, & multo tempore expectatus, quàm ex quibuſdã veriſimilibus coniecturis meritò ſuſpicãtes, quòd tu malitioſè, & calumnioſè contra prædictum deponens eum inuoluere niſus fueris in crimine tam nefando, te citari, & ad noſtrã præſentiam adduci fecimus, ac prædictum talem confrontari, & cũ prædictus talis delatus in negatiua perſtiterit, & tu in affirmatiua, & vterque medio iuramento, te iusſimus detineri, donec de prædictis, ſicut nos decuit, fuiſſemus plenius informati, & compertis talibus, & talibus (exprimantur) te de carcere educi fecimus: & coram nobis in iudicio conſtitutũ iuratumq; iterum monuimus, & requiſiuimus canonicè quòd nobis aperires, & diceres ea quæ contra talẽ prædictum depoſueras, an continerent in aliquo veritatem. Tu verò ductus conſilio ſaniori tuæ malitiæ conſcius, & ad cor rediens conſtitutus in iudicio coram nobis ſpontè, & liberè recognouiſti, quòd omnia, & ſingula quæ depoſueras contra eum, non zelo fidei, nec veritatis amore hoc feceras, ſed potius typo rancoris, malitiæ, & liuoris iracũdia, & odio concitatus, & talia quæ depoſueras contra eum, non continebant in aliquo veritatẽ, ſed ſimpliciter erant falſa, petens tu humiliter pro præmiſſis tibi miſereri, ac iniungi pœnitentiã ſalutarem.

Nos igitur epiſcopus, & inquiſitor præfati penſatis præmiſſis, ac circunſtantijs alijs, quibus motus animus noſter, & cuiuſlibet iudicis potuit meritò informari, certiores effecti, quòd veritatem quæ ſola in negocio fidei quæritur, denigraſti, ſinceritatem ſancti officij inquiſitionis corrupiſti, & nos tu iudices deluſiſti, ĩ præiudiciũ fidei orthodoxæ, & in ſcãdalũ, ac graue periculũ prædicti talis innocentis, quẽ in cauſa tã deteſtabili crimẽ malitioſè, & fraudulenter inuoluere nitebaris falſum ferẽdo teſtimonium in iudicio coram nobis.

Quapropter, quia nec debet nec expedit vt tã graue crimen remaneat impunitũ, & tui pœna tranſeat cæteris in exemplum, & alij a ſimilibus arceantur,

Sedentes pro tribunali more iudicũ iudicãtiũ, ſacroſanctis euãgelijs poſitis coram nobis, vt de vultu dei iudiciũ dei prodeat, & oculi nrĩ videãt æquitatẽ, habẽtesq; præ oculis ſolũ deũ, multorũ peritorũ in theologica facultate, ac in iure canonico, & ciuili maturo conſ. pariter & digeſto, te talẽ in cauſa fidei falsũ teſtẽ, ſeu delatorẽ ad carcerẽ perpetuũ in his ſcriptis per noſtrã diffinitiuã ſententiã condẽnamus, in quo ſub vinculis ferreis in pane doloris, & aqua anguſtiæ quandiu vixeris, agas pœnitentiã de præmiſſis, tibi ſolam vitam de miſericordia relinquentes, & nihilominus quòd ſtatim ponaris, & leueris in ſcala in tali porta huius eccleſiæ,

in quaſtes ligatis manibus, & capite diſcooperto, & in camiſia expoliatus vſque ad horam prandij, modo conſimili tali die dominica in porta talis eccleſiæ, & tali & in tali, &c. ponatur alia, vt viſum fuerit, vt culpa maior, vel minor exegerit delinquentis, reſeruantes nobis ex certa ſciētia, & expreſsè quatenus dictam pœnitētiam liberè valeamus mitigare, relaxare, aggrauare, & mutare, ſi & quando & totiens quotiens nobis viſum fuerit faciendū. Lata fuit hæc ſententia &c.

Superius dictū fuit, an fugiens a carcere poſſet iterū puniri per īquiſitorem eo quòd iam per ſententiam videtur functus officio ſuo, vt ſupra carcer, & ſupra fugiens, dictum eſt. Sed eo quòd de ſententia loquimur, neceſſe eſt aliquid tangere. Et dicendum [i] quòd iterum poteſt puniri per inquiſitorem, qui fugientem cōdemnauit ad carcerem perpetuum. Nam propter illam ſententiam carceris perpetui nō eſt functus inquiſitor officio ſuo, vt aliquibus videtur quòd tales abſolutos a ſententia excommunicationis carceri tradidit, vt alios non inficiat, & vt de culpis ſuis pœniteat, & vt videatur, an ambulet in luce, an in tenebris, & in alijs onerare. & hęc talis nō eſt ſententia diffinitiua contra talem ferre, Sed pœnitentiam ei iniungere, & ſic pœnitentiæ ſalutaris iniunctio, & non ſententiæ iudiciariæ impoſitio, vt in c. excommunicatio, de hære ticis. & quòd durat, & perpetuatur iuriſditio in tali inquiſitore, patet in c. vt commiſſi.

Et etiam poſt ſententiam poſſūt largo mō mutarī, & mitigare pęnā, vt eis viſum fuerit.

Poſſunt igitur contra tales iniunctas ſibi pœnitentias violantes, & a carcere refugiētes iterum procedere, ita quòd ſi legitimam excuſationē non probauerint, ſunt per inquiſitorem prædictum vt hęretici impœnitentes condemnandi. Nam præſumitur ficta conuerſio, & ſimulata, & materia veteris erroris condita. ad hoc de pœniten. diſti. ii. c. i. Nam exitus acta probant. xxii. quęſtione ſecunda. & præcedētia per ſequentia comprobantur. oſtendunt igitur exceſſum veterē placuiſſe, ar. xxi. quæſtione. i. & his concor. Archi. in c. vt commiſſi. §. etiam illorum, & ver. obedientes. & Guido Fulconis in illis. xv. quęſtionib[9], quas fecit ad inquiſitores. vide ſupra fugiens.

Beda ſuper epiſtolam Iacobi, ait Ira enim viri iuſtitiam dei non operatur, quia qui iratus [k] in aliquem ſententiam profert, ſi ille quātum ad ſe iuſtam reportet ſententiā, iſte tamen qui nō amore iuſtitię, ſed liuore odij in eum ſententiam dedit, iuſtitiā dei in quem perturbatio non cadit, non immitatur, habetur trāſumptiuè. xi. q. iii. ira enim.

Grauiter delinquit qui ex ira ſententiam profert. xi. q. iii. ira ſœpe. vide ſupra iudex. §. dicit Cato.

Viſo ſupra de formis ſententiarum. aliqua alia circa ſententiam videamus. Et no. quòd ſententia lata in criminali debet ſtatim executioni mandari non expectato decendio. vt ſupra executio.

Sententia abſolutoria in criminali valet etiam non citato procuratore fi'ci, & hoc quando conſtat iudici de innocentia accuſati. tex. eſt ſingula. in l. nullis. ibi interim retineri. C. de

exhi.reis.Iaco.Butri. & Bald. in l.ſed & his.ff.de in ius vocan.

Item ſententia declaratoria nõ requiritur, vbi nõ eſt ſpes de correctione clerici ĩcorrigibilis. Ab. in c. cum non ab homine, de iudi.

Item an & quando ſentẽtia eſt nulla, vel iniuſta ſuper crimine hæreſis, an per iudicem ſæculare debeat exequi indilatè, vel an communicetur cum eo proceſſus, vide ſupra executio.

Item nota quòd poſt ſententiam non poteſt pœna relaxari ſine principis autoritate. vide ſupra rediens.

Item nullus inferior a principe poterit ferre ſententiam contra totam ciuitatem ad hoc, vt deſtruatur, niſi principis autoritate, ſecũdùm quòd latè proſequitur Bart. in extrauagante, quoniam, & idem ſenſit vno verbo Saly. in. l. i. C. de ſeditioſis, in fi.

Sententia lata in criminali ſuper accuſatione ſine loco, & tempore, valet Baldus. in additionibus ſpecu. de ſententia, verſic. ſententia lata ſuper accuſat.

Sententia contra confeſſum in tortura valet, niſi appelletur. Bal. in additionibus ſpecu. de appella. verſic. confeſſus.

Nota quòd ſententia inquiſitionis contra hæreticum debet exequi ſtatim per iudicem ſæcularem, quando hæreticus ſibi relaxatur ab inquiſitore ſine alio, nouo ꝓceſſu, & licèt proceſſus non communicetur cum ipſo iudice laico, vt ſupra executio. §. ex prædictis.

An ſit neceſſaria ſententia ſuper confiſcatione bonorum, vide ſupra confiſcatio.

Nota quòd lite conteſta. poteſt deueniri per delegatum ad ſententiam etiam abſente reo. de quo vide ſupra delegatus.

Item impoſitio pœnitentiæ poteſt dici ſententia, vt ſupra carcer, dictum eſt.

An ſententia lata ſuper purgatione ſit interlocutoria, vel diffinitiua, docto. de re iudica. ad conſultationẽ. de purgati. cano. cum dilectus.

No. quòd ſententia lata ab hæreti co nullam obtinet firmitatem, vt ſupra iudex. §. itẽ ſi aliquis hæreticus extitit iudex.

ADDITIONES.

a *Sententia dicitur eſſe animi ſenſu, conceptus mentis, & quicquid animo ſentimus. & quod inde ſequitur iudiciũ, Cic. de Orato. 3. huius eſt in dando conſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia, Plau. in pſeudulo. Hæc mea ſententia eſt, vt huic quid agas conſulas, Quintil. libro. 8. c. 5. ſententiam veteres quod animo ſentiſſent vocauerũt: ſententiæ ve. ò quædam ſunt hominis priuati, quarum genera multa ſunt, Vnde Teren. in Phormio. act. 2. ſce. 4. Quot homines tot ſententiæ. Cic. de opt. orato. Sententiarum totidem genera, quot diximus eſſe laudum, ſunt enim docendi acutę, delectandi quaſi argutæ, commouẽdi graues, & quamquam generale ſit hoc nomen, tamen conſuetudo iam tenuit, Quintil. ait eodem loci, vt mente concepta, ſenſus vocaremus, lumina autem, præcipueque in clauſulis (orationis) poſita ſentẽtias, quę genus ſic a Cic. finitur ad Heren. lib. 4. ſententia eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breuiter oſtẽdit, & addit exempla, eius multæ ſunt ſpecies, quas videas apud*

*Quintil.eod.lib.c.5.Has annumerat in-
corruptis teſtimonijs, Ariſtoteles ad fi-
nem quaſi lib.1.Rheticorum.ſi cætera no
bis deſint, His vſus eſt Cic.pro M.Cæl.de
ſtitutus copia teſtium.ſed in iure appel-
latione ſententiæ nõ niſi iudicum eſt cui
iudicandi ius fuerit, continetur, vt ff.de
re indi.& de effectu ſententiarum,& in
terlocutionibus iudicum,& C.de ſentẽ.
& interlocu.omni.iudi.C.ſi non a com-
peten.iudi.& l.1.§.vlti.ff.ad ſenatus-
con.Tertul.l.cum qui ff.de iuriſd.om.iu
di.l.1.§.vlt.ff.quod quiſque iu. item ſen
tentia arbitri ex compromiſſo litigan-
tium recepti.l.3.l.Pomponius cum ſeq.
l.arbiter.cum alijs ſequen.ff.de recep.ar-
bi.item.C.& extra.eiſdem titu. Senten
tiæ iudiciariæ ſpecies quatuor dicuntur
eſſe, de quibus duntaxat abundè ſcribit
autor. Ferendæ ſententiæ mos antiquus
erat an quis primò damnandus, an abſol
uendus, poſtea rogabatur lex, qua pœna
puniendus, Cic.lib.1.de Orato. quod &
Veneti faciũt in Criminalibus, iure com-
muni qui ſententiam dicit & in ciuilibus
cauſis atque criminalibus obſeruat vt
pronuntiet quem prius condemnandum
vel abſoluendum, in eadem verò ſubinde
ſententia ſimul & ſemel vnico contextu
condemnet, vel abſoluat, ſententia prio-
ri tantũ modo concepta, regulariter non
definit controuerſiam, niſi poſterior mo-
dus in præſens conceptus addatur. Van-
ti.de null.ex deſe.proceſſ.nu.90.& 99.
Petrus Vend.*

b *Licèt ſentẽtia de iure proferri debeat
ore ipſius iudicis, de conſuetudine tamen
Italiæ Notarius legit ſententiam, & iu
dex deinde dicit, Ita abſoluo, vel ita con
demno, vti atteſtantur Vitalis. de male.
rub.de pœ.condem.Iul.cla.ſent.l.5.§.fi.
q.93. in prin. & Emanuel Soarez. rece
pta. ſent. in ver. ſententia quamuis ipſo
iudicis ore nu.28.& ſeq. In ſacro Rota
auditorio ita per Reuer. D. Auditorem,
qui ſententiam tulit (regulariter prout
in cedula) illa ſubſcribitur, Ita pronun-
tiaui ego. N. Q. M.*

c *Nonnullas ſimiles formulas inuenies
apud Zanchin.c.4.titu.de for.ſenten.pro
pter crimen hæreſ. pro quibus videre et
poteris Siman.Enchir.tit.64.de ſentent.
Quintil. Mand.*

*Hæc ſententiæ forma prima de Calde
rin.tracta.de hæret.tit.41.de form.ſen-
ten.deſcripta videtur ad verbũ. formas
ſententiarum in omni ferè caſu condem-
nationis, vel abſolutionis hæreticorum,
de fonte Director.inqui. poteris haurire.
Petrus Vend.*

d *Ex Calderini tracta. de hæreti.c.41.
nu.5.6.& 7. P. V.*

e *In Calderino legitur. correctum, &
vt fidelem in poſterum te oſtendas. &c.
Petrus. Vend.*

f *Hanc ſententiæ formulam poſuit Cal
de.in forma proce.cont.inqui.rub.de ſen
ten inqui.nu.2.verſi.quia te inuenimus,
Guindi.de hæreti.quæſt.20.nu.9.& Si-
manc.Enchir.titul.64.de ſenten.num.3.
Quint. Mand.*

g *Ead.Cald.co.ti.41. P. V.*

h *Res inanimatæ in deteſtationem tanti
ſceleris puniuntur, ſic Deutero.12.man-
dantur euerti loca & aræ Gentilium,
ſtatuæ confringi, & luci igne comburri,
Idem habemus de veſtimentis leproſi,
Leui.13.Vide quæ addo ſupra.in verbo.
Domus Hæreticorum. Q. M.*

i *Idem Calde.placet.c.x.nu.4.& 5.de
hæreſi. P. V.*

k *Iratus Aman quod Mardocheus ſibi
genua non flecteret, nec eum adoraret ſæ
uiter contra illum proceſſit, illumque cru
ci affigi mandauit. Eſter.ca.3. qui tamen
Mardocheus iuſtus, & pius diuina pro-*

uidentia immunis euaſit. Aman autem cruci affixus fuit. Herodes iratus valde quod illuſus eſſet a Magis occidit omnes pueros. prout Mat. c. 2. & dixit Ariſto. moral. Nichoma. li. 5. c. 8. ea quæ ex ira fiunt non eſſe ex prouidentia. Q. Ma. Vide quæ ſupra ira annotata ſunt. Petrus Vend.

Sequeſtratio ª & Sequeſter. de materia ſequeſtri quando habeat locũ, & quãdo non, vide plenè per Io. An. in regula, locu pletari, li. vi. Cy. & Bal. in l. C. de pro hi. ſequeſ. Bar. in l. imperatores. §. fi. ff. de appel. doc. in c. i. & ii. de ſequeſt. glo. ii. q. vi. quotiens, & c. appellationem, in glo.

Qualiter debeat fieri ſequeſtratio in bonis illorum, qui ſunt ſuſpecti de hæreſi, vide. xxxiii. inſtructione inquiſitionis.

Item qualiter receptores fiſci debẽt vedere bona poſita in ſequeſtro, ſi talia bona poſſunt damnificari vel diminui in precio propter diuturnitatem temporis, & illa pecunia quæ fit ex talibus bonis venditis, debet iterum poni in dicto ſequeſtro, vel in aliquo cambio vſque ad condemnationem illius, cuius fuerunt illa bona, & bona immobilia debent arrẽdari per dictum receptatorẽ, vt habetur. xxxiiii. inſtructione inquiſitionis.

Quid ſit ſequeſtratio, quotuplex ſit, an ſequeſter poſſideat, an ſequeſtratio regulariter ſit permiſſa, qua actione conueniatur ſequeſter ad reſtitutionem rei; an, & quando iudex poſſit ex officio ſuo ſequeſtrum facere, & de multis ſimilibus vide plenè per do. car. Flo. in cle. i. de ſeque. poſ. & fruc. in xv. & xvi. q. dic melius, in q. xxi. & xxii.

Sequeſtratio fit propter contumaciam ita no. Inn. in c. ex literis, de dolo, & contu.

Sequeſter ꝑ expẽſis factis rei ſequeſtratæ habet actionẽ ꝯ debitorẽ, cui⁹ ſunt, ff. ad l. Aqu. l. quemadmodũ. §. magiſtratus, & agit negociorũ geſtorũ, quia eius negociũ vtilitatẽ geſſit.

Sequeſter volens liberari a ſequeſtro debet ſeruare id quod habetur. in l. ſi apud quem. §. fi. ff. depoſiti.

An ſequeſtratio tollat poſſeſſionẽ vide infra extra compilationem alphabeti, in fi. extra ua. iſto li. in §. no. quod ſequeſtratio.

An ſequeſter poſſideat? glo. quòd non, de iudi. examinata. cõtraria gl. in c. i. de ſequeſtra. vide gl. in clemen. i. in ver. beneficium, eodem titul. & ibi Paul.

Res ſequeſtrata debet eſſe ſub cura, & cuſtodia ſequeſtri, vt l. ſi fideiuſſor. §. fin. & in l. i. C. de prohi. ſequeſt. Ange. in dicto. §. fi. vbi vide.

Officium ſequeſtrarij eſt voluntarium. Bar. in l. litibus. C. de agri. & cẽſi. li. xi. qui allegat tex. in l. fi. C. de bo. auto. iudi. poſ.

Sequeſter videtur habere officiũ, & dici officialis. tex. in l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatis. cogan. quod eſt verũ latè ſumpto vocabulo. nemo. n. compellitur ad tenendũ rem in ſequeſtro. bene facit dicta. l. fi. C. de bo. au. iudi. poſſi. vide limitationem iſta dictione, in §. licèt nec lege.

No. ꝙ nõ fit ſequeſtratio de re aliena, niſi prius cõſtet de debito per publicum inſtrumentum. Bart. in l. litibus. C. de agri. & cen. li. xi. idem in l. pe. C. de er. mi. an. li. xii.

An ſequeſter poſſit agere ꝑ dãno dato ĩ re ſeq̃ſtrata. Bart. in l. intereſſe. puto.

puto. ff. de acquiren. poſſesſio. tenet quòd ſic.

An dos posſit ſequeſtrari? & dicendum quòd poteſt viro malè vtēti ea. Bar. in l. ſi cum dotem. §. ſinautem in ſæuisſimo, ſolut. matrim. ſecus ſi malè vtatur bonis ſuis, quia debet dos reſtitui. Bar. ibi.

Quis erit modus procedendi poſt quam factum eſt ſequeſtrum, vide ſupra iudex. §. facto ſequeſtro. vbi eſt caſus, in quo permittitur fieri.

Sequeſtratio non debet fieri ſine cauſæ cognitione. text. in ca. ii. de ſequeſtra. facit tex. in cle. i. e. ti. vide Angel. in con. ſuo. xc.

Sequeſtrum regulariter debet fieri per eum qui cognoſcit de cauſa, ēt ſi ab eo ſit appellatum. l. ab executore. C. quo. appel. reſcin. Hoſtien. in c. ſi. de ſeque. poſ. & fruc. adde. l. generaliter. §. ſinautem, C. de re. cre.

An quis posſit euadere ſequeſtrationem offerēdo idoneā cautionem? videtur quòd ſic, vt in l. i. C. de prohi. ſeque. vbi Cy. de quo vide in d. cle. i. & vide Io. An. de iudi. examinata. idem in addi. ſpe. ti. de ſequeſtra. Bar. in l. litibus. C. de agri. & cenſi. libro. xi. vbi dicit, quòd cautio debet continere quòd rem abſque procraſtinatione reſtituet.

Licèt nec lege, nec ſtatuto caueatur quòd quis cogat̄ recipere ſequeſtrum, vel eſſe ſequeſter, tamen iudex ex cauſa poteſt compellere, ſcilicet tantùm vt ponat ſolam operā, & non impendat aliquid de ſuo. ff. de bo. au. iudi. poſ. l. i. §. ſi. ff. de requi. reis. hoc colligit Bal. in l. i. ff. vbi pu. edu. debe. ex illo tex.

Nota quòd in caſibus, in quibus prohibita eſt fieri ſequeſtratio, poteſt fieri deſcriptio per iudicē, nè bona pereant. Bar. in l. mandatum. ff. de requi. re. idem in l. imperatores. §. ſi. ff. de appella. adde. l. i. §. penulti. ff. de ven. in poſſeſ. mit. & l. defenſiones. C. de iure ſiſci, libro. x. vide Bal. in l. vni. C. de ſequeſ. adde quod notat Innoc. in c. i. quod intelligo de deſcriptione quæ non eſt cum iniuria. puta quòd deſcribātur fructus, ſecus, ſi quis vellet vt deſcriberētur ſuppellectilia. vnde iudex debet eſſe diſcretus, vt ſine iniuria res procedat, in l. ii. C. quādo, & qui. quarta pars de. Bal. in dicta. l. i. C. de prohi. ſeque. l. pe.

Nota quòd lite pendēte fructus ſequeſtrātur. ii. q. vi. quotiens. poſt. xi. q. i. quia res.

Item nota quòd ſequeſtrāturres, cum appellatur ab executione. ii. q. vi. quotiens poſt.

Item ſequeſtrantur, cum aduerſarius fructus disſipat. iii. quæſtion. ii. quia ea.

Item ſequeſtrātur legitimè appellanti. ii. q. vi. biduum.

Item fit ſequeſtratio de adulterio accuſante. iiii. q. iiii. aliquando.

An ſequeſtrum posſit fieri de re nondum deducta in iudicium? gloſſ. quòd nō, de iud. examinata, & quòd ibi nota.

ADDITIONES.

a *Sequeſtratio, eſt rei de qua quæritur vel quam perituram veremur apud ſequeſtrem depoſitio, ſequeſter autem dicitur apud quem plures, eandem rē, de qua controuerſia eſt depoſuerūt, dictus ab eo quòd occurrenti aut quaſi ſequenti eos qui contendunt committitur l. ſequeſter. 110. ff. de verb. ſignific. propriè autem in ſe-*

ſequeſtre eſt depoſitum quod a pluribus inſolidum certa conditione cuſtodiẽdum reddendumque traditur.l.6. & l.licet. ff. depoſi. Gelli. verò ſequeſtrum dictum ſcribit ex Lauinio, quòd eius, qui electus ſit vtraque pars fidem ſequatur.lib. 20. c.x.vnde ſequeſtraria actio. l. ei apud.l. ſi in Aſia.ff.depoſi.prohibita quidem ſequeſtratio regulariter eſt quãdoque per miſſa.l.1.C.de probi.ſeq.& toto titu. ex tra eodem vt ſi fructus depopulentur ab aduerſario.l.imperatores.§.vltim.ff.de appella.ea duobus modis fit, nam aliquãdo fit dimittẽdę cauſa poſſeſſionis, & tũc neuter litigãtium poſſidet ſed ſequeſter. interdum verò res deponitur cuſtodiæ cauſa, & tunc poſſeſſio remanet penes de ponentem.l licèt.17.§.1.ff depoſi. & l. intereſſe.39.ff. de acquir. poſſ. præterea fit interdũ iudicialiter, de qua ſcribitur hic ab autore, quandoque ſine iudice, par tibus ita.conuenientibus.prior neceſſariò fit, nè res diſſipetur, ſi ſit mobilis, & ſuſpecta perſona ff.qui ſatiſda.cogant.ſi fideiuſſor.§.vltim. vel ex alia cauſa ff. de off.præſid. l. ſenatuscon. fructus autem rei ſoli.l.ſup.cit.de appella & ff.ſolu.ma trimon.l.ſi cum dotem.§.ſin autem in ſa uiſsimo.vel propter contumatiam, ff. de colla.bon.l.1.§.ſi ſuperſit.item extra.§. 2.& 3.De poſteriori legitur cautum l.ſi ſoluturus.39.ff.de ſolutio.& l.intereſſe. 39.ff.de acqui.poſſ.& l.licet.ante cit.et l.ſi quę.ff.fam.erciſ.Quia verò ſequeſter eſt medius inter certantes, inde fit vt induciæ, quæ media ſunt inter bellum præte ritum, & futurum ſequeſtra pax appelletur, vnde Vir.2.Bis ſenos pepigere dies & pace ſequeſtra. quamobrem & ad res incorporales trahitur ſignificatio, qua tranſlatione vtitur, & Quintil.libr.12. c.8.qui ſequeſtrem vocat illum, qui a liti gatore doctus, docet patronum, quaſi depoſita rei narratio ſic apud illum interpretem futurum, Hinc & interpretes ea nomine ſignificari videntur. Sequeſtratio fructuum quando facienda ſtatuit. Conc.Trident.in.ſeſſ.21.c.quęcunque.§. 8.& 23.ca.cum præcepto.1. de reform. Petrus Vend.

Seruus. [a]An hæreticus poſſit habere ſeruum Chriſtianũ? & dicendum quòd non, vt in l. deo nobis.§.fi.& ibi Bart. C.de epiſco.& clericis.vide ſupra infidelis, & ſupra Iudę⁹, & habetur in.xxiiii. inſtructio ne inquiſitionis.vide ſupra gratia.

Apoſtata perdit dominium ſuper ſeruos, vt ſupra apoſtata.§.apoſtata perdit.

Serui infidelium ſi fidem recipiãt, efficiuntur liberi.liiii.diſtin.fraternitatem.

Rex ſæcularis etiam ſuperiorem non recognoſcens, non poteſt ſtatue re in regno ſuo vt Iudæi, vel hæretici habeant ſeruos Chriſtianos.Ab.in c. Iudæi, de teſtibus.

An clericus poſſit vẽdere ſeruum ſuum, vide tex.lxxxi.di.quidam.

An Chriſtiani poſſint emere ſeruos Iudæos, glo.& Archi.liiii.diſtin. mancipia.

An Chriſtian⁹ poſſit emere Chriſtianum, vt eum in ſeruitute retineat tex.quòd ſic.liiii.di.præſenti, & de Iudęis.c.i.

Quibus modis ſeruus acquirat li bertatem, Archi.liiii.diſt.ſi ſeruus.ii. adde in ſum.Piſanella, ſub dictione, ſeruus, in §.fi.

No.caſus, in quibus domin⁹ frau datur ſeruo, de coniugijs ſeruorum, in c.licèt, & de natis ex libero vẽtre. c.vno.Item alius caſus eſt.C.de Lati. liber.

liber.tol.l.vni. §.ſed & ſi quis hominum. Tertius eſt in aut. de nuptijs. §. ſi verò ab initio, coll. iiii. Alius casus eſt in aut. quæ dignitas liberat filium a patria poteſtate, coll. vj. de hoc vide gloſſ. in cap. illud quoque, de præſumpti.

Seruus dicitur a ſeruādo eo quòd capti ſeruabantur, & non occidebantur. ff. de ſta. ho. l. & in ſeruorum, & l. libertas. §. ſeruitus. Inſti. de iure perſo. §. ſerui. aliqui dicunt, quòd ſeru' dicitur a ſeruiēdo, pro quibus facit. l. naturalis, in prin. ff. de præſcri. ver. facit quòd nota. xxiii. q. i. nulli.

Seruus an Iudæus, vel Turca, vel Paganus, qui primitus erat ſeruus, ſi baptizatur, efficiatur liber, vel remaneat ſeruus? Gof. in ſumma in titul. de Iudæis. §. ſed quid, ver. ſed nunquid Iudæus, vel pagan', tenet quòd remanet ſeruus,[b] dicens, quòd ſeruitus eſt de iure diuino, vt ibi per eum. Nota quòd ſeru' etiam inuito domino poteſt baptizari secundū Gof. in ſum. in tit. de Iudęis: allegát. xix. q. ii. c. duæ ſunt.

Seruus an veniat appellatione bonorum?[c] & dicendum quòd non, vt in l. mouentium, de verbor. ſignific. l. procurator tuorum, & ibi Io. de Prato. ff. de procurato. & Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro, & argento lega. & in l. poteſt, in. i. col. ff. de auto ri. tuto. nec in eo eſt ius adeūdi, quia non eſt in bonis. Bal. in. l. i. x. q. in xvi. colum. magna, in verſi. ſextò arguo. C. qui admitti.

An & qua de ratione Iudæi dicantur ſerui Chriſtianorum, vide ſupra Iudęus.

ADDITIONES.

a *Seruus eſt oppoſitus homini libero. Vulgaris enim & ſumma diuiſio de iure perſonarum hæc eſt, quòd omnes homines, aut liberi ſunt aut ſerui, & libertas quidem (ex qua liberi vocantur) eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibetur. Seruitus autem eſt conſtitutio iuris gentium, quá quis dominió contra naturam ſubÿcitur. ſerui autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent, qui etiam mancipia dicti ſunt, eò q ab hoſtibus manu capiūtur, ſerui autem aut naſcuntur aut fiunt, naſcūtur ex ancillis noſtris captiuis, fiunt aut iure gentium, ideſt ex captiuitate. aut iure ciuili, cum liber homo maior viginti annis ad precium participandum, ſe ſe venundari paſſus eſt, inſtit. de iur perſo. l. 4. de ſta. homi. l. pupillus. 239. §. 1. ff. de verb. ſignific. Noe primus filium Chanaam ſubiecit ſeruituti Sem, Gene. c. 9. vnde ſcribit de ciuit. Dei. c. 15. Auguſti. conditio quippe ſeruitutis, iure intelligitur impoſita peccatori, proinde nuſquam ſcripturarum legimus ſeruum antequam hoc vocabulo Noe iuſtus peccatum filij vindicaret. nomen itaque iſtud culpa meruit, non natura. Origo autem vocabuli ſeruorum, inquit, in Latina lingua inde creditur ducta, quòd hi qui iure belli poſſent occidi, a victoribus cum ſeruabantur ſerui fiebant, a ſeruando appellati, quod & ipſum ſine peccati merito non eſt, &c. Serui pœnæ dicebantur, qui ſummo ſupplicio ſic addicebantur, vt ſi liberi eſſent, libertatem, ſin ſerui domini familiā quaſi abalienati amitterent, ad id vt ne à pœna quidem liberati, in illius domini poteſtatem*

ſtatem redirent.l.8.§.quicumque.cum ſequ.ſunt & alij ſerui pœnæ, de quibus in l.quidam.17.ff.de pœn. & Inſt. quib. mo.iu.po.§.2.tractatur.l.ſiquis mihi. §.ſiquis.ff de acquir.hæred. Vulgò ſeruus,etiam liber, qui ſeruit alicui nominatur. P. V.

b *Quod remaneat ſeruus voluerunt etiã Ange.in l.vni.C.ne lice.& Abb.in c.di gnum.de coniu.ſeruo. Roma.conſi.288. in caſu.Franc in c.conſuluit.3.poſt prin. de appell.libro.6.ſubdens opinionem eſſe contrariam vulgarium credentiũ quòd eo ipſo,quòd ſeruus ſuſcipit baptiſma fiat liber,idẽ voluit ibid.D.meus Filip.Dec. poſt.prin.* Q. M.

c *Seruus tamen venit appellatione rerum,l.omnia §.fin.ff.de lega.2.l.fin.ad fin.C.de verbo.ſignific. D.meus Philip. De.in l.1.in 2.lectu.nu 7.ff.ſi cer.peta. And.Tiraqu.in repeti.l.ſi vnquam.glo. donatione largitus poſt.nu.323.C.de reuo.dona.* Q. M.

Sponte [a]factum intelligitur,qđ poſt interuallum fit,nõ in ipſo actu.Bal.in l.ii.in prima oppoſitione.C.de ope.liber.

Sponte dicitur ſine tortura, ſed voluntariè etiam cum tortura dicitur. Bal.in c.i.§.iniuria,de pace iura.fir. viii.coll.ver.quæro, vtrũ falſum vel ſemel tortus.Bar.Cæpo.in l.ſponſio. iiii.q.de verbor.ſignific.& Bar.in l.i. §.fi.in vltimo notabili.ff.de quæſtionibus.Ange.& omnino Alexan.in l. ſi is qui.§.Celſus.ff.de acquiren.hęreditate.

ADDITIONES.

a *Sponte fieri dicitur,quod quis a ſe,voluntate ſua facit,non inuitè.l.ſponte.coniuncta.l.præcedenti.ff.de mu.& hono.l. 2.C.de his qui latro.occul.l.2.C.de tabula.li.10.l.Libertorum.xi.C.de teſti.l.4. §.vltim.ff.ad l.Corne.de ſica.l.1.ff.de le gi.C.de his qui ſpon pub.mu.lib.10.quod & vltro fieri dicitur ead.l.2.vnde, & vltrò fieri pariter traditur,qui per ſe qd facit l.non omnes.in princ.ff.de re milit. & l.1.§.diuus Antoni.& §.ſiquis vltrò.ff.de quæ.l.vxor.§.1.ff.ad l.Corn.de fal.l.ſemper.§.conductores.ff.de iu.immuni.Cic.de natu.deo.lib.2.is autem ardor non alieno impulſu,ſed per ſe ipſe ac ſua ſponte mouetur. Item epiſt.6.Pompeius mecum ſæpiſſime, non ſolùm a me prouocatus, ſed etiã ſua ſponte de te communicare ſolet,de Cl.a ſe commotus, id eſt ſponte ſua, Qui dicatur ſponte redire ad catholicam fidem, vide innominatum auto.poſt tracta.Calderin.de hęretic.redeunt.nu.3.Item quòd ſponte confitenti parcatur,vide glo.pen.in l.7.ff.de alien. iu.cau.facta.* P. V.

Scriptura [a]in quibus requiratur circa redeuntes ab hęreſi.& circa hoc nota textum.i. quæſt.vii.in c.ſi qui voluerint venire. vbi habetur, quòd ſi hęretici volunt venire ad eccleſiam catholicam, debent confiteri in ſcriptis. vide ſupra confeſſio.§.quando quis confitetur hæreſim.& vide ſupra rediens.

Item in quibus requiratur ſcriptura, vide glo.ſingularem in c. Romana,de cenſibus,li.vi. vbi plenè tractatur ſuper parte.in ſcripturis.

Item qualiter abiuratio debet fieri per ſcripturam, vide ſupra abiuratio.§.item talis abiuratio, & ſupra negans.§.& qui. vbi habetur ꝙ q ab hęreſi reuertuntur ad fidem catholicã, ſcripto debẽt negare hęreſim ſuã.

Scri-

Scriptura quæ eſt de natura iudicij, non requirit teſtes, ſed tãtùm notarium. tex t. C. de donat. l. donationes. facit de proba. quoniam contra falſam.

Scriptura non requiritur in proceſſu, quando cauſa eſt breuis. gloſſ. eſt notabilis. in autẽ. vt clerici apud pro. epiſco. §. i. vide Barto. in aut. niſi breuiores. C. de ſente. & inter. om. iudic.

Quæ in ſcriptura rediguntur, videntur magis deliberata, quàm quæ dicuntur oretenus. Bart. in l. gerit. ff. de acqu. hę. I DEO PROVISO SOLERTER.

Item hæretici per ſcripturam accuſantur, & reconciliantur, vt. ii. q. i. legum. vide ſupra accuſatio, & ſupra reconciliatio, & ſupra abiuratio.

Item in ſcriptis debet ferri ſententia, aliàs eſt nulla, vt. ii. q. i. legum. vide ſupra ſententia.

Sicut ipſi hæretici damnati ſũt ab eccleſia, & ſic ſcripturæ, eorum. xv. di. in primis. §. Montanus.

Not. quòd taciturnitas debet ſcribi per notarium, ſicut confesſio, de quo vide ſupra confesſio. §. item nota quòd taciturnitas.

De his quæ debent ſcribi per manum propriam notarij, vide ſupra notarius, & vide per Ab. in c. quoniã contra, de proba.

An liceat transferre libros ſacræ ſcripturæ in ſermonem vulgarem? & dicendum quòd non, vt extra. de hæreti. in c. cum ex iniunƈto, in parte deciſa. vide ſupra exponere.

ADDITIONES.

a *Scripturæ ſacri libri, qui a Syn. Trid. ſuſcipiuntur, in ea recenſentur ſeſſ. 4. c. de cano. ſcrip.* T. V.

Signum

a Ad cognoſcẽdum hæreticos vide per doc. de hære. ex communicamus. §. adijcimus Archi. in c. fi. eodem tit. libro vj. gloſſ. xxiiii. quæſt. i. quæ dignior. vide ſupra cognoſcuntur, & ſupra detegitur.

Nota quòd bonum eſſet, vt iſti qui reconciliantur, ſignarentur aliquo ſigno, vt cognoſcerentur, & diſcernerẽtur ab alijs, qui non aberrarunt in fide catho. ſicut ipſi. olim autem conſueuit talibus iniungi, quòd cruces deferrent, ante, & retro ſuper veſtes ſuperiores aſſutas de panno rubeo, vel croceas & quòd tales ſtarent diebus dominicis, & feſtiuis in valuis eccleſiarum, & cruciarentur pane anguſtiæ, & aqua doloris. & ſi noſtris temporibus ſic ſignarentur, multa bona ſequerentur ex tali ſigno ſignatis, qui fidem negarunt, & propter tale ſignum vbicunque ambulaſſent, melius in eis demõſtraretur, an poſt conuerſionem ambularent in tenebris, vel in luce.

An ſigna leuia ſufficiant ad condemnãdum quem de hæreſi, vide de præſum. in c. literas.

Nota quòd quando aliquis offert ſignum reƈtoris, vel reipublicæ alteri, cui non debetur tale ſignum, nec ei pertinet, ille qui ſic offert, crimini læſæ maieſtatis obnoxius eſt. & ideo in lege diuina inſtituitur pœna mortis his qui diuinum honorem alijs exhibent. de quo vide ſupra dæmon.

Per ſignum crucis de inimicis noſtris libera nos domine deus noſter.

Quando dicantur in aliquo apparere

rere ſigna pœnitentiæ, Inno. de ſent. ex.duobus. Archi.de hæreti. lib. vi. in c.ſuper eo.vbi dicit, ſi cum inſtantia petit ſacramenta eccleſię,& habet pe ctoris concusſiones.

Qui manum aſtringit, ſig' um eſt dilectionis.gl o.eſt in c.i. de ſpon. duorum.

ADDITIONES.

a *Signum pro argumento propriè ſumitur Dona.in And.Teren.act.2.ſce.2.vbi Teren.ait nuptiarum nulla eſſe ſigna, dei.de act.5.ſce.3. in illud carmen. Vide num eius color pudoris ſignum vſquam indicat? Dona.ait, ſignum eſt parua quædam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem, Cic.lib.2.ad Heren. ſignum ait, eſſe vnam de ſex partibus coniecturalis conſtitutionis, quod ita finit. Signum eſt, per quod oñditur idonea perficiendi facultas eſſe quæſita, id diuiditur ĩ ſex partes, locum, tempus, ſpacium, occaſionem, ſpem perficiendi, ſpem celandi, eſt itaque nota, indiciũ, ſignificatio, rem quamque cognoſcendi, hoc autẽ modo rurſus a Cic. definitur, de Inuen. lib.1. ſignũ eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit, & quiddam ſignificat, quod ex ipſo profectum videtur quod aut ante fuerit aut in ipſo negocio, aut poſt ſit conſecutum, & tamen indiget teſtimonij, & grauioris confirmationis, vt cruor, fuga, pallor, puluis, & quæ his ſunt ſimilia, Quintil.c.9.lib.5. ſegregat ab argumentis illud & bipartit in neceſſarium, & non neceſſarium ſubiectis exemplis imitatus Ariſtote.1. Rhetori. Pro huiuſmodi ſigno ſumit argumẽtum, ff. de re mi.l.non omnes, §.a barbaris.& alibi in iure item præſumptio, indicium, de quibus ſupra ſcriptum eſt, hinc etiam ſignum dicitur cuius impreſſione cuiuſnam ſit res vnaquæque diſtinguitur atque cognoſcitur, vnde tabulæ, teſtamenta cognoſcuntur ad quem pertineant ex ſigno, vel ſigillo l.loco.§.hoc interdum.ff. de tabu.exhib.l. ad teſtium.ff. de teſtam. & C.toto titu. vt nemini liceat ſine iudicis autoritate ſigna rebus imponere, Hinc ſtatuæ vel fuſæ, vel ſculptæ quoniã rem indicant, cuius effigiem repreſentãt, ſigna quoque dicuntur, quibus magnopere Græcia delectabatur, vnde Verres abſtulit eorum copiam magnam, Cicer.in Verr.act.3.quo ſignificatu capiuntur, in l.quæſitum 12.§.Papinianus.ff. de ſun. inſtruct. inde ſignatum argentum, quod forma cuiuſpiam impreſſum eſt, l.Q.Mutius.2.§.penul.ff.de aur.& argen.lega. inde ſignum S.crucis. C. nemini licere ſignum.cru.&c. Catechiſ.de ſacr.c.2.ſcribit. Atque in primis docere oportebit, rerum omnium, quæ ſenſibus percipiuntur duo eſſe genera, aliæ enim obinuentæ ſunt, vt aliquid ſignificent, aliæ non alterius rei ſignificandæ cauſa, ſed ſua tantũ cauſa effecta ſunt, quo in numero omnes penè res, quæ natura conſtant haberi poſſunt, at verò in priori genere vocabula rerum. ſcriptura, vexilla, imagines, tubę, & alia huiuſcemodi per multa ſunt, nam ſi ex vocabulis vim ſignificandi detraxeris, ſublata videtur eſſe cauſa quamobrẽ vocabula inſtituerentur. Hæc igitur ſigna propria dicuntur, illud enim ſignum eſſe ſanctus Auguſt. teſtatur quod præter rem, quam ſenſibus obijcit efficit etiã vt ex ſe alterius rei cognitionem capiamus, ſicut ex veſtigio quod terræ impreſſum intuemur, tranſiſſe aliquẽ, cuius veſtigium apparet, facile cognoſcimus. Hæc ibi, quam rem, ẽt proſequitur eod. titul c.3.quo te reijcio, vide etiam ſimilem diſtinctionem prin.lib. ſent. diſti. 1. De ſignis adhuc internoſcendi genera hæ*

reti-

reticorum, lege Directorium Inqui. par. 3. titul. de ſignis, & indicijs exterioribus & c. ſignum quid & Clem. Alexan. ſtrom. 6. ſcribit idem quod Cic. Petrus Vendramenus.

Simonia [a] largo modo eſt hæreſis vt. i. q. 1. eos, & in c. patet, de ſimonia. c. quotiens.

Quæ pœnitentia ſit indicenda ipſis ſimoniaticis, vide ſupra pœnitentia. §. quæ pœnitentia indicatur.

An ſimoniaci errent expreſsè in fide? & ad hoc reſpondendum ſecundũ Thom. in iiii. diſt. xiii. ar. xv. poſt medium dicens quòd ſimoniaci expreſsè non errant in fide. tamen quandoque per ſimilitudinem dicuntur hæretici, quia ſicut hæreticus dicitur, quia contra fidem ſentit, ita ſimoniacus operatur, ac ſi contra fidem ſentiret, dum precio ſacramenta vult adipiſci, vel dare, ac ſi exiſtimaret donũ ſpiritus ſancti pecunia posſideri, ſecundùm eum. nam plus, vel tantùm valet renunciatio quę fit ipſo facto, ſicut verbo. Vnde ſi ſimoniacus ſacramenta peruertendo, ordines, & dignitates vendendo, crederet gratiam ſpiritus ſancti non eſſe a deo, ſed a virtute quadam ſuperna, & creata, talis diceretur ſimoniacus a Simone mago, & perdere debet bona, & memoria talis damnatur. ſi autem hoc ita non credit, nihilominus committit delictum ſimoniæ.

An hypocrita qui facit ſpiritualia propter humanam laudem, committat ſimoniam, Tho. ii. ii. q. c. ar. v.

Simonia neophytorum hæreſis dĩcitur, quia aliquando dabant pecuniam, vt citius promouerentur, i. q. i. quiſquis.

ADDITIONES.

a *Simonia committitur, ſi quid pro ſpũ i tualibus exigatur, vel promittatur, titu. de ſimo. & nè aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur, a Simone qui id primus tentauit, nomen accepit, Act. apoſt. 8. & ad annexa ſpiritualibus, & ab eis depẽdentia trahitur, quę quid ſint, vel ab eis qui compendia ſcripſerunt potes adiſcere, vt ab Hoſtien. Simoniacæ autem hæreſis tripartita eſt diſtinctio, alij enim Simoniacè a Simoniacis ordinantur, alij ſimoniacè a non ſimoniacis, alij non ſimoniacè a ſimoniacis, 1. q. 1. c. ſtatuimus decretum. & lib. 4. ſenten. di. 25. id genus mercimonij iure veteri prohibitum eſt, 1. q. 1. 2. 3. & 4. & in Decreta lib. tit. de ſimo. Item nouo iure Con. Tri. ſeſſ. 21. c. quoniam ab. 1. 24. c. in pluribus. 14. & c. expedit. 18. §. ſint verò. Petrus Vendramenus.*

Simulatio. [a] Vtrum aliquis peccet ſimulando ſanctitatem? & dicendum ſecũdùm Tho. in quotlibet. quòd duplex eſt ſimulatio, quædam fit ab aliquo, vt iniquitas ſua pallietur, & ipſe bonus putetur. Et talis ſimulatio eſt peccatum. Et tantò grauius quantò magis iſta ſimulatio cederet in damnum proximi temporale, vel ſpirituale, ſecundũ Thom. & in ſum. confeſ. lib. iii. titul. xxiiii. q. ccliiii.

Alia eſt ſimulatio, quæ fit ad dei honorem, & proximorum ædificationem coram extraneis, vt ipſi magis ædificentur, & iſte talis nõ peccat, ſed meretur. Idem Thomas in ſumma confeſſio. eodem titu. quæſtion. ccliiii. de hypocriſi, quæ eſt quædam ſimulatio. vide ſupra hypocriſis.

An

An ſit ſimulatio, quando quis occultat peccatum ſuum?& dicendum ſm Thomam ſecunda ſecundę,q.cxi. aliàs in quotlibet, ꝙ ſicut aliquis verbo mentitur, quando ſignificat qđ non eſt,non autem quando tacet qđ eſt,& quod aliquando licet.

Ex ſupradictis nota, ꝙ ſimulatio eſt, quando aliquis per exteriora ſigna factorum, vel rerũ ſignificat aliquid quód non eſt.Non autem ſi aliquis ꝑtermittat ſignificare quod eſt. vnde aliquis poteſt peccatum ſuum occultare abſque ſimulatione,& laudabiliter,ſ.nè alij inde ſcandalizent.

Quando confeſsio dicatur ſimulata,vide ſupra cõfeſsio. IDSO PROVISO SOLERTR.

ADDITIONES.

a *Simulatio eſt aliud dicere vel aliud præſeferre quàm agitur, quæ nominatur a Græcis hipocriſis. Diſſimulatio cõtrarium,argu.l.congruit.§ furioſi.iũcta.l. ſequen cum l.1. §.1.ff. de dolo. & l.nec quicquam.§.circa aduocatos.ff. de offic. procon. & lega.ac tit. plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur C.Item ſimulatæ nuptiæ.ff.de ri.nup. In animis enim hominum multæ ſunt latebræ, & multi receſſus,ait Cic.pro Marcel.idem ad Quin.fra. multis ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur, vniuſcuiuſque natura,frons,oculi,vultus,per ſæpe mētiuntur,Item Lentu.fronte atque vultu ſimulatio facilimè ſuſtinetur.Teren.Hec.act. 5. ſce. 3. ille alias res agere ſe ſimulare, Donatus ad hunc locum ait,ſimulare ſingere,ac pro vero falſum tradere,item id eſt alias res agentem ſe fingere, vnde legitur illud poetæ, Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem, item Diſſimulant, & nube caua ſpeculantur amicti.ad quod Seruius inquit. Diſsimulamus nota,ſimulamus ignota, Diſſimulamus quod ſumus,ſimulamus quod non ſumus, Dauid præ timore ſimulauit inſaniem.1.reg.21.Vliſſes etiam nè militaret in Troiam.vide ſupra fictio,& Hipocriſis,omnia ſimulationis plena, Mulieres ſucant vultus, Mercimonia mercatores, prenſationes ambientium. Triplici modo contractus ſimulatur, autore Bal. in l.cum precibus.C.de probatio.& Bar. in Conſi.incipit Petrus Nicolæ, Refert Maran.in ſpecu.in 9.memb. primæ part. iudi.de exceptio.nu.29.cum ſequenti eo vide.* P. V.

Singula quæ non proſunt,multa collecta iuuant. Abbas in c.cum cauſam, de prob.i prin. & l.iii.ff.de teſt. & iiii.quæſtion,iii.ſi teſtes.

Spectacula a An ſint prohibita no.C.de ferijs.l.fi. in gloſſ. lachrimoſa,& ibi Cy. in.iiii. oppoſitione.

An intereſſe ſpectaculis ſit peccatum,ſanctus Tho.ii.ii. tenet ꝙ non, in q.clxviii.ar.iiii.& in iiii.diſtin.xvi. ar.viii.

Spectaculis publicis clerici intereſſe non debent.xxxiii.di. presbyteri. de conſ.di.v.non oportet.

Spectaculis inſiſtentes diebus dominicis,& eccleſiam,ac diuina relinquentes debent excommunicari, de conſ.di.i.qui die.

Vtrum ſpectacula impediant pœnitencias exteriores, vide ſupra pœnitentia.

ADDITIONES.

a Spectaculum eſt res ad ſpectandum propoſita, præſertim cum pompa & apparatu, vt ludi ſcenici, circenſes, gladiatorij, venatorij. C. de ſpectacu. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commo. l. 7. §. ſi in colluct. ff. ad l. Aquil. l. aut damnum. §. quicunque ff. de pœnis. l. vlti. C. de fer. l. animi. 65. ff. de edil. edicto. l. 13. §. equitij. ff. de vſu & habita. l. 1. ff. de mu. & hono: eis interdicebatur in pœnam l. 1. ff. de of. præf. vigi. tanti fiebant, Vitanda ſpectacula omnia Lactan. lib. 6. c. 20. diui. inſti. ait nō ſolùm nequid vitiorum pectoribus inſideat, quæ ſedata, & pacifica eſſe debent, ſed ne cuius nos voluptatis cōſuetudo deliniat, & à Deo, atque a bonis operibus, auertat. idem repetitur in epitome c. 6. hoc idem D. Augu. de ciuit. Dei. lib. 1. c. 31. & lib. 2. c. 4. & 8. ſummoperè damnat. P. V.

Sodomia No. ꝙ propter iſtud peccatum deꝰ iratus mittit peſtilentias & fames, & terræ motus, & habetur in aut. vt non luxurientur contra nat. coll. vi.

Quare paruuli Sodomorum puniti ſunt? & dicendum ꝙ eo ꝙ filij ſunt ſecūdùm corpus quædam res patris & in quantum peccatum vnius deriuatur ad alterum, & hoc per imitationem, quia filij imitantur peccata parentum, vel per modū meriti, ſicut peccata ſubditorum merentur peccatorē prælatum, ſm illud Iob. xxxiiii. qui regnare facit hoīem hypocritam propter peccata populi, & ad deteſtationem peccati, dū. ſ. pœna vnius redundat in oēs, quaſi oēs ſint vnum corpus, vnde Augu. dicit de peccato Achor. idē in ſum. confeſ. c. tit. q. viii. Ex prædictis patet, quare paruuli Sodomorū puniti ſunt, vt patet Gene. xix. quia erāt res parentū, & in eis parentes puniebātur: tū ēt quia hoc in eorum bonū ceſſit, nē ſi reſeruarentur, eſſent imitatores paternæ malitiæ & ſic grauiores pænas mererētur. idē in ſum. cōn. eo. ti. q. ix. de hoc vide ſ. filiꝰ, & ſupra pœna, & habetur in ſupple. in litera pœna. i. §. vii.

Clericus luxurians ꝯ naturā deponitur. de exce. præla. clerici. vide in repertorio Brixien. in litera, clericus. & quæ pœna ſit coeuntis cū bruto, habetur. xxxiii. q. ii. hoc ipſum, & §. ſe. Hoſt. in ſum. de pœniten. §. quæ pœnitentia, ver. quadrageſimus.

An vxor poſſit dimittere virum, & denegare ei debitum, & petere diuortium propter vitium ſodomiæ? & dicendum ꝙ qñ eſt notoriū, ꝙ poteſt petere diuortium, & nō reddere ei debitū, vt eſt glo. ſingularis in c. omnes cauſationes. xxii. q. vii. & Io. And. de adul. maritꝰ. idē dicit Thō. iiii. ſniarū d. ſt. 35. ar. i. ad quartū vide ſ. debitū.

No. quòd dies natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti ſic manifeſtata eſt per Sodomitas, ꝙ oēs Sodomitæ in toto mūdo in illa nocte extincti ſūt, ſicut dicit Iero. ſuper illud Eſa. ix. lux orta eſt eis tanta, ꝙ oēs laborantes illo vitio extinxit. & hoc fecit Chriſtꝰ, vt oēs eradicaret, ne in humana natura qͣ aſſumpſerat, tanta de cetero immunditia inueniretur. Nā, vt dicit Auguſt. videns deus vitium contra naturam in humana natura fieri, ferè deſijt incarnari. etiam idem Auguſt. dicit quod longè maius crimen eſt quàm agnoſcere matrē, vt. xxii. q. vii. adulterij. & per hoc peccatum violatur ſocietas, quæ nobis cū deo

eſt,

eſt, cum eadem natura, cuius ipſe eſt autor, libidinis peruerſitate polluitur. xxxii. q. vii. flagitia.

Iero. dicit, quòd nominare etiam hoc vitium, turpiſſimum eſt, ne etiā dicentis & os aures audientium polluantur. xxxii. q. iiii. in eo. fornicator. dicitur hoc peccatum clamare ad dominum pp. vindictā, & punitū eſt in igne, & ſulphure. Geneſis. xviii. Itē eſt maius peccatum poſt idololatriā. vnde maior facta eſt iniquitas filij populi mei, peccato Sodomorū. Threnorū. iiii. hec oīa in vitis patrum.

De pœna huius criminis Sodomię vide in l. i. §. remouetur. ff. de poſtul. C. de adul. l. cum vir, in aut. vt non luxurientur con. na. in rubro, & nigro. & vide de exceſ. pla. clerici; vbi ꝯcor.

Nota ꝙ Sodomitę de iure ciuili debent decapitari, vt in d. aut. de pœniten. di. i. ſolicitatores. §. qui pueros. ſed de iure canonico ſi eſt clericus, debet a clero remoueri, & in arctis monaſterijs recludi ad pniam peragendam. ſed laicus debet excōicari, & a cœtu fideliū repelli, vt in c. clerici, de exceſſi. prælа. & ibi gl. in ver. ſubdantur. & docto. & glo. in c. flagicia. xxii. q. vii. in ver. peruerſitate. de hoc vide. xxxv. q. iii. extraordinaria.

Nota quòd eccleſia habet iuriſditionem in laicos, cum delinquunt cōtra naturā: ex quo pro hoc delicto eos excōmunicat manifeſtè, & qualitercunque homines peccent contra naturam, vel in actu venereo, vel adorando idola, vel facientes germinari pecuniam, quæ naturaliter non germinat, punit eccleſiaſtic⁹ iudex. & ēt infideles peccantes contra naturam punit eccleſia, Inno. in c. quòd ſuper his. de voto. Abbas in cap. clerici, de exceſſi. prælа. & Anto. Curſe. in repertorio ſuper Abbat. in dictione, delictum in §. xlx.

Homo habens rem cum bruto, ſimul cum illo animali debet occidi, xv. q. i. mulier.

Sodomita eſt etiam, qui propria manu peccat carnaliter, & non eſt tale peccare contra naturam, ſed ſodomia. xxii. q. vii. flagicia, & c. omnes.

Nota quòd eadem pœna eſt puniēda mulier, quę inuenitur in actu Sodomitico cum alia muliere, vel cū homine, qua punitur quilibet homo, qui in tali peccato deprædenditur, vt eſt tex. iuncta glo. in l. fœdiſſimam. C. de adulterijs.

ADDITIONES.

a *Sodomiæ peccatum quàm graue ſit, pluribus autoritatibus & rationibus oſtenditur ab Alber. de aſſer. catho. 23. q. nu. 23. quàm ſit nephàrium & abominabile, grauiſſimæ pœnæ, & ignibus cæleſtibus conſumptæ ciuitates, non teſtimonio ſolùm ſed maximo terrori debent eſſe. A ciuitate, quæ huiuſmodi fœdata libidine diuinam cum cæteris vltionem perſenſit nomen inditum. vtinam quid eſſet neſciretur, vide l. cum vir. C. de adulte. Petrus Vend.*

Sortilegia.

a Circa ſortilegia primò videndum eſt, an ſit licitum b vti ſortilegijs? & dicendum quòd omnes ſortes reprobantur, quę fiunt per magicas incantationes, vel quę fiunt ad exercendas vanitates aliquas, vel quæ fiūt ad inquirenda futura, ſiue alia illicita, vt notant doc. in c. i. & ii. de ſortilegijs, & gloſſ. xxvi. q. i. in ſum. ſecus, ſi fiūt

non ad diuinandum, ſed ad ſubueniendum ſibi iudicio fortunę circa temporalia. vnde electiones officialium ſœcularium poſſunt fieri per iudicium ſortis. vt ſi eligatur ad fortunam per fabas, vel palottas, vel taxillos, vt notat do. in allegato. c.i.& iii.

Sortes enim de ſui natura nõ ſunt malæ, ſed prohibentur ab eccleſia, nè propter aſsiduitatem labatur quis ad idololatriam, vt no. in allegato. c. ſ. & xxvi. q. i. ſors. Nam genus idololatriæ eſt talia exercere, vt patet ea. q. ii. c. ſed illud. & §. his ita, & q. v. §. ꝙ autem. tales enim talia exercentes excommunicantur, vt prædictum eſt. & hoc ſi exercent artẽ illam, quæ non ſapit manifeſtè hæreſim, aliàs ſi exerceat artem aliquam, quę ſapiat manifeſtè hæreſim, tunc tanquam contra hæreticum poteſt procedi, vt prędictum eſt ſupra de ſapientibus hæreſim, & talia exercens eſt excommunicatus tanquam hęreticus, quem volunt iura eſſe excommunicatum ipſo iure, vt patet in c. excommunicamus, lo. i. de hæreticis, extra.

Item nota quòd ſortilegium, & diuinatio non tendũt ad diuerſa, vt notant doc. de hæreti. accuſatus. §. ſanè libr. vj.

Item Tho. ii. ii. q. xcv. ar. i. in fin. & ar. viii. vbi ponit triplicem dominationem ſortium, videlicet diuiſoriã, conſultoriam, & diuinatoriam. Actꝰ autem hominum, qui requirũtur ad ſortes, nõ ſubduntur diſpoſitioni ſtellarum, nec etiam euentus ipſorum. vnde ſi quis ea intentione ſortibus vtatur, ꝙ huiuſmodi actus humani, qui requiruntur ad ſortes, ſortiantur effectum ſm̃ diſpoſitionem ſtellarum, vana, & falſa eſt opinio, & per conſequens non caret dæmonum ingeſtione, & ſic talis diuinatio erit ſuperſtitioſa, & illicita. de quo ibi per Tho. de hac materia vide ſupra dæmon, & ſupra diuinatores, & ſupra incantatores.

Sortilegi ſunt illi, qui ſub nomine religionis per quaſdam, quas vocãt ſortes ſanctorum, ſeu apoſtolorum, diuinationis ſcientiam profitentur: aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura pmittũt, vt. xxvi. q. i. c. i. & ea. cauſa. q. v. aliquando.

Sortilegia connumerantur inter abominationes gentilium, vt apertè dominus inſinuauit Deutero. xviii. c.

An & quando inquiſitores poſſint cognoſcere de ſortilegijs, vide ſupra diuinatores, & ſupra incantatores, & ſupra de ſapientibus hæreſim.

Item de pœna vtẽtium ſortilegijs vide ſupra incantatores.

An ſit licitum hærbas, vel lapidès ad collum ſuſpendere ſine incantatione, text. xxvi. q. ii. Laud. in cle. ſæpe. de verb. ſig.

An ſit licitũ vngere infirmũ Chriſmate vt liberetur. vide latè de ſacra vncti. & ibi tex. c. i. de verb. ſign. quæſiuit. xcv. di. §. oleo. facit text. xxiii. diſt. de his.

Vti ſortibus eſt peccatum. xxvi. q. ii. ꝙ autem, & c. nõ ſtatim, & c. ij qui, & c. non exemplo, minus tamen peccatum eſt quam quærere dęmonum conſilia, xxvi. q. ii. ij qui.

Sortes nihil aliud ſunt quàm diuinatiões, & maleficia. xxv. q. v. ſortes.

An ſuſpendere breuia ad collum, vel reliquias ſanctorum ſit licitum, vide Archi. xxvi. q. v. non licet. & adde ſanctum Tho. ii. ii. q. xcvi.

Qui ſint ſortilegi, habetur. 26. q. i.

ſor-

ſortilegi,& q.iiij.igitur genus.& omnes tales ſunt idololatræ, & excommunicandi.xxvi.q.v.ꝙ autem. ſi autem eſt clericus ſortilegus, deponitur.xxvj.q.v. ſi quis epiſcopus, & c. peruenit.vbi textus dicit, quòd tales ſortilegi ſunt hæretici,& inimici Xpi.

Sex ſunt caſus, in quibus non prohibetur aliquid recipere vltra ſortẽ, qui notãtur.xiiii.q.iii.in ſum.de vſuris conqueſtus.de iureiuran. venientes.& ibi nota.

ADDITIONES.

a *Eadem ferè diſtinctio fit de ſortibus a Calderin. titul. 22. num. 7. de hæretic. Petrus Vendramenus.*

b *Sortilegium eſt ſpecies diuinationis, per quod rei futuræ per ſortes fit exploratio, ſicut etiam ex iuribus allegatis ab autore conſtat, & ſupra diuinatio incantato. dictum fuit. a ſortibus legendis dictũ, Sors autem ponitur pro ſortuitu alicuius rei euentu, inde multæ fiunt dicendi tranſlationes, accipitur enim pro patrimonio, quod fortunæ & ſortis bona dicuntur. itẽ ſors ſũma ſiue caput, & prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem, vt inde lucrum fiat, quaſi futuro euentui ſubiaceat appellata, Item ſortes vocabantur oracula Deorum falſorum. quia per ea ſortem, & euentum rerum prædicere credebantur. Inſtrumentum ſcilicet pro re ſumebant, per denominationem, quemadmodum pro patrimonio per conſequentiam, ſic de alijs inde ductis ſignificationibus, ſi res poſceret, dici poſſet. Aliquando ſortis euentui, iudiciove ſolet res iure committi, & ita pro euentu ponitur. Inſti. de leg. §. optionis. l. ſi quæ ſunt. §. 1. ff. fam. erciſ. l. generaliter. § ſi quis alij ff. de fideicomm. lib. l. ſi duobus. C. com. de lega. & l. ſi ambo. C. de iudi. pro patrimonio, & pecunia prima, in l. ſi fratres. 53. §. idem reſpondit. ff. pro ſo. l. ſi parte 9. cum ſeq. duabus. l. ſi ea. 14. et l. acceptam. 19. C. de vſu l. in quibuſdam. ff. de nau. fœno. l. is cui. §. quæri poterit. ff. vt in poſſ. lega. inde conſortes, eiuſdem patrimonij domini. C. de conſor. liti. & l. ſi is. §. vlti. in. glo. ff. de excuſ. tut.* P. V.

Statutum [a] Loquẽs de accuſatione non habet locum in inquiſitione. Ang. in l. & ſi vacantia. C. de bon. vacant. ante fin. x. chartæ.

An qui facit contra ſtatutum papæ, ſit hæreticus, vide ſupra hæretic[b].

Nota quòd nullum ſtatutum loci valet, ad hoc vt per id negocium inquiſitionis hæreticæ prauitatis impediatur directè, ſiue indirectè, vt in c. ſtatutum, de hæreticis, libr. vj. Et domini vel alij quicunque rectores, vt ibi. d. c. tenentur illud ſtatutum exhibere diœceſano loci, vel eius vicario, ſeu inquiſitoribus ſine moræ diſpendio, & ibi corrigere, id eſt omnino reuocare, ſi neceſſe fuerit, vel ſaltem hactenus moderare taliter, quòd per illud iquiſitionis officium directè, vel indirectè, non impediatur, vel aliquatenus retardetur, vt in c. prædicto.

ADDITIONES.

a *Statutũ licèt, nomen gñale ſit, & amplectatur etiam ius cõmune ff. quod quiſque iu. in al. ſta. & l. 1. eod. l. 1. ff. de conſtitu. l. 2. & 3. C. eodem. l. quamuis. C. de iur. & ſac. igno. c. deceſſorum. 25. q. 2. tamen ad proprium cuiuſque ciuitatis ius ſignificandum recentiores hoc nomen vſurparunt atque coarctarunt. ſicut hic ac*

cipi videtur, Bart. & alij doct.o.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu. ſignificat etiã quod quiſque de re ſua decreuerit priuatus l.ſi fundus.§. eleganter, & l. vltim. ff.de leg.commiſ.l.liberto. §. largius. ff. de ann.lega. l. cum quidam. 17. §. vlti. ff. de vſu. vel vt publica perſona, veluti iudex.l.1.C.de ordi. cogni. T. V.

Superbia. [a] Attende quod dicitur contra ſuperbos, Deuter.xxxi. ſemper contentio ſè egiſtis contra dominum.Item Iudicum.ii.quia audientes mãdata domini omnia fecerunt contraria.Ideo inquit deus ſuperbo, peruerſa eſt via tua,& mihi contraria, numeri.xxii. quia contrarius es operibus meis. ſapientię. ii. idcirco aſcendet fętor ei, & putredo eius, quia ſuperbè egit.Iohelis.ii.attamen aduerte, quia tu verè dei iudicio iuſtas ſuperbię tuæ pœnas exolues, nè exiſtimes tibi impune futurum, quòd contra deum pugnare tentaueris.ii.Macha. c. vii.quibus minando dominus dicit, ſi perſeueraueritis in malitia, vos, & rex veſter peribitis.Reg.xii.hoc eis eueniet ex ſuperbia ſua.Sophonię.ii.ideo inquit dominus, ſi ambulaueritis ex aduerſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas veſtras vſque in ſempiternũ propter peccata veſtra, & ambulabo ego contra vos. Leuiti.xxvi. Nam deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domum eius odi. Amos. vi. Ideo ſapiens.quę enim odit deus, ne feceris. Eccl.xv. quare contempſiſti verbum domini, vt faceres malũ in conſpectu meo? ii.Regũ.xii. quaſi ſpurcitiam, & velut inquinamẽtum.Deutero. vii. quia ſuperbis reſiſtit deus, humilibus autem dat gratiam. Iacobi.iiii.vnde Auguſt.libro.xiiii. de ciui.dei. c. xiii.ſuperbi ſecundùm ſcripturas alio nomine appellantur ſibi placẽtes, bonum eſt enim ſurſum habere cor, non tamẽ ad ſeipſum, quòd eſt ſuperbię, ſed ad deum quòd eſt obedientię, quę omnino niſi humilibus poteſt eſſe.Item Auguſt.li. de natura, & gratia. omnia vitia in malefactis tantummodo, valet ſola ſuperbia etiam in rectè factis. cauendum, eſt dicit ipſe ĩ regula alia, quippe quęcunque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant, ſuperbia etiam bonis operibus inſidiatur, vt pereant, inde concluſio, ergo ſuperbi nõ placuerunt deo ab initio. Ex quibus apparet quòd ſuperbi, & elati ſunt aduerſus deum, quia opera eorum cum ipſo nõ ſunt.ergo qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe ſuperbit, humiliabitur.

ADDITIONES.

[a] *Superbia dicitur elatio mentis, arrogantia D. Grego.ſcribit eſſe amorem propriæ excellentiæ, & radicem cuncti mali, cuius quatuor, inquit, ſunt ſpecies, prima eſt, cum bonum, quod habet quis ſibi tribuit.ſecunda cum credit a Deo eſſe datum, ſed tamen pro ſuis meritis. Tertia, cũ ſe iactat habere quod non habet. Quarta, cum cæteris deſpectis vult ſingulariter videri, vide lib. 2.ſenten.diſt.42.Cic. in partitio. Magnitudinem, inquit animi ſuperbia imitatur, in animis extollendis, habet alias ſignificationes, ex euẽtis, vel effectibus, Nomine contumatiæ ſignificari videtur in iure, l.contumatia ff.de re iudi.l.omne. ff.de re milit. vide ſupra contumatia, & toto titu. extra de dolo & contum. arrogantia, ſuperbiaque per latitu-*

latitudinem ſignificari ſcribit Philon, de præmi. & pæn. dum ſe anima diffundit quò non debet, per torporem verò faſtus tumentis, & magnificè de ſe ſentiētis contractio. P. V.

Superſtitioſum [a] eſt quicqd īſtitutum eſt ab hominibus ad faciendũ idola pertinens, vel ad ipſa idola colenda. de quo vide ſupra dæmon.

Superſtitio dicitur eo quòd ſit ſuperflua, aut ſuper ſtatuta obſeruatio. alij dicunt a ſenibus, quia multis annis ſuperſtites per ætatem delirant & errant ſuperſtitione quadam, neſcientes quæ vetera colebant, aut quę veterum ignari aſciſcunt. de quo vide ſupra hęreſis.

Lucretius autem ſuperſtitionem dicit ſuperſtantium rerum, ideſt cœleſtium, & diuinorum, quæ ſuper nos ſtant, ſed malè dicit.

Superſtitio[b] opponitur religioni, & importat indebitum cultum diuinitatis, & ideo ad eam pertinet nõ ſolùm cum ſacrificium dęmonibus offertur, ſed etiam cum aliquis aſſumit eius auxilium ad aliquid faciendum, vel cognoſcendum. de hoc vide ſupra dęmon.

Superſtitioſum eſt, quando in collectione herbarum alię orationes dicuntur quàm orationes eccleſię dominicę, ſcilicet Pater noſter, vel Symbolum, quia non licet attendere aliquas alias obſeruantias, aut incantationes niſi tantùm in ſymbolo diuino, vel oratione dominica, vt tãtùm deus creator omnium, & dominus honoretur, vt habetur. xxvi. q. v. non licet, & notat Thom. ſecunda ſecundę. q. xcv. ar. iiii. ait enim apoſtolus, ſiue manducabitis, ſiue bibetis, ſiue aliud facietis, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite.

Valde enim mirandum eſt de iſtis hęreticis huius temporis, qui ſuperſtitionem Iudaicam ſequuntur, Cum in lege Moſaica multa credenda proponantur, quæ cum ratione humana comprehendi nequeunt, & illis toto corde inhærent, & fidem noſtram abhorrent, de quo vide ſupra fides.

Nota quòd ſuperſtitio eſt cultus indebitus, ſecundũ Th. ii. ii. q. lxxxv. art. ii.

Quid dicatur ſuperſtitioſum, vide tex. xxvi. q. i. illud. & not. extra, de ætate & qualitate, cũ bonę, & de tranſlati. pręla. inter corporalia. vide Zenze. in extrauagante Ioann. xxii. quæ incipit, quorundam.

Superſtitionis plures ſunt ſpecies, & quę ſint illæ, vide per ſanctum Thomam ſecunda ſecundæ. q. xcii. ar. ii. & xciii. ar. ii. & xciiii. ar. iiii. & xcv. ar. viii. & xvi. ar. iiii. & in diſtin. ix. ar. iiii. Prima ſpecies ſuperſtitionis eſt, cum exhibetur cultus deo, cui exhibẽdus eſt, ſed modo indebito, vt ſi quis coleret deum nunc ſecundùm legis veteris obſeruantiam. Secunda eſt, cũ cultus diuinus exhibetur creaturæ, ſeu cuicunque, cui nõ debetur, & iſta habet multas ſub ſe ſpecies. Nam ſi reuerentiam deo debitam exhibet creaturę, ē idololatra. ſi verò hoc facit, vt īſtruatur ab ea, ſic eſt diuinatio, quæ dæmones conſulit per aliqua pacta inita tacitè, vel expreſsè cum eis. ſi autem hoc fit propter directionem humanorum actuum, & ſic eſt ſuperſtitio quarundam obſeruantiarum. & hoc dicit Auguſt. ii. de doctrina. ſuperſtitioſum eſt, inquit, quicquid inſti-

ſtitutum eſt ab hominibus ad facienda,& colenda idola pertinens,vel ad colēdam ſicut deum creaturam, partemúe vllam creaturæ. Ecce primum ſubdit,vel ad cōſultationes, & pacta quædam ſignificationi cum dæmonibus placita,atque fœderata. Ecce ſecundùm poſt ſubinfert. ad hoc ergo pertinens omnes ligaturæ execrabilium remediorum, quas non commendat ars medicorum, ſeu in præcantationibus, ſeu in characteribus ſuſpendendis,atque ligandis.in quibus omnibus ars dæmonū eſt ex quadam peſtifera,ſocietate hominum,& malorum angelorum exorta.vnde & cuncta vitanda ſunt Chriſtiano, & omnino penitus execratione repudianda atque damnanda. xxvi. q.v. nec mirum,& in ca.illud.prima autē ſpēs ſuperſtitionū ſimpliciter eſt pec catum mortale, & ſimiliter ſecunda ſpecies eſt peccatum mortale, ſed qn̄ conſiſtit ſolùm in obſeruatione quarundam obſeruantiarum,ſic aduerte quòd ſolùm eſt peccatum mortale, quādo duo concurrunt,primum aliquid ſuperſtitioſum ſecūdùm quòd ſciat ſuperſtitioſum fore id ſeruans, quacunque intentione hoc faciat,ſecus ſi ignoraret ſuperſtitioſum, quia ſic non eſſet mortale peccatum. hæc in ſum. Ange.§.i.

Superſtitio eſt multiplex. idē Th. in quarto,diſt.xi.ar.xix.

ADDITIONES.

a *Superſtitioſum quid ſit,vide 26.q.2. c.illud.quod eſt ex diuo Auguſtin. de doctri.Chriſtia.2. lib. vnde quod hic dicitur.quãuis diminutè,tranſcriptum eſt. cuius multæ referuntur, & ab autore, ſpecies infra ſuperſtitioſi.Lactan.libr. 4. inſtitu.c.28 ſunt inquit, aut ij, qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt, aut qui parentibus ſuis ſuperſtites celebrant imagines eorum domi tanquam deos pennates, nam qui nouos ſibi ritus aſſumebāt,vt in deorum vicem mortuos honorarent,quos ex hominibus in cælum receptos putabant, hos & ſuperſtitioſos vocabant,eos verò qui publicos, & antiquos deos colerent religioſos nominabant, vnde ait Virgi. Vana ſuperſtitio, veterumque ignara deorum, vbi Cicero. de ſuperſtitionis etimologia ſententiam reſpuit,& explodit. Superſtitioſi vocantur Athenienſes,a ſimulachris.act.apoſ. 17. Idololatria cæpta ſcribitur ab imaginum mortuorum cultu. Sapi.14.a ſuperſtitione deducitur,quam S.Syno.Tri. ſeſſ.22.C.de obſer.& euitã.in celeb.miſ. tradit eſſe veræ pietatis falſam imitatricem.deſcribitur & in l. quæ ſub conditione.8.ff.de condi.inſtit. ait enim Vlpian. cum enim faciles ſint nonnulli hominum ad iurandum contemptu religionis, alij per quam timidi, metu diuini numinis, vſque ad ſuperſtitionē ne hi vel illi.&c. idē ait Pau.in l.ſiquis.30 ff.de pœn.illinc & quid differat. a religione ſecundùm eos percipi poteſt,Superſtitionis Iudaicæ meminit Vlpian.in l.3.§.1.ff. de Decur. item propriæ ſuperſtitionis in l.non erit. 5.ff.de iureiur. alia vide ſupra religioſi. Quid de ea ſcribat Seruius ī 8.Poetæ ſub nectam.Superſtitio eſt timor,inquit ſuperfluus & delirus,aut ab aniculis dicta ſuperſtitio,quæ multis ſuperſtites per ætatem delirant, & ſtultæ ſunt,aut ſecundū Lucretium ſuperſtitio eſt ſuperſtantium rerum cæleſtium, & diuinarum quæ ſuper nos ſtant,inanis & ſuperfluus timor. Petrus Vend.*

b *De hac tractat D.Thomas,2.2. q.95. in*

in titu.de ſuperſtit.Et ſecundùm Gelli.ſu perſtitio dicitur importuna ineptaque re ligio, Inſuper dicitur error inſanus. ſic apud Cic.iij.Tuſcula.Accedit inquit,ſuperſtitio mulieribus quædam.Idem.2.de natu. Deo. inquit.Non enim philoſophi ſolùm, verùm etiam maiores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparauerunt, Nonnũquam autem antiqui religionem pro ſuperſtitione vſurpabant, vnde religioſus accipiebatur pro eo qui nimia & ſuperſtitioſa religione ſe alligauerat, vti apud Terent. in Heauton. Vt ſtultæ & miſeræ omnes ſumus religioſæ. Quintil. Mandoſius.

Supplicium. [a] Vltimum ſupplicium mors interpretatur. ff.de pœnis.vltimum.C.ad l.Corne.de ſic.l.i.

ADDITIONES.

a *Supplicium principaliter ſeu primò ſignificare dicitur ſupplicationem, id quod etymon oſtendere videtur. ſed qui pœnæ damnãtur, vti ſupplicio ſolent atque pro ſua ſalute deprecari. factum inde puto, vt quod extremum illi ſit ſupplicium futurum, qui morte plectitur accipiãt pro morte, Hic itaque ſumitur in poſteriorẽ ſignificationem. De generibus ſuppliciorum repete quæ ſcripta ſunt ſupra pœnæ. pro minoribus item pęnis eadem ratione poni videtur, exempla de Nonio pete. Petrus Vend.*

Suſpectus, [a] vel ſuſpitio. Nota quòd ex mala conuerſatione quis redditur ſuſpectus. Bart.in l.ſi plures,in prin.ff.de admi niſtratio.tuto.

Omni ſuſpitione carere debent accuſatores,& teſtes,in.iii.q.v. accuſatores.

Sola ſuſpitione ſine legitima probatione nullus debet cõdemnari. ii. q.j.primo.

Omnem malam ſuſpitionem clerici debent fugere.lxxxi.di.in oĩbus.

Nota quòd ſuſpitio quãdoque inducit condemnationem.gloſſ. ii.q.i. primo.vi.q.i.oues.gloſſ.xxxii. q.i.dixit dominus.& differt a præſumptione. vide text. de hæretic.cnm contumacia,libro.vi.quandoque tamẽ ponuntur pro eod m,textus, de reſti.in inte.ſuſcitata.

Non ſolùm eſt mihi ſuſpectus inimicus meus,ſed etiam amicus eius, vt in l.ſcire.ff.de lega.

An ſufficiat ſolius populi ſuſpitio, vt ĩdicatur purgatio, vide de officio ordina.ex parte.

Quæ ſunt legitimę cauſę ſuſpitionis,vide de of.delega.cauſam, & c.in ſinuante.

Nota quòd ſuſpitio leuis, vel leue argumentum dicitur, ſcilicet quãdo eſt probabile, & quòd de facili apparet,& ſic vocatur leue propter leuem probationem,ita tenet Hoſtien.in ti. de hæreti.§.qualiter deprehendatur, in ſum.& Io.de Fantutijs in c. hæreticus.xxiiii.q.iii.& Io.de Anania ſuper rub.de hęreti. in.ii.col.& Oldrad.in conſil.ccx.& Ab.in c.literas,de præſumpt.ſuper gloſ. pe. Et ita intelligitur leuis ſuſpitio, vel leue argumentum quò ad facultatem inquirendi contra aliquem, & non vt habeatur pro conuicto.ita tenet gloſſ.in d.c.literas,de pręſum.& ibi Ab.vide ſupra inquiſitio.

Item nota quòd propter leuem ſuſpitionem poteſt inquiri contra hæreticos,

reticos,[b] vt habetur in quadam conſti. Friderici imperatoris, quę incipit, inconſutilem tunicam, circa finem, vbi ſic dicit. Inueſtigari volumus diligenter huiuſmodi ſcelerum patratores, & per officiales noſtros, ſicut & alios malefactores inquiri, ac inquiſitione notatos, ēt ſi leuis ſuſpitionis argumēto tangātur à viris eccleſiaſticis. & p̄latis examinari iubemus. &c.

Nota quòd quando quis eſt leuiter ſuſpectus, non imponitur ſibi pœna, ſed leuis pœnitentia ſibi iniungitur, nihilominus abiurabit hæreſim, quia quilibet ſuſpectus ſiue ſit leuis, ſiue vehemens, debet abiurare hæreſim, vt in c. accuſat⁹, in i. & ii. Reſpō. de hæreti, lib. vi. & ſi poſt talem abiurationem labitur in hæreſim, tunc ſi fuerit ante vehemens ſuſpectus, iudicabitur relapſus, & pœna relapſorū puniendus.

Suſpectus de hæreſi ſi vocatus per inquiſitorem confitetur, & ſperatur de eius correctione, poteſt ei iniungi pœnitentia ſalutaris, ſi autem negat, indicitur ei purgatio, ſi ſit infamat⁹: qui ſi non præſtiterit purgationem, excommunicabitur, & vſque ad ſatiſfactionem condignam ab omnibus euitabitur, & ſi per annum ſic ſteterit ex tunc, velut hæreticus condemnabitur, vt extra de hæreticis. c. excommunicamus. §. qui autem.

Si ſuſpectus de hæreſi citatus non comparet, excommunicandus, eſt & ſi excommunicationem per annum ſuſtinet, extūc velut hæreticus eſt cōdemnandus, vt in c. cum contumaciam, de hæreticis, li. vi.

An ſuſpectus vehementer de hæreſi condemnetur, nota. de præſum. literas. de hæreti. c. filij, & c. accuſatus, li. vi. & eodem tit. & li. c. ii. vbi Archi. ſuper verbo, credentes. vbi dicit: an ſufficiat ad plenam probationem, quòd libri hæreticalia cōtinentes reperiantur apud aliquem, & concludit quòd ſic. vide ſupra libri.

Quādo quis dicatur ſuſpectus de fide, vel quòd ſit ſuſpectus de hæreſi. Et dicendum quòd quando ex fama publica, & clamoroſa inſinuatione in ſcandalum plurimorū aliquis pertinaciter affirmare prǽſumeret, ꝙ exercere vſuras non eſſet peccatum, vel tale quid, quòd ab eccleſia eſt dānatum, vel ſaperet hæreſim manifeſtè, propter quod meritò de fide poteſt ſuſpectus reputari, verùm cum inquiſitores debeant ſcire, an tales ſuſpecti ambulent in luce, vel in tenebris, & de eo iuſtitiam miniſtrare, ac ſaluti ſuæ animæ prouidere vellent, cupientes in his iuridicè procedere, vt tenentur, debent dicere nūcio ſuo. Quapropter tibi mandamus, quatenus ex parte noſtra cites peremptoriè dictum talem de fide domini noſtri Ieſu Chriſti meritò ſuſpectum, vt die tali, hora cauſarum in noſtra curia perſonaliter compareat coram nobis de articulis noſtræ fidei Chriſtianæ, & an ambulet in luce, vel in tenebris reſponſurus, & facturus de & ſuper præmiſſis, ac dicturus quòd fuerit rationis, cum comminatione, ꝙ niſi dictis die, & hora coram nobis compareat prędicta facturus, contra eundem tanquam de fide ſuſpectum per iuris remedia ad executionem, & ad alia ſecundùm canonicas ſanctiones procedemus iuſtitia mediante, ipſius abſentia, vel contumatia in aliquo non obſtante. verùm ſi non comparuit, excommunicetur, vt

vt prædictum eſt. Et eſt neceſſe quòd in citatione ponatur, quòd veniat de fide reſponſurus, vt nota. in dicto c. cum contumacia. adde ea quæ dicit Specu. in ti. de hæreticis. Et pondera illum tex. cum contumacia, quando citatio fuit directa contra illum, qui ſuſpectus erat in fide. nam tūc ad primam ſuſpitionē additur alia ex contumacia, & ſic prima ſimplex ſuſpitio, ſeu præſumptio tranſit in violentam, vt innuit ille tex.

An hæreticus de præſenti præſumatur de futuro, & an qui olim fuit hæreticus, præſumatur de præſenti, vide ſupra hæreticus.

Nota quòd qui contraria dicit, repellitur tanquam ſuſpectus, vt in c. literas, de præſumptio.

Quod ſola ſuſpitione quis poteſt torqueri. ff. de condi. ob cauſam. l. penultima, vel finali.

An, & quando efficitur ſuſpectus de hæreſi exiſtens publicè in peccato mortali, vide ſupra cognoſcere, & ſupra detegitur, & ſupra indicia.

An ſit eadem pœna imponenda ſuſpecto de hæreſi, ſicut conuicto, vide ſupra pœna.

An efficiatur ſuſpectus de hæreſi q. ſcit aliquem errare in fide, & non prodit illum, nec defert, vide ſupra accuſatio.

Item an ſuſpectus ſit inquiſitor negligens ſcienter, procedere cōtra hæreticos, & eos punire? & dicendum quòd ſic, vt extra de hære. qui alium, vide ſupra fautores.

Nota quòd propter ſolam ſuſpitionem hæreſis non proceditur contra defunctum. de quo vide ſupra defunctus.

Nota quòd illis qui ſunt ſolummodo ſuſpecti de hæreſi, non imponitur pœna ademptionis bonorum. de quo vide ſupra bona, & ſupra confiſcatio.

In ſuſpitionem hęreſis incidit qui officium inquiſitionis impedit directè, vel indirectè. vide ſupra impediens.

An ſuſpecto debeat indici purgatio, vide ſupra purgatio.

An epiſcopi ſuſpecti de hæreſi, ſi timetur de eorum fuga, poſſint incarcerari, vide ſupra carcer, & ſupra cognoſcere, & ſupra epiſcopus.

Nota quòd ſuſpectus erit crimine læſæ maieſtatis, vel hæreticæ prauitatis. ſi quis frequēter, & ſcienter ſe inebriat. & inebriatus frequenter perſonam regis inuadit, vel hæreſes ſeminat. de quo vide ſupra ebrius.

ADDITIONES.

a *Suſpectus nomē hic adiectiuè ponitur, is eſt qui de ſe mouetur ſeu præbet alicuius rei ſuſpitionem. Cice. in Cat. Si me meis ciuibus tam grauiter ſuſpectum atque inſenſum viderem, carere me aſpectu ciuium, & Virgi. 4. Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ. l. quæ omnia. 25. §. nec ferendus. ff. de procur. l. ex ſenten. 29. ff. de teſtam. tut. l. vxor. §. 1. ff. ad l. Cornel. de fal. l. apertiſſimi. C. de indi. 3. q. 5. c. quia ſuſpecti. & c. ſecūdò requiris. extra de appellatio. & toto titu. ff. & C. de ſuſpectis tuto. item Inſtitu. eod. mali mores & anteacta vita, quem faciunt ſuſpectum, Inſti. de ſuſpect. tut. §. vltim. & l. tutor. §. nunc videndum. & tota ipſa l. ff. eod. l. alij. ff. de accuſa. l. teſtamento. ff. de teſtam. tut. non habere quod in bonis. l. ſi creditores. ff. de priuilegi. credito. ſed pro re ſubiecta ſuſpectus non eiſdem modis*

dis quis exiſtimatur. aliquando fraudulenta, vel calida cõuerſatio, ſuſpectũ facit vt tutorem, aliquando ſolæ facultates, vt heredem d.l. ſi creditores. præterea ſamiliaritas, gratia, amicitia, egeſtas, & alia ſuſpectum faciunt teſtem, l. 2. & 3. ff. de teſti. c. ſuſpecto. 3. q. 5. item iudicem pari ratione iuribus eiſdem, & c. ſecundò requiris. cap. qui ſuſpecti. & l. apertiſſimi, præallega. in reos criminum eadem iura repetenda quæ ſuſpitionem moueant, ex Cic. potiſſimum tibi ſuggeſſi, ſupra Inditium, præſumptio, ſcias denique per ſuſpitionem fieri gradum probationis ad præſumptionem ait Siman. ex Baldo. in Enchir. de ſuſpitione nume. 1. ſuſpitionum ſpecies eſſe tres ex Gerſone ſcribit. in leues, vehementes, violẽtas diſtribuit, & ſingulas definit, de eiſdem vide Albertin. de aſſer. catho. 23. q. nu. 61. 34. q. nu. 26. & 37. autor innomi. poſt Calderin de heretic. creden. nu. 12. Directo. inquiſi. q. 55. & 56 2. parte. Petrus Vendramenus.

Idem voluerunt Matth. de afflictis. in allega. hic conſli. Inconſutilem ſeu conſtitu. regni. Neapo. titu. 1. & Ludo carer. tracta. de hereti. poſt nu. 116. ver. ſed ex tali ſuſpitione peruenitur ad fidei examinationem. Verùm durum videretur vt quilibet Chriſtianus pro leui ſuſpitione ab inquiſitore interrogandus veniret, quid de fide ſentiat, vt in dubium refricari videretur an fidem catholicam teneat, & huic videretur quodammodo iniuria fieri. Hæc contra Carer conſiderabat, addẽs etiam quod illius opinio in iure non probabatur optimi iudicij vir, & religioſus Siman. in ſuo Enchir titu. 41. de ſuſpitio. nu. 7. ſubdens. nu. 8. circa ſuſpitiones, & præſumptiones plurimum tribuendum eſſe circumſtãtijs perſonarum, & rerum. Hæc opi. mihi ſatis placet, & ſimiles conſiderationes circa loca, perſonas, tempora, & id genus habes in Iudi. inquiſi. in ver. ſuſpitio poſt nu. 26. Q. M.

Suſpendere. [a] Inferior a papa poteſt ſuſpendere aliquem ab officio, & beneficio ratione infamiæ ortæ ſuper crimine. vide de purgatione canonica, in c. inter.

Quidam ſunt ſuſpenſi a perceptione euchariſtiæ, donec pœniteant, de electio. Oſius. quidam ab oblatione altaris. xvii. quæ. iiii. miror. quidam a conſecratione epiſcoporum tãtùm, de transla. prælato. ca. ii. quidam ab officio prædicandi, vt nota. in cle. cupientes, de pœ. in glo. magna, quæ ponit. xxv. ſpecies ſuſpenſionis.

An in ſuſpenſo ab officio, & beneficio ſit neceſſaria abſolutio, nota. de electio. quia ſæpe, lib. vi. in glo. ſuper verbo, donec.

ADDITIONES.

a Suſpendere eſt in alto appendere, ligare Cic. pro Rabi. caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. idem in Ver. Dioclem hominem locupletem ſuſpendiſſe ſe conſtat. Virg. in 4. Geor. ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante Garrula quã tignis nidum ſuſpendat hirundo. Item l. ſi quis aliud. 38. ff. de pœn. Inde ſuſpendioſus, cui vita ſuſpendio adempta eſt, l. liberorum xi. §. vltim. ff. de his qui not. inſa. Quæ verò ſurſum penduntur ac ligãtur ea elongãtur ac diſtãt a terrà, vel quia lõgiora fiũt, ideo ſuſpẽdere, differre, & prorogare quandoque ſignat Liu. lib. 9. bel. Macedo. mouit aliquantulum oratio regis legatos, itaque medio reſponſo rem ſuſpenderunt, Ouid. lib. 4. faſto. Dat tamen exequias, nec iam ſuſpendere fletum,

tum,& l.res quæ.22 ff.de iur.fiſ. Itē qui altè ſuſpenduntur amouentur a ſolo, propterea receptum vt pro amouere ſine priuatione tamen abſoluta ſicut hic accipi videtur, aliquando ſumatur. elegans exēplum in c.de Petro.47.diſtin. de abſoluta remotione, idque per conſequentiam, verba nanque ſolent effectus etiam primę ſignificationis indicare. P. V.

T*Abellio* [a] ſi fuit hæreticus, eius inſtrumenta confecta per manum ipſius nullius penitus ſunt momenti, vt habetur in quadam conſtitutione Friderici Imperatoris, quæ incipit, Gazaros. in fi.[b]

Nota quòd tabellio non poteſt exigere aliquid a partibus vltra numerum taxatum, etiam ſi ſponte ſibi detur, vt tenet Bar. in aut. ſed hodie, C. de epiſcopis & clericis.

Quæ fides ſit danda tabellioni? & dicendum quòd æquiualet duobus teſtibus, quandoque tribus, vt tenet Abbas in c. quoniam contra, de proba. & glo. iii. eiuſdem. c. & facit l. i. iuncta. l. hac conſultisſima. C. qui teſta. fa. poſ. & dic vt plenè notatur in c. cū Ioannes, de fide inſtru. & c. cum a nobis, de teſti. hæc Abbas in d. c. quoniā contra, de probatio.

Item illa glo. d. c. quoniam, colligit ſecundò, quòd plus creditur ſcripturæ tabellionis, quàm ſcripturæ epiſcopi, vt plenè dicit Abb. in d. c. quoniam, de proba.

Item tertiò op. quòd ſcripturę tabellionis nō debet credi ſine teſtium ſubſcriptione, vt in aut. de hęredi. & & Fal. §. ſancimus, cuius cōtrarium innuitur hic. gl. reſpondet quòd contrarium procedit in cōtractibus, ſed in iudicijs creditur circa acta ipſius tabellionis ſcripturæ, vt hic, vbi de teſtibus nulla fit mentio. fatetur tamen quòd tutius eſt adhibere teſtes, ſi haberi poſſunt. hoc Ab. vbi ſupra in dicto c. quoniam. de hac materia vide ſupra notarius.

ADDITIONES.

a *Tabellio idem qui notarius hodie appellatur, Tabellionum mentio fit in l. in donationibus 31. C. de donatio. in l. moris. x. ff de pœn. l. ſiquis decurio. 21. C. ad l. Corn. de fal. l. adoptio. C. de adoptio. c. cum P. Tabellio. extra de fi. inſtru. c. cum Ioan. eod. de eiſdem conſtitutio nouella in aut. de Tabellio. l. 2. C. de eunuch. qui & tabularius vocatur, l. 3. §. ſi tabulæ. ff de tabu. exhiben. l. vltim. §. hi quoque ff. de mune. & bono. l. 1. § Ludi. ff. de var. & extra. cogni. l. orphanotrophos. C. de epi. & cleri. l. hac conſultiſſima 8. §. at cum humana. C. qui teſta. fa. poſſ. l. vlti. §. ſin autem. C. de iur. delibe. & C. de tabula. ſcrib. & c. dicti a tabulis ac tabellis, in quibus antiquitas ſcribebat antequā vſa cartis fuiſſet, vnde ff. de tabu. exhib. De bon. poſſ. contra tabu. & ſecundùm tabulas. de tabulis teſtamentarijs ſæpiſſimè iuriſconſulti in titu. præſertim de teſtamen. & inde tit. ſequ. loquuntur. Hinc tabularium locus vbi tabulæ reponebantur, l ſi mihi. 9c. ff. de lega. 3. aliter Archium de quo ſupra Archiuus, annotauimus: Cic. pro Rabi. An pro peculatu facto, an de tabulario incenſo longa oratio eſt exprimenda? item de natu. Deo. 3. ſeſſum ite precor, quid? vt iudicetur qui tabularium incenderit? Notarius quis ſit vide ſupra notarius, in annotationibus, Nonius & ipſe de his ita ſcribit, ſcripturarios quos nunc tabularios dicimus, di-*

ci

ci volunt veteres quòd ſcripturis & commentarijs omnia vel vrbium, vel prouintiarum complecterentur. P. V.

b Et in conſtitu. credentes. in fi. C. de haret. c. excommunicamus. §. credentes. extra eod. Carer. in tract. hęreti. poſt numero 151. Q. M.

Taciturnitas [a] peccati ex ſuperbia naſcitur cordis, vt probatur de pœ. diſ. i. eſt taciturnitas. vide ſupra infra venia.

Nota quòd vbi per prohibitionē meam poſſum prohibere quod fit, & taceo, tunc taciturnitas pro conſenſu habetur. liiii. diſ. ſi ſeruus, glo. in c. nonne, de præſumptio.

ADDITIONES.

a Taciturnitas, in onerosis pro contradictione babetur, Tacens autem in actu fauorabili & appetibili habetur pro conſentiente ſecus in actu contrario, & hanc communem affirmat Lamber. de iur. patro. art. 2. nu. 12. Q. M.

Vide Clem. Alex. ſtroma. 1. Petrus Vendramenus.

Tempus [a] an debeat poni in libello criminali? & dicendum quòd ſic. & etiam debet poni in ciuili, ſi agatur actione infamāte. Bar. in l. i. in prin. in. iiii. col. in ver. item eſt aduertendum. ff. de æden. vide ſupra inquiſitio, & infra teſtis, in. §. an quando proceditur. ſed bene valet ſententia lata ſuper accuſatione ſi ne tempore, vt ſupra ſententia. §. ſententia lata. vide infra teſtis. §. an quando proceditur, & ſupra dies.

Tempus gratiæ quod datur per inquiſitores ipſis reconciliandis, magis eſt introductum conſuetudine quàm a iure. vide ſupra conſuetudo. §. magis.

Item tempus commiſſi delicti debet poni in libello, quando tempus alterat, vel aggrauat delictum. Bart. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari, ver. vel pone ſtatutū, & ibi per do. Alex. cum multis concor. ibidem per eum adductis. ff. de ope. no. nun. & Bar. in ſuo con. q. talis eſt, Iure municipali &c. & in l. libellorū, i. iiii. col. in prin. ver. circa tempus quæro. ff. de accu. & per Bar. Capo. de ſerui. ruſ. tit. de paſcuis. v. q. Bal. in l. fin. C. an ſeruus ex facto ſuo, & in l. matrem circa mediū in ver. quid ergo dicemus. C. de proba. item debet probari ſpecificē. Bar. in d. §. ſed vt probari, & in l. i. ff. de aleato. nec ſufficit probare fcīn eſſe, niſi dicatur per teſtes tempus, & locus, prout in libello continetur ſecūdùm Bar. in d. l. i. idem in exceptionibus. Bal. in d. l. matrem, ver. quid ergo dicemus, in fi. & in l. ii. C. de peti. hæred. in. ii. col. in ver. ex hoc colligt, an excipiens.

ADDITIONES.

a Tempus autore Macrobio lib. 1. Saturna. c. 8. eſt certa dimenſio, quæ ex cœli cōuerſione colligitur, Philon de opificio mundi ait tempus eſſe ſpacium motus cœli. Varro, eſt interuallum mundi, & motus diuiſum in partes aliquot a ſolis, & lunæ curſu, a quorum tenore temperato tempus dictum eſt, Tria verò ſunt tempora, præteritum, præſens, & futurum, Cic. de Inuen. lib. 1. tempus autem eſt id quo nunc vtimur, (nam ipſum quidem generaliter definire difficile eſt,) pars quædam æternitatis, cū alicuius annui, menſtrui,

ſtrui, diurni, nocturni vel ſpacij certa ſignificatione in hoc & quæ præterierunt conſiderantur, & eorum ipſorum quæ propter vetuſtatem obſoluerunt vt incredibilia videantur, & iam in fabularum numerum reponantur, & quæ iamdiu geſta, & a memoria noſtra remota, tamen faciant fidem, verè tradita eſſe, quòd eorum monimenta certa in literis extent, & quæ nuper geſta ſint, quæ ſcire pleriq; poſſint, item & quæ inſtent in præſentia, quæ maximè fiant, & quę conſequantur, In quibus poteſt conſiderari quid ocius, quid ſerius futurum ſit, item & communiter in tempore perſpiciendo longinquitas eius conſideranda. nam ſępe oportet commetiri cum tempore negocium, & videre, potueritne aut magnitudo negocij, aut multitudo rerum in eo tranſigi poſſe. conſideratur autem tempus, & anni & menſis, & diei, & noctis, & vigilię, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum: occaſio autem eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciẽdi opportunitatem &c. Eadem ferè ſcribit ad Here. lib. 2. quomodo quęratur tempus. hæc tibi non videãtur ocioſa, quia maximè conferunt ad veritatem inueſtigandam, & eruendam, & ad interrogandos reos atque teſtes. eſt enim vna de circunſtantijs rei. c. cum cauſam. 1. extra de teſti. c. occidit. 23. q. 8. arguitur ex eo. l. 3. verſ. ex tempore. ff. eod facit aliquando rem differre, & conſtituit ſpeciem. l. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis. item in præſcriptionibus, & vſucapionibus. ff. C. & Inſt. & extra de vſucapio. & præſcriptio. item ex eo conſideratur an quis teſtis eſſe poſſit. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. item an teſtari. ff. qui teſta. fa. poſſ. l. qua ætate. item obligari. Inſti. qui. alienare licet. §. nunc admonendi, de auto. tu. §. 1. & 2. nuptias contrahere, in ſti. de nup. in prin. adoptare. Inſt. de adoptio. §. minorẽ, & ff. eo. militare, l. milites, §. miſſionum. ff. de remiſ. Rem publicam adminiſtrare, vel ad munera admitti l. ad rempubl. 8. ff. de mun. & hono. l. ſextumdecimum. ff. de vacatio. & excuſa. poſtula. l. 1. §. initium. ff. de poſtu. itẽ ad ſacros ordines promoueri tit. de ætat. & quali. ordinan. & de tempo. ordinan. idem iudicare vel cauſas agere, & operari titu. de fer. & extra. appellare & reparare appellationem. C. de tempo. & reſtit. appella. l. 1. §. dubium ff. quando appell. & aut. de appell. §. 1. Profiteri quãdo poſſint regulares. ſeſſ. 25. Conc. Tride. c. 15. & 16. de regu. dignitatem obtinere. ſeſſ. 24. eod. c. cum dignitates. 12. & alia id genus infinita propè de iure colligi poſſent, an quis facere poſsit inſpicitur vt ait Cic. & l. continuus. 37. §. illud ff. de ver. obliga. & l. facta. §. ſi ſub conditione. ff. ad Trebell. & l. facere. ff. ſolut. matrimon. ad rem faciunt iura quæ referuntur in ſpecu. titu. de teſte. §. iam de interrogatorijs. P. V.

Teſtamentum

[a] An hæretic⁹ poſsit facere, vel poſsit ſuccedere alicui, vide infra extraua. quæ incipit, Alexander. & vide ſupra infamia, & ſupra pœna, in §. a iure autem, per totum. §. & in margine.

Si hæreticus qui fecit teſtamentũ, & poſtea eſt reconciliatus eccleſiæ, an valeat tale teſtamentum, vide ſupra pœnitentia, & ſupra pœna, & ſupra rediens.

ADDITIONES.

a *Teſtamentum eſt voluntatis noſtrę, iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem*

tem ſuam fieri velit, l. 1. ff. qui teſta. face. poſſ. Vlpia. inſtitu. c. 20. Teſtamentū ait; eſt mentis noſtræ iuſta conteſtatio in id ſo lenniter facta, vt poſt mortem noſtram valeat, ex eo dictum, quòd ſit teſtatio no ſtræ mentis, Inſti. de teſta. in prin. De hac etymologia Gell. lib. 6. ca. 12. ſcribit ex Seruio Sulpicio, Trebatioq́; tria genera teſtamentorū priſcis Romanorum tempo ribus fuerunt, quorum vno in pace & o- cio vtebantur, quod callatis comitijs ap- pellabatur, alterum cum in prælium exi- turi eſſent, quod procinctū dicebatur, ter tium per æs & libram, dicebatur, Inſtit. eod. in prin. Gell. lib. 12. c. 27 Theophi in ſtit. eodem tit. ſed in vſu eſſe deſierūt, ſed iure prætorio ac ciuili forma alia facien di teſtamenti introducta fuit; quæ deſcri bitur Inſtitu. eodem titul. §. ſed cum. ſed. hoc in ſcriptis genus conditur, alterum genus eſt vſitatiſsimum, quod ſine ſcri- ptis ordinatur quod nuncupatiuum dici- tur, inſti. eod. §. vltim. l. hæredes ff. qui teſtam. face. poſſunt. l. hac conſultiſsima. C. eodem. rurſus aliter fit à paganis, ali- ter a milite, Inſti. & ff. ac C. de teſta. mi- li. Omnis ſacra ſcriptura in duo teſtamen ta diuiſa eſt, ait Lactan. Inſtitu. 4. c. 20. & cur ita nuncupentur. De teſtamentis hominum & in iur. pontifi. tractat titu- lus de teſtamen. T. V.

Teſtes [a] Qui, & quales teſtes in crimine hæreſis admittā- tur, & qui teſtes repellantur. Et circa materiam iſtam qualiter procedatur in teſtium receptione, vide in Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractandum.

Nota quòd teſtis debet prius iura re, [b] quàm deponat. quid autem ſi iuret poſt modum? Ab. in c. fraternita tis, & c. de teſt. in ti. de teſtibus.

Nota quòd teſtes primò debent iu rare ſe nihil falſi dicturos. ii. quæ. iiii. nullam. & an ſine teſtibus iuratis poſ ſit procedi ad inquiſitionem, vide ſu pra inquiſitio.

Circa prædicta dicendum, quòd in inquiſitione hæreticæ prauitatis recipiuntur omnes teſtes, cuiuſcunq; conditionis ſint, in deteſtationem cri minis, & in fauorem fidei, vt extra de hęreti. li. vi. in c. in fidei fauorem, & licèt regulariter in alijs criminibus non admittantur criminoſi, & infa- mes, viles, excommunicati, & etiam ſocij criminis, admittuntur tamē om nes iſti in cauſa hęreſis. hinc eſt quòd etiam hęreticus admittitur ad teſtifi candum contra hęreticum, ſiue pro- cedatùr per accuſationem, ſiue p de- nunciationem, ſiue per inquiſitionē, ita nota. Archi. in dicto. c. in fidei fa- uorem. quod dictum approbatur in iure. ii. q. i. ſi quis cū militibus, & C. ad l. Iuliā. maieſt. quiſquis, & extra. de ſimo. c. ii. Et hoc idem notat Cle- mens quartus in quadam ſua conſti tutione, quę incipit, quoniam illis. §. quanto. & patet in text. cuiuſdam conſtitutionis Friderici imperatoris quę incipit, Patarenorum, in §. adij- cimus, & doc. in dicto. c. in fidei. Sed hęretici, vel apoſtatę nec teſtificari; nec accuſare poſſunt catholicos, vt in ca. non poteſt. ii. q. vii. & ead. q. per alia duo capitula ſequent. & in c. or- thodoxus, & in c. ſi hęreticus, eadem quęſt. vide infra in. §. eſt tamen ſpe- cialę, iſta litera.

Nota diſtinctionem ad iſtum. §. quòd procedendo per viam inquiſi- tionis admittuntur in teſtes in fauo rem fidei contra hæreticos excom- municati, & infames, & ſocij crimi- nis, vt in c. in fidei fauorem, de hæreti

cis,

cis,li.vi.ꝙ ſecus eſt,ſi procedatur per viam accuſationis, vel exceptionis, quia tales non admittũtur, ſecundũ Io.An.in d.c.in fidei fauorẽ, & tenet ſum.Ang.in litera inquiſitor.§.xi.vi de infra iſta litera §.ſed quæro iuxtà prædicta.

An quãdo teſtis iurat,debeat pars eſſe pñs,vide ſupra iuramentum.

Quando fit inquiſitio ad inſtantiã alicuius,recipiuntur teſtes, quos ille nominat,vt in c.tuæ,de cler.con.ſi ve rò iudex inquirit ex officio, tunc reci piuntur teſtes arbitrio ſuo. Hoſ.in c. bonę,de elec.facit ff.de condictio.ob turpem cau.l.idem ſi.§.ſi tibi.

Teſtis vnus cum fama, & alijs adminiculis certis facit ſufficiẽtem probationem in factis antiquis, de quibus non eſt memoria, & in delictis q̃ occultè fiunt ita dixit Iaco. Bal.quẽ refert & ſequitur Hoſ.& ibi Abb.in c. præterea,in fine de teſtibus.

No.ꝙ ſufficit,ꝙ probẽtur leuia argumenta per duos teſtes ad conuincendum quem de hæreſi,ſm P. de Ancha.in d.c.in fidei.& plenius ibi per Dñicum,& An.de Butri.de hær.in c. excommunicamus, lo.i.cir. fi.quod eſt intelligendum non quoad cõdem nationem pœnarum,ſecus quoad cõ demnationem pnīæ, quia tunc ſufficiunt teſtes ſingulares & ſic intelligitur qđ notat Innoc. & cõiter omnes doct.ex.de accuſa.in c qualiter.ii.

An in cã hæreſis ꝓbẽt teſtes ſingulares?& dicendũ,vt ſ.in §.præcedenti ſm Hoſ.vbi ſ.ꝙ non ſufficiunt teſtes ſingulares quoad condemnationẽ pœnarũ, ſecus quoad impoſitionẽ pnīę, & quoad iſtum ſcdm caſum facit dictũ Inno.in d.c.& facit qđ notat Io.de Imo.in cle.ii. de hæreticis. vbi dicit ꝙ licèt in alijs criminibꝰ tutius ſit nocentẽ abſoluere,quã innocentẽ condemnare,tñ in hoc crimine in dubio præſumendũ eſt pro hęreſi quoad effectũ pnīæ imponẽdæ, vt de præſum.literas & ſic itelligitur quòd no.Inn.de ſim.ſicut.vbi dicit ꝙ licèt in alijs crīb' requirãt ꝓbationes luce meridiana clariores, tñ in crīe hæreſis ſufficiunt minores, ſm eundẽ Innoc. & habetur in l.ii.C.de hęre.

No.ꝙ duo teſtes in actu grauiſſimi præiudicij ſufficiuntᵇ ad probandum crimen etiam ꝯ papãᶜ vt eſt gl.ſin.in c.præſul.u.q.iiii.ſm Ab.in c.quotiẽs de teſ.& in c.tertio loco.eo. ti.

Quid ſi eſſent duo,vel tres teſtes ſingulares,qui conſiterentur cõtra tertium,an poſſint coniungi ad faciendum indicium, vide ſupra indicium.

Teſtes poſſunt diciᵈ ſingulares duobus modis.Bal.x.col.de contro.inueſti.ca.i.

Ponamus quòd duo vel tres teſtes deponunt cõtra hæreticum, vnus deponit ſuper vno articulo, alter ſuper alio.vel vnus dicit eum dixiſſe,vel feciſſe quædam hæretica verba,& alius dixit vidiſſe, ſeu audiuiſſe alia verba hæretica,quæ non ſunt illa propriã q̃ primus vidit & dixit, nunquid iſte teſtificatus propter tales teſtes damnãdus erit?& videtur ꝙ non, quia iſti teſtes ſunt ſingulares, vt extra de elec. in c.in Geneſi,& c.bonę, cum ſi.& c. cum dilectus,eo.ti. ſed tu dic quòd ſi gñaliter inquiritur de hęreſi,ꝙ per tales teſtes dãnabitur p talia dicta, qa oẽs iſti teſtes ꝓbãt eũ tẽdere ad vnã nequitiam ſceleris,ſ.hæreſis, & cõcordãt ad vnũ effectũ,ſeu finẽ, & hoc ſufficit, vt C.de hæretic. Arriani. C. de pœ qui ſententiam.vide de hoc ſupra

probationes. ſed vbi non inquirit generaliter contra aliquem, ſed specialiter ſuper aliquo articulo certo, ſiue ſuper certa ſpecie, tūc tales teſtes poſſunt dici ſingulares, quòd nota: & nō crederetur eis p allegata iura, ad qđ extra eo. c. vlt. & ꝙ no. ff. de teſt. l. hoc carmen. §. teſtes. vide infra iſta litera in §. ſupra dictum eſt.

Item nota quòd vbi locus, & tempus non ſunt de ſubſtantia cauſę, ibi teſtes non ſunt ſingulares propter varietatem temporis, & loci, vt in c. tua de acc. vide infra iſta litera, in apoſtí. §. item teſtis licèt deponat.

Vtrum teſtes ſingulares probent regulariter? dicendum ſecundùm Panor. in c. bonæ memorię, el. i. de elec. quòd non: ratio quia diuerſitas temporum poteſt inducere diuerſitatem rerum, vt in c. in præſentia, de proba. & dicunt teſtes ſingulares quando deponūt ſuper diuerſis factis, ita quòd quilibet eſt ſingularis de facto ſuo reſpectu obiecti. ſed quādo obiectum, ſuper quo deponunt, fuit repreſentatum ſenſibus teſtium eod. tempore, tunc ſunt conteſtes & nō ſingulares, quia tunc videntur deponere de facto eodē, concor. huic ſententiæ tex. in c. cum dilecti, de electio. & c. tam literis, de teſti. limita tamen quòd teſtes ſingulares non probāt, prout limitat glo. in l. ob carmen. ff. de teſti. & Ange. in diſputatione, quæ incipit, Aſtenſis miles. facit quod notat glo. xii. q. ix. c. nihilominus, & c. teſtes, & per Innoc. & Io. An. in c. qualiter, & quando, el. ii. de accu. vbi patet quòd poſſidens rem poteſt probare per teſtes ſingulares. & ſic dic in ſimilibus.

Item an per iſtos teſtes ſingulares, ſolùm, vel ſaltem cum infamia poſſit inquiſitor iuſtè aliquem condemnare? & dicendum quòd non, nec cū infamia, vt extra de teſti. tam literis. Et cū in hoc crimine nemo ſit ex præſumptione damnandus, vt de præſum. literas. ſed hoc caſu ratione infamię indicetur purgatio, & etiam ratione ſuſpitionis vehementis, quę conſurgit ex dictis teſtium. ſed inſuper relinquitur arbitrio inquiſitoris, vt procedat ſecundùm quòd ſibi viſum fuerit, quando tales teſtes ſingulares occurrunt, vt habetur in quibuſdam literis cardinalis Albēſis ſedis Apoſtolicæ legati ad iquiſitores. vbi ſic dicitur ad literam. Cum nuper dominus, & infra. quādo verò teſtes ſingulares ſunt in dictis, concordant tamen in ſubſtantia rei, ſeu in effectu, relinquitur inquiſitoris arbitrio, vt ſicut ei ſecundùm deum videbitur, ſic procedat, maximè ſi fama conſiſtat, & idoneitas, & fides deponentium, contra quem fuerit inquirendum. hoc ibi, in conſultationibꝰ verò, & cōſilijs legatorum ſedis apoſtolicę in literis Clemētis, & Vrbani quarti, Prę cunctis, præmiſſis multis priuilegijs, dicitur ſic, obſeruanda ēt ſtatuta tam per ſedem apoſtolicam, quā in conſilijs delegatorum eiuſdē ſedis prouidè ædita, quæ negocium catholicæ fidei tangere dignoſcūtur ſicut prouiſioni negocij, & argumento fidei fuerit opportunū. Sequitur clauſula generalis, Plena ſit vobis, & ſingulis veſtrum præſentium tenore facultas.

Item ſi vnus teſtis dicat, ꝙ audiuit aliquē dicere ꝙ Xp̄s nō venit ad crucē, & aliꝰ teſtis dicit ꝙ audiuit ab illo ꝙ pſonę trinitatis nō ſunt æquales, an iſti teſtes ſingulares ꝓbent illū hæreti-

reticum?& videtur ꝙ nõ, licèt aliqui doct. teneant contrarium ſm An. de Butri.& Io.de Imo.& Ab.ſiculum,in c.cum oporteat,de accuſa.& per eundem Ab.in ſuo con.liii.ſi intra.

Item nota ꝙ teſtis ſingularis cum dicto alterius teſtis facit vehemens indicium,dictum eſt Cy.in l.ii.§.fin. ff.ſi cer.petatur.

Nota quòd pauci teſtes affirmantes præferuntur multis negantibus. Innocen.de verbo.ſign. quid per nouale.adde nota.per Io.And. in c. i.de preſcrip.li.vj.glo.in l.diem.§.ſi plures.ff.de arbitris.[f] Sed qualiter intelligatur quòd magis credatur duob⁹ teſtibus affirmantibus,quàm cẽtum negantibus, vide Abbatem in c.cum in tua,de teſtibus. de quo vltimo vide Angelum in prima conſtitutione. fforum.in iiii.col.& Ab.in c.bonæ memoriæ,primo,in viii. col. de electio. & Baldum in c.ad noſtram,de probatio.doct.poſt glo.in l.diem proferre. §.ſi plures.ff.de arbitris.Nic.de Neapo.in l.i.ff.de ven.inſpiciẽ. vbi refert Macagnum de Azoguidis,quòd glo. dicti §.ſi plures eſt verà, niſi negãtes deponant de peritia artis ſuæ, vel debet intelligi in teſtibus negantibus ſenſum.vel loquitur de negatiua non coarctata.l.lacus & ſtagna licet.ff.de acquiren.rerum domi.ſed illa regula habet locum in negatiua credulitatis,vel purgationis, ſm Abbatem in d.c.bonæ memoriæ. vide Brixienſem in dictione,teſtiũ inouatio.§.lxxxv.

Item no.ꝙ ſi duo teſtes deponunt, ꝙ poteſtas fecit aliquem cõfiteri per vim,licèt decem alij teſtes deponant de ſpontanea confeſſione, creditur potius deponentibus de vi, quia deponunt de actu corporali, & viſibili vt ſcilicet quia viderunt eum torqueri. ſed alij deponunt de actu mentali præſumpto, & inuiſibili, qui eſt ſoli notus deo,vt no.Inn.extra de renun. c.ſuper hoc, & Bal.in l. obſeruare. ff. de of.proconſul. & etiam dicit Bald. quòd ſi inſtrm̃ notarij dicit ꝙ ſpõte. nam reprobatur per duos teſtes, qđ eſt notabile. de hoc etiam per Montaluum fo.legun.ti. delos mãdamientos delos alcaldes, l.ii. in v.col.

Per quos teſtes poſſit fieri plena probatio in crimine hęreſis?Et quidã dixerunt, quòd ad effectum condemnationis non ſufficerẽt duo teſtes,vt prædictum eſt.pro quo allegant.c.ex communicamus.§.adijcimus,de hæreticis,& nota.Hoſti.in ſum.eo.ti.§. qualiter.vbi ſubiungit,quòd odioſũ videbatur quòd in tãto crimine damnaretur quis ex dictis duorum teſtium.ſed in contrarium facit. c. vt officium.§.verum,de hære.li.vj.& Io. de Ligna.in cle.i.eo.ti.in fi. dicit nõ eſſe dubium,quòd per vnum teſtem,& famam quis non poſſit damnari de tanto crimine, vt no. de teſ.in c.tam literis.& idem tenet Matthę.e.ti. cle. ii.allegat notata.de teſt.veniens. & ſimiliter nec ex præſumptione, vt de præſum.literas: tamen videtur ꝙ per duos teſtes poſſit damnari.ad quod nota Inno.de ſimo.c.ſicut. vbi dicit, quòd licèt in alijs criminibus requirantur probationes luce meridiana clariores,tamẽ in crimine hęreſis ſufficiunt minores,vt prædictum eſt.C. de hæreti.in l.ii.Et cũ leuia ſigna ſufficiant ad conuincendum quẽ de hæreſi,vt in c.literas,de pręſumptio.ſed hoc dictum debet intelligi ſecũdùm notata in dicta.l.ii.& ſic tranſit Io.de Imo.in d.cle.i.idẽ tenet do.Car.Zab.

vbi ꝑ regulã generalem, quæ habet ꝙ ſufficiant duo teſtes ad probandũ crimen, niſi vbi cõtrarium reperitur, vt in c.licèt vniuerſis, & in c.in omni negocio, de teſt. idem tenent Io. An. & doc. in c. vt officium. §. verum, de hæret. lib. vj. Et hæc opi. videtur mihi vera. ꝓ qua facit glo. ſnotabilis in ſimili. ii. q. iiii. præſul. nec obſtat text. in d. §. adijcimus, quia non requiritur ille numerus teſtium ad conuincendum plures. & inde eſt ꝙ ille tex. remittit hoc arbitrio iudicis, vt ſi videat pro multitudine hæreticorũ expedire, nedum tres, ſed etiam plures, & adhuc totam viciniam poſſit ad teſtificandum cogere.

Eſt tñ ſpeciale in hoc crīe, vt dictũ eſt in §. iii. iſtius literæ teſtis, ꝙ teſtes qui aliàs a iure repelluntur a teſtimonio contra fideles, vt c. pagani. ii. q. vii. & c. Iudæi, & c. licèt vniuerſis, de teſtibus, de quorum numero iſti hæretici non exiſtunt, Itē quia nõ apparet ſpecialitas in Iudæis, vt illi magis admittantur, cum ſint peſſimi infideles, vt. i. q. i. nõne, de quo ſuperius dictum eſt, admittuntur ēt oēs h qui ſuperius ſunt nominati. ſ. participes, & ſocij criminis, prēſertim in defectum aliorũ teſtium. & ſic hæreticus cõtra hæreticum admittitur, vt ſupra dictũ eſt, & habetur in dicto c. in fidei fauorem. Et per illum tex. dicit Panor. in. c. literas, de præſumpti. etiam fratrē eſſe cogendum cõtra fratrē ſuper dicto crimine ferre teſtimonium. & ēt admittuntur domeſtici, & familiares eorum, cum iſtud crimen ſit ſecretũ, quia melius, & apertius per familiares, quàm per alios probari poterit, vt in l. conſenſu, C. de repu. quinimo ſerui contra dominos admittendi forent, quia admittuntur in crimine læſe maieſtatis, vt in l. fin. C. ad legem Iul. maieſta. ergo a fortiori in crimine hæreſis, cum longè grauius ſit æternam quàm temporalem lædere maieſtatem. & hanc argumentationem facit text. in ſimili. in c. vergentis, de hæreticis. ad idem tex. cum gl. xii. quæſtio. ii. quæſtionem. periuri etiam admittuntur, dummodo contra ſe, & contra alios in hoc crimine atteſtantur, dum tamen ex manifeſtis apparuerit indicijs tales non animi leuitate, aut odij fomite, ſeu corruptione pecuniæ, ſed zelo fidei orthodoxæ velle deponere, aut dictum ſuum quod ante in forma teſtimonij depoſuerant, ea quæ prius tacuerant reuelare. Et hoc in fauorem fidei ſpecialiter conceditur, vt in c. accuſatus §. licèt, de hæret. li. vj. Ex quibus limitabis tex. in c. præterea, de teſt. cogē. quatenus de corrigendo dictum teſtis loquitur, & nota. per Bar. in l. eos ff. de falſis. aduerte tã nen iuxta hoc ꝙ cum iſti inhabiles admittuntur, ita demum fides dictis eorũ adhibetur, ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium, & ex qualitate tã deponentiũ, q̃ eorum, contra quos deponitur, ac alijs circunſtantijs ſic teſtificãtes non falſa dicere præſumantur, vt in d. c. in fidei fauorem.

Conſpiratores tamen, & inimici i capitales non admittuntur in crimine hæreſis, ſicut in alijs exceptis criminibus, pro quo optimus tex. in c. ꝑ tuas, el primo, de ſimo. Et nota quia hoc valet generaliter ad omnes caſus, in q̃bus min⁹ idonei teſtes admittuntur. Quid aũt cõſiderari debet in alijs exceptis crībus circa teſtes criminoſos, an admittantur, vide gloſ. i. q. i.

l.q.i.ſi quis epiſcopus, & ii. q.i. deus omnipotens,& per docto. in d.c. per tuas,de ſimo.Intellige tamen prædictos inhabiles teſtes in hoc crimine admittendos fore contra hæreticos, credentes,fautores, receptatores, & defenſores eorum .quod non tamen ſic eſſent admittendi, ſi pro eorũ parte inducerentur,ad hoc vt de hoc crimine ſe purgarẽt, quia eo enim caſu requirerentur teſtes omnino integri, & ſine aliqua ſuſpitione,& catholicæ fidei zelatores, vt de hæreti.c. filij, in fin.li.vi.

An autem huiuſmodi teſtes ſuſpecti,& inhabiles cũ examinantur, ſint tormentis ſubijciendi?vide gloſſ. xv. q.vi.in ſumma,quæ dicit ſic, ſi eſt ſeruus,vel vilis perſona, vel ſi ſit liber, & ſit criminoſus ; & infamis,vel obſcurus, aut ignotus. tales enim ſine tormento non admittuntur. de quo vide infra tortura, quia etiã torquetur quælibet libera perſona,licèt non ſit vilis, dum tamen vacillet in teſtimonio.de hac materia vide etiã Bar. in l.ex libero.ff. de quæſtionibus, & in l.i.ff.eo. Et nota quòd viles teſtes torquentur in exceptis criminibus, vt iiii.q.iii. ſi ea. & etiam in exceptis criminibus torquetur accuſator, vt. vi.q.i.§.verum.C.ad l.Iuliã.maieſta. nullus,in fi.ſed in ciuili nũquam torquetur aliquis niſi in defectum probationum, vt in aut. de teſtibus.§. ſancimus,col.vii. de hac materia vide.v.q v.illi qui. Et quòd viles perſonæ non admittatur, nec credatur eis ſine tormentis,habetur iiii.q.iii.in §. ſi res,cuius principium,in c.placuir, ſiue in §.item in criminali,in d.c.

Sed quæro iuxta prædicta an id, quod dictum eſt de minus idoneis teſtibus admittendis in crimine hæreſis, habeat locum tantum , quando proceditur per viam inquiſitionis , aut etiam habeat locum quãdo proceditur per viam accuſationis, vel denunciationis, aut per viam exceptionis? & videtur quòd ſic , quia eadem eſt ratio,ſcilicet fidei fauor,& odium criminis.& ergo idem ius,de reſcrip. inter cæteras,& ſimi. Contrarium tamen concludit glo.in d. c. in fidei fauorẽ,quia ab illo iure regulari, quo cauetur tales perſonas ad teſtimonium admitti non debere,non eſt recedendum, niſi quantùm repetiatur a iure permiſſum. qui ergo accuſat, vel excipit, habeat probationes idoneas,vt ſupra dictum eſt in litera, accuſatio,quia non eſt ita accuſatio fauorabilis, ſicut inquiſitio. ad hoc ii. q.vii.ſi quis epiſcopus.& verbũ iſtud inquiſitionis debet aliquid operari, nã aliter ad quid fuiſſet expreſſum, vt de decimis,ad audientiam, cũ con. cor.& ſic tranſit prædicta glo.ſed cõtrarium tenet Archi.in d.c.in fidei,& allegat.ii.q.vii.c.hæreticus.ſed Ioan. An. tenet gloſſ. in nouella, & ad c.ſi hæreticus,reſpondet quòd nõ, vt ibi dicit glo.Et hoc quidem probat tex. in d.c.i fidei fauorem,quia ſi ille text. teneret,nõ eſſent neceſſaria dicta decretorum , & ſic tranſit ibi dominus Io. An. recitando prędictos docto. Ego tamen potius tenerem opinionem Archi.pro quo facit, quia eadẽ ratio eſt vtrobique, ſcilicet fauor fidei.ex qua ratione etiam in pœnalib. attento quòd expreſſa eſt in lege, argui poteſt ad ſimilia,vt eſt tex. Inſtit. de legi.patro.tute. in prin, & gloſſ.in cle.i.de elec.de tempori.ordi.c.i.lib. vi. Præterea diſpoſitio prædicta non

eſt odioſa, imò fauorabilis, cum non in odium hęreticorum principaliter, ſed in fauorē fidei ſit inducta, vt tex. innuit ibi in prin. vnde illud eſt conſiderandum, & non odium hæreticorum, quòd venit in conſequentiam, iuxta glo. c. ſciant cuncti, de elec. lib. vi. & l. qui exceptionem. ff. de condit. inde. nec eſt ſimile de accuſatione in alijs criminibus intētata, ſicut de accuſatione facta in cauſa hæreſis. nam & ſi in alijs criminibus accuſatio dicatur genus illaudabilis intentionis iuxta moderationem prædictam, nō tamen ſic eſt in crimine hæreſis, vt ſuperius dictum eſt. poſſet etiam dici ꝙ ille tex. non ſe reſtringit ad proceſsū inquiſitionis, quia non dicitur, cum proceditur per viam inquiſitionis, ſed dicit in fidei fauorem cōcedimꝰ, vt in negocio inquiſitionis hæreticæ prauitatis, & loquitur papa inquiſitoribus, vt patet in ſupraſcriptione, de quibus certum eſt, quòd licèt per viā accuſationis, vel denunciationis, ſiue inquiſitionis poſſunt procedere ſemper: tamen appellantur inquiſitores, & eodem modo, & ex eodem nomine appellatur negocium inquiſitionis, licèt per viam accuſationis, vel exceptionis cognoſcant. Et ꝑ hoc fundata ſatis manet iſta pars, & reſponſum eſt ad motiua contraria, vide infra iſta litera, in §. item an illi teſtes, & ſupra iſta litera. §. iii. circa prędicta.

An ſi teſtes recuſant deponere, vel venire ad deponendum, nunquid inquiſitor poterit eos cogere teſtificari? & videtur quòd non, vt extra. de teſt. cogen. dilectorū, & quòd ibi nota [k] ſed hoc intelligitur in alijs criminibus, cum in crimine hæreſis ſit ſpeciale, vt de hæreti. c. excommunicamus. §. adijcimus. nam nullus poteſt excuſari teſtificari de his, quæ ſcit circa crimen hæreſeos, licèt ſuper tale tacendo votum, vel iuramentum antea feciſſet de non manifeſtando: vel licèt haberet aliquod priuilegium de non teſtificando, quia licèt veritas quandoque poſſet celari hoſti, vel perſecutori, nunquam tamen eſt celanda, dum veritas inueſtigatur, vt xxii. q. ii. ne quis. nec ſuper tali eſſet ſeruandum in iuramētū, vel votum, vt. xxii. q. iiii. in male, & extra de teſt. cogen. c. peruenit.

Nota quòd qui celat veritatē, peccat mortaliter, vt eſt glo. in c. ex literis, de iureiur. in fi. & glo. in c. cū nuncius, de teſt.

Item nota quòd ſi neceſſe eſt, teſtes poſſunt repeti, ſi confuſi depoſuerūt, vel ſi non dixerunt de cauſa ſcientiæ, vel de alijs, vt nota doc. maximè Dominicus, in d. c. vt officium, poſt lo. An. quinimo poſt publicatas atteſtationes poſſunt alij teſtes recipi, ſi ex officio & non ad petitionem partis iudex procedat.

An, & quando poſſit teſtis corrigere dictum ſuum poſtquam depoſuit? & dicendum quòd incontinenti, ſecus autem ex interuallo, vt eſt tex. in c. i. de teſti. cogen. glo. in aut. de teſti. §. quia verò. ſed hoc limita verum ſecundùm Bar. vbi teſtis vult corrigere ſponte, ſecus ſi timore tormentorum, quia tūc poteſt corrigere etiam ex longiſſimo interuallo, & iſte eſt tex. ſingu. ſecundùm Bar. ibi. in l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ff. de adul. vide de hoc in ſingula. Ludo. in fine primi tractatus. & vide etiam. ff. de fal. in l. eos, & in c. accuſatus §. licèt,

cęt, de hæreti.li.vj. vide ſupra corrige re. & nota quòd confeſsio facta per metum vel fraudem non valet, vt ſupra confesſio, in §. non valet confeſſio facta metu mortis.

Item nota quòd quando aliqui teſtes mediante iuramento dixerũt de ſe, & de alijs, & poſt illam ſuam primam depoſitionem volunt emendare, & corrigere dictũ ſuum ſuper his quæ dixerunt, & de facto emendarunt, & correxerunt dicta ſua, & dixerunt contra complices ſuos. nũc quęritur quòd cum iſti tales ſint periuri eo quòd primò celauerũt veritatem, & periuri ſecundùm iura etiam poſt pœnitentiam in criminalibus a teſtimonio repellantur, an per teſtimonium iſtorum ſic factum ſit contra complices ſuos procedendum? ſuper quo taliter reſpondetur, quòd cum crimen hæreſis ſit exceptum, quòd ſi ex manifeſtis indicijs apparuerit tales non animi leuitate, ac fomite odij ductos, ſeu corruptos pecunia, ſed zelo fidei tanquã pœnitentes pro priæ culpæ aſſerere quòd prius talia tacuerant, & veluti in hoc errorē ſuũ corrigere, ac alios nominari, ſtari debet dictis eorum in fauorem fidei, niſi aliud obſtiterit atteſtationibus eorundem, vt eſt tex. de hoc in d. c. in fidei fauorem, & habetur in quadam extrauagan. Vrbani quarti, quæ incipit, Super nonnullis.

Sed ponamus [l] quòd teſtis primò depoſuit in negocio fidei coram inquiſitore, poſtea venit coram ipſo inquiſitore & reuocat, & retractat dictum ſuum expreſsè dicens quòd ex typo malitiæ, & fraudis primò depoſuerat fraudem, & falſum, & modò dicit quòd ea quæ depoſuit, non ſunt vera, & dicit contrarium primo dicto, nũquid ſtabitur primo dicto, vel reuocationi ſecũdæ? & circa hoc dicendum, quòd ſi teſtis primò depoſuit de fide contra hæreticum propter reuocationem ipſius factam ex interuallo non eneruatur primum dictum ipſius, licèt ſuæ fidei aliqualiter detrahatur, quia ex quo loqui potuit parti inquiſitæ præſumitur corruptus, & quòd ex ſubornatione venit ad reuocandum, & ſic ſuæ reuocationi non ſtatur, de præſump. literas & de teſt. c. cum cauſam, el ii. & de teſtibus cogendis c. præterea, & ibi nota per Inno. in hoc concor. aut. de teſti. §. quoniam, col. vii. [m]

Si verò depoſuerit pro hęretico, ſeu in defenſionem inquiſiti, & poſtea retractat, & reuocat primum dictum, & vult deponere contra illum inquiſitum, in cuius fauorem ante depoſuerat, certè tali caſu ſtabitur ſecundo dicto, & retractabitur primũ, qđ fuit in fauorem inquiſiti, niſi appareat quòd ſecũdo modo deponat ex odij fomite, vel ex mala volũtate, ſeu leuitate, vt extra de hæreti. lib. vi. in c. accuſatus §. licet. Et ratio diuerſitatis eſt fidei fauor, & deteſtatio criminis, vt ibi patet, & eodem titulo in fidei fauorem. Nec propterea tollitur quin iſte teſtis qui confitetur ſe falsũ dixiſſe veniat puniendus per inquiſitorem, quia eum poterit punire, vt infra dicetur.

Nunc videndũ eſt, ſi teſtis deponit falſum coram epiſcopo, vel inqſitore quomodo de hoc debeat puniri, & per quem. [n] Et dicendum quòd contra falſum teſtem duplex eſt via, per quam talis falſus teſtis punitur. vna eſt via ordinaria, videlicet legis

Cor.de fal. & iſta intelligitur per iudicem competentem, & ordinarium ſi deponentes accuſabuntur coram eo.vt ff.ad l.Cor.de fal.l. eos. alia eſt via extraordinaria pro motu iudicis,cuius aures violauit,dicitur enim eſſe ingreſſum ſecretum ipſius, vt C. de teſti.l.nullum,& ita notat ff. de teſti.l.qui falſo.vnde in hoc caſu punietur teſtis per epiſcopum, vel inquiſitorem,in cuius examine, vel iudicio noſcitur depoſuiſſe falſum teſtimonium, & pœna quæ infligetur hoc caſu per eum, erit arbitraria pro motu ipſius, cum non inueniatur a iure determinata,vt ff.de effra.l.i. §.expilatores,& de of.del.de cauſis.Et ſi videbitur huic teſti falſo imponere pœnã pecuniariam,poterit,vt extra de pœ. c.ii.& extra de hære.c.i.in prin.in cõpilatione clemen. de hac tamen impoſitione pœnæ pecuniariæ latè dictum eſt ſupra in litera penitentia, & quę ſententia, & qualiter cõtra eum procedatur, vide ſupra ſententia.

Quis autem dicatur falſus teſtis, ſeu falſum teſtimonium deponere?& dicendum quòd falſus teſtis eſt ille, qui dicit mendacium exprimẽdo falſum,& etiam qui ſubprimit, & celat veritatem,caſus eſt extra de fal.c.i.& ſemper intelligendum eſt hoc ſcienter,& doloſè, quia ſine dolo falſum non committitur? vt C.de fal.l. nec exemplum.

Sed ponamus ꝙ iſte teſtis in ſuis dictis vaccillat corã inquiſitore, q̃d tunc erit faciendum? & dicendum ꝙ in tali caſu inquiſitor poterit eũ ponere ad torturam,ſicut vaccillãtem in alijs criminibus poſſet torquere, vt ff.de quaſtion.l. ex libero, & l.de minore §.tormenta, de quo vide infra tortura. Quid ſi teſtis deponat coram inquiſitore ita obſcurè, & ita confusè quòd per eius dicta non poſſit elici veritas? & dicendum quòd inquiſitor poterit eum vocare ſecũdò, & examinare,vt clarè deponat,vt extra de teſti.c. per tuas, & c. cum clamor,ar.ff.de quæſt.l. repeti, cum ſi.

Item an illi teſtes inhabiles,qui recipiuntur in fidei fauorem, tales admittantur pro reo crimino ſo, ſi pro eo inducerentur ad hoc, vt de crimine ſe purgaret? Et dicendum ꝙ non, quia hoc enim caſu requirerentur teſtes omnino integri ſine aliqua ſuſpitione,& catholicæ fidei zelatores, vt in c.filij,de hæreticis,li.vj.

Nota quòd non dicitur teſtis idoneus ille, quãdo ex eo quòd deponit, poteſt ſibi reſultare honor, laus, vel vituperium.nota de teſti.cum nob.s. iii.q.vii.ſtatuendum,& c.nuper,& c.literis,de teſti.& in c.pen.& fin.eodem tit.li.vi.& in l.ne in arbitris. l. omnibus C.de teſt,

Vtrum confitens, conſocium criminis ſit teſtis idoneus contra ſociũ? & dicendum quòd non,vt nota gloſ. in l.ſi filium.C.de libe. cauſa.& ideo non debet interrogari de conſocijs, vt in l.fi.& ibi per doct.C.de quęſtio. intellige quòd non debet interrogari in alijs criminibus non exceptis, ad hoc vt ſit teſtis,ſed bene poteſt interrogari, vt per eius dictum poſſit inueniri veritas ab alijs.vide in ſum. Ange.confeſſio delicti.§.iiii.

Nota quòd quando iudex non habet notam cõditionem teſtium quos recipit,debet mittere ſecretè ad loca, in quibus morantur, & inquirere ſecretè de vita,& moribus, & conditione eorum, vt ſciat quib' teſtibus credere

dere

dere debeat, vt ff. de teſti. l. iii. §. tu magis. Iaco. de Are. qui hoc colligit ex l. i. §. ſi curatores. ff. de magi. conue. vbi Bal. dicit, quòd in hac inquiſitione ſecreta non erit pars citanda.

Vtrum teſtes in generali inquiſitione recepti ſufficiant ad condemnationem? & dicendum quòd ſi generalis inquiſitio fiat in ciuitate, vel diœc. tunc ex teſtibus in illa generali inquiſitione receptis, & examinatis, etiam ſi ſufficienter deponant, non ſufficiunt ad aliquem condemnandum. ſed oportet quòd eo nominatim vocato, & data ſibi copia defenſionis contra eum procedatur, & iterum probationes ſufficientes fiãt, vt voluit Inno. de electio. in c. bonę, el i. & Spe. de noto. cri. in prin. imò ex talibus probationibus in generali inquiſitione habitis adhuc ad torturã non poſſet procedi iuxta doctrinam Bar. in l. fin. ff. de quęſtio. de quo vide infra tortura, & vide infra in ii. §. ſub ſequenti.

Qualiter teſtes ſemel recepti in generali inquiſitione examinẽtur p ſua dicta in ſpeciali, vide ſupra examinatio §. an hoc procedat, in fi.

Nota quòd licèt teſtis ĩ mortis articulo conſtitutus dicat ſe aliàs falsũ antea depoſuiſſe, non propterea nocet parti. dictum eſt Bar. in l. ſi quis in graui. ff. ad Sil. vide Bal. in aut. ſi dicatur. C. de teſtibus.

Teſtis deponẽs in inquiſitione generali non facit fidem in ſpeciali, niſi iterum iuret, & deponat. Ab. in c. præterea, de teſt. co.

Nota quòd teſtis ſecundò inductus ſuper eodem ad alium effectum poteſt dicere, Ego dico illa eadẽ quæ dixi in prima depoſitione, & hoc eſt cautum, nè notetur de contrarietate. & vide Bar. in l. eos. ff. de falſis. vbi dixit quòd non reperit iſtam quæſtionem tactam, & quòd iudice acquieſcente valebit tale teſtimonium. ſed iudex poteſt nõ admittere, vt audiat teſtem, & videat qua conſtantia ſeu trepidatione loquatur. ar. l. de minore. §. tormenta, ff. de quæſtionibus. & conſuluit teſti, vt faciat ſibi exhiberi primam depoſitionem, vel proteſtetur in fine depoſitionis, quòd nunc ita recordatur, ſed vult per omnia dixiſſe vt primò, quia tunc melius recordabatur. & ſic per hanc relationẽ euitabit vitium contrarietatis. facit quòd in ſimili nota. Inno. in c. cũ venerabilis, de excepti. & Abbas in c. cũ in tua, de teſt. in ii. col. vide ſupra examinatio.

Teſtes in cauſa criminali ſunt producẽdi coram iudice, etiam ſi ſint extra prouinciam. Abb. in c. conſtitutus, de teſt.

Nota quòd teſtes inducti per aduerſarium meum ad certum articulum probandum, poſſunt peti à me examinari ſuper alio articulo, ſeu ſuper tota cauſa, dummodo non reſultet contrarietas, vel iuris ordo perturbetur, Ab. in c. de teſt. in ti. de teſt. in prin.

Item nota quòd ſi in inquiſitione generali aliquis inuenitur culpabilis, quòd poteſt procedi contra eum ad impoſitionem pœnæ ex illis probationibus in inquiſitione generali receptis, nec eſt neceſſe vt illę probationes de nouo ſpecialiter recipiantur, ſed ſatis eſt illum nominatum citare vt veniat ad opponendum, ſi q̃d opponere vult. Et hoc intelligo, quãdo inquiſitio videtur formata contra

tra quemlibet.& ideo repertus culpabilis ex priori tela iudicij venit puniẽdus.& ꝓ hoc videtur ſimilis text. ſecũdùm vnam lecturam in c.per inquiſitionem, de elec.facit quòd nota. extra de conf.c.vnico.Quid enim ſi inquiſitio eſſet generaliter formata,non reſtricta ad certùm genus perſonarum? vt puta reperto homine mortuo iudex generaliter procedit ad inquirendum, & hac generali inquiſitione per teſtes inculpatus eſt Titius,qui nullo modo fuerat vocatus in generali inquiſitione, nũquid ex illis probationibus poſſit ille puniri, an iterato contra iſtum debeät ijdem teſtes recipi? dubium eſt pulchrum.& vide ſingulariter Inno.in c. bonæ,de electi. hoc Ab.in c. ad petitionem, extra de accuſatio.

Quando teſtimonium duorum, vel trium ſufficiat,vel non, & quæ diſcordia teſtium afferat inefficaciam teſtimonij,Tho.ii.ii.q.lxx.ar.ii.

An duo teſtes probent ſufficiẽter in cauſa criminali? docto. de hæreticis,excommunicamus. tex. ii. q.iiii. per totum.Archi.in c.vt officium,de hæreticis,li.vi.

Caſus in quibus non ſufficiũt duo teſtes,vide glo.ii.quęſti. iiii. in ſum. glo.in regula,plura,li.vj.

Nota quòd ſi teſtis poſt depoſitionem dicat falſum depoſuiſſe,non prę iudicat, ei in cuius fauorem depoſuit.Bar.in l.diuus ff.de re iudica.refert Pe.de Anch.in c.accedens, de crimine falſi.

Qui teſtes dicantur fide digni, colligeper docto.in c.teſtimonium, de teſti.& c.licèt ex quadam,qui matri. accuſa.poſ.inſuper.ii.q.vii. non poteſt,& c.teſtes.ſecundùm Archi.de teſti.c.iii.li.vi.ſuper verbo fide dignos, & ibi concor.

An teſtis ignotus ſit habilis ad teſtimonium,Archi.iii.q.vii. canonicã. Inno.de accuſa.inquiſitionis,in glo. ex hoc loco.

An teſtis debeat eſſe notus,vide ff. de teſtibus. l.teſtium.iiii.q.iii. teſtiũ. in aut.de teſti.§. ſi verò ignoti, coll. vii.iiii.q.vi.canonica,& ibi Archi. de accuſa.inquiſitionis, & c.cum P.

Vtrum idem qui eſt accuſator in cauſa criminali,poſſit eſſe teſtis, vide ſupra accuſatio. §. vtrum idẽ qui eſt accuſator.

Teſtimonium de auditu proprio, ſeu alieno an faciat plenam probationem?vide ſupra probationem.vide ſupra probationes.

An mulier poſſit eſſe teſtis in cauſa criminali?& dicendum quòd non, niſi quando proceditur per viam inquiſitionis.glo.in c.quoniam, de teſtibus.adde.xxiii.q. v. mulierem, de verbor.ſignific.forus.ſpe. ti.de teſte. §.i.ver.item quòd eſt mulier.

Socij criminum admittuntur ad teſtificandum ſolùm quo ad præſumptionem, & indicia, vt dicit Inno.in c.i.& in c.quoniam, de teſti.

An carceratus poſſit eſſe teſtis,vide ſupra carcer.

An hæreticus poſſit eſſe teſtis?& dicendum quòd non ſecundùm Bal.in marga.ver.crimen,ver.hæreſis. Contrarium probatur in l. quoniam. C. de hæreticis.& tenet Bar.in l.Caſſius ff.de ſenato.& ibi glo.nota Bart.in l. cunctos populus.ii.char. Et olim diſtinguebatur, an in alijs criminibus hæreticus poſſet teſtificari,vt ii.q.vii. ſi hæretici,& c.plerumque. ſed hodie dicendum quòd non admittitur duplici

plici ratione. prima quia eſt excommunicatus, & excommunicatus repellitur, in c. veniens, el ii. de teſti. in fi. ſecunda ratio, quia eſt in peccato mortali, vt de hæreticis, lib. vj. in c. ſuper eo, cum ſi. de ſum. trini. & fide catho. ſed dicendum ſecundùm Bart. in dicta. l. quoniam, quòd non poteſt eſſe teſtis in iudicio, ſed in contractibus, vel quaſi, & in teſtamentis ſic, vt in Spe. ti. de teſte. §. i. ver. quid de portantibus, & ver. item quòd eſt Iudę⁹. vbi dicit quòd nō poteſt cōtra Chriſtianum, ſed contra hęreticum ſic. itē & pro Chriſtiano, vt ibi, & de officio om. iudi. §. iiii.

Nota quòd conditio teſtis attenditur tempore depoſitionis, vt in l. i. C. de teſti.

An poſſit qs teſtificari de his quæ vidit in puerili ætate? & dicendum ꝙ ſic, vt. xxxvii. di. in c. relatum, & ibi glo. ſuper parte, in pueritia, & de conſe. di. iiii. cum itaque, & c. placuit, & xxvi. diſt. deinde. Nam & liber factus poteſt teſtificari de his, quæ vidit cū eſſet ſeruus, vt ff. de verb. ſign. notionem. §. vlti. ar. contra. quia hęc ętas neſcit quid agat, vt. C. de fal. mone. l. i. & impubes nihil intelligitur ſcire, vt ff. de iuris, & fac. ignoran. l. vlti. & dicendum quòd ſi fuerit capax doli, quòd bene poteſt de eo, quod tūc vidit, teſtificari de puro facto, ſed nō de circunſtantijs, ſcilicet qualiter qđ factum ſit, quia in hoc facile potuit falli pueri memoria, ꝙ ſatis credo.

Item pupillus poteſt eſſe teſtis factus maior de his quę vidit in pupillari ætate, gl. in l. iii. §. lege, in ver. impubes. ff. de teſtibus. vbi Bart. & in l. notionem. §. i. in glo. vltim. ff. de ver. ſignific. quòd eſt verum, ſi erat proximus pubertati, aliàs ſecus. Bar. in d. l. notionem, & in l. ad teſtiū §. i. ver. per hoc dicit glo. ff. de teſta. adde gl. in §. ſed neque, in ver. impubes, inſti. de teſta. & Ange. de Are. in §. teſtes, eodem ti. Item verum, quando certa ętas in teſtibus non requiritur, vt in teſta. gloſſ. eſt. xxxvii. diſt. relatum, in gloſſ. fi. & ibi Archi. in Spec. de teſte. §. i. ver. item excipitur, quòd eſt impubes, & in verſi. ſed nunquid factus pubes. Io. An. in c. ex parte, de cor. vitia. aliàs non. gloſſ. eſt iii. q. ix. teſtes. doct. & Inno. in c. cum nobis, de præſcrip. ſed an in criminali? glo. in l. inuiti. ff. de teſt. & in l. in teſtimonium, eodem ti. quòd non. & Spec. in d. ver. item excipitur, & Bar. in l. i. §. impubes. ff. ad Sillania. vbi etiam dicit ꝙ non facit etiam indicium. & de hac materia, an teſtis poſſit teſtificari de his quę vidit, & percepit, quādo erat impubes, vide Hoſti. in c. fi. de ſen. excommun. tex. de cle. per ſal. pro. i. gl. de conſe. di. iiii. placuit, & c. ſe. gl. inſti. de teſta. §. ſed neque.

Item an minor. xx. annis ſit ſufficiens ad teſtificandum in criminalibus. & dicendum quòd non, vt d. l. teſtimonium. ff. de teſti. & ibi Florianus, licèt examinari poſſit ad aliquā intentionem iudicis, vt faciat indicium, non autem plenam probationē, & hoc ſi in inquiſitione fuerit examinat⁹, & ſic ex mero iudicis officio, nō ad partis petitionem, & ſic in inquiſitione poterit examinari pto inditio, non autem in accuſatione, niſi iudex eum examinet ex mero officio non autem ad petitionem meri accuſatoris. ita dicit Gui. de Suza. & ibi ēt vide Florianum in dicta l. in teſtimonium. ff. de teſti. & doct. ſolent allega

re

re in hoc vnam gloſſ.pro ſingulari in l. fi. C. ad Sill. in hac materia minor facit indicium ad torturam, licèt nō poſſit in criminalibus teſtificari. quibus Ludouicus de Roma in l.i.§.impubes, ſolebat allegare ſimile in d. l. in teſtimonium.ff.de teſti. vide Bart. in hac materia per illum text.in l. de minore,in prin.ff.de quæſtion. & ibi ponitur,an minor in criminalibus faciat indiciū, & multa alia in hac materia de iure canonico allegat Bal.in dicta.l.in teſtimoniū, in lectura ſua, ſed in additionibus:ibi eum omnino vide limitam.prædicta per glo.in dicta.l.in teſtimonium,ibi vide Sali. ad de Bar.in l.ex libero,in fin.ff.de quæſtionibus.hæc Ang.in addi.in §.comparuerunt,in.iiii.col.in fi.

Infamis non poteſt eſſe teſtis, niſi cum tortura.glo.nota.in aut. de teſtibus.§.i. in fin. & ibi Angel.& Azo.in ſum.de teſti.i.col. vbi dicit infamem cum tortura admitti ad teſtificādum in cauſis pecuniarijs . vide doctor.& Bar.& Bal.in l.i.C.de ſum. trinita.& fide catholica.Et dicendum quòd infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis.c.præterea,de teſti.cogen.c.teſtimonium,& c.licèt ex quadam,de teſti.l.iii.§.Iulia.ff.eodem ti.& ibi Bar. & in l.Caſſius.vbi plenè ff.de ſenato. & Oldra. conſil. exci. quòd etiam vide per ſpe.ti.de teſte §.i.ver. item excipitur quòd eſt infamis,& ver. quid de portantibus, & de accuſat. §. iii. quod eſt verum etiā contra infamē, & crimino ſum. Bart.& doc.in l.cum mulier.ff.ſolu.matri.& gloſ. in dicto c.teſtimonium.ſed Bar.in l.in Arenā. C.de inoffic. teſta dicit contra,cum infamis contra eum opponat . vide in Spe.de teſte. §.i. ver. ſed nunquid.

excommunicatus.ſi verò veritas aliter haberi nō poſſet,tunc admitteretur cum tortura, ſecundùm Bart. in dicta l.i.C.de ſum.trinitate. item verum,niſi i crimine hæreſis, ſacrilegij, læſæ maieſt.fraudati cenſus, fraudatæ annonæ,ſimoniæ,& per duellionis Spe.vbi ſupra de accuſatio. §.i. Item verum,ſi ſit publicè infamis,glo. nota & Bar.in l.ſi lege.ff.de teſta.& Bal. in dicta.l.i.ii.q.ii. Lanfran. in c. quoniam contra,in ver. exceptiones, de probati.

Infamis infamia facti poteſt eſſe teſtis in cauſis ciuilibus, licèt eius fidei multum diminuatur.gloſſ.& Bart.in l.iii.§.duæ cauſæ, ad Carbo. Bart.& Bald.in dicta l.i.de ſumm. trinit. Ab. anti.in c.teſtimonium,de reſcript.& Bal.refert in Marga.ver. infamis, ſed non in cauſa criminali.c.teſtimonium, de teſti.

An apoſtata poſſit eſſe teſtis?& dicendum quòd nullus apoſtata poteſt eſſe teſtis,vt iii.q.iiii.beatus: nec conſanguineus, nec familiaris accuſatoris.iii.q.v.accuſatoribus, nec inimicus accuſati.iii.q. v. accuſatores. & generaliter qui non poteſt accuſare, non poteſt teſtificari,vt iii.q.v. ſuſpectos. ſed hoc verum in alijs criminibus,ſecus in crimine læſæ maieſ.& in crimine hæreſis, quia omnes præter illos qui ſunt inimici capitales, admittuntur,vt ſupra dictum eſt.ſed circa hoc nota quòd ſi quis fuit hæreticus, vel apoſtata, & publicè pœnituit,& emendatus eſt, quòd talis benè admittitur in teſtem, vt nota.Spe. ti.de teſte.§.i. verſi. item hæc publica pœnitentia.

An infidelis poſſit eſſe in alijs cauſis teſtis contra Chriſtianos? & videtur

tur quòd non,vt.ii.q.vii.non poteſt, de teſti.Iudæi,& eodem ti.in cle.cum Iudæi.i.diſt.multiplex,ſpe. tit.de teſte.§.i.& in cle.i.de teſti.

Quæ eſt ratio, quòd idiſtinctè omnis quicunque admittitur ad accuſandum, vt dictum eſt ſupra accuſatio,& quòd eſt ſecus in teſte? vide ſupra accuſatio,in §.quæ ſit differẽtia.

An iudex procedens per inquiſitionem poſſit denunciantem recipere in teſtem?& dicendũ quòd ſic.Bar. in l.diuus.ff.de cuſ.reo.in.q.pe.quod non eſt in accuſatione,vt in cap.licèt Heli,de ſimo.& ibi nota.& ſic dicendum etiam quòd qui promouet inquiſitionem, poteſt in ea teſtificari, dummodo non ſit inquiſitionis miniſter.Inno.in d.c.licèt Heli,de ſimo.

Item nota quòd iudex poteſt eſſe teſtis in cauſa ſibi commiſſa,ſi eam alteri delegauerit,Inn.de teſti. dilecto.

Quot teſtes requiruntur ad probandum quem eſſe baptizatum?& dicendum quòd vnus teſtis ſufficit,& plenè probat,glo.ſin.in c.placuit,de infantibus, * de conſ.di.iiii.

An teſtes deponentes in inquiſitione debeant aſtringi ad occulta reuelanda, vide ſupra denunciatio.

An quando proceditur per inquiſitionem, vitietur proceſſus, ſi teſtis non depoſuit de tempore?& dicendũ quòd aut tempus eſt de ſubſtantia cõtractus,[y] aut non.ſi eſt de ſubſtantia neceſſe eſt vt ponatur tempus, vt in matrimonio,& electione, & præſcriptione.ſed ſi non eſt de ſubſtãtia, nõ vitiatur teſtis.ſpe.in trac.de teſte, in. §.iam de interrogatorijs, in ver. itẽ de tempore,& extra de teſti.ex tenore,& c.cum cauſam,& iii.q.ix. nihilo minus.vide ſupra inquiſitio, & ſupra tempus, & ſupra accuſatio, & ſupra dies.

Item teſtis licèt deponat de aliquo actu cum tempore, licèt aliter nõ certificet tempus, dictũ vnius teſtis trahitur ad dictum alterius teſtis tẽpus certificantis.no.Inn.in c.ſuper his,de accuſa.& Anto.de Butri. in conſilio, quod incipit, domina Orabilis.

An in inquiſitione hæreticæ prauitatis poſſint trahi teſtes exiſtẽtes extra dioc.vltra duas dietas, vide ſupra dieta.

An in cauſa inquiſitionis citetur pars ad videndum iurare teſtes, vide per doc. in c. qualiter. ii. de accuſatio.

Teſtes poſſunt recipi ad cautelam etiam parte non citata. ita dicit Hoſtien.in c.bonæ, de electione.

In cauſa inquiſitionis valet receptio teſtium ante litem conteſta. Inno.in c.veritatis, de dolo, & contumacia.

Item in cauſa ĩquiſitionis poſſunt produci teſtes etiam poſt aperturã, & publicationem, de teſti. cum clamor.quod eſt verum ex officio iudicis, in quo non timetur de ſubornatione,quia præſumptio officij excludit præſumptionem doli.ar.l. ſi mulier.ff.de publica.& atteſtatiões ſemper ſunt notæ iudici,[z] qui teſtes examinat,ſecus in parte, ſecundùm Inno.in c.præſentium,& c.veniens, de teſti.& nota quòd quando iudex ex officio procedit etiam publicatis atteſtationibus poteſt ſuper eiſdem articulis alios teſtes recipere. Innoc. in dicto.c.cum clamor,de teſti.Io. An. in c.vt officium,de hæreti.li.vi.Arch. in c.per hoc,eo.tit.& lib.

Nota ex iſto. §. quòd quando iudex

dex procedit per viam inquiſitionis, quòd tunc publicatis atteſtationib[a] poteſt iudex recipere nouos teſtes ad offenſam, vel defenſam, quia teſtium publicatio impedit teſtium productionem, quæ fit a parte, non quę fit ab inquiſitore, vt nota. Innoc. in c. cũ clamor, de teſti. vt refert Bal. in l. fi. ff. de ferijs, quod tene menti, vt refert Montaluus fo. le. ti. de teſ. l. xviii.

Item nota quòd iudex maleficiorum poteſt in cauſa criminali ex officio recipere teſtes tam ad defenſam, quàm ad offenſam, etiam poſt publicatas atteſtationes, licet accuſator non producat, vt in d. c. cum clamor & ibi ſecundùm Innocen. & per Bar. in l. i. §. fi. in i. col. in fi. ver ſecũdò nota. & in l. vnius, in prin. §. cognitorũ. ff. de quæſtio. & in l. ii. §. ſi publico, in vi. col. §. vlterius quęro. ff. de adulte. & in aut. qui ſemel, vltim. col. verſi. quęro nunquid in criminali, vbi Bal. in i. col. in fi. ver. iii. fallit. & etiam Saſice. in ii. col. ver. item fallit quãdo iudex, C. de probati. & Barto. in l. ſi non defendantur, in fi. de pœ. & in q. iudex maleficiorum, &c. & Bal. in l. præsbyteri. C. de epiſco. & cleri. & in l. edita. xxix. col. de eden. & in marga. ver. teſtis. ii. col. & in addi. ſpe. de inquiſit. ver. antep. & in l. i. C. ſent. reſcin. non po. & in l. ii. C. de eden. & ibi Bart. qui tenet idem. in l. iiii. §. hoc autem, de dam. infecto, & in l. ſi ſeruus, de his q. ad eccleſiam confugiunt, & in ſuo cõſilio, A domino Cy. &c. & in conſilio, Viſis omnibus ſtatutis &c. Angel. in autent. de Tabellio. ii. col. & in aut. de liti. §. omnem verò. & Lanfr. in c. quoniam contra, ver. teſtes, de probatio. ver. commemor vobis, & Ludoui. in rubrica de arbitr. xiiii. col. & Bal. in l. fi. §. i. C. de appellati. vbi dat cautelam, quòd accuſator abſentet ſe, & det nomina teſtium iudici, q. ex officio examinet. Sed Ludouicus vbi ſupra approbat hoc, quando in prima examinatione eſſet erratum per iudicem, q. non ritè recepit eos, aliàs ſecus, per c. per tuas, de teſti. & Bald. l. veluti. C. de edendo. ſed Pe. de Su. in dicta aut. qui ſemel, allegat contra Bal. docto. Ludoui. Ponta. in dicta l. iiii. §. hoc autem, & per Ange. Are. in ver. proceſſum publicauit, in malfis. & ſupra eo. ver. xlv. addo.

Item nota quòd pupillus proximus pubertati poteſt eſſe teſtis, & ẽt proximus, pubertati in crimine læſæ maieſtatis. aliàs facit indicium. gloſ. in l. inuiti, la. ii. in ver. pupilli. ff. de teſti. vide ſupra inditium.

Quando dicatur conſtare per teſtes, vide ſupra contumax.

Teſtis [a] debet interrogari, an illud quod dixit, dixerit gratia lucri, odij, inimicitiæ, vel timoris. Bal. in l. comparationes, in. ii. col. C. de fide inſtrumen.

Nota quòd teſtis prius debet iurare [b] quàm deponat, imo ſi teſtis non iuratus deponit, etiã ſi poſtea iuret, non valet eius dictum, vt in Spec. tit. de teſte. §. ſequitur de iuramẽto, ver. fi. & Mõtaluus fo. le. c. de las teſtimonias. l. quẽ algunas. ſuper parte. que digan la verdat.

Nota quòd non poteſt quis teſtificari, nec validè deponere ad plenam probationem ſine iuramento, nec ẽt religioſus. vide ſupra iuramẽtum. §. nota quòd non poteſt.

Item nota quòd [c] teſtes ſecretè debent deponere, & non publicè, vt liberius dicant veritatem, aliàs nõ valeret

leret dictum teſtis, vt de teſti. venerabili, & C. de teſti. nullum, & extra de accuſa. inquiſitionis. §. tertiæ. quia ſi non dicerent ſecretè, quidam teſtes fortè timore, vel fauore timēt alium nominare in publicum, quem nominant in ſecreto, & liberè nominant quem volunt: libera enim debet eſſe voluntas in eligendo, vt viii. q. ii. dilectisſimi, & ſupra eo. bonæ, & infra c. proximo, ſicut in matrimonio carnali, vt extra de ſpon. cum locum. de hoc vide in c. quia propter, extra de elec. in glo. ſuper parte, collegio, & ſuper parte, ſecreto.

Numerus teſtium minor quā requiſitus a iure facit indicium ad torturam, & intelligitur numerus minor ſaltem de duobus. Bal. in l. cum circa. C. de iure dot. vide ſupra indicium, & infra tortura.

An inimicus admittatur ī teſtem, vide ſupra inimicus.

Quæ exceptiones poſſunt opponi cōtra perſonas teſtium ad hoc vt in crimine hæreſis teſtes repellantur, vide ſupra exceptio.

Nota quòd obiecta, & oppoſitiones contra perſonas, & dicta teſtium poſt depoſitiones eorum arbitrio iudicis, ſeu inquiſitoris relinquuntur, an ſit ſtandum eorum dictis, vel non, vt in c. in fidei fauorem. concor. ff. de teſti. l. iii. tu magis ſcire potes ſicut detrahitur fidei teſtum in alijs iudicijs ſic erit in iſto crimine, vt extra de hæreticis. c. fi. li. vi. nec eſt mirū ſi ſuper prædictis fidei teſtium detrahatur ſicut in alijs criminibus, cū probationes debeant eſſe luce clariores, vt C. de probati. l. ſciant, quæ eſt canonizata in q. viii. ſciant. & quòd nota. in dicto ca. veniens, de teſti. imò fuit opinio Archi. de hæretic. c. vt hæretici, in glo. aliquorum, quòd in hoc crimine non ſufficiunt duo teſtes, ſed plures, vt dictum eſt ſupra. d.

Teſtificari de alieno crimine non poteſt, qui illud de ſe confeſſus eſt, niſi in crimine læſæ maieſt. vt. xv. q. iii. nemini. ergo a fortiori in crimine hęreſis.

An teſtis qui depoſuit quòd talis commiſit tale delictum, & interrogatus quomodo ſcit & dixit, quia ſum vicinus ſuus, probet? Bar. dicit quòd ſic, in l. i. ff. ſi cer. pe. Baldus dicit ibi contra.

Quot teſtes poſſunt produci, nota in autent. de teſti. §. quia verò multi, in gloſſ. productione, col. vii. & in autent. qui ſemel. C. de probatio. & ibi Bar. de teſt. in cauſis, & ibi Io. An. ſpe. ti. de teſte. §. qualiter autem.

Qualiter teſtes recipiuntur per notarium in cauſa hæreſis, vide ſupra examinatio.

Nota quòd vni ſoli teſti non creditur quò ad condemnationem, vt tenet Ab. in c. cum cauſam, de teſti.

Nota quòd in criminalibus ſufficit vnus teſtis de veritate, & duo de indicio, & duo de fama. & ita intelligit glo. in l. ii. §. ætas. ff. de excu. tu.

Nota quòd in alijs cauſis nulla eſt receptio teſtium contra nō citatum, vt in c. in nomine domini, ſecus eſt in cauſa hæreſis.

Nota quòd Ioſeph fuit teſtis virginitatis Marię. xxvii. quæſtio. ii. ſicut quippe.

Nota quòd ſufficit teſti ſemel reddidiſſe cauſam dicti ſui, nec de ea eſt vlterius interrogandus, ſed de circunſtantijs ſic, puta loco, tempore, de veſtibus, & alijs ſimilibus, maximè ſi videatur

dcatur ſuſpectus.ita dicit Inno.de te ſti.cum cauſam.

An, & qualiter puniatur teſtis varians in cauſa, vide Bar.in l.eos. ff.de falſis.vbi etiam vide, an valeat dictũ teſtis dicentis, Teſtificor prout aliàs dixi.de quo dixi ſupra.

Nota quòd pauper e. propter ſuſpitionem paupertatis non eſt idoneus teſtis, & in multis non admittitur in teſtimonium.iiii.q.iii.teſtium. Ab.in c.quanto,de vſu.Nam paupertas eſt res periculoſa etiam animabus, iuxtã illud Salomonis, Diuitias & paupertatem non dederis mihi domine.

An teſt.um publicatio ſit de ſubſtantia cauſæ, vt aliter ſententia non valeat, vide ſupra concluſio, & in c. dilectus,de fide inſtru.

An nomina teſtium in cauſa hæreſis ſint publicanda, vide ſupra nomina.

An in actis iudicialibus requirantur teſtes,vide ſupra ſcriptura.

Duo teſtes non ſufficiunt ad probandum quem eſſe bonę vitę, & famæ,vel malæ. f. Ange.in aut.quomodo opor.epiſcopos.§.quarta,in ver. nota cum lex,vel ſtatutum.

Teſtes etiam qui non probarent, ſi tamen facerent indicium,ſunt recipiendi.Baldus in margari.teſtis.ii.colum.poſt Inn.in c.prę ſentium, ad fi. verſi. ſed melius eſt dicere. & in c.veniens, in vltima col. in gloſſ. ſua,in ver.vſus,de teſtibus.

Nota quòd quilibet olim hæreticus publicè pœnitens. & emendans poteſt eſſe teſtis ſpec.§.i.ver.quid de portantibus crucem, & ſupra ſequenti.in tit.de teſte.

Dubius in fide catholica,teſtis eſſe non poteſt.glo.in c.i.in fin.in verbo credentes, & ibi doctores.

Teſtis etiam non iuratus facit informationem.Bald.in l. ſi duo.i.colum. ſuper verbo producit, de pace tenen.

Supra dictum eſt aliquid circa teſtes ſingulares, & proſequendo nota quòd ſi ſunt plures teſtes ſuper vnius facti qualitate ad probandum quem vſurarium,vel hæreticum,ſi quilibet deponit ſingulariter ſuper eodem facto, omnes tamen concordãt in vſura an probent,vel an ſint ſingulares, vide Bal.in l.i.C.de teſtamentis,& eſt concluſio, quod ſufficiunt ad probãdum infamiam in genere, vt Bald.in ſupradicta.l.

Nota quòd teſtis varians in iudicio debet puniri. vel dicit ſe neſcire, poſtea verò dicit ſe ſcire. Bal.in l.nullum,in.i.no.C. de teſt. & dicitur varius qui nõ ſtat firmus in vno dicto: ſed contrarius dicitur qui contraria tenaciter aſſerit: vacillans verò dicitur qui titubando diuerſa aſſerit. nota in c.pręterea,& ibi Inno.in gloſ.in verbo incontinenti,in ver. & nota ꝙ varians,& doc.de teſti.cogen. & Bal. in mar.ver.teſtis,ver.i.& ſpe.in addi. ver.quãdo dicatur teſtis. vbi allegat ibi ſpe.ver. & nota ꝙ dicitur teſtis.

Nota quod teſtis ſi inquiſitione generaliter formata in inquiſitione cõprehenſus aliquid fuit confeſſus contra ſe,poteſt,& debet puniri,ac ſi directè fuiſſet confeſſus contra ſe, & non in forma teſtimonij, & ſi ipſe teſtis inter litigãtes,vel in inquiſitione formata contra alium confitetur crimẽ proprium, quòd debet ex illa confeſſione puniri. & an in hoc teſtis debeat puniri pœna ordinaria, vel extraordinaria. Abbas in capitulo per

inquiſi-

inquiſitionē,in iiii.col. de electione.

No.quòd qui impedit teſtes, quo minus poſſint perhibere teſtimoniū veritati,puniendus eſt,vt in ca. cum cauſam,extra de teſti.

No.quòd probationes ante li. cō. non recipiuntur ſuper principali, ēt vtraque parte volente,in Spe. de inſt. edi.§.vidē dum,ver.ſed quid ecce, niſi ex officio mercenario.nam tunc recipi pōt Bal.in addi.ſpe. de teſte. ver. an officio,non aliàs,ſecundùm Frid. de Senis con.incipiente in Chriſti nomine amen. caſus talis eſt Ninus de Theolomæis.

No.ꝙ qñq; obijciuntur exceptiones contra perſonas teſtium ante depoſitionem, videlicet ꝙ ſunt inimici capitales,vel criminoſi, vt in Spe.de teſte.in §.i.in ver.item ꝙ is ꝓ quo,& in §. ſæpe,ver. hac igitur via, de forma excipiēti ꝯ teſtes,& in Spe.eo.tit. §.i.ver.quid ergo ſi præmiſſa, vbi ſic dicit, quid ergo ſi præmiſſa obijciēs, dicit ſe illa velle incontinenti probare,audiēdus eſt ſi habet probationes in prōptu,nō aliter,vt ff.ad exhibendum.l.iii. §.ibid. ff. ad Trebel. ille a quo,ex.de teſti.ad hoc,al's incipit prę ſentium.§.pen.l.vi.& c. veniens ii.extra,de teſti. ſpolia. literas. vltra medium.ſi.n. ſtatim conſtare poteſt, ꝙ non eſt recipiendus, quare admittetur? vt ff.de teſti.l.i.certè ſuperfluè admitteretur,ꝙ fieri nō dēt,vt in proœmio decre. §. ſanè. nec ſuperfluo iuramento eſt quis grauandus. vel diſtingue & melius, an mora ſit periculum allatura,vt quia teſtes,per quos id probare intendit,ſunt infirmi, vel ſenes,vel abfuturi, vel campeſtre bellum,vel mare intraturi, vt tunc recipiatur eorum dictum,ſi incontinenti habeat eos paratos,ar. ex. vt lit.non con.qm̄ frequenter, in prin. an nō ſit allatura, vt tūc nō recipiat̄ priuſquā depoſuerit,quia videtur id cauſa litē protrahēdi dixiſſe,ar.ff.de feri. l.i.§. ſi.& l.ſi.& ff.ad Treb. cum hęreditas. In receptione autem , vel publicatione poteſt is,cōtra quem producitur, proteſtari quòd liceat in eius dictum vel perſonam obijcere . de quo vide etiam infra iſto.§.in. ver. Item quòd is pro quo,ſm̄ Vb. & G. na. vide ſupra exceptio.& vide ſupra probationes.& no.Bar.in aut.de teſti.§.ſi quis verò.vbi ſic dicit ad literam , Inimici noti a teſtimonio repelluntur inimici aūt ignoti ad teſtimoniū admittūtur,ſaluo iure tp̄e diſputationis.nam inimicitia præcedēs ex criminali cauſa omnibus eſt nota:ſed hodie, quæ oriuntur ex alijs cauſis , non ſunt ita nota, nec pn̄t ita de facili probari.vide infra in ſi.iſtius literæ,in §.quæro quæ inimicitia repellat. & no. de hac materia Iaco. de Bel.in dicta aut. & d.§.ſi quis verò. Ex ſupradictis colli ge, quòd in cauſa hæreſis nulla alia exceptio repellit teſtem niſi inimicitia capitalis,ſi per eum contra quem inquiritur,allegetur , & probetur, vt habetur in ſpe.ti.de teſte:§.i. in prin. vbi ſic dr̄,opponitur aūt ꝯ teſtē ꝙ eſt inimicus,vt ex.e.quotiens.ii.q.i.primis,ver.ſed & de ꝑſonis.C.e.ſi qs , & autent.ibi poſita,ſi teſtis.ff.eo.teſtiū, in prin.ex.de accuſatio.repellatur,& c.cum oporteat,& c.meminimus. & de ſim.licet,& c.ꝑ tuas iii.q. v. §.i.& per totum . vel fuit olim , & nunc ſe vult vendicare.iii.quæſtio.v.c.i.& ii. & iii.vel quòd cum inimicis cohītat, & ſic ſi eſt conſpirator , vel inimicus capitalis, nunquā admittitur ꝓ quo

vide in Spec.d.§.i.in verſi. quid ſi ab vno ſingulari, circa medium, vbi ſic dicit, ſi verò teſtis dicatur inimicus propter litem criminalem, quæ eſt inter eum, & illum contra quem inducitur, & hoc probetur, non prius recipietur, quã de crĩe fuerit pronunciatum. ſi aũt pp litem pecuniariã, tunc incontinenti recipietur, & in tempus diſputationis quæſtio reſeruatur. C. de teſti.aut.ſi verò dicatur.de hoc ex. eo.ex parte A.& vide quæ ſupra dicta ſunt in iſta litera.§§. præcedentibus & ſupra exceptio, & ſupra inimicus, & ſupra probationes.& cum iſtis cõcludo, ꝙ licèt teſtis ſit inimicus capitalis, ꝯ quem inducitur, & pars contraria vel inquiſita dicit, ꝙ ante oĩa vult probare inimicitiam, & interim ꝙ ſuperſedeat inquiſitio, ꝙ nõ eſt audiendus eo ꝙ videtur facere cauſa litem protrahendi, & impediendi officium ĩquiſitionis. ſed proteſtari põt, ꝙ poſt aperturam poſſit opponere ꝯ eum tam in perſonam quã in dicta.& ſic hoc reſeruatur tpe diſputationis, & non ante li. conteſ. nec ante cauſæ cognitionẽ ſuper principali niſi in caſibus ſupradictis.ſ.ſi eſſent infirmi vel ſenes, vel valetudinarij &c. ſed nec propter hoc debet ceſſare inquiſitio, & dicta illorum debent reſeruari ad tempus diſputationis, eo ꝙ relinquitur arbitrio iudicis, quanta fides ſit danda teſtibus, vt ſupra dictum eſt.& etiam hoc licèt per aliqua iura nõ ꝓbaretur, ſicut per multa probatur, tñ in fauorem fidei hoc eſſet inductum, ſicut ſunt multa alia, cũ multi teſtes inhabiles in cã hęreſis admittantur contra hæreticos, vt dictum eſt.& habetur in c.in fidei fauorem, de hæret. li.vi.& iſta ſufficiant pro illis, qui allegant ꝙ inquiſitio debet ſuper ſedere, donec ipſi probent inimicitias quas habent & allegant, quia non benè intelligunt in fidei fauorem. ſed tales tanquã impediẽtes officiũ inquiſitionis efficiuntur ſuſpecti, & inquiſitor arbitrariè poſſet tales punire, vt eſt ſ. dictũ de ĩpedientibus officiũ inqſitionis. nã licèt tales ante li.con. admitterentur ad ꝓbandũ exceptionẽ inimicitiæ ꝯ teſtes receptos in ĩquiſitione hereticæ prauitatis, poſito ꝙ incontinenti ꝓbarent, non ꝓpterea diffinitiua ex tali ꝓbatione ferri poſſet ſuper infamia, ad hoc vt abſolueretur inquiſitus ab infamia, cũ in alijs criminibus hoc ẽt obſeruetur, niſi ꝙ reſeruetur tpe diſputationis poſt publicatas atteſtationes, eo ꝙ relinquitur arbitrio iudicis, quãta fides ſit danda teſtibus, vt habetur in ſpe.ti.de li. cõ. §.i.in §.ſed quid ſi reus, & ibi Io. An. in ad. ſuper parte, dicunt quidam. de hoc vide in l. hac conſultiſsima.C.de teſti. quia vt habetur in ſpe. ti. de excep.in ad. Io. An. promiſcuis actibus non ſunt rerum officia turbanda, qa cũ reus non cogatur cõfiteri ante lit. cont. vt actor fundet intentionẽ ſuã, vt ff.de inter.ac.l.i.ergo nec actor cogetur ante li.con. reſpondere, vt reus fundet intentionẽ ſuã, quia excipiendo dr̃ agere, ſeruetur ergo æqualitas oĩo.all.ff.de excep.l.i. de ꝓba. in exceptionib⁹.C.de ædẽ.l.i.& vl.de fruc.& li.expẽ.l.vl. cũ his q̃ ibi not. In ꝯriũ ſi offeras, qđ petitur ante li.con. relaxãdus es.ff. ſi cer.pe.qdã.Inſt. de perpe. & tẽ.ac.i fi. æquè igit̃ audiri debes volens oſtẽdere te nõ debere. itẽ qñque ſnĩa pro actore fertur, li. nõ con. multo magis pro reo C. vbi de cri. agi opor. aut. quã ĩ ꝓuincia. C. quõ & qñ.

in

In aut. qui ſemel.facit.ff.de reg.iu. fa uorabiliores,& l.non debet. Itē ꝙ licet poſt li.conte.licet ante. C.de iud. apertiſſimi,de iuriſ.om.iudi.l. nemo dici pōt ꝙ ex quo actoris intētio fundata non eſt, ſuperuacuū eſt perēptoriā opponere,& ſic audiri non debes. C.de edē.qui accuſare,cū his q̄ ibi nota.ff.vt leg.vel fideicom.hæc ſtipulatio.ſubdit ꝙ ſi reus ſine interrogatione actoris oſtendit inſtrumentū, per quod peremptoria ſua probatur, & actor nō reclamat,vel reclamare non pōt,reus non eſt cogendus litem cōteſtari,cum euidens ſit actoris cal. q̄ ēt eſſet in expēſis,vel aliter puniēda, vbi hoc non occurrit, cōteſtari cogatur ſalua exceptione ſua. inducit ad primū.ff.ad exhibendum.l.iii.§.ibid. cum ſimilibus ibi no.& C.de pœ.qui ſniam,ex.de cal.c.fi.ad id autem qđ allegatur quòd abſolui non poterit, reſponde per no.ꝟ.eo.§.in fin.hoc in addi.Io.An.ſuper ſpe.d. ti. de li.cont. in §.dic.de dilatorijs, in princ. ſuper parte, ſed nūquid per exceptionem. de qua materia vide Vbertum de Bobio,qui mouet hanc quæſtionem.ſed hęc oīa ſ̄. dicta intelliguntur in alijs cauſis,& criminibus,a quibus excipitur crimen hęreſeos,in quo ſi quis eſt diffamatus, debet contra eū inquiri, & nō abſoluetur, donec ſe purget ab infamia,vt ſupra dictum eſt,infamia & ſ̄.purgatio.In qua ſi defecerit, eſt tanquam hęreticus puniendus, ergo reſeruentur exceptiones, & obiecta ꝯ̄ perſonas,& dicta teſtium ſuis temporibus.& tunc ſi tales exceptiones debeant de iure admitti, & non admittantur per inquiſitores,poterit licitē ab eis appellari. & ſic tranſeo ab iſta materia.ad quod non obſtat, qđ traditur in ſpe. in trac. de inquiſitione. §.i.in ver. item is contra quem, in fi. ver.vbi dicit ad literā.ſi aūt dicantur tūc inimici,vel maleuoli no.in præd. c. cum oporteat, & de ſimo.per tuas. & offerat ſe ſtatim probaturū,quo caſu inquiſitores ſuperſedebūt, donec probetur.& ſi probet,īdicetur ei purgatio.alioquin in inquiſitione ꝓcedetur,vt in c.cum oporteat,& c. qualiter,de accuſa.nam hoc intelligendū eſt.ſ.tempore examinationis teſtium poſt li.con.ſuper principali, vt ſupra dictum eſt,& nō aliter. cum infamia ſuccedat loco accuſatoris. de quo vide ſupra accuſatio, & ſupra infamia, & ſupra inquiſitio. quod non procedit in alijs criminibus,quibus nullus condemnatur ſine accuſatore,vt prædictum eſt. & alia ratione, quia agit de præſenti ſuper principali, ſcilicet ſuper inquirenda infamia, quòd nullo modo poteſt impediri.

Ex quibus no.quòd teſtium perſonæ poſſunt reprobari poſt didicita teſtificata,Bal.in aut. ſi dicatur, in fin. C.de teſti.

Quid autem ſit agendum, nè teſtes reprobentur, vide Inno. in c.preterea in glo.in ver.in cōtinenti,de teſti. co, Archi.& Io.And.in nouella,in c. pſitium,de teſti.li.vi.

Item nota circa inimicos,quòd teſtis inimicus,etiam in extremis laborans etiam ſuſcepto corpore Chriſti non poteſt examinari ad perpetuam rei memoriam , & examinatus non probat,& ſi falſum dicit, reprobatur. Bal.in ti.de pa. Conſtan.§.vaſalli,in vi.col.in ver.extra quæro.

Teſtes regulariter ante li.con.non admittūtur,vt ex.in c. qm̄ frequēter, vt li.non con.& ibi doct.& in ſpe.de

teſte.§.nunc tractemus,vbi plenè.& de recuſa.§.v.& de li.con.§.quando aũt,ver.& no.vbi ponit, quõ intelligatur hæc regula. Niſi in caſibus in quibus de plano cognoſcitur. Inno.ſin.in c.olim,in i.col. in gl.in ver. de plano, de accuſa. Lanfran. in cle. ſæpe,de ver.ſig.ver.de plano.

Nota quòd quando aliquis eſt incorrigibilis, vel de facto non poteſt haberi,vel ſæpe habitus eſt,& monit' eluſit capturam, deteriora delicta cõmittendo,vel vagãdo, ſi clericus eſt, nec poteſt haberi ſpes de correctiõe, traditur curiæ ſœculari, nec requirit de neceſſitate ad hoc declaratio iudicis eccleſiaſtici,nec aliqua requiſitio. Ab.in c.cũ nõ ab hoĩe, de iudi. addit ꝙ in tali caſu pñt recipi teſtes li. non cõ.& parte nõ vocata. & ad hoc not. tex.in c.fi.de hæ.li.vi. & ſentit Bar.in l.ait prætor.§.ſi debitorẽ.ff. de his q no.inf. al's in alijs caſib' ad imponendã pœnã legis reqrĩt partis vocatio, & cognitio,vt eſt gl.in cle.pñti, de cẽſi.& in cle.ii.de pœnis. hæc in repert. Ab.in parte,clericus pp maleficium.

No.quòd cum cauſa eſt merè ſpiritualis, & ſine cõmodo alicuius temporalis, vt in crĩe hæreſis, benè recipiuntur teſtes li.non cõ. ar. xxiiii. q. ii.ſanè profertur,ĩ prin.& xxvi.q.vii. ab infirmis.& q. vi. qui recedunt, & duobus.c.ſe.ex.de ſentẽ.excom.a nobis,& in ſpe.ti.de teſte.§.nunc tractemus,ver.vndecimus.& ibi vide alios multos caſus,quibus recipiuntur teſtes li.non conteſt.

Item niſi ad perpetuam rei memoriam,aut.ſi quis,& ibi docto.C. de teſti.c.ſignificauit,eo.ti.& infra eo.plenè,ver.proximo, & ſequenti.Item niſi in cauſis decimalibus, vſurarijs,& matrimonialibus.Inno. in d.c.quoniam,in prin.in glo.ſua,in ver.procedendum,vbi ponit etiam alias fallentias,& ibi Io.An.& doc.Alb. de Roſ. in d.aut.ſi quis dicatur. & Angel. in aut.eo.ti.§.fi. Item niſi in cauſa reſtitutionis in integrũ.Inno.in d. c.quoniam,in prin.in d.gl.in ver.procedendum.Ange.in l.fi.§. illud, de tem.appel.& in d.aut.de teſti.§.fi.ii.col.valet poſt tres menſes contra contumacem.Inno.in c.accedens, el.i. in glo. in ver.conteſtata,vt li.non cõ.& Bal. in margarita.teſtis.xvi.col.vbi refert Hoſtien.tenere contrarium ibi. Item niſi in cauſa appellationis,vt in d. §. illud,& Inno.in d.c.quoniã, in prin. ver.item in cauſa appel.Item niſi de conſenſu partium.Bar.in l.quotiẽs. C.de priuilegijs ſchola.li.xii.aduerte quia non dicit hoc. ſed dicit quòd iuramentum teſtis poteſt remitti partium conſenſu.gloſſ.in c. cum olim, de cauſa poſ.& propri.in verbo,recuſare circa medium,ver. ſed qualiter, ſecũdùm Pe.de Su.in l. prolatam. C. de ſen.itẽ niſi ſuper exceptione emergente ante li.con. in qua nõ conteſtatur lis.ideo teſtes, li. non con.recipiũtur Ange.in d.§.fi.Alberi.de Roſ.vbi ſupra Lanfr.in d.c.qm̃ contra ver. teſtes,ver.circa præmiſſa quæro,de ꝓba.Item niſi agatur de ſtatu, & libertate eccleſiæ.c.cum olim, de teſti. Itẽ niſi quando cauſa eſt merè ſpiritualis, & ſine cõmodo alicuius, ar. xxii. q.ii.ſanè.adde Inno.in d.c.quoniam in prin.Item niſi agatur officio iudicis.l.ii.C.de fruc.& lit.expen.l. iii. C. finium regun. capitulo præterea, de ſponſ. Item niſi reus abſente accuſatore producat teſtes. c. cauſam, qui filij ſunt legitimi,& cap.interpoſita,

de

de appellatio. Item niſi in caſu c. ad noſtram, de iureiurã. Item niſi in cauſa expenſarum l. ſancimus. C. de Iudæis. Angel. in dict. §. fin. Item niſi in cauſa abſolutionis a iuramento. Angel. ibidem iii. col. & Lanfran. vbi ſupra. Item ratione publicæ vtilitatis. Ange. ibidem, vbi ſupra. Item niſi ſuper inquiſitione contra abſentem. Ang. ibi, & glo. in c. qualiter, & quando, el ii. in gl. magna, in ver. ad inquirendum, in ver. ſi verò infamatus, de accuſati. & in dicto. c. quoniam frequenter, in ver. regulariter verum eſſe. Item niſi in caſibus criminalibus, quando procedi poteſt ad ſentẽtiam lite non conteſta. aliàs non. Angel. in d. §. fi. iiii. col. Aliquos caſus vide etc per Bal. in marga. ver. caſus. ver. iii.

Si recipiantur teſtes contra præſidem tyrannum ad perpetuam rei memoriam, vel propter timorem mortis, vel abſentiæ diuturnæ, cui timetur denunciationem fieri, vel vocari, ſubueniat iudex ſic timenti, ar. c. ſi iuſtus metus, de appel. & recipiat teſtes quo citius, & cautius poterit, & diligenter ſuſtinebitur vices rei in teſtiũ examinationem reſeruando ſibi exceptiones in perſonas, & dicta teſtium. Abb. in c. fin. in §. i. vt lite non conteſtata.

An iudex poſſit a principio recipere omnes teſtes tã probatorios quã reprobatorios, & ipſorum validitatẽ reſeruare in tẽpus diſputationis Abbas poſt glo. in c. cum cauſam, de teſti. & in c. ex parte. A. eo. ti.

Teſtes ad perpetuam rei memoriã ex parte actoris ante li. conteſta. regulariter nõ poſſunt examinari, in dicto c. quoniam frequenter. de quo plenè per Bart. in d. aut. ſi quis, in. i. col. in ver. ſed dic quòd Innocen. ff. de dam. infecto. Fallit quando actori nõ poſſet cõpetere ius, vel exactio, niſi examinatis teſtibus, vt in hærede ex teſtamento nuncupatiuo, qui niſi prius probet ſe hæredem, non poteſt agere ad bonorum poſſeſſionem ſecundũ tabu. vel peri. hæredi. l. i. de bono. poſſeſ. ſecundùm tabu. l. ii. quemadmodum teſtamen. aperia. Item, & quia hæres, niſi ſit certus, non poteſt adire. Bar. in l. de ætate. i. quæſti. prin. de minori, quo facto auditur petens ſe mitti in poſſeſſionem bonorum. Bal. in l. fi. iii. quæſti. C. de edi. diui. Adriani. & Bar. in dicta autent. ſi quis, in i. col. in fi. in ver. quandoque ius agendi. C. de teſtibus.

Itẽ fallit ſi teſtes actoris ſint morituri, ſenes, vel ab futuri. l. i lege Aquilia, ſi deletum, & ibi Bartolus. in ſecũda columna, ver. Item oppo. quòd teſtes, & in. iii. col. in fi. & Flori. ad legẽ Aquil. Inno. in c. ſignificauit, in prin. & ibi doct. de teſti. Bar. in l. mortis, la i. de dona. cau. mor. Ange. in d. §. fin. & intellige de ſenibus, & infirmis arbitrio iudicis. Inno. in d. c. quoniam frequenter, in i. col. in fi. in gloſſ. ſua, in ver. ſenex, & Bald. in d. aut. ſi quis, penul. col. ver. quarto. ſi iudex.

Item ſi actor eſt creditor in diem, vel ſub conditione. Bar. in d. aut. in i. col. ver. quandoque non cõpetit, ſed ibi Bal. cont. in iiii. col. in fin. & Pe. de Suz. vide Angel. in dicto. §. fin. in ii. columna.

Item ſi teſtes poſſent veriſimiliter fieri immemores. Bart. in l. iii. §. duæ cauſæ, in fi. ff. ad Carbonia.

Item ſi in cauſa non cõteſtatur lis de iure communi, vel municipali. Bal. in d. autent. ſi quis, ad fi. ver. vlte

 rius

rius quæro,& in col.ante pe.ver.ſecũda eſt, quòd licèt regulariter.

Teſtes ex parte rei ad perpetuam rei memoriam indiſtinctè admittuntur ante li.conteſt.ſiue ſint infirmi ſiue non.l.ſi.& ibi Bar.C.de vſu.pu.& d.c.quoniam frequenter, & d. aut.ſi quis,& ibi docto.& Ange.in d.§ fin. qui tenet idem in l.pure.§.fi. de doli excep. quod verum actore differente petere.Bal.in d.l.fi.Item per eum qui indiſtinctè poteſt vti ad agendum,& defendẽdum.Bar.in d.aut.in ii. col. ĩ prin.ver.ii.caſu principaliter,& ibidem Bal.in v.col.in ver. ſi non petuntur examinari,& Bar.in d.l.in lege,in vltim.col.in ver. ſecũdo caſu quado.

Teſtis de auditu licèt non probet, transfert onus probandi contrariũ in aduerſarium, cum faciat præſumptionem,ſecundùm Ludouicũ Pontan.in fin. ver. teſtimonium de auditu.vbi allegat Archi.xxvii.q.v. videtur.adde Ludo.in l. ſi verò. §. de viro,in vlti.col.ff.ſol. matrimonio.

Nota quòd verbum dubium teſtis interpretatur in dubio contra producentem,vt nota in c.in præſentia, de proba.& ibi nota Inno.in fi.idem nota. Ber.in c. ex literis, & in d. c.in præſentia.do.de Ro.in ſuis dec.deci. ve. cxcv.

Teſtis deponens celeriter, & præcipitanter eſt ſuſpectus de mendacio. v.q.v.§. ſed aliud, ſecundùm Ludoui.Ponta.in fin.ver.teſtes deponẽtes, & Bal.poſt gl.in d l.Lucius,in ii. col. ff.de in fa. Io. An.in c. nihil, de verbo. ſignific.gloſſ.i.in ſpe. titu. de teſte.§. nunc tractãdum,ver.cautiorem quoque,per Io. An.

Teſtes in inquiſitione generali nõ probant,niſi repetantur ſuper ſpeciali vide ſupra inquiſitio,ver.xlvi.& vide ſupra iſta litera.

Teſtimonium non ſolùm verbale, ſed etiam reale, ſcilicet facti euidẽtia dicitur,vt.xxviii.d. priuſquã. lxxxii. diſt.propoſuiſti.xxxiii.q.ii. de his verò . circa quod nota quòd apoſtoli verbo, & opere ſunt teſtes Chriſti in Ieruſalem,& in omni Iudæa.xi.q.iii. exiſtimant,in fi.

Nullus poteſt eſſe iudex , & teſtis . iiii.q.iiii.nullus vnquam.

Nota quòd in criminali teſtimonium debet eſſe de viſis,notis,& auditis.iiii.q.ix.teſtes.

Nota quòd licèt ſimplici verbo iudicis credendum ſit,tamen ſi ab ipſo appellatur,nõ poteſt eſſe teſtis in cauſa appel.ii.q.vi.ſtatuendum.

Nota quòd nullus eſt idoneus teſtis in cauſa ſua propria.xv.q.iii.ſanè,in fi.& nota quòd nec in re,nec in cauſa propria quis ad teſtificandum admittitur. iiii.q.iii. teſtes §. ſe. poſt medium.

Procurator etiam reuocatus teſtis eſſe non poteſt.nam ſi procurator, q litem conteſtatus eſt,vel cauſam duxit in aliqua parte litis , licèt reuocetur & ſi poſtea in teſtem producatur, non valebit eius teſtimonium , quia præſumitur quòd ad finem vt deponeret,ſit in cauſa reuocat⁹, & ſic fra⁹ & dolus &c.de reſcript. cæterum , ex tenore,& c.ſedes.& quia ſubeſt eadẽ, vel maior ratio ſubornationis c. Romana,de teſtibus,libro vi.de hoc do. de Ro.in ſuis nouis deciſionibus, deciſi.cxxvi.

Item ſolicitator per dominũ miſſus non poteſt eſſe teſtis, ſecus ſi per procuratorem nã ſolicitator in cauſa miſſus, & ſalariatus ad ſolicitandum

dum per principalem non poteſt eſſe teſtis in ipſa cauſa, quia maiorem affectionem videtur habere ad cauſam quàm procurator, qui a teſtimonio repellitur, vt de teſti. Romana, libro vi. Si verò familiaris procuratoris deputatus per eum ad ſolicitādum cauſas ſibi commiſſas, poteſt eſſe teſtis, quia ſocius ſocij mei non meus ſocius. ff. pro ſocio. l. non ſocius. lxxxi. diſt. non legitur, maximè in leuibus, & præambulis, ſiue incidentibus, puta ad probandum diligentiam procuratoris, ſigna, ſigilla, vel quid ſimile. Dom. de Ro. ſuis nouis deciſ. deciſio. cliiii.

Nota quòd propter inimicitias poteſt qs repellere teſtes contra ſe, quos admiſit pro ſe, aliàs non. iiii. q. iii. ſi teſtes. §. ſi quis teſtibus vſus fuerit.

Nota quòd hæretic⁹ pro Chriſtia no poteſt teſtificari contra hæreticū, ſed non contra Chriſtianum. xxiiii. q. i. murmuramur. §. ſe. & nota. quòd teſtis domeſticus admittitur in cauſa eccleſiaſtica. xiiii. q. ii. ſuper.

An quando teſtes ſunt lōgè diſtantes, poſſit iudex cōmittere receptionem, vide ſupra commiſſio.

Quæro quæ inimicitia repellat teſtē ab ipſo initio ita, quòd teſtes examinari non poſſint ab initio? & dicēdum quòd inimicitia quæ reſultat ex criminali accuſatione. Item quando duo ſe odiunt ad mortem, quia mortem ſibi minantur. ſuper quo dic, vt ibi notatur in aut. de teſti. §. ſi quis verò, ſuper verbo, crimine, & in l. licèt, ff. de arbi. nam iſtis duobus modis dicuntur inimicitiæ capitales, & repellunt teſtes, ita, quòd ad teſtimonium non admittūtur, licèt per alias inimicitias non repellantur a teſtimonio, ſed debent in tempore diſputationis reſeruari. ita tenet Innoc. in c. cum oporteat, in gloſſ. pe. de accuſa. & vide quòd ipſe notat ſuper verbo, inimicitia. Ia. de Bel. hic diſtinguit, īter inimicitiam notam, & ignotam, & ſecundùm illam ſuam opinionem ponit hic caſum. & circa prædicta vide gloſſ. ibi allegatam ad materiam huius §. & vide Ber. in c. ex parte, ſuper verbo, notabiles, extra eod. vbi ipſe videtur cōcordare cum præalle. dicto Innocen. & vide tu Azo. in ſumm. C. eod. & ita repellūtur odio ſi. hæc Bartolus. in dicta. aut. & §. ſi quis verò.

Nota quòd licèt teſtes vtriuſque partis reducantur ad concordiā per multiplicitatem actus, tamen inter teſtes vnius, & confesſionem alteri⁹ non fit concordia. ratio eſt, quia confeſſio tantùm nocet confitenti, non autem prodeſt quia non poteſt quis pro ſe confiteri, ſed contra ſe. ſic vt. xiii. q. ii. in prin. & in l. de ætate. ff. de inter. ac. Ab. in c. cum contingat, de offi. delega. in iii. col. poſt Inno.

ADDITIONES.

a *Teſtimoniorum vſus frequens ac neceſſarius eſt, & ab his præcipuè exigendus quorum fides non vacillat, l. 1. ff. de teſtib. ſunt enim vnum de generibus probandi l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. l. cenſus. ff de probatio. & adhiberi poſſunt teſtes non ſolùm in criminalibus cauſis, ſed etiā in pecuniarijs litibus, ſicubi res poſtulat, l. 1. ff. de teſti. De teſtibus in iudiciali genere, quàmplurima ſcribit libro 5. c. 7. Quintil. in duas ipſe ſpecies diuidit teſtimonium, in diuinum & humanum, partit humanos teſtes in voluntarios, & eos*

pet. Quibus verò teſtibus adhibeatur fides, idem penè quod Cic. ſcripſit & Ariſto. iura conſtituere ſeruandum, & in diuiſione teſtimonij euidenter conſentanea iuribus propemodum locum, quinimo diſtinctionibus quæ communioni iurium proſint a iuriſcõſultis intacta docuiſſe. Pet. Vendramenus.

b L. iuſiurandi C. de teſtib. Vmber. in iudi. inqui. in verb. teſtis num. 54. & 59. in 6. membro. & probat etiam tex. in c. nuper. ibi non iurati. eodem ti. idem dicitur infra verſic. nota quòd teſtis prius debet iurare. Q. M.

c Scribitur Deutero. c. 17. quòd in duorum vel trium teſtium ore peribit, qui interficiendus eſt, & quòd in omni negocio duo teſtes ſufficiant probant vulgata iura. tex. in l. vbi numerus. ff. de teſti. in c. in omni. eodem & c. nouit de iudi. & vbi que per docto. & quòd etiam in hac materia hæreſis, & in cauſa fidei duo teſtes ſufficiant iuxta communem ſententiam voluerunt Cardina in clem. 2. de hæreti. Gemi. & Fran. in c. vt offic. eodem libro 6. Feli. in c. excommunicamus. nu. 27. eodem Guin. in tracta. hæreti. q. 13. num. 9. Albert. in c. 1. quæſt. 16. de hæreti. libro 6. & in tracta de agnoſcen. aſſer. cathol. q. 34. nu. 2. Siman. in Enchir. titu. 34. nu. 4. Vmberti. in iudi. inqui. in 3. membro. poſt. nu. 7. verſi. Teſtes ergo duo. Quint. Mandoſius.

d Contra papam, & Imperatorem vt condemnari poſſint quòd ſufficiant duo teſtes voluerunt Paul. Caſtren. conſil. 303. Abb. in c at ſi clerici. in 1. nota. de indi. in c licèt vniuerſis. de teſtib. & in c per tuas & ibidem Felin. de maiori. & obedi. et D. meus Phil. Deci. con. 342. & hæc opi. communiter tenetur. Q. M.

e Singulares teſtes, quos etiam ſeparatos vocare poſſumus, opponuntur teſtibus legitimis, ſeu conteſtibus. Cõteſtes autem illi dici poſſunt, qui eodẽ modo, in eodem loco, ſub eodem tempore, eodem ſenſu corporeo, vt puta viſus vel auditus, percepe runt eundem actum, vel aliquo interuallo, ſi actus eſt continuus. ſingulares autem dicuntur, qui deponunt ſuper diuerſis factis, ita quod quilibet eſt ſingularis. ex dicto ſuo videlicet, reſpectu obiecti, nam reſpectu percipiendi ſemper teſtes ſunt ſingulares, ſenſus enim meus per quem ego percipio non eſt tuus, ſed meus, nec econtra tuus eſt meus, ſed dicuntur conteſtes, & non ſingulares, quãdo obiectum ſuper quo deponunt fuit repreſentatum ſenſibus teſtium eodem tempore, nam tunc videntur deponere de eodem facto, quia diuerſitas temporum poteſt inducere diuerſitatem rerum & actorum, vt Vmb. in iudi. inqui. hoc verb. teſtis. in 3. membro nu. 6. verſic. & primò aduertendum eſt. Regula eſt, quòd teſtes ſingulares non probant, l. ob carnem. §. fin. l. qui falſa, vel varia ff. de teſti. cap. licèt cauſam. §. quamquam. de probatio. Fallit niſi ſint concordes in effectu rei, licèt ſint diſcordes & ſingulares in verbis. cap. nihil. de verbo. ſigni. gloſſ. in c. dudum. de conuer. coniu. Hyppo. de marſi. in repeti. rub. de probat. nu. 356. De teſtibus ſingu. videre poteris plura quæ ſcribit Camil. Campe. in addi. ad Zanchi. c. 13. in verb. ſingulares. & Albertin. de agno. aſſer. cathol. q. 34. nu. 6. & ſeq. in 2. requiſito. Quint. Mandoſius.

Idẽ quod in hoc. §. ponamus. dicit autor ſentit Calderin. c. 13. numc. 5. hæreti. Petrus Vend.

f Idem ſcribit autor innominatus poſt Calderi. tract. de hæreti. de mate. proceſſ. inqui. nu. 9. P. V.

g Et ibi Barto. & alij. Bal. in l. 1. quæſt. 5. C. de teſti. ſpecu. titu. de probatio. §. 1. Vmber.

Vmber.in iud inqui.hoc ver.teſtis. in 6. membro, poſt nume.52. verſic.& nota, quòd teſtibus affirmantibus. Quintill. Mandoſius.

h *In cauſa hæreſis omnes teſtes admittuntur indiſtinctè, cuiuſcunque ſint conditionis, etiam criminoſi, etiam hæretici, excommunicati, participes criminum, prout per Ioan.Calderin.in tracta.de hæreti.c.13.titu.qui, & quot teſtes admittan.& ſupra hoc eodem tracta.in verſi. exceptiones, Guindi.eodem tracta.q.13. nu.10.& ſequen.Vmber.in Iudi.inquiſi. in verb.teſtis, in 5.membro.nu.37.& ſequent.de hæreti.& ibi Campe.in Additio.ad ipſum alios ad idem citat. Quint. Mandoſius.*

i *Hæc gloſſ.reprobata eſt a cenſura Romana. P. V.*

x *Idem Io.Calder.in tracta.de hæret.c.13.num.3.verſi.duæ ſunt tamen exceptiones, quæ verba ad literam ſunt ſupra in ver.Exceptiones, ver. Itē ſolùm duæ. Idem etiam, & per eadem verba ſcripſit Guindi.de hæreti.q.13.num.13.& ſeq. Feli.in c.cum oporteat nume.3.de accu. Zanchin in tracta.hæreti.q.13.nume.3. verſic.duæ ſunt.& latius Camp.in additio.ibid.in verb.conſpiratores, vel inimici. Q. M.*

l *Teſtes quòd in hoc crimine cogi debeant voluit Felin. in d.c.nu.3.qui citat Archidia.in c. vt officium. §.verum. de hæreti.lib.6.& Zanchi.in eod. tracta.hæreti.c.13.nu.9.verſi.ſed pone inquiſitor. & Campe.in addi.ad ipſum. in verſi.cogi poterit.Vmber.in iudi.inqui. in verb. teſtis.in 4.membro.nume.23.& ſequen. Quint. Mand.*

m *Hæc eadem in Calder.tracta.de hæret.nu.4 c.14. P. V.*

n *Et quòd teſtis primæ depoſitioni ſtari debeat voluerunt etiam Abb. in ca. per tuas.nu.8.de proba.Fel.in c. cum in tua. conclu.4.nu.7.& ſequ. de teſti. D. meus Philip.Dec.communem affirmans, conſi. 175.col.8.ante nu.8.& con.189.col.2. & 4.ad fi. Gramma.voto.39.& 40 ante nu.1 ac Grat. Reſpon.42.nu.29.vbi etiam limitat iſtam communē opin. par. 1.Vide Ioann.Fran.Pont.de lamijs.numero 84. Q. M.*

o *Hæc ad verbū habes apud Calderi.in tracta.hæret c.14. Q. M.*

p *Paſſiuè legitur hæc particula in Calderi. numer. 1.aliáſequuntur illic, quæ hic prætereuntur, quæ vide. Petrus Vendramenus.*

q *Vide Angel.in praxi crimi in.verbo. quid fama publica, verſi.quæro qualiter & Alex.con.65.libro 1.ac Blan.de indi.nu.21.& ſequ.vbi refert conſuetudinem, & ſtilum Lombardiæ ſuper examine teſtium, ſuper inquiſitione generali, & ſpeciali, & quod teſtes in generali inquiſitione examinati non ſufficiant, voluit Guindiſal.de hæreti q.13.nu.5. Quint. Mandoſius.*

r *Hæc ad literam inuenies apud Vmbert. in iudici. inquiſit. hoc verb.Teſtis. num.ei065.verſ.nota quod teſtis.& cum Bart.in l.eos.hic citata, tenet etiā Blan. de Indi.poſt numero 23.verſic.item nulla po. eſt oriri vtilitas. Q. M.*

ſ *Idem Bal in l.generaliter.C.de non nume.pec Iaſ in l.1.nu.14 ff. de eo per quē factum erit. Aret. & Feli.col. 1.in c. ſicut nobis.de teſti. & hanc communem teſtantur, Alex.in l.ſciendum.col.12. ff. de verbo.obliga.D.meus Philip. Dec.conſi. 175.numero 7.Bertran.con.137. col.ij. libro 2.& Alcia.in tract.præſump. Regu.3.c.4.nu.7. Q. M.*

t *Teſtis officium eſt, dicere quæ ſcierit, aut audierit, ait Cic.lib.4.ad Here.Philo.in vita Moſis tit.de indice.Qui audi-*

tos,

tos, inquit, teſtes accipit vanè non ſanè accipit. nam oculi rebus ipſis interueniunt, & contrectant, quodamodo negocia, totaque percipiunt adiuuante luce, per quam illuſtrantur deprehenduntur q́; omnia. aures autem, ſicut rectè dixit quidam è veteribus, minus fidei habent quã oculi, vt quibus non cum rebus ipſis ſit commertium, ſed cum ſermonibus rerum interpretibus, non ſemper veritatem ſe ſtantibus, quod legis caput mihi videntur quidam è Græcis legislatoribus deſumpſiſſe, è ſacratiſſimis Moyſis tabulis, interdixiſſeque nè ex auditu ſcratur teſtimonium, quòd quę quis vidit certa iudicanda ſunt, quæ verò audiuit non perinde, firmæ fidei. hęc Philon. Et à iure teſtes de auditu alieno reprobantur, c. tam literis 33. de teſti. c. præterea, eodem quia forſan qui deponunt ab alijs audita, teſtificantur ab iniuratis audita, & ex allegatis a Philone cauſis. Plaut. in Truculento, pluris eſt occulatus teſtis vnus, quàm auriti decem. percipis ergo quid antiquitas, & iura ſentiunt de teſtibus huiuſmodi. T. V.

u Idem glo. in l. teſtium. ff. de teſta. ſpecu in titu. de teſte. §. 1, & ibi Io. An. & Bal. in addi. verſic. ſed nunquid factus impubes. Feli. in c. cum nobis. de reſcrip. & hanc communem affirmãt Areti. in l. ad teſtium ff. de teſta. Dec. in l. fœminæ. §. item impuberes. num. e. xi. ff. de regu. iur. Quint. Mand.

x Abb. in c. 1. de except. Vmber. in indi. inqui. hoc verbo teſtes in 5. membro. num. 49. vbi ſubdit, & bene, quòd remanet neſcio quid ſuſpitionis in tali, etiam poſt peractam pęnitentiam. Q. M.

y Et probat tex. in c. precedenti. quod incipit paruulos, & in c. ſequẽ. incipiente, cum itaque. iuncta gloſſ. fin. Idem voluit glo. fin. in fine in c. nuper. de teſti. Hoſtien. in c. licèt, eodem tit. & Vmber. in Iudi. inqui. in verbo. teſtis. poſt numero xi. Quint. Mando.

z Tempus vbi eſt de ſubſtantia alicuius actus probari omnino debet, & de eo concordari. c. in præſentia. de probatio. c. cũ Ioann. § hoc autem. de fid. inſtrum. optimè per Inno. in c. qualiter, & quando. ante num. 2. verſic. tunc autem habet neceſſe probare, & concordare de tempore. de accuſa. Rota. 93. nota q́ vbi tempus eſt de ſubſtantia. in antiqui. vide Prepoſi. in allegato hic c. nihilominus. 3. q. 9. Quint. Mandoſius.

a. Publicati teſtes quo ad iudicem ſtatim intelliguntur quòd ſunt examinati, iuxta communem ſententiam de qua per Cur. iuni. in l. 2. nu. 95. C. de eden. Quint. Mandoſius.

b. Communis interrogatio, quæ fit teſtibus in duo genera Quintil. lib. 5. c. de teſtib. diducit, vnum quod eſt in cauſa, alterum quod eſt extra cauſam, & qua ratione percontandi ſunt vtrobique teſtes ꝑdoctè tradit. prius inductionibus Socraticis, tractandum, vt inuitis quid proſit extorqueatur ab interrogante, & vnde interrogationes facile duci poſſint optimè ſcribit, in poſteriori ſolent inquit, rogari de vita teſtium aliorum, de ſua quiſque, ſi turpitudo, ſi humilitas, ſi amicitia accuſatoris, ſi inimicitiæ cum reo. Docet in ſumma rationem interrogandi teſtes, cuiuſcunq; generis illi ſint, hodierno vſui forenſi per ſimilem, inde quod omiſſum a legumlatoribus eſt, ſuppletur, & antiquus interrogandi mos diſcitur ab vtraque parte pñte ſolebant interrogari. Cic. in ver. 3. Pedia. in eam. nu. 82. & 93. Itẽ Quintil. eodem lib. Adde quæ ſupra examinatio annotaui. T. V.

c. Idem ſupra hoc ipſo verbo teſtis. circa prin. vbi addo. Q. M.

Tolerantia. [a] tolerãdi ſunt tẽporaliter mali, ſed quantum poteſt fieri ſalua pace eccleſiæ ſunt corrigendi. xxiii. q. viii. tolerandi. vide ſupra mali.

Nonnullos toleramus, quos corrigere non poſſumus. xxvii. q. vii. c. i.

An mali ſint tolerandi propter bonos? & dicendum quòd ſic. xxiii. q. i. quiſquis. vide ſupra mali.

Prophetæ tolerauerũt malos, contra quos multa dicebant. Iſai. lij. 23. q. 4. recedite, & c. quàm magnum, & c. quid nimium.

Quædam tolerantur in eccleſia ex certis cauſis, quibus ceſſantibus pia ſeueritate vindicantur. i. q. vii. ecce. Ergo PROVISO SOLERTER.

Quædam peccata ſunt toleranda, quædam per pœnitentiam punienda. i. q. vii. exigunt.

Toleratus dicitur ille[b] contra quẽ lata eſt ſententia a iure, ſed nondum per hominem declarata. Calderin. in l. Barbarius. ff. de offic. præto. in vii. col. ver. ſed pone. & vide in aut. de Tabel. §. penulti.

ADDITIONES.

a *Tolerare hic ferre, ac ſuſtinere ſignificat, quia verò cũ modico, & parco cibo viuimus, pati ſolemus, accipitur aliquando pro modicè, & ſũma parſimonia viuere. Cæſar. libro 3. bell. ciui. libenter etiam ex perfugis cognoſcebamus equos eorum tolerari, inde tolerare vitã Tacitus multos militia, quoſdam exercendo agros tolerare vitam, ita ſumitur in l. in lege Cenſoria. §. itemque. ff. de verb. ſign. Petrus Vendramenus.*

b *De geſtis per toleratũ, ſeu putatiuum, & quòd illa valeant, probat Lapus Aleg. 89. poſt nu. 8. verſic. venio ad ſecundum & nu. ſeq. Q. M.*

Tortura [a] quando habeat locum. & dicendum q̃ eo caſu quando reperitur ſemiplenè probatum [b] puta forte per vnum teſtem, vel grauem infamiam, & inquiſitus inficiatur, ſeu negat, tunc venit torquendus, vt in cle. i. de hære. & ibi Io. de Imola. & hoc adinſtar criminis læſæ maieſt. C. ad l. Iul. maieſ. quiſq̃s. & tunc ſiquidem confiteatur, & perſiſtat in hęreſi, eſt puniendus vt confeſſus, & conuictus. ii. q. i. nos in quemquam. ſi autem non cõfiteatur, eſt ei indicenda purgatio. Sed quòd quando per vnum teſtem habet locum tortura, quòd ille teſtis debet eſſe bonæ famæ, & opinionis. & tũc poterit torqueri, & ſi neget, cogitur ad confitendum ea, de quibus accuſatur ſuper fide, ſicut poteſt fieri in alijs caſibus, vt ff. de quæſti. l. i. in prin. & l. de timore. §. tormenta, & C. de quęſti. l. milites. §. oportet, quia tali caſu poterit torqueri per inquiſitorem, vel epiſcopũ. & hoc modo intelligenda eſt cle. i. de hæreti. concor. ii. q. i. in primis, & extra de teſt. cum in contemplatione. nã ſemper durius, & atrocius agitur cum illo, qui conuictus confiteri recuſat, quàm cum illo qui confitetur ſponte, vt C. de male. & mathe. l. ii. ſi excepta. ſi verò confitetur ſe dixiſſe, ſed eſt pertinax in errore, tunc dic, vt ſupra negatiuus, & ſupra pertinax hæreticus.

Et nota quòd inquiſitor nõ poteſt torquere inquiſitum ſine epiſcopo, vel eius ſuper hoc delegato, vel epiſcopali ſede vacãte ſine capitulo, vel eius delegato, & hoc intelligendum, ſi ſui

ſi ſui adinuicem copiam poſſint habere intra octo dies, & ſi ſecus proceſſum fuerit, proceſſus ille nullus eſt, & irrit' ipſo iure, vt habetur in cle. multorum, de hær. quod limita niſi vnus alteri, ſcilicet epiſcopus inquiſitori, vel inquiſitor epiſcopo vices ſuas cõmiſerint, vt ſupra commisſio, dictũ eſt ſupra carcer.

Item nota quòd inquiſitor, vel ordinarius debent eſſe pñtes, quando aliquis torquetur, vel poſſunt committere perſonæ fideli, quę experientiam habeat in dandis tormentis. ita habetur in xviii. inſtructione inquiſitionis.

Ad quid proſit tortura, vide ſupra baptizatus.

Circa hoc nota quòd ad hoc quòd quis ponatur ad torturam, vt veritas per eã eruatur, requirirur quòd præcedant indicia, vt ſupra denunciatio, & ſupra indicium, aliàs non eſt quis torturæ ſubijciẽdus, vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. & c. cum in contemplatione, de regulis iuris. & hoc etiam licèt de grauisſimo crimine agatur, vt C. ad l. Iuliam maie. l. iii. & iſta indicia debent eſſe vehementia & indubitata. quę autem ſint illa indicia, multi multa dixerunt. de quo vide ſupra ĩditia. quòd relinquitur arbitrio iudicis, vt l. iii. §. eiuſdẽ quoque, ff. de teſti. vt tenet Bart. in l. fin. ff. de quæſti. vbi ad inſtruẽdum iudicem ex quibus animum ſuum debet mouere, ponit certa exempla, ſubiungens eiuſdem iudicis arbitrio cõmitti an plura indicia requirantur, aut vnum tantùm ſufficiat.

Item nota quòd eo magis augeri poteſt tortura, quanto maior ſuſpitio eſt contra delinquentem, vt notat Bal. in vſi. feu. ti. de controuer. inueſti. c. i. §. item ſi vaſallus.

Qualis enim probatio ſufficiat ſuper his indicijs ad ſubijciendum quẽ torturæ, dicit requiri duos teſtes, vbi illi deponunt de indicio tantùm, iuxta glo. l. ſi. C. fa. herciſ. vbi tamen ſuper delicto, vnus tãtùm ſufficeret ad torturam, vt voluit gloſſ. in d. l. iii. C. ad l. Iul. ma. & addit Bar. vbi ſupra ꝙ ex eo quòd dari debet defenſionis copia parti antequam ſubijciatur torturæ, non ſufficerent teſtes, qui in generali inquiſitione fuerunt examinati, ipſo citato & exiſtente cõtradictore. Conſidera etiam quòd vbi etiam alia indicia extrinſeca non præcedũt cum reus loquendo coram iudice trepidat pauendo, & variando, tunc iudex poteſt habere inditia ſufficientia ad torturam, ſecundùm Bar. in d. §. tormenta.

Nota quòd inter cætera tormenta ſolent inquiſitores indicere ieiuniũ ad veritatem eruendam, quæ etiam quæſtionis nomine intelliguntur, ſcilicet ieiunia, vt patet per etymologiã vocabuli. Nam tormentum dicitur quaſi torquẽs mentem. & nemini dubium eſt, vt per ieiunium aſperũ torqueatur quis: pro quo eſt glo. in cle. i. de hære. in ver. tormentis. vide ſupra ieiunium.

An ſola ſuſpitione poſſit quis torqueri, vide ſupra ſuſpectus.

Nota quòd ex dicto vnius teſtis inhabilis non poteſt haberi tortura, quia non eſt examinandus. & ſi examinetur, non facit indicium. Bart. in l. i. §. diuus, el. i. & §. Antonin', & in l. diu'. §. ex quibus, & in l. maritus, in i. col. ad finem. ff. de quæſtionibus. Pet. de Su. in l. quoniam. C. de teſtibus. nec ſi

ſit

ſit receptus poſt terminum, facit indicium. Bal. in l. ii. penultima colum. ver. vlterius. xiii. quæro. C. de epiſco. audien.

Minor numerus teſtium quàm requiſitus non facit inditium ad torturam. vide ſupra teſtis.

An pœna tormentorum poſſit imponi per eccleſiam, vide ſupra eccleſia.

Tortura fit ad inueſtigandum veritatem, & quid fieri debeat poſt torturam nõ inuēto culpabili, vide Bar. in l. fi. ff. de quęſtionibus.

Nota quòd in ſubſidium, & in cauſis grauibus debet deueniri ad torturam. vt l. edic. ff. de quęſtionibus, & ibi Bart.

Nota quòd ſi poſitus ad torturam propter aliquod delictum negat delictum in tortura, non poteſt condemnari, etiam ſi ſit ante probatum. hoc probatur in l. fi. C. de proba.

Tormenta autem habenda ſunt, non quanta accuſator poſtulat, ſed vt moderationis temperamenta deſiderant, vt in l. de minore ff. de pœnis.

An ſint aliqui caſus, in quibus poſſit quis torqueri ſine indicijs, vide gl. xii. q. ii. quæſtionem.

Nota quòd tortura in iudicio, & loco publico debet fieri. Bar. in l. ſi ea quæſtio, in fin. C. de his quibus vt indignis.

Quando ſunt plures rei vnius facinoris, ita audiendi ſunt, vt ab eo primum ĩcipiatur tortura, qui timidior eſt, vel tenerę ętatis videtur, vt in l. vnius facinoris. ff. de pœnis.

An homines antiqui poſſint torqueri? & dicendum quòd non, vt l. ii. C. de decu. li. xii. vide Bar. in l. ex libero. ff. de quæſt.

Iudex non tenetur torquere aliquem, niſi petat is, cuius intereſt, nec in ſyndicatu tanquam negligens torquetur, ſi non torſit. Bal. in l. iudices. iii. col. ver. quæro vtrũ iudex, de pa. iurã. fir. per gloſſ. in l. cum ſeruum. C. de ſer. fugi. quod eſt verum, quando proceditur per accuſationem: ſecus ſi ex officio procedat.

Ante publicationem proceſſus nõ habet locũ tortura teſtis, nec poteſt torqueri etiam ſine indicijs. Bal. in l. ſeruos, & milites §. item quęro C. de quęſtio. & extra de regulis iuris, cum in contemplatione.

Tortura facta in caſu non permiſſo non vitiat reliquum proceſſum, ſed ſolùm illum actum, in quo eſt adhibita, ſecundùm Bald. in dicta l. ſeruos. [d] C. de quęſtionibus.

Peruerſi iudices, & ignorantes quærunt diuerſas ſpecies tormentorum inuenire, quas ſcientifici abhorrent, vide Ange. in repetitione. l. nemo carcerem. C. de exactio. tribut.

Tormẽtum poteſt dari in pœnam mortis per ſententiam iudicis. Flo. in l. qui occidit, ad l. Aquiliam. per l. aut damnum. §. hoſtes, ver. ea quidem, de pœn.

Nota quòd tortus non debet interrogari in tortura nominatim de aliquo. glo. in ver. mandante, & Bar. in l. prius, ad Sill. ſed qualiter ſit interrogandus, vide Bar. in l. i. §. qui quæſtionem, in prin. ff. de quęſtio. & practica eſt quòd interrogentur generaliter.

Mulier prægnans[e] non debet torqueri, quia eius corpus tangi non debet. ff. de ſta. hominum. l. imperatores. bene facit l. i. §. de ĩſpiciẽdo. Bal. in dicta. l. imperator. qui dicit etiam

ante

ante quadraginta dies poſt partum non debet torqueri, quia non reputatur fortis. & ita intelligit gloſſ. in l. p̄gnantis. ff. de pœnis. Nec etiam torquetur, dum nutrit puerū, ſi nutrix non inuenitur, vt nota Bart. ff. de pœnis, in l. prægnātis. vide de hoc quod nota Angel. in dicta repetitione l. nemo carcerem. C. de exactio. & tribu. quia nec etiam incarcerari poteſt prægnans.

Minor. xiiii. ann.[f] torqueri non debet ſecus in crimine læſæ maieſtatis & a fortiori in crimine, hęreſis, vt ff. de pœnis l. de minore

An viles teſtes debeant torqueri, vide ſupra teſtis, & nota quòd teſtis non debet torqueri, niſi prius examinentur omnes exceptiones contra ipſum, nē torqueatur Bar. in l. i. §. ſi qs dicatur, de quæſt.

Item ſi teſtis vacillat, ſi inquiſitor poteſt eum mandare torqueri, ſicut in alijs criminibus vacillans torquetur, vt ff. de quæſtio. l. ex libero, & l. de minore §. tormenta. nam & inquiſitor, qui eſt iudex eccleſiaſticus poteſt torquere, dummodo ſanguinem non eliciat, vt extra de verborum ſignifi. dicto c. cum in contemplatione, ad quod concor. xxiii. quæſti. vltim. his a quibus, extra de rapto. in archiepiſco. extra eodem. c. i. in prin. in cle. & etiam vacillans poteſt torqueri per delegatum principis. Bald. in c. i. iii. col. in ver. ſed an delegatus. C. ſi inter do. & va. lis oriatur adde Bald. in l. presbyteri, in ii. notabili, C. de epiſc. & cleri. ar. contra quòd.

Delegatus non poteſt torquere teſtes, vt in aut. de teſti. §. ſi verò ignorant i. vbi dicitur quòd delegatus nō pōt coercere teſtes, & eos torquere.

Nota quòd per teſtes receptos in generali inquiſitione non poteſt procedi cōtra aliquem ad torturam iuxta doctrinam Bar. in l. fin. ff. de quæſtionibus.

An ſuſpecti teſtes cum examinantur, ſint tormentis ſubijciendi? vnde. xv. q. vi. in ſum. dicit ad literam, ſi eſt ſeruus, vel vilis perſona, vel ſi ſit liber & ſit criminoſus, & infamis, vel obſcurus, vel ignot⁹, tales enim ſine tormentis non admittuntur. & habetur. iii. q. iii. §. ſi autem ea rei conditio. Torquetur etiam quælibet libera perſona, licèt non ſit vilis, dum tamē vacillet in teſtimonio, vt ſupra dictum eſt in litera teſtis, & iſta litera. & de hac materia torturæ, vide Bar. in l. ex libero. ff. de quæſti.

Nunc videndum circa confeſsionem in tormentis, an valeat. & dicendum quòd ad hoc quòd valeat confeſsio facta in tormentis, requiritur perſeuerantia, vt tenet Bart. in l. i. §. diuus. ff. de quæſtionibus. oportet. n. ſecūdùm Bar. ibi, vt ille qui fuit confeſſus in tormentis, reducatur poſtea in loco publici iudicij, & ibi coram teſtibus, & notario confiteatur, ſeu ratificet confeſsionem primam. & ita ſeruatur de conſuetudine. ſed nota q in teſte torto ſi confeſſus eſt, non requiritur in eo perſeuerantia, ſed ſecus in parte, quæ confeſſa eſt per torturam, debet extra tormenta perſeuerare in prima cōfeſsione ita dicit Baldus in l. de tormentis. ff. de quæſtionibus.

Cōfeſsio in tortura extorta an pręiudicet, in Speci. de cōfeſsio. §. i. ver. ii. hoc in ciuili. & in §. ſequitur, verſ. ſecundò non valet. & in titu. de accuſa. § i. ver. accuſati autem, & ver. ſeq. &

& infra per totum. & in ſpecu. de iura menio calum. §. fi. ver. pe. quòd ſic.

Item confeſsio metu tormentorũ extorta relinquitur arbitrio iudicis ex coniecturis. Bal. in l. interpoſitas, in p. in. col. in ver. vlterius not. quòd quando. C. de tranſactio. Ange. Are. in tractatu maleficiorum, ver. quòd fama in materia torturę, in fine. ver. ſed quando dicatur. Cy. & Sal. in l. ii. C. de cuſto. reorum. Bart. in l. i. §. diuus Seuerus, in prima quæſtione. ff. de quæſtionibus.

Item confeſsio metu tormentorum facta non dicitur ab eo, qui per iudicem fuit ſpoliatus vt torqueretur, ſed nõ fuit ligatus ad torturam, vt Nico. de Neapo. in l. nouisſimè. ff. de eo. quòd fal. tu. au. vide Salicetum in l. ii. C. de cuſto. reor. qui tenet contrarium, vide infra iſta litera. §. tot'.

Confeſsio in tortura extorta, & ratificata ad bancum iuris incontinenti, id eſt intra diem, & noctem nõ ſufficit ad condemnationem. nota. in l. ii. de cuſto. reorum. l. i. §. ſi quis vltro ff. de quæſtionibus. Bar. in l. i. §. diu' Seuerus, in verſ. ſed quæro, dixi. ff. de quæſt. quod verum eſt, niſi ſit coniuncta cũ fama publica, vel alio inditio, quia tunc dicitur indicium indubitatum, quòd ſufficit ad condemnationem, etiam ſi reuocetur, niſi confeſſus in tortura probet liquidò contra confeſsionem ſuam, & ſic iuſtificet reuocationem, ſm Bal. in l. fin. in i. col. ver. modò reuoco in dubium, iuncto ver. ex quibus verbis habes. C. de proba. & in l. ii. in iii. col. in ver. & hæc faciunt ad quæſtionem. C. quòd metus cã, & tenet Sal. in l. ii. C. de cuſto. reo.

Item quæro, quæ cõfeſsio dicatur facta per tormẽta? & dicẽdũ quòd ſi eſt facta adhibita tortura, vel eſt facta p torturã aliquo ligato, vel pcedẽtibus minis de ponẽdo ad torturã nõ aũt qlibet leuis territio facit confeſsionem videri eſſe factã formidine tormẽtorũ, ſed debet eſſe poſit' ĩ tormẽtis, vel ductus ad ea idẽ ſi eſſet in carcere, ĩ quo de fame, & frigore multũ patiebat. nã tũc formidine tormẽtorũ videt facta. ar. ad hoc ff. de iniurijs. l. itẽ apud Lab. §. qõnem. facit. ſ. de vi & vi ar. l. iii. §. ſi qs autẽ viſis, ibi dũ dicit. ſufficit terror armorum. ha betur hoc p Bar. in l. i. ff. de. q. §. diu'.

Sed quæro, quando dicatur perſeuerare in confeſsione, hunc paſſum declarat tex. C. de cuſ. reo. l. ii. quia oportet, quòd poſt cõfeſsionẽ factam in tormentis reducatur in loco publici iudicij, & ibi coram notario, & perſonis publicè cõfiteatur, vt ibi in tex. dicitur. hoc Bar. in d. §. diuus, vbi ſ.

Confeſsio in tortura extorta, poſtea ratificata dicitur ſpõtanea, ſi ex interuallo eſt ratificata. ſed confeſsio in tortura dicitur voluntaria Bald. in c. i. §. iniuria, in viii. col. in ver. quæro vtrum ſemel tortus, de pa. iuram. fir. Flo. ĩ l. de ętate § i. de inter. acti. Bar. Capo. in l. ſponſio, de verbo. ſig. vide ſupra confeſsio.

An ſi iudex dixit alicui extra locũ, in quo homines torquentur, Aut cõfitearis, aut ducam te ad tormenta in ferendo ſibi terrorẽ de hoc, quãtum poterat, & reus his auditis fuit confeſſus, dicat cõfeſsio facta metu tormentorũ? & Gandi. dicit quòd talis confeſsio nõ dr̃ facta metu tormẽtorũ, quia leuis eſt territio, p § qõ. ff. de iniurijs. Ange. de malc. in glo. Fama publica præcedente, collar. xxxiii. in verſiculo. iiii. l. mita. Et de iſtis mi-

nis vide Bal.in l.i.C.de confeſ. in iiii. col.in ver.ſequitur tertium membrũ & Angel. vbi ſupra in d. gloſſ.& coll. & verſi.

Sed quæro,cum dictũ ſit quòd debet reduci poſtea,quando debeat intelligi iſtud,Poſtea?& dicit Bar. in d. §.diuus,ꝙ debet intelligi arbitrio iudicis,qui debet arbitrari æque, vt reducat eum illo tempore, quo ceſſauerit dolor tormẽtorum. ſi enim ſtatim reduceret eum ad bãcum inſtantibus his doloribus, totum hoc videretur dictũ formidine tormẽtorum.

Sed quæro, ſi iſta confeſsio fuerit facta non præcedentibus indicijs? de hoc vide Bar.in l.pe.ff.de quæſti.contra hoc opponi poſſet.ꝙ dicit Bar.e.ti.§.quæſtioni.oĩa iſta ſupra dicta de confeſsione in tormentis ponit Bar. in d.l.i.§.diuus ff.de quæſt.

Item quæro, quid ſi eſt tale delictum, pro quo quis non poteſt torqueri ex forma iuris,vel ſtatutorum vel fuit ad ſufficientiam tortus,& nõ ſuperſint indicia, an ſi retineretur in carceribus,vel ſi fame,aut ſiti moriatur,dicatur tortus ita,quòd ſi virtute talis confiteatur ſic,an teneat talis confeſsio?& dicendum quòd non,niſi poſtea in ea ritè,& rectè perſeueret. dictum eſt Ab.in c.fi. de confeſsis,& Sali.in l.fi.C.de accu. ita dicit elegan ter Bar.in d.l.i.§.diuus Seuerus ff.de quæſtionibus.facit.l.ii. §. ſi quis aũt viſus.ff.de vi.& vi ar. Et ſic facit contra iudices ignaros, qui non poſſunt torquere,& dant carnes valde ſalitas ad comedendũ malefactori,& nõ bibere, quia tunc dicuntur torquere & tenentur in ſyndicatu. hoc Angel. in addi.& tex.nota.in l.apud Labeonem.in §.quęſtionis verbo.ff.de iniuri. nõ erit ita quõ cõfeſſus in carcere, vt ita non ſit ibi pp tamen, vel aliàs.

Itẽ an pp confeſsionẽ factã in tormẽtis ſi reduct' ad acta neget,an cogatur pſeuerare? & qualiter iudex ſe debeat habere ad adhibẽda tormẽta ipſi malefactori, vide Sali.in l.ii.C.de cuſ.reo.in fi.& vide Bar.in l.vnius,in §.i.ff.de quæſt.Sed taliter videtur reſponderi,ſecundùm quòd eſt de mente doct.maximè Bal.in l.ii. C. de cuſ. reo.& meli' Bal.in l.bonæ fidei. C.de rebus cre.in ver. item quæro de confeſsione facta in tormentis, dicit ꝙ ſi talis confeſsio facta in tormẽtis præcedentibus indicijs reuocetur, tamẽ illa talis confeſsio illo modo facta inducit ſemiplenam probationem. ita voluit illa glo.in d.l.ii.C.de cuſ.reorum.Et ideo niſi reuocans probet ↄ̃rium,cogitur perſeuerare in tali confeſsione per repetitionem tormentorum.ita dicit ibi Bal.multum elegan ter. multomagis poteſt iudex maleficiorum iterum torquere reum, qui non vult perſeuerare in confeſsione, quando vltra confeſsionem ſuam habet ẽt indicia vrgentia contra malefactorem,quæ nõ eſſent totaliter purgata per primam torturam. Remaneret ergo iſta prima concluſio, quòd ſi indicia eſſent totaliter purgata, tamen per ſolam confeſsionem factam in tormentis præcedentibus indicijs inducitur ſemiplena probatio, per quam poteſt quis iterum torqueri, ſi nõ vult pſeuerare.hoc Ange. de Are. in §.comparuerunt dicti,in iii.col.

Reuocans confeſsionẽ factam in torturis,ſi nõ eſt plenè conuictus, debet abiurare publicè,& imponitur ei pœnitẽtia arbitraria.vide Ĩ.in inſtructionib' inquiſitionis, in xv. inſtruc.

Sed

Sed quomodo iudex purgabit illud indicium, quod oritur ex tali cõfeſſione, hoc eſt an iudex debeat adhibere tot tormenta, donec ille perſeueret? & credo quòd non, quia Bald. in dicta l. in bonæ fidei, dicit ꝙ ex tali confeſſione oritur ſemiplena probatio, per glo. in dicta l. ii. de custo. reorum, ergo purgabitur illud indicium ſicut purgantur alia inditia. Et ideo malefaciunt iudices, qui reum cõfeſſum in tormentis, qui ratificãdo negauit, die nocteque torquendo fatigant donec perſeuerent. quia nõ poſſunt hoc facere, quia talis confeſſio facta in tormentis non eſt niſi ſemiplena probatio per prædicta, & ſic vnicum inditium, niſi ſecundùm Sali. vbi ſupra, inditia eſſent tantùm vigẽtia, & per primam torturam nõ fuiſſent purgata, quia ſtatibus illis inditijs non purgatis, & confeſſione rei facta in tormẽtis, aliud eſſet. quę omnia relinquerentur iudicis arbitrio per no. per Io. An. in c. cum in cõtemplatione, extra de reg. iur. hoc Ange. vbi ſupra in dicto §. comparuerunt dicti vide ſ. in inſtruc. inquiſi. xv. inſtruc.

Quando ſemel tortus poſſit iterũ torqueri, hno. in dicto. c. cum in contemplatione, de regu. iuris. & Bart. in l. vnius. §. i. ff. de quæſtio. dicit quòd ſi primò fuit ſufficiẽter tortus, quòd nunquam in tormentis poteſt repeti niſi ſuperueniãt indicia de nouo, vt ibi probatur. quòd nota contra aliquos crudeles iudices, qui quotidie torquent, & tormenta repetunt, & de nouo alia indicia non habent, quoniam tenentur in Syndicatu, quia nõ poterant illum in tormentis repetere. & idem tenet Sali. in l. ii. in fi. C. de cuſto. & exhiben. reis. in tantũ quòd Bal. in l. decuriones. C. de quæſti. dicit quòd illa. l. eſt in ar. quòd de quacunque tortura quam iudex facit dolo malo, & ſine cauſa, ſit pœna capitis, vt etiam ipſe notat in l. i. C. de priua. carce. quod bene tu iudex debes conſiderare. aduertas tamen hoc ſecundùm Din. in ſuo tractatu, ver. qd ſi aliquis &c. vbi dicit, quòd aſſeſſores ex conſuetudine non ſeruant, ſed malè faciunt, imò continuè repetũt in tormẽtis ſine nouis inditijs, quouſque obiectis criminibus veritatem eruat. pro quorum opinione ſaluanda. Dy. allegat ĩ aut. vt iudi. ſine quo. ſuffr. §. oportet. & ibi, iudices torquebunt fures, niſi prius &c. hoc Angel. de malefi. in § Sempronium mandatorem. xl. col.

Quæ ſint noua inditia, ad hoc vt poſſit repeti tormentum, vide ſupra inditia.

An cõfeſſio extra iudicialis ſit ſufficiens indicium ad torturam, vide ſupra inditium.

An aduocatus accuſati debeat admitti ad diſputationem, an accuſatus debeat ſubijci torturæ, vide ſupra aduocatus. ſed dicendum ꝙ cum imponendo reum torturę de grauiſſimo agitur pręiuditio, obſeruat cõmunis conſuetudo, ꝙ prius debeat ſolẽnis aduocatorum diſputatio corã iudice fieri ſuper hoc, an ſit torquendus, vel ne, vbi aduocatus rei debebit admitti, vt dictũ eſt, ſ. in lra, aduocatus. & admittitur vt pro reo alleget, vt in l. ſi poſtulauerit. §. q. ff. de adulterijs. & p gl. l. legis. ff. de legibus. ſed ipſi quæſtioni, & examinationi nõ debent intereſſe. ita tenet glo. in aut. de teſti. §. qa vero, in ver. aduocatorũ. & glo. videtur idẽ velle in l. cuſtodias. ff. de pu

bli iudicijs,& in d.l.legis virt^9. & pp grauitatem præiudicij eſt inductum, quòd in hæreſi nec inquiſitor ſine ordinario,nec ordinarius ſine inquiſitore pcedāt ad faciēdū reū torqueri, ſed ambo ſimul,vt in cle.i.de hær. i & niſi alter alteri vices ſuas ſup hoc cōmiſerit.vt ſ.cōmiſſio.& ita ſeruatur.

Sed circa præd.&t i no.ꝙ qñ inquiſitus timet torqueri ꝯ ius,eſt conſiliū ꝙ appellet,qm̄ appellatione pēdente etſi aliqua cōfeſſio emanauerit,talis confeſſio eſt ipſo iure nulla, vt ar.l.i. ff.nil.noua.appenden. nec in hoc articulo opus eſt, vt iudex appellationis ſuperior inhibeat, qa periculoſū eſſet.ita dicit Bal.in l.i.C. commina. vel epi.quod no.hoc Ange.in addi.

No.quē poſſe poni ad torturā per famam,vt ſi in vno vico aliquid furatum eſt ,præſumitur ꝙ vicini ſciunt aliquid de tali furto,& poſſunt propter illud torqueri vicini, vt no. in l. iii.ff.de fur.

No.in l.i.in fi.C.de iura. calum.& ibi Bal.ad q.Cy.i l.obſeruare.C.quo. ap.non re.vt dicit ibi Cy.quòd quando eſt plenè probatum cōtra aliquē, ꝙ non debet torqueri.tñ, dicit Bald. ibi, ꝙ iudices maleficiorū faciunt eū poſtea apud acta confiteri,& ſic reperitur cōuictus,& confeſſus.& hoc faciunt,vt non poſſint appellare. dicit ibidem Cy.ꝙ malefaciunt, quia nemo eſt torquendus niſi in defectum pbationis pcedētibus īdicijs ſm eū. ſed dicit Bal.ibi quod ipſe credit ꝙ bene faciunt iudices , & hoc qñ habent plenariam certitudinē de maleficio, & ſic obuiant calumnioſis appellationibus , & maximè in criminibus enormibus,in quibus interdū licet leges tranſgredi, vt l.ſi quis filio, in §. ſed ſi quis,de iniuſ.teſ.quod notat In no.in c.i.de conſti.

Sed notandum,ꝙ in crimine hæreſis ſi quidā torquetur,quòd ſi in tortura nil confitetur ſuper his, quibus torquetur,ꝙ ſi eſt infamatus, & non confiteatur,vel ſi confitetur & nō pſeuerat in confeſſione, quòd tali indicenda eſt purgatio, vt tenet Franciſcus Zaba.in cle.i.de v.ſu. in fin.

Item nota dictum Bal.in l.ii.C.de epiſc.aud.quòd ſi delictum fiat clā, quòd cum minimo indició poteſt qs poni ad torturam.

Item nota quòd nō poteſt dari duplex tormentum ſuper vno delicto , niſi ex vno tormēto reſultet aliquod inditium,& aliter nō poteſt amplius torqueri,ſi datum eſt ei vnū tormentum . ſed ſi ex vno tormento reſultat aliquod inditium,bene poteſt repeti ei illud tormentum,vel aliud.hoc nota in l.de minore.in §.ſi quis tormentis.C.& ff.de pœnis.

No.quòd vnus teſtis eſt ſufficiens inditium ad tormenta,vt in l.in criminibus.ff.de quæſti.& ibi per Bar.

Torqueri quis non poteſt contra accuſandum,Bar.in l.ſi quis,in prin. de adulte.

Tortus non inuentus culpabilis debet abſolui,ſed in actis debet annotari purgata eſſe inditia per torturā. l.fin.& ibi Bart.in i.columͫ.vbi dicit quòd ſic faciebat. ff. de quæſtioni. & ita facio obſeruari per iudices capituli.

Tortus non dicitur quē iudex ſpoliauit,vt torturæ eum exhiberet, & ſi confiteatur crimen,non dicitur confeſſio ex tormento torturæ. Nico.de Neap. in l.nouiſſimè.ff.quòd fal.tu. auc.Sali.contra in l.ii.C.de cuſt.reo. vide

vide ſupra iſta litera, in §. item confesſio metu tormentorum.

Nota quòd torqueri poteſt quis iterum ſine nouis indiciis, vt manifeſtet mandatorem, vel ſocios criminis. Angel. & docto. in l. & ſi certus, ad Sill.

Tortura fieri debet cum moderamine l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. quod intellige iudicis arbitrio, qui debet conſiderare qualitatẽ hominis, an ſit debilis vel non, & criminis qualitatem, an ſit leuẽ vel graue. l. iii. §. fi. in prin. & l. i. §. impubes, ad Sill. Dy. in tractatu de quæſtio. ver. qualiter debeat inquiſitio, & Angel. Are. C. ad l. Iuliam. maie. in l. milites. ver. quæ perſonæ, & ad fin. C. de quæſti. addo Bar. ad hoc. in l. quæſtionis, la. i. ff. de quæſt.

Torqueri non poſſunt ſerui contra dominum. in Spe. de proba. §. videndum reſtat, in ver. vlt. nota.

An laicus posſit torquere clericũ, vide ſupra laicus.

Nota quòd eo caſu, quo infamia ſufficeret ad torturã, ſi probatur bona fama per aliam partem, tollitur prima præſumptio. vide ſupra fama, in §. an probatio.

Puer torqueri cum ferula debet. gl. in verbo ſeruos, & Bar. in i. oppo. & Bal. in l. fi. in ver. vlterius notat. C. de his qui vt indig. & docto. & Ang. in l. i. §. fi. ff. eodem ti. & eſt tex. in dicta l. i. §. impubes. quod verum eſt, vt veritas ſciatur, non vt condemnetur. Bar. in l. ex libero. §. de minore. ff. de quæſtionibus, & Bal. in dicta. l. fi. vbi etiam dicit ſecus in infante.

Torqueri poſſunt omnes, niſi ſint iure excepti. l. vnius. §. i. & l. ex libero C. de quæſtionibus. Excepti autem ſunt minores. xiiii. annis. quia ferula tantùm corripiuntur, vt ſupra in §. præcedenti. Item decuriones, & alij dignitate fruentes, milites, & doctores & ſimiles. l. diuites. & l. diuo Marco. C. de quæſtioni. & Bal. in l. decuriones. C. eodem ti. vbi dicit quòd iudex torquens eos debet decapitari: quod tamen non procedit in militibus noſtri temporis. Cy. in l. ii. C. ad l. Iuliam. maieſt. & in l. milites, & ibi Ange. ver. quæ perſonæ. & ad fi. C. de quæſtion. Are. vbi ſupra vi. q. addo, ꝙ contrarium voluit Salicetus ꝙ imò milites noſtri temporis non poſſunt torqueri, in l. i. & ibi vide Iaſon. May. in viii. col. in ver. vnum tamen nota. C. de iuris, & facti igno. & Bart. in l. milites. C. de quæſtioni. & Alex. in l. centurio, in. ix. col. ff. de vul. & pupil. Nec valet cõſuetudo, quòd torqueantur priuilegiati. l. omnes iudices, & ibi Bar. C. de decurio. li. x. Iaſon May. in l. de quibus, in xl. col. ff. de legi.

Item ſenex decrepitus. l. iii. §. ignoſcitur, ad Sill. ſecundùm Angel. Are. vbi ſupra.

Item fœmina prægnans, vt ſupra dictum eſt.

Item aduocati. Bar. in l. i. C. de aduoca. diuerſo. iudi. & prædicta vera niſi in crimine læſæ maieſtatis l. minores, ĩ prin. & l. ex libero. C. de quæſti. §. i. & l. proditores, de re militari.

Item pro hæreſi. Ange. Are. vbi ſupra adde. l. fallaciter. C. de abolitionibus.

Nota quòd ad dictum confitentis crimen propriũ non debet alter ſubijci torturæ, licèt dicat fuiſſe ſuggeſtor, vel ſocius delicti. optimè facit text. in ar. in c. i. de confesſis, in prin. & ibi Ab.

a Tortura non debet eſſe ita ſeuera in clericis, ſicut in laicis. vnde non debent ſupponi aculeis, vel funiculis, ſed virgis, ſeu corrigiatis. pro hoc bonus tex. xxxiii. q. v. c. i. in fi. Ab. in c. cũ in contemplatione, de reg. iuris.

b In quibus caſibus actor, reus, vel teſtis poſſint torqueri, habes bonam glo. xv. q. vj. in ſumma, & quaſi per totam. quæſt.

Tortura pro veritate eruenda non infamat etiam de facto. l. nullam, & ibi Bar. C. de infa.

c Tortura poteſt inferri pro reperiẽdis rebus fiſci. C. de hæredi. vel ac. vẽ.

Tortura etiam die feriata in honorẽ dei permittitur pro crimine enormi. l. iii. & ibi Bal. in ver. deinde nota C. de epiſ. au. & Iaſon May. in l. i. in i. col. in fi. C. de prçci. im. of.

ADDITIONES.

a *Tortura, ſeu potius tormentum, eſt cruciatus, qui eruendæ veritatis cauſa reis criminum, & quibuſdam teſtibus fieri ſolet, toto titu ff. & C. de quæſtio. l. ob carmẽ. §. ſi ea ff. de teſti. l. vnius. §. teſtes & l. ex libero ff. de quæſtio. Nouella 90. §. ſi verò ignoti. & § ſi eius modi. De ea item Cic. in Partitio. & lib. 2. Rhetoric. Quintil. lib. 5. c. 4. Valeri. max. libr. 8. c. 4. de quæſtionibus. quibus autem creditũ non eſt, aut quibus temerè habita fides eſt. Solet & noſtra tempeſtate puniendi cauſa adhiberi. Tormentorum varia genera traduntur. De tormẽtorum modo & vſu in cauſis hæreſis, vide etiam Directo. inquiſi. part. 3. memb. 3 adde Siman. in Enchir. de tormen. titu. 52. P. V.*

b *Communis opinio eſt, quòd vnum indicium ſufficiat ad torturam, prout per Iodo. in ſua praxi criminali, c. 36. nu. 30. & Iul. Clar ſentent. libro 5. §. fin q. 64. verſicu. ſed quæro quot inditia requirantur, & Siman. Enchir. tit. 52. de tormentis num 23. vbi quod neceſſaria eſt ſaltem dimidiata ſiue ſemiplena probatio ad torquendum hominem Et in cauſa hæreſis, quòd quis torqueri poſſit ob dictum vnius teſtis bonæ opin. concludit etiam Zanchin. de hæreti. c. 9 nu. 7. & pro prædictis alios citat Camillus Campe. in additi ad eund. in ver. nunquid poterit torqueri pro quibus vide omnino Carrer. in eodem tracta. de hæreti. num. 117. verſi. ſed an in vtroque crimine. Quintil. Mandoſius.*

c *Iuxta tex. in l. 1. verſi. quæſtionis verbo iun. gloſſ. in verb. dicunt. ff. de iniur. Idem voluerunt Bart. in l. 1. §. diuus. de quęſtio. Guid. de Suza. de indi. num. 74. verſic. ſed quid in quæſtione de facto, & ibidem in additio ad eund. Ludou. Bologni. nu. 75. Aret. in tracta. malef. in ver. fama publica præceden. ver. quæro, quid ſi eſt tale delictum. Vmber. in iudi. inqui. hoc ipſo verb. tortura. nu. xi. Quintil. Mandoſius.*

d *Dictu in l. 1. in fine. nu. 5. Aduerte tamen quòd non præcedentibus indicijs confeſſiones in tortura factæ, & alia ſubſecuta nihil operari debebunt. Bartol. in l. quæſtionis. ff. de quæſtio. Paul. Caſtren. in l ſi quis. circa fin. ff. de teſtamen. Alexan. con. 5. in caſu inquiſitionis. vol. 5. vbi ẽt declarat quæ, & qualia indicia præcedere debeant. Q. M.*

e *Idem voluerunt Bal. in l. interpoſitas nu. 9. C. de tranſact & Iodo. in Enchi. parium aut ſimilium iuris, in verbo, mors tortura. Et quòd ita obſeruetur etiam infra 40. dies poſt partum, et etiam quò ad nutrices lactantes ſcripſit Iul. Clar. ſenten. lib. 5. § fin. q. 64. verſic. quæro modò nunquid mulier prægnans, & quòd prægnans*

gnãs torqueri non debeat, voluerũt etiam Abb. in c. cum in contemplatione in fi. de verborum ſignific. & Vmber. in Iudi. inqui. hoc verbo. tortura. num. 43. Quint. Mandoſius.

f Teſtis vacillans abſque indicijs torqueri poteſt, Bal. in l. milites C. de quæſt. & per ea quæ adducit Franc. Brun. de indi. & tortu. in 4. quæſt. 2. part. nu. 12. Sequitur Campe. in addit. ad Zanchin. c. 9. col. penul. verſ. imo poſſunt, ex aliquibus præſumptionibus, & voluit Vmberti. in Iudi. inquiſito. hoc verb. tortura ad fin. Quint. Mand.

g Hæc eſt diuerſa lectio ab ea quæ legitur apud Bartolum. P. V.

h Semel competenter tortus abſque nouis indicijs nõ debet iteratò torqueri iux. tex. hic citatum in l. vnius. §. 1. ff. de quæſtio Guid. de ſuza. de indi. & tortu. nu. 3. ver. Quartum notãdum eſt, Fran. Caſſ. de tormen. c. 14. numero 1. & ſeq. Io. de ami. conſil. 37. nu. 4. affirmat communem ſcolam ita tenere. Noua autem indicia dicuntur a primis differentia ſpecie, & ſubſtantia. Boſſius in praxi crimi. titu. de tortu. ante num. 13. vide etiam Simanc. Enchir. titu. 52. de tormen. nu. 41. An autem, & quando ſemel tortus repeti poſſit poſt omnes latiſſimè proſequitur Iuli. Clar. ſenten. libro 5. §. fi. q. 64. in vltim. quæſito. verſi. vltimo vidẽdum eſt in hac materia, in quibus caſibus tortura ſemel illata. Q. M.

i Et c. vt commiſſi. §. fin. & ibi. omnes, eodem libro 6. Felin. in c. cum non ab homine. colu. 2. de iudi. Carer. in tracta. de hæreti. nu. 77. & ſequen. Nicol. Boſſ. eodem titu. num. 12. Zanchin. eodem tract. c. 8. poſt nu. 4. verſi. At verò torquere perſonam. & Camil. Campe. in addition. ad ipſum. in ver. torquere. Vmbertin. in Iudi. inquiſit. hoc verb. tortura. poſt numero 7. ver. & propter grauitatem. Quint. Mandoſius.

k Fran. Bru. de indi. & tortura. in 5. q. 2. part. nu. 17. verſi. ſeptimò aduertat iudex. quòd ad torturam procedendum eſt cum moderamine, & non effrenatè, et inhumanè, & debito iuris poſt poſito. per tex. in l. nihil. C. de quæſtio. Fran. Caſſon. de tormen. c. 12. num. 3. & ſeq. & c. 14. num. 2. Vmbert. in iudi. inquiſi. hoc verbo Tortura. numero 19. & ſeq. Et quòd cum tormenta vitanda non poſſit propter varietatem negociorum & perſonarum regula certa dari communem affirmat Io. de Amic. de Vena. con. 134. n. 1. Quint. Mandoſius.

l Idem Guid. de Suzaria. de indi. & tortu. numero 8. verſic. quæ autem perſona Amber. de Ant. ramo. de quæſtio. & tortu. nu. 2. & hanc communem affirmant, Ant. Gomez. Delictorum c. 13. nume. 3. & Clar. ſen. libro 5. § fin. q. 64. verſ. vbi ſub ſunt legitima indicia. Quintillian. Mandoſius.

VAcillare [a] Propriè eſt dubitare. ſed variare eſt contradicere ſibi de teſt. cog. præterea, de pœnis, ſuper his. nota. in proœmio decre. ſuper verbo, vacillare. de procura. in noſtra, de cau. poſſ. cum eccleſia.

Quis dicatur vacillans, vel varians vide Bal. in l. nullum, circa prin. C. de teſtam.

ADDITIONES.

a Vacillare, Nonio teſte, eſt trepidare, vel cũ laſſitudine niti, a ſenibus, qui ſint æuo defeſſi, atque ad ſuſtinendam laſſitudinem baculo tarditatem leuent, Cicer.

Phili.3.in Galliam mutilatum ducit exercitum, cum vna legione, & ea vacillante. Quamobrem vacillare teſtem puto, cum non conſtanter imo trepidè & titubanter, & parum firmè dicit. vnde dicitur in l.1.ff. de teſti. quorum fides non vacillet, id eſt non titubet, & parum firma ſit, a re corporali, ad incorporalem ducta tranſlatione. Variare ſatis notam habet ſignificationem, in eodem ſcilicet dicto vel ſententia non perſeuerare l. ſi fundus. §. eleganter. ff. de leg. comm. & l. pen. eodem tit. M. Cic. de fin libro 2. Varietas, inquit, Latinum verbū eſt, idque propriè in diſparibus coloribus dicitur. ſed transfertur in multa diſparia, varium poema, varia oratio, varij mores, varia fortuna, voluptas varia etiam dici ſolet, cum percipitur, ex multis diſſimilibus rebus diſſimiliter efficientibus voluptates. offic. 1. vt in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt etiam maiores varietates, idem de Orato. libro 3. ergo ille princeps variabit et mutabit, vocem, item l ſedet ſi. §. item ff. de inſti. acti. l. nonnunquam. ff. de collatio. bono. ita videtur accipiendum in l. qui falsò ff. de teſti. De varietate. l. penultim. §. ſi dominus. ff. de inſtito. actio. T. V.

Venia [a]peccati nō datur niſi correcto, vt in regula, peccati de reg. iuris li. vj. & corrigi quis non poteſt, niſi confiteatur, & reum ſe cognoſcat ore proprio, [b] vt in c. omnis vtriuſque, de pę. & remiſ. quia confeſſio eſt vna pars ſatisfactionis poſt contritionem. vnde dominus ꝑ prophetam ait: dic tu peccata tua, vt iuſtificeris. vide ſupra confesſio.

Item venia non datur niſi contrito, & correcto. xxiiii. q. ii. legantur. & quomodo gaudebis te fuiſſe correctum, niſi doleas te fuiſſe peruerſum. xxiii. q. vii. quemadmodum, & l. diſt. pœnitentes. glo. eſt de hoc in c. ... ſius de elec. & gloſſ. in c. at ſi clerici, de iudicijs.

Nota quòd ad hoc quòd quis veniam mereatur, exiguntur tria, ſcilicet oris confesſio cordis contritio, & operis ſatisfactio, vt de pœni. diſtinc. iii. ca. perfecta, & quod ibi nota & ſic verè confitendo quis ſuos errores, & de eis ſibi veniam poſtulando concedenda eſt ſibi. ſed ſolummodo petenti, & non confitenti non conceditur venia, vt C. de hæreti. l. Manichęos, & de pœni. diſtinc. iii. ad ſa. xlv. diſ. ſunt namque, & c. diſciplina. & ſic intelligendum eſt quòd petenti venia conceditur, ſcilicet correcto, vt prædictum eſt.

Item ſine humilitate aliter veniam ſperare non licet, nec etiam vbi eſt taciturnitas peccati non confitēdo, venia ſperāda eſt, quia taciturnitas peccati ex ſuperbia naſcitur cordis, vt de pœniten. diſtin. i. eſt taciturnitas. de hac materia vide ſupra confesſio, & ſupra miſericordia, & ſupra negatiuus. Ideo Prouiſo Solerter.

Vera pœnitentia veniam meretur, & ſimulata deum irritat. vide ſupra pœnitentia. §. ſed no.

Impœnitenti venia non conceditur. tex. & ibi bona gl. c. i. qui clerici, vel vouen.

An petens veniā de delicto videatur illud confiteri? glo. in c. exhibita, de homici. vide quod nota Inno. in c. venerabilem, de electione.

Non eſt peccandum ſub ſpe veniæ de cleri. excom. ſi vere, de cele. miſ. de homine.

Facilis ſpes veniæ occaſionem tribuit

buit delinquendi.l.diſ.ſi lapſis. xxiii. q iiii.eſt iniuſta.de vita & ho. cle.c.vt clericorum.de transla.præla. c. pen. in glo.vnde Stephanus papa dicit ec cleſiaſtici vigoris ordo confunditur, ſi aut temerè illicita præſumantur, aut non conceſſa impunè tententur, proinde ſi negligenter ea quæ malè vſurpatur,omittimus,exceſſus viam proculdubio alijs aperimus.

Veniam inueniſſet Iudas, ſi pœnitentiam egiſſet,de pœ.diſ. i. is poſitis ſue,& c.importuna.

Venia non datur, niſi contrito, & correcto.xxiii.q.ii.legantur,& gloſ. vltim.in c.Oſius,de elec. Et quomodo gaudebis te fuiſſe correctum, niſi doleas te fuiſſe peruerſum.xxiii. q. vii. quemadmodum,& l.diſ.pœnitentes & in d.glo.vl.d.c.Oſius,de elec.

ADDITIONES.

a *Venia pro permiſſu ſolet accipi,l. vlt. l.ſed ſi.§ qui manumittitur. ff de in ius vocãdo.nam voce,permiſſus. vſi ſunt in legibus alii iuriſconſulti.l.4.§. vlti.ff. de cenſi.quandoque pro remiſſione & condonatione ſicut hic videtur & l.in furti.§. partus.l liberorum.§ nõ ſolent. ff. de his qui no.infa.l auxilium.ff de mino.l.vlti. §.in ſuis ff.nautæ caupo.ſtabu. per conſequentiam cum ea quæ permittimus, remitti ſequatur a nobis,aliquando pro effectu eius,cuius cauſa datur venia,l.Papinianus. 21 ff. de mino. Vlpianus enim ibi ſcribit, Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis? id eſt in integrum reſtitutionem,quæ datur ob ætatẽ. Hinc veniale peccatum, quod eſt venia dignum,item ſtatus venialis appellatur, ait in Phormio.Teren.Donatus, cũ quis orat vt ignoſcatur ſibi, An venia ſit danda ei,qui licèt catholicam fidem profiteatur,conuictus eſt tamen de infectione hæreticæ prauitatis,teſtibus legitimis quod ille conſtanter negat,vide Direct par.3. in xij. modo proceſſum fidei terminandi in fin.2.formæ ſententiæ alleg' gloſ. in c. ad abolen.§ præſenti.in ver. audientia. & c excommunicamus.el. 2.de hæretic. Petrus Vend.*

b *Sic filij Iſrael afflicti per ignitos ſerpentes venerunt ad Moyſem dicentes. Peccauimus quoniam locuti ſumus contra dominum, & contra te, & veniam meruerunt.Nume.c.13. Q. M.*

Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.Eſa.v.c.

Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandum, & potandum vſq; ad veſperam, vt vino æſtuetis. Eſa. vbi ſupra.

Væ qui trahitis vanitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculũ plauſtri peccatum.Eſa.vbi ſupra.

Væ qui dicitis malum bonum, malum ponentes tenebris, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.Eſa.vbi ſupra & xi.q.iii.c.væ qui dicitis.

Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris,& coram vobis metipſis prudentes.Eſa.vbi ſupra.

Væ qui potentes eſtis ad bibẽdum vinum, & viri fortes ad miſcendum ebrietatem, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.hæc omnia Eſa. c. v. vbi ſupra.

Væ homini illi, per quem ſcandalum venit, quod verbum eſt domini noſtri Ieſu Chriſti.

Væ ſoli qui cum ceciderit in terram,

ram,non eſt qui ſubleuet eum. extra de ſta.mona.monachus c.ii.Reſpon. i.& viii.q.al.vii.q.i.illud,& ſpe.tit.de aduocato.

Veneratio [a]quæ ſanctis exhibetur,dicitur dulia.de qua ſupra dæmon.

ADDITIONES.

a *Vide quæ ſupra notata ſunt.Dulia.Latria.* T. V.

Verba ſunt [a] ſigna eorum, quæ in anima ſunt, paſsionũ, vt ait philoſophus. Non enim præſumitur quis dicere quod ante non cogitauit, vt C. de libe. legat. l. Labeo, aliàs legata.

Verba ſemper debent aliquid operari,vt de priuilegijs,ſi papa.

Talis quis præſumitur qualia verbe profert, & eius animum cenſetur fuiſſe,qualiter verba ſonant,[b]niſi ꝓpter excellẽtiam ſtatus, vel aliàs contrarium appareat.ar. C. de iniurijs.'. ſi non conuitij,cum concor. ibi allegatis.

Omne enim malefactum, vel dictum, malè præſumitur factum, vel dictum,vt extra de præſumpti.c. i.in fin.non tamẽ intentio verbis,ſed verba intentioni debent deſeruire. extra de verborum ſigni. c.intelligentia.in his enim voces ſunt notæ, prout ait philoſophus.li. periermenias,earum quæ ſunt in anima paſsionum, talia enim quæ non poſſunt bono animo fieri,nõ poſſunt interpretari niſi malefacta,& non bene,vt extra de regu. iuris c.i.

Per verba enim quæ quis loquitur ſuam fidem profitetur Tho. ſecunda ſecundæ.q.xi.ar.ii.circa medium,vide ſupra hæreticus §.pertinaciter aſſerere quòd anima.

Ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæreſis,non quia hęreſis per ſe in his conſiſtat, ſed quia ſunt occaſio,& cauſa erroris.hoc Thom.in iiii. ſententiarum,di.xiii.ar.iii.

Nõ debemus attendere verba, ſed mentem, & intentionẽ proferentis.[c] xi.q.iii.inter verba,& xxii.q.v.humanæ auris,de verbor. ſignifica. intelligentia.vide ſupra fides §.verum ſimplices.

Verba intelliguntur ſecundùm ſubiectam materiam,vt in c.ad noſtrã, de iureiura. & de ſponſa.præterea.ibi. vbi,Deliquiſſet, verbum accipitur ꝓ cognouiſſet carnaliter,propter materiam matrimonij,de qua loquitur.& ff.loca.l.ſi vno.ff. de in diem addic.l. imperator.ff.de vſufru.ea.re.quæ vſu conſu.l.fin. ff. de acti.emp.l.emptorem.§.qui autem.de conſtit. ex literis,de priuile.ex ore.[d]

An qui iocosè,vel propter lubricũ linguæ dixit aliqua verba hæretica, ſit hęreticus,vide ſupra ebrius, & ſupra hęreticus.

De verbis quæ non ſapiunt hæreſim, inquiſitor nõ poteſt ſe intromittere,ar.c.accuſatus.§.ſanè, de hęret. libr. vj. ſed ordinarius cognoſcet de talibus.

An proferẽs verba hęreticalia poſſit pœnitentiari pœna pecuniaria, vide ſupra pœnitentia.

Scribitur in porta pro verbis verba reporta. xvi. quęſt. i. decimæ non tantùm.

Verbum generale qualiter intelligatur in materia pœnali, vide ſupra pœna §.no. ꝙ in materia pœnali.

Cum

Cum te aliquis laudat, vel vitupe rat, tu iudex eſſe momento, in Catone, & in decret. in c. inter verba. xi. q. iii. vbi ſic dicit, inter verba laudantium, ſiue vituperantium ad mẽtem ſemper recurrendum eſt, & ſi non in ea inuenitur bonum, quod de bonis dicitur, magnam triſtitiam generare debet, & rurſum ſi non in ea inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam proſilere.

ADDITIONES.

a *Verbum habet, exiſtimo, vulgatum cuique ſignificatum, cum ſit vna de partibus orationis, & cum propriè ſumitur, ſed accipitur, & ſæpe generaliter ꝓ quaque parte ſermonis. propriè ponitur in l. verbum oportere. l. verbum oportebit. l. verbum erit. & l. verbum facere. ff. de verborum ſignifi. & l. verbum, illud. l. 1. § hæc verba, ff. quod quiſque iu. l. vtrũ. ff. de petit. hære. generaliter pro cæteris partibus, in l. verbo victus, l. verbum reddendi. l. verbum exactè. l. verbũ amplius. ff. eodem quandoque deſignat orationem perfectam. l. 4. §. 1. ff. de vulg. & pupil. l. amplius. 15. ff. rem ra babe. nonnunquam imperfectam. l. 1. ff. de verb ſigni. Teren. pro integra ſentẽtia, quam appellãt axioma in Andr. act. 1. ſc. e. 5. Miſeram me, quod verbum audio? idem in Eunu. act. 1. ſce. 2. vtinam iſtud verbum ex animo, ac verè diceres, Verba ſunt rerum notę. Cic. ait in Topi. verba ipſa rerum gratia ſunt reperta, quorum maximè ſunt probabilia, quæ ſenſum animi noſtri optimè promunt, atque in animis iudicum, quod volumus efficiunt. Quint. in proœm. libro 1. ſimile eſt quod ſcribitur Inſti. de lega. §. ſi quidem. ait enim Imperator. Nomina enim ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt. quod dicit in parte poſſumus ad genus referre. in l. Labeo. §. id Tubero. ff. de ſup leg. nam quorſum ſunt nomina inquit, niſi vt demonſtrent voluntatem dicentis, Ab aere verberato ſcribit appellata Quintil. libro 1. c. 6. licèt a veritate dicta cenſeat Varro. Verborum alia propria ſunt, alia translata, Propria q̃ eius rei verba ſunt, aut eſſe pñt, qua de loquemur, Ad Heren. Cic. libro. 4. ſua cuiuſque rei, appellatio, & primus intellectus, verbi proprietas eſt, autore Quintil. c. 2. libro 8. translata, cum nomen, aut verbum ex eo loco in quo proprium eſt, in eum in quo aut proprium deeſt, aut translatum proprio melius eſt, id facimus autem quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius eſt, aut quia decentius. idem c. 6. eodem libro. Cice. quoque libro de Orato. iij. vbi etiam quædam ait eſſe natura, quædam reperta, item quædam vſitata, quædam inuſitata, & aliæ ſunt verborum diſtinctiones ad vtroque, q os v. deas. vide etiam Alcia. de verb. ſignifi. Notandum etiam verborum propriet tis iuriſcõſultos eſſe ſtudioſiſſimos, & autore Quintil. c. vltim lib. 5. & non aliter a ſignificatione propria verborum recedi oportet in intercedo, quàm cum manifeſtum eſt aliud eſſe ſenſum, l non aliter. 67 ff. de lega. 3. item verba ius ſumunt ab autoribus ait idem lib. 1. c. 4. & eadem l. & ex communi vſu. l. Labeo ff. de ſuppe. lega ſermo conſtat ratione, vetuſtate, autoritate, conſuetudine. Quintil. libro 1. c. 6. & eiſd. legi. & l. 1. ff. ſi cer. peta. P. V.*

Veritas a de terra orta eſt, vt dicit redemptor noſter ego ſum via, veritas, & vita. & ſic Ieſus redemptor noſter eſt ipſa veritas.

&

& habetur Ioan.xiiij.& pſ.lxxxiiij.& Matthæi.xxiiii.ad hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.

Veritas ſemper per iudicem eſt inueſtiganda per omnes modos, & formas, quibus viderit poſſe inueniri, vt xxii.q.ii.ne quis.& omnes circunſtātię per iudicem ſunt inquirendæ, vt extra de teſti.cum cauſam,& xv.q.v. c.i.in fi.quia cauſa facti potius inquirenda, quàm ipſum factū. vt ibi dicitur.& ff.de furtis, verum. xxix.di.ſciēdum.xxiii.q.viii.occidit Phinees, in tex. & in gloſſ. nam aliter ad veritatē peruenire non poteſt.

Væ, væ væ, quia veritas iuſtitię hodie diminuta eſt in terra tam in iudicibus, quàm in rectoribus, tam in laicis, quàm in clericis. nam primo Machab.vii. dicitur, Nō eſt in eis veritas,& iudiciū.tranſgresſi ſunt enim cōſtitutum,& iuſiurandum quod iurauerunt, & Eſa.lix. Iuſtitia longè ſtat, quia corruit in plateis veritas,& æquitas non potuit ingredi. non eſt enim qui inuocet iuſtitiam, nec eſt qui iudicet rectè, ſed cōfidunt in vinculo,& loquuntur vanitates. vnde poſſumus concludere, ꝙ iam hodie omnis veritas dormit, & omne mendacium inſurgit inter omnes, quia hodie non eſt veritas patris ad filium, nec filij, ad patrem, nec ſerui ad dominum, vt experiētia docet. & videns hæc Chryſoſtomus arguit ſic homel.xxvii.dicens, Bene putas ꝙ color in facie iam receſſit, & ſol radios ſ rarum in ſe colligens reuocauit, & totā terrā nigredo iniquitatis quaſi nox cooperuit, vbi quaſi iam ipſa hora.xii.id eſt vltima finitur, & vbique tenebras vides, & dubitas diē tranſiſſe. primò enim in vallibus ſit obſcuritas die ad occaſum declinante. Cum ergo montes videris obſcurari, qs dubitat quòd nox eſt? ſic primum laicis ſæcularibus, & Chriſtianis incœpit præualere obſcuritas peccatorum, nunc vides quia ſacerdotes poſiti i ſummo vertice ſpiritualium dignitatum, qui montes, & colles domini ſunt, ipſos apprehendit iniquitas tenebroſa, quomodo dubitatur quia finis eſt mundi? hæc Chryſoſtomus. ideo Oſeæ.iiii.dicitur non eſt veritas, non eſt miſericordia, nō eſt ſciētia dei in terra, maledictum, mendacium,& homicidiū, & furtū, & adulterium inundauerunt, propter hoc lugebit terra,& infirmabuntur omnes, qui habitant in ea. ergo diminutæ ſunt hodie veritates. placeat maieſtati diuinę cōſeruare ſuam ſanctam eccleſiam catholicam, & ſua manu reparare, vt ab ea omnis obſcuritas, & tenebroſa caligo diſcedat, nè propter malos miniſtros redundet detrimentum eccleſiæ, nè nox tenebroſa cooperiat terram.

Qui propter timorem occultat veritatem, prouocat in ſe iram dei. xi. q.iii.quiſquis metu.

Quandoque veritas prius inquirenda eſt ab inquiſito, quàm a teſtibus. de accuſat. c.qualiter, & quando,el.ii.

Qualiter differant veritas, & fides, ſecundùm quòd ſunt pars iuſtitiæ. Tho.ii.ii.q.cix.

Veritas in crimine hęreſis nunquā debet celari, nec propter iuramentū, vel votum factum de celando eam, quia hoc eſt ſpeciale in crimine hæreſis, vt de hęr.c.excommunicamus.§. adijcimus,& xxii.q.ii.ne quis.

Qui

Qui celat veritatem, peccat mortaliter, vt extra de iureiuran. c. ex literis, in fi. & gloſſ. in c. cum nuncius, de teſti. in fi.

Hoc enim tempore obſequiū amicos, veritas odium parit. hoc dicit Terentius in prima comędia. & ſæpe qui veritatem dicit, frangitur ſibi caput. ſed magis amica veritas, quā Plato.

Quicunque dixerit tres veritates infra ſcriptas ſine mendacio, ſciat ſe in ſtatu gratię, & extra manus inimici eſſe.

Prima veritas. Domine ego peccaui contra tuam bonitatem, & pœnitet me, & diſplicet mihi pro eo quòd tu es dignus amari, & quia tu præcepiſti mihi contrarium, ſcilicet nè peccarem.

Secunda veritas. Domine ego habeo bonum propoſitum, & bonum deſiderium cuſtodiendi me de cętero cum tuo adiutorio, quòd nō reuertar amplius in peccatum, & ponam diligentiam ad tollendam occaſionem peccati.

Tertia veritas. Domine ego habeo bonam voluntatem confitendi integrè in hora, & tempore ſecundùm tuum præceptum eccleſiæ tuæ ſacroſanctæ.

Quid autem ſit veritas, no. Archi. de ſum. tri. c. i. li. vj. de conſe. diſtin. ii. corpus. Io. An. de ſum. tri. damnam⁹. Io. Cald. de teſ. cogen. dilectorum, in commento ſuo. no. de iureiuran. veritatis, in prin. in gl. imitatio, col. vj. nota de regu. iu. qui ſcandalizauerit, in gl. ii. Bal. in l. ſacræ leges. ff. de legi.

ADDITIONES.

a *Veritas eſt per quam damus operam, nè quid aliter quā confirmauerimus, fiat, aut factum, aut futurum ſit, Cic. libro 2. de Inuen. idem eodem lib. de rebus expetendis, veritas eſt, inquit, per quam immutata ea quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. veritas autore Clemen. Alexandr. lib. 2. eſt veri ſcientia, Quatuor autem idem ait eodem libr. ſunt, in quibus verum conſiſtit, ſenſus intelligentia, ſcientia, opinio, quæ ſingula declarat. Veritatem Euſtratius interpres Ethico. Ariſt. libro 6. ſcribit eſſe in ſermonibus, & rebus, In rebus cū vnumquodque quod eſt ſemper, & eo dem modo ſe habet. In ſermonibus, vel oratione, quando de eo quod eſt ſicut eſt, enuntiamus: prior tamen habet, inquit, verum purum, & ſincerū, poſterior habet aliquid, & non verum, veritas potius quàm perſonæ præeminentia ſpectanda. l. 7. ff. ad l. Iul. maie. P. V.*

Veſpaſianus [a] hic & Titus quadraginta annis poſt paſſionem domini deſtruxerūt Ieruſalem, vt nota. xxiii. q. v. remittuntur.

ADDITIONES.

a *Veſpaſianus pater, & Titus filius Veſpaſiano qui tum contra Ieroſolimam, vrbem munitisſimam, magna gloria victor bellum gerebat, imperiū reliquerunt Otto, Vitelliusque. vbi à militaribus copijs imperator renuntiatus. filio Tito bellum Iudaicum mandauit, ipſe autem quanta potuit celeritate Romam contendit. De expugnatione vrbis Ieroſolimæ, & magnis cladibus Iudæorum, poſſunt ex hiſtoria Ioſephi, Nicephorique li. 3. peti. Petrus Vend.*

nis vide Bal. in l. i. C. de confeſ. in iii. col. in ver. ſequitur tertium membrū & Angel. vbi ſupra in d. gloſſ. & coll. & verſi.

Sed quæro, cum dictū ſit quòd debet reduci poſtea, quando debeat intelligi iſtud, Poſtea? & dicit Bar. in d. §. diuus, ꝙ debet intelligi arbitrio iudicis, qui debet arbitrari æque, vt reducat eum illo tempore, quo ceſſauerit dolor tormētorum, ſi enim ſtatim reduceret eum ad bācum inſtantibus his doloribus, totum hoc videretur dictū formidine tormētorum.

Sed quæro, ſi iſta confeſſio fuerit facta non præcedentibus indicijs? de hoc vide Bar. in l. pe. ff. de quæſti. contra hoc opponi poſſet ꝙ dicit Bar. e. ti. §. quæſtioni. oīa iſta ſupra dicta de confeſſione in tormentis ponit Bar. in d. l. i. §. diuus ff. de quæſt.

Item quæro, quid ſi eſt tale delictum, pro quo quis non poteſt torqueri ex forma iuris, vel ſtatutorum vel fuit ad ſufficientiam tortus, & nō ſuperſint indicia, an ſi retineretur in carceribus, vel ꝫ fame, aut ſiti moriatur, dicatur tortus ita, quòd ſi virtute talis confiteatur ſic, an teneat talis confeſſio? & dicendum quòd non, niſi poſtea in ea ritè, & rectè perſeueret. dictum eſt Ab. in c. fi. de confeſſis, & Sali. in l. fi. C. de accu. ita dicit eleganter Bar. in d. l. i. §. diuus Seuerus ff. de quæſtionibus. facit. l. ii. §. ſi quis aūt viſus. ff. de vi. & vi ar. Et ſic facit contra iudices ignaros, qui non poſſunt torquere, & dant carnes valde ſalitas ad comedendūm malefactorī, & nō bibere, quia tunc dicuntur torquere & tenentur in ſyndicatu. hoc Angel. in addi. & tex. nota. in l. apud l. abeonem. in §. quæſtionis verbo. ff. de iniuri. nō erit ita quō cōfeſſus in carcere, vt ita non ſit ibi pp tamen, vel aliàs.

Itē an pp confeſſionē factā in tormentis ſi reduct' ad acta neget, an cogatur pſeuerare? & qualiter iudex ſe debeat habere ad adhibēda tormēta ipſi malefactori, vide Sali. in l. ii. C. de cuſ. reo. in h. & vide Bar. in l. vnius, in §. i. ff. de quæſt. Sed taliter videtur reſponderi, ſecundùm quòd eſt de mente doct. maximè Bal. in l. ii. C. de cuſ. reo. & meli' Bal. in l. bonæ fidei. C. de rebus cre. in ver. item quæro de confeſſione facta in tormentis, dicit ꝙ ſi talis confeſſio facta in tormētis præcedentibus indicijs reuocetur, tamē illa talis confeſſio illo modo facta inducit ſemiplenam probationem. ita voluit illa glo. in d. l. ii. C. de cuſ. reorum. Et ideo niſi reuocans probet ꝯrium, cogitur perſeuerare in tali confeſſione per repetitionem tormentorūm. ita dicit ibi Bal. multum eleganter. multo magis poteſt iudex maleficiorum iterum torquere reum, qui non vult perſeuerare in confeſſione, quando vltra confeſſionem ſuam habet ēt inditia vrgentia contra malefactorem, quæ nō eſſent totaliter purgata per primam torturam. Remaneret ergo iſta prima concluſio, quòd ſi inditia eſſent totaliter purgata, tamen per ſolam confeſſionem factam in tormentis præcedentibus inditijs inducitur ſemiplena probatio, per quam poteſt quis iterum torqueri, ſi nō vult pſeuerare. hoc Ange. de Are. in §. comparuerunt dicti, in iii. col.

Reuocans confeſſionē factam in torturis, ſi nō eſt plenè conuictus, debet abiurare publicè, & imponitur ei pœnitētia arbitraria. videꝗ̄ in inſtructionib' inquiſitionis, in xv. inſtruc.

Sed

Sed quomodo iudex purgabit illud indicium, quod oritur ex tali cõfeſsione, hoc eſt an iudex debeat adhibere tot tormenta, donec ille perſeueret? & credo quòd non, quia Bald. in dicta l. in bonæ fidei, dicit ꝙ ex tali confeſsione oritur ſemiplena probatio, per glo. in dicta l. ii. de cuſto. reorum. ergo purgabitur illud indicium ſicut purgantur alia inditia. Et ideo malefaciunt iudices, qui reum cõfeſſum in tormentis, qui ratificãdo negauit, die nocteque torquendo fatigant donec perſeuerent. quia nõ poſſunt hoc facere, quia talis confeſsio facta in tormentis non eſt niſi ſemiplena probatio per præd ctã, & ſic vnicum inditium, niſi ſecundùm Sali. vbi ſupra, inditia eſſent tantùm vigẽtia, & per primam torturam nõ fuiſſent purgata, quia ſtãtibus illis inditijs non purgatis, & confeſsione rei facta in tormẽtis, aliud eſſet. quę omnia relinquerentur iudicis arbitrio p no. per Io. An. in c. cum in cõtemplatione, extra de reg. iur. hoc Ange. vbi ſupra in dicto §. comparuerunt dicti vide ſ. in inſtruc. inquiſi. xv. inſtruc.

Quando ſemel tortus poſſit iterũ torqueri, ꝭno. in dicto c. cum in contemplatione, de regu. iuris. & Bart. in l. vnius. §. i. ff. de quæſtio. dicit quòd ſi primò fuit ſufficiẽter tortus, quòd nunquam in tormentis poteſt repeti niſi ſuperueniãt indicia de nouo, vt ibi probatur. quòd nota contra aliquos crudeles iudices, qui quotidie torquent, & tormenta repetunt, & de nouo alia indicia non habent, quoniam tenentur in Syndicatu, quia nõ poterant illum in tormentis repetere. & idem tenet Sali. in l. ii. in fi. C. de cuſto. & exhiben. reis. in tantũ quòd Bal. in l. decuriones. C. de quæſti. dicit quòd illa l. eſt in ar. quòd de quacunque tortura quam iudex facit dolo malo, & ſine cauſa, fit pœna capitis, vt etiam ipſe notat in l. i. C. de pri ua. carce. quod bene tu iudex debes conſiderare. aduertas tamen hoc ſecundùm Din. in ſuo tractatu, ver. qd ſi aliquis &c. vbi dicit, quòd aſſeſſores ex conſuetudine non ſeruant, ſed malè faciunt, imò continuè repetũt in tormẽtis ſine nouis inditijs, quouſque obiectis criminibus veritatem eruat. pro quorum opinione ſaluanda. Dy. allegat ĩ aut. vt iudi. ſine quo. ſuff. §. oportet. & ibi, iudices torquebunt ſures, niſi prius &c. hoc Angel. de malefi. in § Sempronium mandatorem. xl. col.

Quæ ſint noua inditia, ad hoc vt poſsit repeti tormentum, vide ſupra inditia.

An cõfeſsio extra iudicialis ſit ſufficiens indicium ad torturam, vide ſupra inditium.

An aduocatus accuſati debeat admitti ad diſputationem, an accuſatus debeat ſubijci torturæ, vide ſupra aduocatus. ſed dicendum ꝙ cum in ponendo reum torturę de grauiſsimo agitur pręiuditio, obſeruat cõmunis conſuetudo, ꝙ prius debeat ſolẽnis aduocatorum diſputatio corã iudice fieri ſuper hoc, an ſit torquendus, vel nè, vbi aduocatus rei debebit admitti, vt dictũ eſt, s. in lra, aduocatus. & admittitur vt pro reo alleget, vt in l. ſi poſtulauerit. §. q. ff. de adulterijs. & p gl. l. legis. ff. de legibus. ſed ipſi quæſtioni, & examinationi nõ debent intereſſe. ita tenet glo. in aut. de teſti. §. qa vero, in ver. aduocatorũ. & glo. videtur idẽ velle in l. cuſtodias. ff. de publi.

bli.iudicijs,& in d.l.legis virt᷒. & pp grauitatem præiudicij eſt inductum, quòd in hæreſi nec inquiſitor ſine ordinario,nec ordinarius ſine inquiſitore ꝓcedāt ad faciēdū reū torqueri, ſed ambo ſimul, vt in cle.i.de hær.[i] & niſi alter alteri vices ſuas ſup hoc cōmiſerit.vt ſ.cōmiſſio.& ita ſeruatur.

Sed circa prædicti no.ꝙ qñ inquiſitus timet torqueri ꝯ ius,eſt conſiliū ꝙ appellet,qm̄ appellatione pēdente ēt ſi aliqua cōfeſſio emanauerit,talis confeſſio eſt ipſo iure nulla, vt ar.l.i. ff.nil.noua.appenden. nec in hoc articulo opus eſt, vt iudex appellationis ſuperior inhibeat, q̄a periculoſū eſſet.ita dicit Bal.in l.i.C. commina. vel epi.quod no.hoc Ange.in addi.

No.quē poſſe poni ad torturā per famam,vt ſi in vno vico aliquid furatum eſt, præſumitur ꝙ vicini ſciunt aliquid de tali furto,& poſſunt propter illud torqueri vicini, vt no. in l. iii.ff.de fur.

No.in l.i.in fi.C.de iura. calum.& ibi Bal.ad q.Cy.i l.obſeruare.C.quo. ap.non re.vt dicit ibi Cy. quòd quando eſt plenè probatum cōtra aliquē, ꝙ non debet torqueri.tñ, dicit Bald. ibi, ꝙ iudices maleficiorū faciunt eū poſtea apud acta confiteri,& ſic reperitur cōuictus,& confeſſus.& hoc faciunt,vt non poſſint appellare. dicit ibidem Cy.ꝙ malefaciunt, quia nemo eſt torquendus niſi in defectum ꝓbationis pcedētibus īdicijs ſm eū. ſed dicit Bal.ibi quod ipſe credit ꝙ bene faciunt iudices, & hoc qñ habent plenariam certitudinē de maleficio, & ſic obuiant calumnioſis appellationibus, & maximè in criminibus enormibus,in quibus interdū licet leges tranſgredi, vt l.ſi quis filio, in §. ſed ſi quis,de iniuſ.teſ.quod notat In no.in c.i.de conſti.

Sed notandum,ꝙ in crimine hæreſis ſi quidā torquetur,quòd ſi in tortura nil confitetur ſuper his, quibus torquetur,ꝙ ſi eſt infamatus, & non confiteatur,vel ſi confitetur & nō pſeuerat in confeſſione, quòd tali indicenda eſt purgatio, vt tenet Franciſcus Zaba.in cle.i.de vſu. in fin.

Item nota dictum Bal.in l.ii.C.de epiſc.aud.quòd ſi delictum fiat clā, quòd cum minimo inditio poteſt qs poni ad torturam.

Item nota quòd nō poteſt dari duplex tormentum ſuper vno delicto, niſi ex vno tormēto reſultet aliquod inditium,& aliter nō poteſt amplius torqueri,ſi datum eſt ei vnū tormentum. ſed ſi ex vno tormento reſultat aliquod inditium,bene poteſt repeti ei illud tormentum, vel aliud.hoc nota in l.de minore.in §.ſi quis tormentis.C.& ff.de pœnis.

No.quòd vnus teſtis eſt ſufficiens inditium ad tormenta,vt in l.in criminibus.ff.de quæſti.& ibi per Bar.

Torqueri quis non poteſt contra accuſandum,Bar.in l.ſi quis,in prin. de adulte.

Tortus non inuentus culpabilis debet abſolui,ſed in actis debet annotari purgata eſſe inditia per torturā. l.fin.& ibi Bart.in i.column.vbi dicit quòd ſic faciebat. ff. de quæſtioni. & ita facio obſeruari per iudices capituli.

Tortus non dicitur quē iudex ſpoliauit,vt torturæ eum exhiberet, & ſi confiteatur crimen,non dicitur confeſſio ex tormento torturæ. Nico.de Neap. in l.nouiſſimè.ff.quòd fal.tu. auc.Sali.contra in l.ii.C.de cuſt.reo.

vide

vide ſupra iſta litera, in §. item confeſsio metu tormentorum.

Nota quòd torqueri poteſt quis iterum ſine nouis indiciis, vt maniſeſtet mandatorem, vel ſocios criminis. Angel. & docto. in l. & ſi certus, ad Sill.

Tortura fieri debet cum moderamine l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. quod intellige iudicis arbitrio, qui debet conſiderare qualitatē hominis, an ſit debilis vel non, & criminis qualitatem, an ſit leuē vel graue. l. iii. §. fi. in prin. & l. i. §. impubes, ad Sill. Dy. in tractatu de quęſtio. ver. qualiter debeat inquiſitio, & Angel. Are. C. ad l. Iuliam. maie. in l. milites. ver. quæ perſonæ, & ad fin. C. de quæſti. addo Bar. ad hoc in l. quæſtionis, la. i. ff. de quæſt.

Torqueri non poſſunt ſerui contra dominum. in Spe. de proba. §. videndum reſtat, in ver. vlt. nota.

An laicus poſsit torquere clericū, vide ſupra laicus.

Nota quòd eo caſu, quo infamia ſufficeret ad torturā, ſi probatur bona fama per aliam partem, tollitur prima pręſumptio. vide ſupra fama, in §. an probatio.

Puer torqueri cum ferula debet. gl. in verbo ſeruos, & Bar. in i. oppo. & Bal. in l. fi. in ver. vlterius notat. C. de his qui. vt indig. & docto. & Ang. in l. i. §. fi. ff. eodem ti. & eſt tex. in dicta l. i. §. impubes. quod verum eſt, vt veritas ſciatur, non vt condemnetur. Bar. in l. ex libero. §. de minore. ff. de quæſtionibus, & Bal. in dicta. l. fi. vbi etiam dicit ſecus in infante.

Torqueri poſſunt omnes, niſi ſint iure excepti. l. vnius. §. i. & l. ex libero C. de quæſtionibus. Excepti autem ſunt minores. xiiii. annis. quia ferula tantùm corripiuntur, vt ſupra in §. præcedenti. Item decuriones, & alij dignitate fruentes, milites, & doctores & ſimiles. l. diuites. & l. diuo Marco. C. de quæſtioni. & Bal. in l. decuriones. C. eodem ti. vbi dicit quòd iudex torquens eos debet decapitari quod tamen non procedit in militibus noſtri temporis. Cy. in l. ii. C. ad l. Iuliam. maieſt. & in l. milites, & ibi Ange. ver. quæ perſonæ. & ad fi. C. de quæſtion. Are. vbi ſupra vi. q. addo, ꝙ contrarium voluit Salicetus ꝙ imò milites noſtri temporis non poſſunt torqueri, in l. i. & ibi vide Iaſon. May. in viii. col. in ver. vnum tamen nota. C. de iuris, & facti igno. & Bart. in l. milites. C. de quæſtioni. & Alex. in l. centurio, in. ix. col. ff. de vul. & pupil.

Nec valet cōſuetudo, quòd torqueantur priuilegiati. l. omnes iudices, & ibi Bar. C. de decurio. li. x. Iaſon May. in l. de quibus, in xl. col. ff. de legi.

Item ſenex decrepitus. l. iii. §. ignoſcitur, ad Sill. ſecundùm Angel. Are. vbi ſupra.

Item fœmina prægnans, vt ſupra dictum eſt.

Item aduocati. Bar. in l. i. C. de aduoca. diuerſo. iudi. & prædicta vera niſi in crimine læſæ maieſtatis l. minores, ī prin. & l. ex libero. C. de quæſti. §. i. & l. proditores, de re militari.

Item pro hæreſi. Ange. Are. vbi ſupra adde. l. fallaciter. C. de abolitionibus.

Nota quòd ad dictum confitentis crimen propriū non debet alter ſubijci torturæ, licèt dicat fuiſſe ſuggeſtor, vel ſocius delicti. optimè facit text. in ar. in c. i. de confeſsis, in prin. & ibi Ab.

[a] Tortura non debet eſſe ita ſeuera in clericis, ſicut in laicis. vnde non debent ſupponi aculeis, vel funiculis, ſed virgis, ſeu corrigiatis. pro hoc bonus tex. xxxiii. q. v. c. i. in fi. Ab. in c. cũ in contemplatione, de reg. iuris.

[b] In quibus caſibus actor, reus, vel teſtis posſint torqueri, habes bonam glo. xv. q. vj. in ſumma, & quaſi per totam. quæſt.

Tortura pro veritate eruenda non infamat etiam de facto. l. nullam, & ibi Bar. C. de infa.

Tortura poteſt inferri pro reperiẽdis rebus fiſci. C. de hæredi. vel ac. vẽ.

Tortura etiam die feriata in honorẽ dei permittitur pro crimine enormi. l. iii. & ibi Bal. in ver. deinde nota C. de epiſ. au. & Iaſon May. in l. i. in i. col. in fi. C. de pręci. im. of.

ADDITIONES.

a Tortura, ſeu potius tormentum, eſt cruciatus, qui eruendæ veritatis cauſa reis criminum, & quibuſdam teſtibus fieri ſolet, toto titu ff. & C. de quæſtio. l. ob carmẽ. §. ſi ea ff. de teſti. l. vnius. §. teſtes & l. ex libero ff. de quæſtio. Nouella 90. §. ſi verò ignoti. & § ſi eius modi. De ea item Cic. in Partitio. & lib. 2. Rhetoric. Quintil. lib. 5. c. 4. Valeri. max. libr. 8. c. 4. de quæſtionibus. quibus autem creditũ non eſt, aut quibus temerè habita fides eſt. Solet & noſtra tempeſtate puniendi cauſa adhiberi. Tormentorum varia genera traduntur. De tormẽtorum modo & vſu in cauſis hæreſis, vide etiam Directo. inquiſi. part. 3. memb. 3 adde Siman. in Enchir. de tormen. titu. 52. P. V.

b Communis opinio eſt, quòd vnum indicium ſufficiat ad torturam, prout per Iodo. in ſua praxi criminali, c. 36. nu. 30. & Iul. Clar ſentent. libro 5. §. fin q. 64. verſicu. ſed quæro quot inditia requirantur, & Siman. Enchir. tit. 52. de tormentis num 23. vbi quod neceſſaria eſt ſaltem dimidiata ſiue ſemiplena probatio ad torquendum hominem Et in cauſa hæreſis, quòd quis torqueri poſſit ob dictum vnius teſtis bonæ opin. concludit etiam Zanchin. de hæreti. c. 9 nu. 7. & pro prædictis alios citat Camillus Campe. in additi ad eund. in ver. nunquid poterit torqueri pro quibus vide omnino Carrer. in eodem tracta. de hæreti. num. 117. verſi. ſed an in vtroque crimine. Quintil. Mandoſius.

c Iuxta tex. in l. 1. verſi. quæſtionis verbo iun. gloſſ. in verb. dicunt. ff. de iniur. Idem voluerunt Bart. in l. 1. §. diuus. de quęſtio. Guid. de Suza. de indi. num. 74. verſic. ſed quid in quæſtione de facto, & ibidem in additio ad eund. Ludou. Bologni. nu. 75. Aret. in tracta. malef. in ver. fama publica præceden. ver. quæro, quid ſi eſt tale delictum. Vmber. in iudi. inqui. hoc ipſo verb. tortura. nu. xi. Quintil. Mandoſius.

d Dictu in l. 1. in fine. nu. 5. Aduerte tamen quòd non præcedentibus indicijs confeſſiones in tortura factæ, & alia ſubſecuta nihil operari debebunt. Bartol. in l. quæſtionis. ff. de quæſtio. Paul. Caſtren. in l. ſi quis. circa fin. ff. de teſtamen. Alexan. con. 5. in caſu inquiſitionis. vol. 5. vbi ẽt declarat quæ, & qualia indicia præcedere debeant. Q. M.

e Idem voluerunt Bal. in l. interpoſitas nu. 9. C. de tranſact. & Iodo. in Enchi. pariũ aut ſimilium iuris; in verbo, mors tortura. Et quòd ita obſeruetur etiam infra 40. dies poſt partum, et etiam quò ad nutrices lactantes ſcripſit Iul. Clar. ſenten. lib. 5. § fin. q. 64. verſic. quæro modò nunquid mulier prægnans, & quòd prægnans

gnans

gnās torqueri non debeat, voluerūt etiam Abb. in c. cum in contemplatione in fi. de verborum ſignific. & Vmber. in Iudi. inqui. hoc verbo. tortura. num. 43. Quint. Mandoſius.

f *Teſtis vacillans abſque indicijs torqueri poteſt, Bal. in l. milites C. de quæſt. & per ea quæ adducit Franc. Brun. de indi. & tortu. in 4. quæſt. 2. part. nu. 12. Sequitur Campe. in addit. ad Zanchin. c. 9. col. penul. verſ. imo poſſunt, ex aliquibus præſumptionibus, & voluit Vmberti. in Iudi. inquiſito. hoc verb. tortura ad fin. Quint. Mand.*

g *Hæc eſt diuerſa lectio ab ea quæ legitur apud Bartolum. P. V.*

h *Semel competenter tortus abſque nouis indicijs nō debet iteratò torqueri iux. tex. hic citatum in l. vnius. §. 1. ff. de quæſtio Guid. de ſuza. de indi. & tortu. nu. 3. ver. Quartum notādum eſt, Fran. Caſſ. de tormen. c. 14. numero 1. & ſeq. Io. de ami. conſil. 37. nu. 4. affirmat communem ſcolam ita tenere. Noua autem indicia dicuntur a primis differentia ſpecie, & ſubſtantia. Boſſius in praxi crimi. titu. de tortu. ante num. 13. vide etiam Simanc. Enchir. titu. 52. de tormen. nu. 41. An autem, & quando ſemel tortus repeti poſſit poſt omnes latiſſimè proſequitur Iuli. Clar. ſenten. libro 5. §. fi. q. 64. in vltim. quæſito. verſi. vltimo vidēdum eſt in hac materia, in quibus caſibus tortura ſemel illata. Q. M.*

i *Et c. vt commiſſi. §. fin. & ibi. omnes, eodem libro 6. Felin. in c. cum non ab homine. colu. 2. de indi. Carer. in tracta. de hæreti. nu. 77. & ſequen. Nicol. Boſſ. eodem titu. num. 12. Zanchin. eodem tract. c. 8. poſt nu. 4. verſi. At verò torquere perſonam. & Camil. Campe. in addition. ad ipſum. in ver torquere. Vmbertin. in Iudi. inquiſit. hoc verb. tortura. poſt numero 7. ver. & propter grauitatem. Quint. Mandoſius.*

k *Fran. Bru. de indi. & tortura. in 5. q. 2. part. nu. 17. verſi. ſeptimò aduertat iudex. quòd ad torturam procedendum eſt cum moderamine, & non effrenatè, et inhumanè, & debito iuris poſt poſito. per tex. in l. nihil. C. de quæſtio. Fran. Caſſon. de tormen. c. 12. num. 3. & ſeq. & c. 14. num. 2. Vmbert. in iudi. inquiſi. hoc verbo Tortura. numero 19. & ſeq. Et quòd cum tormenta vitanda non poſſit propter varietatem negociorum & perſonarum regula certa dari communem affirmat Io. de Amic. de Vena. con. 134. n. 1. Quint. Mandoſius.*

l *Idem Guid. de Suzaria. de indi. & tortu. numero 8. verſic. quæ autem perſona. Amber. de Ant. ramo. de quæſtio. & tortu. nu. 2. & hanc communem affirmant, Ant. Gomez. Delictorum c. 13. nume. 3. & Clar. ſen. libro 5. § fin. q. 64. verſ. vbi ſubſunt legitima indicia. Quintillian. Mandoſius.*

VAcillare[a] Propriè eſt dubitare. ſed variare eſt contradicere ſibi de teſt. cog. præterea, de pœnis, ſuper his. nota. in proœmio decre. ſuper verbo, vacillare. de procura. in noſtra, de cau. poſſ. cum eccleſia.

Quis dicatur vacillans, vel varians vide Bal. in l. nullum, circa prin. C. de teſtam.

ADDITIONES.

a *Vacillare, Nonio teſte, eſt trepidare, vel cū laſſitudine niti, a ſenibus, qui ſint æuo defeſſi, atque ad ſuſtinendam laſſitudinem baculò tarditatem leuent, Cicer.*

Vbili.3.in Galliam mutilatum ducit exercitum, cum vna legione, & ea vacillante. Quamobrem vacillare teſtem puto, cum non conſtanter imo trepidè & titubanter, & parum firmè dicit. vnde dicitur in l.1.ff. de teſti. quorum fides non vacillet, id eſt non titubet, & parum firma ſit, a re corporali, ad incorporalem ducta translatione. Variare ſatis notam habet ſignificationem, in eodem ſcilicet dicto vel ſententia non perſeuerare l. ſi fundus. §. eleganter ff. de leg. comm. & l. pen. eodem tit. Cic. de fin libro 2. Varietas, inquit, Latinum verbũ eſt, idque propriè in diſparibus coloribus dicitur. ſed transfertur in multa diſparia, varium poema, varia oratio, varij mores, varia fortuna, voluptas varia etiam dici ſolet, cum percipitur, ex multis diſſimilibus rebus diſſimiliter efficientibus voluptates. offic. 1. vt in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt etiam maiores varietates, idem de Orato. libro 3. ergo ille princeps variabit et mutabit, vocem, item l ſedet ſi. §. item ff. de inſti. acti. l. nonnunquam. ff. de collatio. bono. ita videtur accipiendum in l. qui falsò ff. de teſti. De varietate. l. penultim. §. ſi dominus. ff. de inſtito. actio. P. V.

Venia [a]peccati nõ datur niſi correcto, vt in regula, peccati de reg. iuris li. vj. & corrigi quis non poteſt, niſi confiteatur, & reum ſe cognoſcat ore proprio, [b] vt in c. omnis vtriuſque, de pę. & remiſ. quia confeſſio eſt vna pars ſatisfactionis poſt contritionem. vnde dominus ꝑ prophetam ait: dic tu peccata tua, vt iuſtificeris. vide ſupra confeſsio.

Item venia non datur niſi contrito, & correcto. xxiiii. q. ii. legantur. & quomodo gaudebis te fuiſſe correctum, niſi doleas te fuiſſe peruerſum xxiii. q. vii. quemadmodum, & l. diſt. pœnitentes. glo. eſt de hoc in c. ſius de elec. & gloſſ. in c. at ſi clerici, de iudicijs.

Nota quòd ad hoc quòd quis veniam mereatur, exiguntur tria, ſcilicet oris confesſio cordis contritio, & operis ſatisfactio, vt de pœni. diſtinc. iii. ca. perfecta, & quod ibi nota & ſic verè confitendo quis ſuos errores, & de eis ſibi veniam poſtulando concedenda eſt ſibi. ſed ſolummodo petenti, & non confitenti non conceditur venia, vt C. de hæreti. l. Manichęos, & de pœni. diſtinct. iii. ad ſa. xlv. diſ. ſunt namque, & c. diſciplina. & ſic intelligendum eſt quòd petenti venia conceditur, ſcilicet correcto, vt prædictum eſt.

Item ſine humilitate aliter veniam ſperare non licet, nec etiam vbi eſt taciturnitas peccati non confitẽdo, venia ſperãda eſt, quia taciturnitas peccati ex ſuperbia naſcitur cordis, vt de pœniten. diſtin. i. eſt taciturnitas. de hac materia vide ſupra confesſio, & ſupra miſericordia, & ſupra negatiuus. Ideo Prouiſo Solerter.

Vera pœnitentia veniam meretur, & ſimulata deum irritat. vide ſupra pœnitentia. §. ſed no.

Impœnitenti venia non conceditur. tex. & ibi bona gl. c. i. qui clerici, vel vouen.

An petens veniã de delicto videatur illud confiteri? glo. in c. exhibita, de homici. vide quod nota Inno. in c. venerabilem, de electione.

Non eſt peccandum ſub ſpe veniæ de cleri. excom. ſi vere, de cele. miſ. de homine.

Facilis ſpes veniæ occaſionem tribuit

buit delinquendi.l.diſ.ſi lapſis. xxiii. q iiii.eſt iniuſta.de vita & ho. cle.c.vt clericorum.de transla.præla. c. pen. in glo.vnde Stephanus papa dicit ec cleſiaſtici vigoris ordo confunditur, ſi aut temerè illicita præſumantur, aut non conceſſa impunè tententur, proinde ſi negligenter ea quæ malè vſurpâtur,omittimus,exceſſus viam proculdubio alijs aperimus.

Veniam inueniſſet Iudas, ſi pœnitentiam egiſſet,de pœ.diſ. i. is poſitis ſue,& c.importuna.

Venia non datur, niſi contrito, & correcto.xxiii.q.ii.legantur,& gloſ. vltim.in c.Oſius,de elec. Et quomodo gaudebis te fuiſſe correctum, niſi doleas te fuiſſe puerſum.xxiii. q. vii. quemadmodum,& l.diſ.pœnitentes & in d.glo.vl.d.c.Oſius,de elec.

ADDITIONES.

a *Venia pro permiſſu ſolet accipi,l. vlt. l.ſed ſi.§ qui manumittitur. ff de in ius vocadu·nam voce,permiſſus. vſi ſunt in legibus alii iuriſconſulti.l.4.§. vlti.ff. de cenſi.quandoque pro remiſſione & condonatione ſicut hic videtur & l.in furti.§. partus.l liberorum.§ nō ſolent. ff. de his qui no.inſa.l auxilium.ff de mino.l.vlti. §.in ſuis ff.nautæ caupo.ſtabu. per conſequentiam cum ea quæ permittimus, remitti ſequatur a nobis,aliquando pro effectu eius,cuius cauſa datur venia,l.Papinianus. 21 ff. de mino. Vlpianus enim ibi ſcribit, Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis? ideſt in integrum reſtitutionem,quæ datur ob ætatē. Hinc veniale peccatum, quod eſt venia dignum,item ſtatus venialis appellatur, ait in Phormio.Teren. Donatus, cū quis orat vt ignoſcatur ſibi, An venia ſit danda ei,qui licèt catholicam fidem profiteatur,conuictus eſt tamen de infectione hæreticæ prauitatis,teſtibus legitimis quod ille conſtanter negat,vide Direct par.3. in xij. modo proceſſum fidei terminandi in fin.2.formæ ſententiæ alleg gloſ. in c. ad abolen.§ præſenti.in ver. audientia. & c excommunicamus.el. 2.de hæretic. Petrus Vend.*

b *Sic filij Iſrael afflicti per ignitos ſerpentes venerunt ad Moyſem dicentes. Peccauimus quoniam locuti ſumus contra dominum, & contra te, & veniam meruerunt.Nume.c.13. Q. M.*

Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.Eſa.v.c.

Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandum, & potandum vſq; ad veſperam, vt vino æſtuetis. Eſa. vbi ſupra.

Væ qui trahitis vanitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculū plauſtri peccatum.Eſa.vbi ſupra.

Væ qui dictis malum bonum, malum ponentes tenebris, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, &dulce in amarum.Eſa.vbi ſupra & xi.q.iii.c.væ qui dicitis.

Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris,& coram vobis metipſis prudentes.Eſa.vbi ſupra.

Væ qui potentes eſtis ad bibēdum vinum, & viri fortes ad miſcendum ebrietatem, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.hæc omnia Eſa. c. v. vbi ſupra.

Væ homini illi, per quem ſcandalum venit, quod verbum eſt domini noſtri Ieſu Chriſti.

Væ ſoli qui cum ceciderit in terram,

ram,non eſt qui ſubleuet eum. extra de ſta.mona.monachus c.ii.Reſpon. i.& viii.q.al.vii.q.i.illud,& ſpe.tit.de aduocato.

Veneratio [a]quæ ſanctis exhibetur,dicitur dulia.de qua ſupra dęmon.

ADDITIONES.

a *Vide quæ ſupra notata ſunt.Dulia.Latria.* P. V.

Verba ſunt[a] ſigna eorum, quæ in anima ſunt, paſſionũ, vt ait philoſophus. Non enim præſumitur quis dicere quod ante non cogitauit, vt C. de libe. legat. l. Labeo, aliàs legata.

Verba ſemper debent aliquid operari,vt de priuilegijs,ſi papa.

Talis quis præſumitur qualia verbe profert, & eius animum cenſetur fuiſſe,qualiter verba ſonant,[b]niſi ꝓpter excellẽtiam ſtatus, vel aliàs contrarium appareat.ar. C. de iniurijs. ſi non conuitij,cum concor. ibi àllegatis.

Omne enim malefactum, vel dictum, malè præſumitur factum, vel dictum,vt extra de præſumpti.c. i.in fin.non tamẽ intentio verbis,ſed verba intentioni debent deſeruire. extra de verborum ſigni. c.intelligentia.in his enim voces ſunt notæ, prout ait philoſophus.li. periermenias,earum quæ ſunt in anima paſſionum, talia enim quæ non poſſunt bono animo fieri,nõ poſſunt interpretari niſi malefacta,& non bene,vt extra de regu. iuris c.i.

Per verba enim quæ quis loquitur ſuam fidem profitetur Tho. ſecunda ſecundę.q.xi.ar.ii.circa medium,vide ſupra hæreticus §.pertinaciter aſſerere quòd anima.

Ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæreſis,non quia hęreſis per ſe in his conſiſtat, ſed quia ſunt occaſio,& cauſa erroris.hoc Thom.in iiii. ſententiarum,di.xiii.ar.iii.

Nõ debemus attendere verba, ſed mentem, & intentionẽ proferentis.[c] xi.q.iii.inter verba,& xxii.q.v.humanæ auris,de verbor. ſignifica. intelligentia.vide ſupra fides §.vtrum ſimplices.

Verba intelliguntur ſecundùm ſubiectam materiam,vt in c.ad noſtrã, de iureiura. & de ſponſa.præterea.ff. vbi,Deliquiſſet, verbum accipitur ꝓ cognouiſſet carnaliter,propter materiam matrimonij,de qua loquitur.& ff.loca.l.ſi vno.ff. de in diem addic.l. imperator.ff.de vſufru.ea.re.quæ vſu conſu.l.fin. ff. de acti.emp.l.emptorem.§.qui autem.de conſtit. ex literis,de priuile.ex ore.[d]

An qui iocosè,vel propter lubricũ linguæ dixit aliqua verba hæretica, ſit hęreticus,vide ſupra ebrius, & ſupra hęreticus.

De verbis quæ non ſapiunt hæreſim, inquiſitor nõ poteſt ſe intromittere,ar.c.accuſatus.§.ſanè, de hęret. libr. vj. ſed ordinarius cognoſcet de talibus.

An proferẽs verba hęreticalia poſſit pœnitentiari pœna pecuniaria, vide ſupra pœnitentia.

Scribitur in porta pro verbis verba reporta. xvi. quęſt. i. decimæ non tantùm.

Verbum generale qualiter intelligatur in materia pœnali, vide ſupra pœna §.no. ꝙ in materia pœnali.

Cum

Cum te aliquis laudat, vel vituperat, tu iudex eſſe momento, in Catone, & in decret. in c. inter verba. xi. q. iij. vbi ſic dicit, inter verba laudantium, ſiue vituperantium ad mẽtem ſemper recurrendum eſt, & ſi non in ea inuenitur bonum, quod de bonis dicitur, magnam triſtitiam generare debet, & rurſum ſi non in ea inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus letitiam proſilere.

ADDITIONES.

a *Verbum habet, exiſtimo, vulgatum cuique ſignificatum, cum ſit vna de partibus orationis, & cum propriè ſumitur, ſed accipitur, & ſæpe generaliter p quaque parte ſermonis. propriè ponitur in l. verbum oportere. l. verbum oportebit. l. verbum erit, & l. verbum facere. ff. de verborum ſignifi. & l. verbum, illud. l. 1. § hæc verba, ff. quod quiſque iu. l. vtrũ? ff. de petit. hære. generaliter pro cæteris partibus, in l. verba victus, l. verbum reddendi. l. verbum exactè. l. verbũ amplius. ff. eodem quandoque deſignat orationem perfectam. l. 4. § 1. ff. de vulg. & pupil. l. amplius. 15 ff. rem ra babe. nonnunquam imperfectam. l. 1. ff. de verb ſigni. Teren. pro integra ſentẽtia, quam appellũt axioma in Andr. act. 1. ſc. e. 5. Miſeram me, quod verbum audio? idem in Eunu. act. 1. ſce. 3. vtinam iſtud verbum ex animo, ac verè diceres, Verba ſunt rerum notæ. Cic. ait in Topi. verba ipſa rerum gratia ſunt reperta, quorum maximè ſunt probabilia, quæ ſenſum animi noſtri optimè promunt, atque in animis iudicum, quod volumus efficiunt. Quint. in proœm. libro 1. ſimile eſt quod ſcribitur Inſti. de lega. §. ſi quidem. ait enim Imperator. Nomina enim ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt. quod dicit in parte poſſumus ad genus referre. in l. Labeo. §. id Tubero. ff. de ſup leg. nam quorſum ſunt nomina inquit, niſi vt demonſtrent voluntatem dicentis, Ab aere verberato ſcribit appellata Quintil. libro 1. c. 6. licèt a veritate dicta cenſeat Varro. Verborum alia propria ſunt, alia tranſlata, Propria q̃ eius rei verba ſunt, aut eſſe pñt, qua de loquemur, Ad Heren. Cic. libro. 4. ſua cuiuſque rei, appellatio, & primus intellectus, verbi proprietas eſt, autore Quintil. c. 2. libro 8. tranſlata, cum nomen, aut verbum ex eo loco in quo proprium eſt, in eum in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt, id facimus autem quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius eſt, aut quia decentius. idem c. 6. eodem libro. Cice. quoque libro de Orato. iij. vbi etiam quædam ait eſſe natura, quædam reperta, item quædam vſitata, quædam inuſitata, & aliæ ſiunt verborum diſtinctiones ad vtroque, q os v. deas. vide etiam Alcia. de verb. ſignifi. Notandum etiam verborum proprietatis iuriſcõſultos eſſe ſtudioſiſſimos, & autore Quintil. c. vltim lib. 5. & non aliter a ſignificatione propria verborum recedi oportet in iure dicendo, quàm cum manifeſtum eſt aliud eſſe ſenſum, l non aliter. 67 ff. de lega. 3 item verba ius ſumunt ab autoribus ait idem lib. 1. c. 4. & eadem l & ex communi vſu. l. Labeo ff. de ſuppe. lega ſermo conſtat ratione, vetuſtate, autoritate, conſuetudine. Quintil. libro 1. c. 6 & eiſd. legi. & l. 1. ff. ſi cer. peta. P. V.*

Veritas [a] de terra orta eſt, vt dicit redemptor noſter. ego ſum via, veritas, & vita. & ſic Ieſus redemptor noſter eſt ipſa veritas. &

Qui celat veritatem, peccat mortaliter, vt extra de iureiuran. c. ex literis, in fi. & gloſſ. in c. cum nuncius, de teſti. in fi.

Hoc enim tempore obſequiū amicos, veritas odium parit. hoc dicit Terentius in prima comœdia. & ſæpe qui veritatem dicit, frangitur ſibi caput. ſed magis amica veritas, quā Plato.

Quicunque dixerit tres veritates infra ſcriptas ſine mendacio, ſciat ſe in ſtatu gratiæ, & extra manus inimici eſſe.

Prima veritas. Domine ego peccaui contra tuam bonitatem, & pœnitet me, & diſplicet mihi pro eo quòd tu es dignus amari, & quia tu præcepiſti mihi contrarium, ſcilicet ne peccarem.

Secunda veritas. Domine ego habeo bonum propoſitum, & bonum deſiderium cuſtodiendi me de cętero cum tuo adiutorio, quòd nō reuertar amplius in peccatum, & ponam diligentiam ad tollendam occaſionem peccati.

Tertia veritas. Domine ego habeo bonam voluntatem confitendi integrè in hora, & tempore ſecundùm tuum præceptum eccleſiæ tuæ ſacroſanctæ.

Quid autem ſit veritas, no. Archi. de ſum. tri. c. i. li. vj. de conſe. diſtin. ii. corpus. Io. An. de ſum. tri. damnam⁹. Io. Cald. de teſ. cogen. dilectorum, in commento ſuo. no. de iureiuran. veritatis, in prin. in gl. imitatio, col. vj. nota de regu. iu. qui ſcandalizauerit, in gl. ii. Bal. in l. ſacræ leges. ff. de legi.

ADDITIONES.

a *Veritas eſt per quam damus operam, nè quid aliter quā confirmauerimus fiat, aut factum, aut futurum ſit, Cic. libro 2. de Inuen. idem eodem lib. de rebus expetendis, veritas eſt, inquit, per quam immutata ea quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. veritas autore Clemen. Alexandr. lib. 2. eſt veri ſcientia, Quatuor autem idem ait eodem libr. ſunt, in quibus verum conſiſtit, ſenſus intelligentia, ſcientia, opinio, quæ ſingula declarat. Veritatem Euſtratius interpres Ethico. Ariſt. libro 6. ſcribit eſſe in ſermonibus, & rebus, In rebus cū vnum quodque quod eſt, ſemper, & eodem modo ſe habet. In ſermonibus, vel oratione, quando de eo quod eſt, ſicut eſt, enuntiamus: prior tamen habet, inquit, verum purum & ſincerū, poſterior habet aliquid, & non verum, veritas potius quàm perſonæ præeminentia ſpectanda. l. 7. ff. ad l. Iul maie. P. V.*

Veſpaſianus [a] hic & Titus quadraginta annis poſt paſſionem domini deſtruxerūt Ieruſalem, vt nota. xxiii. q. v. remittuntur.

ADDITIONES.

a *Veſpaſianus pater, & Titus filius Veſpaſiano qui tum contra Ieroſolimam, vrbem munitiſſimam, magna gloria victor bellum gerebat, imperiū reliquerunt Otto, Vitelliusque. vbi à militaribus copijs imperator renuntiatus. filio Tito bellum Iudaicum mandauit, ipſe autem quanta potuit celeritate Romam contendit. De expugnatione vrbis Ieroſolimæ, & magnis cladibus Iudæorum, poſſunt ex hiſtoria Ioſephi, Nicephorique li. 3. peti. Petrus Vend.*

Veſtis. [a]non licet priuatis portare veſtes ſericas,& deauratas.C.de veſ.holoba.& aur.lib.xi.[b]& quòd ibi nota quid in mulieribus? vide in præal.l.i & ii.eo. ti.

Veſtium ſciſſura ſignat pœnitentię ſatisfactionem, de pœniten. diſti. i.hinc etiam propheta.

Quid ſignificet veſtis alba, vide de conſec. diſtinc.iiii. poſt baptiſmum, & c.ſeq.

Veſtes Chriſti fuerunt ſubiectæ ſorti,nota gl.in l. ſi quæ ſunt cautiones. ff.fa.her.

Clerici non debent ambulare ſine operimento,& veſte decente, vt.xxi. q. iiii. per totum,& in c. nullus, & in c.epiſcopi.

ADDITIONES.

a *De veſtis ſignificatione nō eſt pluribus agendum quippe quę manifeſta vel lippis & tonſoribus, vt aiunt,eſt,Calliſtratus in l.veſtis.127.ff. de verborum ſignifi. ſcribit, veſtis appellatione tam virilis quàm muliebris & ſcenica etiam ſi tragica aut citharedica ſit,continetur, Veſtem quoque victus habere vicem Labeo ait.l.verbo victus.ff.eodem. Veſtis an veſtimenta legentur,nihil refert Vlpia. inquit in l. veſtis 25.ff. de aur. & arg. legat.poſtea ſubiungit,veſtimentorum ſunt omnia lanea,lineaque,vel ſerica, vel bombicina, quæ induendi pręcingendi,amiciendi,inſternendi inyciendi, accubandiue cauſa parata ſunt, & quæ his acceſſionis vice cedunt quę ſunt inſitæ picturæ, clauique qui veſtibus inſuuntur. Veſtimenta omnia aut virilia ſunt aut puerilia,aut muliebria,aut communia,aut familiaria & quæ ſingula ſint adnectit veſtis etiam ex pellibus conſtabit,item pelles caprinę & agninæ veſtis erunt,cum & tunicam, & ſtragulam pelliceam nonnulli habeant.argumento,ſunt etiā nationes quædam, veluti Sarmatarum, quæ pellibus tegūtur, item conſtilia,& tapeta, veſti cedunt, item alia quæ ſcribuntur, in l.cum unicam. & l.argumento.ff. eodem. Veſtimentorum genera permulta Nonius recenſet,hinc veſtiarium, & veſtitus.in l. 6.& l.diarijs ff.de alimen.& ciba.lega. alia vide ſupra habitus. T. V.*

b *L.vnica. §.præterea.vbi etiam Lucas de pen.C.nul.lice.in ſi.e.eque.ſel. eodē li. & ibi glo.commemorat clamidem militem,purpuram regem, & ſtollam ſacerdotem demonſtrare. Q. M.*

Via. [a] dicit redemptor noſter Ieſus. Ego ſum via, veritas, & vita.Ioan.xiiii.c.

Prouerb.xxx.,& ibi Nicolaus de lyra dicit hæc verba.hęc eſt litera in Hebræo.tria ſunt mihi difficilia,& quartum penitus ignoro.

Viam aquilæ in cœlo.

Viam colubri ſuper petram.

Viam nauis in medio maris.

Viam viri in adoleſcentula.

Et patet ſecundùm expoſitionem Nico. de Lyra in iſto quarto, ſcilicet viam viri in adoleſcentula quod Ber. in glo.extra de præſumpti. ex ſtudijs ſuis, vbi allegat iſtam autoritatem, dicendo viam viri in adoleſcentia, ꝙ non cognouit myſterium autoris, nec intellexit. nec etiam intellexit Accurſius, qui allegauit eandem autoritatem,& in eodem ſenſu quo Bernardus. Inſti.de iuſ.& iure,in gl. quę incipit.nota contra conſtantiam.ſuper parte,diffidētia, quę plerumque iuuenes auertit.Nam illud quartum, quod dicit, Viam viri in adoleſcentula,

tula, in Hebraico dicitur, viam viri in aalma, pro quo intelligitur myſteriũ incarnationis domini noſtri Ieſu Chriſti ĩ beata virgine Maria, de quo Eſa.dixit. Ecce virgo concipiet,& pariter filium,& vocabitur nomẽ eius Emanuel.& Salomõ iſta ſecreta tam altiora non potuit ea ſcire ſcientia naturali, niſi poteſtate abſoluta dei, & gratia magna attributa generi humano. & iſte eſt verus intellectus, & vera litera, quia non dicitur adoleſcentia, ſed adoleſcentula, quòd eſt virgo.

ADDITIONES

a *De via terreſtri non oportet longum inſerere tractatum, loco nõ exigẽte, ſolùm pautis expediam. Via eſt ſiue ſemita, ſiue iter eſt l. paries.157.ff. de verborum ſigni. Via eſt ius eundi, & agendi,& ambulandi, l.1.ff. de ſer.ruſti.præ. Via totũ eſt, partes eius duæ ſunt, iter, & actus, l.13.§.1.ff. de accep. & inſti.de ſerui.in prin.a vehendo dicta. Varo.1.de re ruſt. eius latitudinem definit lex.xij. tabu.in porrectum pedes octo. in anfractum.16. l.8.de ſeruitu ruſt.prædi. Viarum quædam publicæ ſunt, quædam priuatæ, quædam vicinales, publicas vias dicimus quas Græci baſilicas, noſtri prætorias, alij conſulares vias appellant. priuatæ ſunt quas agrarias quidam dicunt. Vicinales ſunt viæ, quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt, quæ, & publicæ ſunt ſi non ex collatione priuatorũ, hoc iter conſtitutum eſt: rurſus, & priuatę duplices ſunt, vide l.2.§.13. ne quid in loco pub. & l. vltim. de itin.pub.ff. eius item ſignificatio in alia transfertur, vt in l. magis. §.non paſſim ff. de rebus eorum. Petrus Vendramenus.*

Vicarius,[a] ſeu vicem alicuius gerens ſic debet honorari in loco,& in ſeſſione,& in alijs, ſicut is cuius vices gerit. notat Hoſti. in proœmio ſummæ ſuę, & eſt caſus vnicus in c.præcipim⁹ xciii.di.quem tex.reputauit ſingularẽ Ron̄. in ſuis ſin. in litera. V. in verbo, Vice rector. faciunt notata per Alexan. de Imol. in rub. de of.eius, cui man.eſt iuriſ.in viii.col.Abb.in c.ſanè.ii.& in c.cum olim, de of.delega. & Barbatia.in d. c.ſanè.faciunt notata per Anto. Curſetum in c.grandi, de ſup. negli. præ. in quadam ſua repetitione.[b]

ADDITIONES.

a *Vicarius pro ſeruo vices ordinarii ſerui gerente ſumitur in l.ſi ſeruus.18.ff de peculi.accipitur, & latius pro omni eo, qui vicẽ gerit alicuius. Cic. in ver. 174. Quinquaginta curatores ita video deiectos, vt ijs nẽ vicarij quidem ſucceſſerint. In Anto.240. quòd ſi in bello dari vicarij ſolerent, libenter me, vt Brutus emitteretur, pro eo includi paterer. idem lib. 9.epiſto. itaque do te vicarium: tu cum obſeruabis. item pro Cecin. procurator pene domitius et alieni iuris vicarius. Hinc vicarius, qui vicem obtinet epiſcopi, vel alterius maioris, vel inferioris iudicis ordinarij, vt archiepiſcopi, patriarchæ, primatis, qualis eſt nunc Ioannes Rhenius Venetus, protonotarius apoſtolicus, vicarius perpetuus eccleſiæ colleg D. Bartholomæi Venetiarum, & vicarius in ſpiritualibus generalis Ioannis Triuiſani patricij & patriarchæ Venetiarum, Dalmatiæque primatis, quem honoris. veneretiæ in eum meæ ac memoriæ poſterorũ nomino, licèt per ſe domo ſatis patria & dignitatum amplitudine ſit illuſtris & vene-*

venturis ſæculis nominatiſſimus futurus. Iuris vterque conſultus. Is Rhenius ob excellentis ingenij lumen, & perſpicitatem, morum grauitatem, rerum adhuc iuriſque dicendi peritiam, epiſcopi Torcellani primitus, deinde patriarchæ Veneti, & eccleſiæ. D. Bartholomæi vno die Vicarius electus ab eodem patriarcha, vtriuſque & epiſcopi & patriarchæ vice perfungitur, & eccleſiæ præeſt vno tēpore. De eiuſmodi vicarij officio extat in iure pontificio ſpecialis titulus de offi. Vica. item. C. de offi. eius, qui ge. vicem alteri. Vicarius huiuſmodi differt ab auditore legatorum, patriarcharum, atque ſuperiorum. alius enim cauſas audit duntaxat, & acta, ac decreta nomine eius, cuius eſt auditor eduntur. alius qui eas audit & decidit nomine ſuo, cuiuſmodi eſt auditor modò Venetijs vniuerſarum cauſarum curiæ ac tribunalis legati pontificij Ioannis Baptiſtæ Caſtanei Patricij Romani, & Archiepiſcopi Roſſanen. animi virtutibus familiæ nobilitate, iuris etiam prudētia, legationibuſque præclari, Siluius Galaſſus Canonicus Meſſanenſis, non longè ab vrbe ortus, patria Fruſinàs, vnde ſanctiſſimi duo ſummi pontifices Hormiſda; Silueriuſque prodiere. is Siluius morum et literarum elegantia, iuris ad hæc vtriuſque ſcientia nitet, iudicandique prudentia ac exercitatione ſupra ferè ætatis ſuæ anni circiter. xxxvij. modum pollet, ingenij ſubtilitate cęteris ſui ordinis & ætatis hominibus non inferior, in cauſis omnibus, præſertim fidei catholicæ laboribus et ſtudio indefeſſus. Tantorum quidem virorum præſtantia, ſcriptoris eloquentiam poſtulat atque volumina tenuis enim meus dicendi ſtilus & annotatiunculæ pares eſſe non poſſunt idcirco breuiter & obiter hæc paucula libaui, præcipuè de legato, & patriarcha, qui ſunt et erunt aliorum facundis celebrati ſcriptis. De cunctis ijs hæc ſolummodo in commune ſubyciam, in adeundo quidem ſe faciles prębere, omnium deſideria perlibenter, & quantum velint & quoties oporteat, & perhumaniter audire, grauitate nihilominus officij ſeruata. Sed ne videar aſſentari viuentibus, alia non dicā, præterque quòd ego ſanè cum vel conſpitio, vel mente concipio conuentum horum præexcellentium virorum vnà cum inquiſitore prauitatis hæreticæ, clariſſimiſq; ſenatoribus Venetis in cauſis orthodoxæ fidei, miror atq; veneror præſtātiſſimi maximeq; reuerendi tribunalis huius maieſtatem, ſapientiamque penè diuinam, quę efficitur, & rutilat ex commitijs ac conſenſu talium virorum omni bonarum literarum genere, humani, diuinique iuris ac theologiæ, rerumque gubernandarum, & adminiſtrandarum ſcientia, pariter & vſu callentium. ſoleoque dicere non egere eos aduocatione peritorū, cum potius aliorum magiſtri quàm diſcipuli, vt ita dicam eſſe meritò poſſint, quamuis id aliquando ſeruare cōſueuerint, idque modeſtiæ, cauſa fieri puto. Redeat itaque, vnde digreditur, oratio. Intereſt non nihil inter vicarium, & auditorem, hos de quibus loquor; quòd ille, dicitur ordinariam habere iuriſditionem, hic ex opinione nonnullorum in ſententiæ ſaltem dictione delegatam. vide Clem. auditor. de reſcript. cum glo. & doctores ad ipſam. Vicarius epiſcopi doctor vel licentiatus eligi debet ex decreto Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. capitulum. 16. eius officium in collatione beneficiorum quod ſit, cauetur in c. expedit. 18. eadem ſeſſ. vicarij quando & qui in beneficijs deputandi, in eodem Conci. ſtatuitur, ſeſſ. 6 c. epiſcopis. 2. ſeſſ. 7 c. ordinarij. 5. & c. beneficia. 7. ſeſſ. 21. c. quia 6. 24.

6.24.c.expedit.18.& xxv.c.ſtatuit.16. de refor. P. V.

b *Hinc etiam dicimus, quòd Vicarium epiſcopi offendens ipſum epiſcopum offendere videtur, Bal. in l ſed et ſi.in.2.lectu. in fin.ff. de in ius vocan. per tex. in l.oſſa in fin.ff.de religio.& ſump fun. ſequitur Io.Fran.Pau.in tract.de offi.& pote.ca. ſed.va.in 10.q.2.par.nu.14.verſi.Item qui offendit vicarium. Et volunt iura epiſcopi,& Vicarij vnum & idem eſſe conſiſtorium ſeu tribunal.c.Romana.in prin. lib.6.de appell.c.2.de conſue. eod. libro. Quintil. Mand.*

Vitium [a]paternum magis timetur in filium, qua matrimoniũ, quia ſæpe filius ſimilis eſt patri, vt.ff. de ædili.edic.l. quòd ſi nolit §.quæ mancipia. extra de renuncia. niſi cum pridem. ſed alibi dicitur, ꝙ in ſolo ſtatu perſonæ conſideratur conditio patris, vt.C. de rei vendi.l. partum.&.ff.de ſta.hom.l.cum legitimè.ad quòd extra de conuer.cõiu. c.fi. & habetur hoc expreſſum per caſum, quia vbicũque filijs imponitur pœna propter delictum parentum, ſemper intelligitur de linea paterna, & non de materna, vt extra de pęnis li.vi.in c.vbicunque.

An vitium defuncti cõcomitetur ſucceſſores, vide ſupra defunctus.

An vitium reale impediat præſcriptionem, vide ſupra præſcriptio.

ADDITIONES.

a *Vide quæ ſupra filij ſunt annotata. Petrus Vend.*

Viſus ſumitur pro quocunque ſenſu, gloſſ. in c.teſtes.iii. quæſtio.ix.

Viui debent comburi hæretici. de quo vide ſupra comburi,& ſupra pœna.

Virgo [a] fuit mater domini noſtri Ieſu Chriſti in concipiendo.Tho.in iii. parte.q. xxviii. ar. ii.& virgo poſt partum.eadem q.xxviii.& virginitatẽ nouerat. ead.q.ar. iiii.& in iiii.diſt.xxx.ar.iiii.

Virginitas eſt potior matrimonio & quare ei præferatur. Thom.ii.ii.q. clii.art.iii. & in ſum.contra gentiles. lib.iii.quęſtio.cxxvii. [b]

Quod ſit præmium virginitatis in cœlo, nota xxvii.q.i.nuptiarum. adde glo.de probatio.cauſam, quæ dicit, quòd habẽt aureolam, quę etiam datur martyribus,& doct.adde notata, de ſumma trinitate.c.i. ſuper glo. vltim. & quod ibi ponit Ioan. Andr. idem de electio.innotuit, ſuper verbo, flore.xxxii.q.i.incognitas.

Difficile eſt probare virginitatem, quia probatio ſæpe fallit. xxvii. q. i. ecce aliqua.

Beatiſſima virgo Maria non ſolũ fuit genitrix hominis, ſed dei: cuius contrarium aſſerens Neſtorius, fuit damnatus tanquam hæreticus in cõcilio Conſtantinopolitano, vt habetur.xvi.diſt.vj.

Libido ſecundùm Iero.in virginibus maiorem patitur famem, cum dulcius eſſe putant omne quod neſciunt.nota.xxvii.q.i.c.ii.

ADDITIONES.

a *Virgo dicitur cui nullum fuit cum viro commertium, de perpetua virginitate beatiſſimę vir. Mariæ. contra Eluidium Ieroni. copioſè ſcripſit, quòd virginitas ſit præſtantior matrimonio idem contra Ioui-*

Iouinianum, libro 2. & Conc. Trident. ſeſſ. 24. can. 10. confirmat. T. V.

b *Et c. nuptiæ terram implent, virginitas paradiſum, 32. q. 5. ac c. qui ſitit ver. Et ideo plus amat virgines Chriſtus, 33. q. 5. c. commiſſum. de ſponſa. & nouiſſimè ita ſtatutum inuenies per Conc. Trid. de matri. ſacra. c. 14. ſi quis dixerit ſtatum coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cælibatus, & non eſſe melius ac beatius manere in virginitate aut cælibatu, quàm iungi matrimonio, anathema ſit. Q. M.*

Voluntas [a]coacta in maleficijs an habeatur pro voluntate, Abbas in conſi. iiii. vbi ponit quandam contingētiam facti de quadam muliere adulterata per vim, & dicendum quòd coacta voluntas voluntas, eſt vt xv. q. i. merito, & ii. quæ. iiii. diſplicet, & q. vi. vides, & lxxiiii. diſt. conſuluit, & ff. quòd metus cau. ſed mulier: §. vlti.

Item ſicut coacta voluntas eſt voluntas, ita decepta voluntas eſt voluntas, vt. xx. q. iii. conſtituit. & extra quòd metus cau. cum dilectus, & extra de conuerſio. coniuga. ex parte.

Nota quòd ſola voluntas non punitur, niſi quando ad aliquem actum procedit, vt eſt gloſſ. in c. ſi quis, cum militibus. vi. q. i. ſuper parte, voluntatem.[b]

ADDITIONES.

a *Voluntas eſt animi motus cogente nullo ad aliquid non admittendum, vel adipiſcendum. D. Auguſt. de duab. natu. & exiii. libro xi. ſenten. diſtin. 26. idem. voluntas eſt animi motus, ad aliquid imitandum, vel non imitandum, vel adipiſcendum. xv. q. 1. ex pri. retracta. qui voluntas coacta ſit voluntas, adde l. ſi mulier. §. penul. ff. quod me. cau. & l. ſi patre. ff. de ri. nupt. cum alijs a glo. relatis Cic. 4. Tuſcu. Voluntas eſt quæ quid cum ratione deſiderat, quæ autem aduerſus rationem incitata eſt vehemētius ea libido eſt, vel cupiditas effrenata, quæ in omnibus ſtultis inuenitur. ea duplex eſt, ſpontanea, & coacta. De voluntario, & inuoluntario quid ſit Clem. Alexan. ſtrom. 2. Ariſto. 5. ethi. Nicomach. & Euſtratius ad eum & ſupra alibi dixi. Spectatur in maleficijs voluntas, l. 3. §. ſi quis. ff. de tab. exhib. l. qui iniuriæ ff. de fur. l. quod reipu. 33. ff. de iniu. l. 1. §. Diuus. & l. infans. & l. Diuus. cum glo ff. ad l. Corn. de ſica. l. qui falſam ad l. Cornel. de fal. & l. 1. & vlt. C. ad l. Cornel. de ſica. item facultas. l. cōtinuus. 137. §. illud. ff. de ver. obligat. l. 7. ff. ad l. Iul. maie. & l. facta. §. ſi ſub conditione ff. ad Trebel. quod & Cic. ad Heren. 2. et de Inuentio. 2. de conſtitutione coniecturali, & alibi in partitio. & de orato. ſcripſit ante, quem ſecutus eſt Quintil. l. 7. C. de coniectura. poſt Ariſtot. vterque: id & in ciuilibus conſpicitur, vt in contractibus, & teſtamentis, ac iudicijs, vt etiā ex. §. illud. & §. ſub conditione præcitatis oſtenditur. Petrus Vend.*

b *Et eſt tex. in l. cogitationis pœnam nemo patitur. ff. de pœn. & in l. ſæpe. 53. in fin. ff. de verborum ſignificatione. fallit in crimine læſæ maieſtatis, & in hæreſi, l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta. Placen. in tracta. de accuſatio. titul. 6. numero 9. Feli. in c. 1. col. 2. de præſumption. & in tracta. quan. cona. Albertin. de agno. aſſer. catho. quæſtion. 32. poſt numero 15. Quintil. Mand.*

Vox

Vox. [a] Nota quòd difficilè inuenitur aliquis leuis vocis, & grauis vitæ, cum quippe vocis lenitas cantum, vitæ grauitas planctum deſideret, vidi infinitos tam viros, q̃ mulieres, ſeu fœminas tanto vitæ peiores, quanto vocis meliores. hæc Edinandus, vt narrat Vincentius hiſtorialis, lib. iiii. c. cxcix.

Item plerumque fit dum in ſacro miniſterio blanda vox quæritur, congrua vita negligatur, & cantor miniſter deum moribus ſtimulet, cum populum vocibus delectat. xcii. diſt. in c. i. ſancta Romana.

An ſit licitum audire, vel tangere inſtrumẽta muſicalia, vel ipſa ſonantibus aliquid dare? & quidem ſi ad voluptatem, vel luxuriam, non; quia deum manibus ſtimulat, qui populũ vocibus delectat, vt. xcii. diſti. in ſancta. ſed ad laudem dei, bene, vel ob aliam iuſtam cauſam, puta recreationis, quia debilis eſt, vel infirmus, vt de conſe. di. iii. peruenit, ver. ſi. habetur. lxxxvi. diſt. in glo. c. donare.

ADDITIONES.

[a] *Vox dicitur propriè ſonus, qui ab animalis ore profertur. ſit enim à verbo Græco* βοᾶν*, quod eſt clamare. ſunt eius genera non pauca. Cic. 2. de natura deo. Vocis inquit, genera per multa canorum, fuſcũ, lene, aſperum, graue, acutum, flexibile, durum quæ hominum ſolùm auribus, iudicantur, idem in oratore, vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum, qui maximè voce commouẽtur, mira eſt quędam natura vocis, cuius à tribus omnibus ſonis, inflexo, acuto graui, tanta ſit, & tam ſuauis varietas perfecta in cantibus. De vocis quãtitate & qualitate, & cura Quintili. libro xi. c. 3.*

In iure de voce quoque, aliqua traduntur, quòd ſcilicet prætor ſit quaſi viua vox iuris ciuilis l. nam & ipſum. ff. de iuſti. & iur. item vbi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. l. vbi. 167. ff. de verb. ſig.

Quia per vocem verba proferuntur, accipitur pro verbo, ſicut in l. vbi. præcitata & in l. à ſententia. §. vltim ff. de appel. l. ſi ita 52. ff. ad l. Aquili. l. in ambigua. 19 ff de legi. l. litigatoribus. C. de appel. l. Diuus 8. ff. de reſti. in integ. item cũ per eam pariter à collegijs in actibus eorum ſuffragia præſtentur, pro ſuffragio ſumitur, vt in Concil. Trid ſeſſ. 25. c. 2. decernitur, & cauſa quis actiua, & paſſiua voce priuatur. item in c. cum olim, de re iudi c. auditis, & c. Cumana, de electio. inſtrumentum quippe pro eo, cuius eſt, inſtrumentum. P. V.

Vſura [a] An aſſerens exercere vſuras non eſſe peccatum, ſit hæreticus, vide ſupra hæreticus. [b]

Itẽ an inquiſitor poſſit, & debeat ſe mittere ad cognoſcendum de cauſis vſurarum? & dicendum quòd nõ, licèt poſſit iniungere hæreticis in foro pœnitentiali, vt vſuras reſtituant, ſecũdùm quòd patet in c. accuſatus. §. de quæſtionibus, & ibi per doc. de hęret. libro vi. ſed non poſſunt ad eas reſtituendas compellere. ſed benè poteſt inquiſitor compellere, vt agant pœnitentiam iniunctam, ſi eſt notorium, pœnitentiam non fuiſſe peractam, vel etiam propter pœnitentiam non peractam pęnam pecuniariam imponere, vt patet ex his quæ notat Fridericus in conſilio. clvij. & Lapus ibi in additionibus, vel tanquam re-

lapſos de hæreſi condemnare, vt ſupra hæreticus aſſerens pertinaciter exercere vſuras non eſſe peccatum.

Circa iſtam materiam an inquiſitor poſſit ſe intromittere in cauſis vſurarum aliquo caſu, vide plura, & diuerſa conſilia relata per dictũ Frideri. de Senis dicto conſil. clvii, quod incipit, Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. & inter alia refert Raymundum de Palarenſibus voluiſſe, quòd tunc demum, quando de vſuris conſtat ſine vlla figura, & ſtrepitu iudicij, puta per confesſionem, vel p libros eius de quibus nulla dubitatio referatur, vel per ſententiam ordinarij, de qua nullo modo dubitatur, poſſit compellere ad reſtitutionem, aliàs ſecus. & de hoc dic vt plenè habetur in d.c. accuſatus. §. de q̃ſtionibus, libro vi. vbi inter alia habetur quòd licèt inquiſitores poſſint iniungere pœnitentiam hæreticis in foro pœnitentiali, vt vſuras reſtituant, non tamen poſſunt de cauſis vſurarum cognoſcere, & iſtud ibi addit Bonifa. ſecundùm Io. An. quia ſecundũ decretales antiquas poterat inquiſitor compellere ad reſtituendas vſuras, de quibus conſtabat, licèt cognoſcere non poſſet. & ſic patet quòd inquiſitor poſſit ſe intromittere de vſuris in foro pœnitẽtiali, & non iudiciali, probatur etiam ibi quòd poteſt imponi ĩ pœnitẽtia, quòd quis reſtituat malè ablata, & ſic probatur ibi quòd poſſit imponi pro pœnitentia illud, ad quod quis de iure tenetur, quod dicunt doc. eſſe notandum. adde etiã prædictis Calderin. hic in conſil. ij. in quo quæritur, pone quòd inquiſitor impoſuit pœnitentiam malè ſentienti de fide, maximè circa exercitiũ vſurarum, & reſtitutionem earum iniũcti non amplius talia facere, qui neglexit pœnitentiam adimplere, & dicit ſe nunquam fuiſſe confeſſum dicta crimina, de quibus tamen conſtabat per publicum inſtrumentum. Quæritur an inquiſitor poſſit contra eum procedere? Secundò an contra eum tanquam contra malè ſentiẽtem de fide? Tertiò an contra eum tanquam contra periurum? Quartò tanquam contra relapſum? Quintò an tanquã contra fictè conuerſum, & impœnitentem? Sextò an inquiſitor poſſit ſibi aliquam gratiam facere? Circa primum videtur quòd non; quia nõ ponitur in facto, quòd poſt pœnitentiã protulerit aliqua verba contra fidẽ; ex quibus percipiatur mala fides loquentis. xlvi. diſtin. ſicut rector. Circa ſecundùm videtur idem, quia p hoc non videtur malè ſentire de ſacramẽtis eccleſiæ. nã nõ obediens papæ nõ videtur malè ſentire in illo articulo, Credo in eccleſiam, de quo in c. ad abolendam, in princ. extra de hæreti. Circa tertium poteſt procedi tanquã contra periurum, ex quo iuramentũ fuit licitum, vt in c. quærelam, cum ſimilibus, extra de iureiurand. & quòd poſſit inquiſitor punire de periurio, facit quod notatur in c. literas, extra de præſumptio. & de hæreticis, ĩ c. accuſatus. §. ſi verò, libr. vi. Circa quartum dicendum quòd non dicitur pprie relapſus per ea quæ habentur in dicto, c. ad abolendam, extra de hæreticis, & in d. c. accuſatus libro vi. Circa quintum cõcludit quòd ſic, videlicet quòd poſſit procedi cõtra eum tanquam contra impœnitentem. nã ille dicitur impœnitens qui peccat & confitetur ſeculat, ſed iſte ſuum peccatum,

tum, de quo conſtat per ſuam cõfeſſionem ſponte factam in iudicio, cui ſtatur, vt dicto c. literas, de præſum. nunc confiteri recuſat, imò negat. ergo videtur impœnitens, & ex hoc clare patet quòd fuit fictè conuerſus. facit. de pur. ca. c. inter. Iſtud etiam iuuatur, quia punitur, ex quo pœnitentiam non impleuit exercẽdo vſuras, & non reſtituendo, ex quo prętenditur ficta conuerſio, vt notatur in dicto c. literas, & in dicto c. inter. Ex quibus concludit quòd ſi in dicta negatione perſiſtat, poterit tanquam hęreticus condemnari per dictum c. ad abolendam. Circa ſextum, vel vltimũ dicit, quòd ſi petat veniam, & confitetur quod primò fuerat confeſſus, tũc poterit miſericordiam facere, cum non ſit relapſus, quia ĩquiſitor poteſt pœnas mitigare. allegat quod habetur in c. excommunicamus, extra de hęreticis, & in c. commiſſi, & in c. vt officium, eodem titulo. lib. vj. Nec obſtat verbum, Continuò, & verbum, Confeſtim, quę ſunt in c. ad abolendam, quia illa verba nõ ſunt ita amarè ſumenda, vt ſonant. facit quod habetur in c. ſuper eo, de hæreticis, libro vj. vltimò adde prędictis Bal. in l. hac edictali, in §. ad hoc, in ti. de pa. iurã. fir. vbi dicit poſt Io. Mona. in dicto c. accuſatus, quòd ſi aliquis eſt hæreticus, & vſurarius, quòd propter hęreſim poteſt ei indici reſtitutio vſurarum, & id. o iuriſdictio inquiſitorum extenditur ad crimen vſurarum. Et ſubdit ꝙ inquiſitores habent hoc val de gratu. & cõſidera ꝙ Bal. non videtur ſe reſtringere ad forũ pęnitẽtiale. hoc Io. de Anan. in c. excõicamus, el i. in §. adijcimus, extra de hęre.

Item no. ꝙ ſi quis pp cupiditatem & auaritiam ſuam diutius eſt fœneratus, poſtea reddit ſe ſuſpectum dicẽdo, quia facere vſuram non eſt peccatum, ꝙ talis punietur in perditione pecuniæ cum deliquerit in acquirendo, vt ſic puniatur in eo, in quo ſic deliquit. nam per quæ quis peccat, per ea torquetur, vt de iure patronatus, in c. paſtoralis. cum ſimilibus. de hoc vide ſupra pœnitentia. & etiam poterit puniri, vt vſuras exactas reſtituat vt ſupra, & vt amplius non fœneretur. & ita intelligitur quod notatur extra, de hæreticis, in c. accuſatus. §. de quæſtionibus, li. vi. nec eſt mirandum, ſi inquiſitor imponit pœnam reſtitutionis tali, quia ex quo ipſe inciderat in errorem, dicendo vſuram non eſſe peccatum, vel alia verba hæretica, inquiſitor poterit procedere ꝯ eum. vide ſupra pęnitentia.

An ĩquiſitor poſſit cognoſcere de Iudęis extorquẽtibus vſuras a Chriſtianis? & dicendum quòd non. ſed ordinarius diœceſanus, de quo vide ſupra Iudęus.

An ſit licitũ aliquo mõ dare ad vſuras, vide. xiiii. q. iiii. p totã q̃ſtionem.

No. quòd ad quemcũque peruenerit res empta de pecunia vſuraria, tenetur illam reſtituere. licèt. n. res emptæ ex tali pecunia peruenerint ad filios, vel conſanguineos vſurariorũ, nihilominus vendũtur, vt in c. cũ tu, de vſuris. qa res illa ſuccedit loco alterius pecuniæ ff. de le. ii. imperator. in fi. & ff. de le. iii. fideicõmiſſaria. §. ſi rẽ ſuã, & ex. li. re pen. in c. ecclĩa, vbi de hoc, qđ verũ eſt, ſi ex cã lucratiua res puenit ad ipſũ. ſi verò ex alia cã, puta qa emit ignorãter, ſecꝰ eſſet fortè. & ſpãle eſt hoc ĩ re empta ex pecunia fęnebri, aĩs regulare ẽ, ꝙ ĩ re ẽpta ex pe

cunia tua nō nomine tuo nihil iuris habes.C.de rei vendi.ſi ea pecunia,& C. de probatio. ad probationē, & ff. de furtis,qui vas,in fin. alium caſum habes.C.de rei vend. ſi vt proponis, iii.C.arbi.tute.l.iii. & de pecul. clericorum,inquirendum.de hoc vide gl. fi.in c.cum tu,de vſuris.

ADDITIONES.

a *Vſura idem eſt quod vſus.Plau. in amphitrio. Vſuramque eius corporis capit ſibi. Ac eius œnomus. Atque hanc poſtremā ſolis vſuram cape ex Non.Cic.in ver.7. Cur,inquā, ciuibus Romanis,quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis pyratis lucis vſuram tam diuturnā dediſti? Sed quoniam pro vſu pecuniæ mutuo acceptæ, ſolet alia pecunia ſolui veluti merces, factum eſt vt accipiatur pro ea mercede non à cæteris modò ſcriptoribus latinis,ſed & in iure,veluti. ff. & C.et ex.de vſuris, & alibi in eo paſſim.Cic.Atti.85. b. conſiſtere vſura debuit quæ erat in edicto meo. item 83. a Pompeio ſoluūtur trigeſimo quoque menſe talēta Attica.33. nec id ſatis efficitur in vſuram menſtruam.Vſura itaque dicitur acceſſio ſortis eſſe, quæ propter mutuò datæ pecuniæ vſum, vel etiam morā exigitur Alcia.in l.vſura.ff.de verborū ſignificatione. quicquid vltra ſortem exigitur,vſura eſt c.ſi ſænerauerit,& c. vſura & c.putant.14.q.3.& lib.3.ſent. diſt.37.c.*

Duplex eſt. altera quæ nomine ſui generis appellatur vſura,fœnus altera vocatur,ff.de nautico fæno.illa ab vtendo,hoc à fætu quem pecuniæ, quem parit, licèt non ſit naturalis fætus, ſed inſtar fætus terræ naturalis. Vſurarum ſpecies ex aſſis partibus nominantur. vnde vſura centeſima(qui eſt as vſurarius)dicitur,cū ea pars ſortis centeſima penditur ſingulis menſibus l.lecta.40.ff. de rebus credi.nā ſors omnis ad centenarium numerum redigebatur. Vſura maxima & grauiſſima intelligitur cēteſima l.qui ſine.40.ff. de negotijs geſ.l.tutor.8.§. idem ſolet, & l.non exiſtimo.55.eod. Vſura beſſis, cum in ſingulos centenos octoni penduntur.l.pæ.C.de vſu. quadrans eſt, cū pars quarta centeſimæ quotānis ſoluitur,quæ eſt ex centenis terni. l.liberto 21. §.largius,de ann.lega. Quincunx, cum pars quinta centeſimæ fungitur annua,hoc eſt ex centenis quini.l.cum quidam.17.ff.de vſu.l.a filio.15.& l.alimenta. 16 ff. de alim. & cib.leg.& l.7.de admi.tuto.ff. Vſura ſemis eſt pars centeſimæ dimidia, id eſt cum ſeni ſoluuntur in cētenos. mentio ſit eius in l.5 ff de operi.pub. l. creditor.§.vlt. 102.ff. de ſolutio. ſemiſſalem Modeſtinus appellat l.Septitia.10.ff.de pollicita. Vſura triens eſt pars centeſimæ tertia, id eſt quaterni pro centenis penduntur lex Firmio. §.1.ff. quādo dies leg.ced. l.3. §.vltim.ff.ad l. Falci. & l. tutor.§.ſed & ſi ff de admi. tuto. meminerunt. Vſura vnciaria,cum pars duodecima centeſimæ pēditur ſingulis menſibus, id eſt vnus in centenos.l.Titium. §. præfectus ff.de admi.tuto.

b *Verſic. item aſſerens pertinaciter exercere Albertin.de agno.aſſer. cathol.q. 3.num.9.Zanchin.de hæreti.cap.35.nu. 2.ver.aliquis publicus vſurarius. Vmb. in iud. inquiſito. hoc verb. Vſura numero.2. Q. M.*

c *Hæc ex Calderin.tracta. de hæretic.c. 20.nu.2.ſed copioſius, vide ibi. Petrus Vendramenus.*

Vulpeculæ vocantur hæretici, & inter ſolicitudines

nes noſtras illa debet eſſe præcipua, vt vulpeculas capiamus, id eſt hæreticos, qui latent ad modum vulpeculæ, vt habetur in c. inter, de purga. ca.

CHriſtus id eſt vnctus, meſſias, & ſaluator. Chriſtus natus eſt de virgine per trecentos annos, & vltra poſt compilationem legum. ita no. Bar. in l. multum inter eſt. ff. de verborum obli. in l. Titia. §. Seia. ff. de au. & arg. lega.

Chriſtus in die vniuerſalis iudicij iudicabit in forma hominis glorioſi. ſanctus Tho. in iiii. diſt. xlviii. ar. i. & ii. & in quæſt. de quolibet. q. ix. ar. i. & ii.

Chriſti caro non fuit aſſumpta de Adam, ſed de deo. Tho. in iii. parte. q. xxxi. ar. i. & ii.

Chriſtũ magis dilexit Ioannes euãgeliſta, quàm Petrus. Thomas, in j. parte. q. xi. ar. iii.

Chriſtus non in forma agni, ſed in forma hominis debet pingi. de conſec. diſt. iii. ſextam Synodum.

An ſi Chriſtus non fuiſſet crucifixus, fuiſſet mortuus morte naturali? gl & doc. quòd ſic, in clem. j. de ſum. tri. vbi vide cauſas, ꝑ quas aſſumpſit Chriſtus corpus paſſibile.

An Chriſtus paſſus ſit pro diabolo & angelis? Origenes dicit quòd ſic. ſed eccleſia tenet contrarium. de quo glo. de conſe. di. ii. in calice. glo. xxxiii. q. ii. ſanè.

Xorguinæ. [a] an tales inueniantur, & ſi inuẽtæ poſſint inquiſitores contra tales procedere? & non eſt omittẽdum circa iſtas xorguinas illud quod quædam ſceleratæ mulieres retro poſt Sathanã cõuerſę dæmonum illuſionibus & Fantaſmatibus ſeductæ credunt, & profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorum, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum æquitare ſupra quaſdam beſtias, & multa terrarũ ſpacia intempeſtæ noctis ſilentio tranſire, & eius iuſſionibus obedire, velut dominæ, & certis noctibus euocari. Sed vtinam eæ ſolæ in ſua perfidia perijſſent, & non multos ad infidelitatis interitum perduxiſſent.

Nam & innumera multitudo hac falſa opinione decepta hæc vera eſſe credunt, & credendo a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluũtur cum aliquid diuinitatis, aut numinis eſſe extra vnum deũ arbitrantur. Qua propter ſacerdotes per eccleſias ſibi commiſſas populo dei omni inſtantia prædicare debent, vt nouerint, hæc omnino falſa eſſe, & non a diuino, ſed a maligno ſpiritu talia phantaſmata mentibus infidelium irrogari arbitrentur. hoc ibi habetur. xxvi. quæſtio. v. epiſcopi. Ex quibus patet, quòd prædictę ſceleratæ mulieres ſi in perfidia perſeuerant, a recta fide deuiant, atque fidei, & earum mentibus infidelibus dęmonis ſe inuocant, & deludunt. Si ergo iſtę mulieres, de quibus non conſtat, quòd ſacrificia offerant dęmonibus inuocatis, perfidæ, ĩfideles a recta via deuiãtes in præfato decreto in concilio Acquirenſi & habitæ ſunt, & per conſequens ſi baptizatæ ſunt vt hæreticæ habendæ ſunt, quia Chriſtianum a recta fide deuiare, & infidelitatem recipere eſt propriè hæreticare, quanto magis Chriſtiani honorem latriæ exhibentes, & ſacrificantes dęmonibus inuocatis dicẽdi, & habendi ſunt per

fidi, & a recta fide deuij, & infideles in fidelitate Chriſtianorum, quæ eſt hæreſis, & per conſequens hæretici ſunt habendi reuera? ſic & xxiiii. quæſtio.iii.c.quidam.vbi ſectæ hęreticorum, & eorum nomina numerantur. vide ſupra hæreſis, & ſupra dæmon.

Et hanc quæſtionem determinat Ioannes papa.xxii.in quadam ſua extrauagante tenoris ſequentis, licèt magis faciat ad dæmones inuocantes, & libros reprobatæ doctrinæ habentes.

Super illius ſpecula, & infra. meriti, licèt imparibus eius fauente clemētia, qui primum hominem humani quidem generis protoplauſti terrenis prælatum, diuinis virtutibus adornatum conformem, & conſimilem imagini ſuæ fecit, reuocauit profugum legem dando, & demum liberauit captiuum, reinuenit perditum, & redemit venditum, merito ſuæ paſſionis, & contemplaretur ex illa ſuper filios hominis, qui Chriſtianæ religionis cultu in deum intelligunt, & requirunt, dolenter ad uertimus, quòd etiam cum turbatione noſtrorum viſcerum cogitamus, quàm plures eſſe ſolo nomine Chriſtianos, qui relicto primo veritatis lumine tanta erroris caligine obnubilant, quòd cum morte fœdus ineūt & pactum faciūt in inferno cum dæmonibus.namque immolāt, hos adorant, fabricant, ac fabricari procurant imaginis annulum, vel ſpeculū, vel ſimilia, vel rem quācūque aliam magicè ad dæmones inibi alligādos ab his petunt, reſponſa ab his recipiunt & pro implendis prauis ſuis de ſiderijs auxilium, pro re fœtidisſima fœtidam exhibēt ſeruitutem. prohdolor, huiuſmodi morbus peſtifer nunc per modum ſolitum amplius conualeſcēs ſucceſſiuè grauius inficit Chriſti gregem. cum igitur debito ſuſcepti paſtoralis officij oues oberrantes per deuia teneamur ád caulas Chriſti reducere, & excludere a grege dominico morbidas, nè corrumpant alias, Hoc edicto in perpetuum valituro de conſilio fratrum noſtrorum monemus omnes, & ſingulos renatos fonte baptiſmatis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione anathematis præcipientes eiſdem quòd nullus ipſorum aliquid de peruerſis dictis dogmatibus docere, ac diſcere audeant, vel quòd execrabilius eſt quolibet alio, in aliquo illis vti. & quia dignum eſt, quòd hi qui p ſua opera peruerſa ſpernunt altisſimum, pœnis ſuis pro culpis debitis puniantur, nos in omnes, & ſingulos qui contra noſtra ſalubria monita, & mādata facere de prædictis quicquā præſumpſerint, excommunicationis ſententiam promulgamus, quam ipſam incurrere volumus ipſo facto, ſtatuentes firmiter quòd præter pœnas prædictas contra tales, qui admoniti de prædictis, ſeu prędictorum aliquo intra octo dies a monitione computandos a præfatis non ſe correxerit, ad infligendas pœnas omnes, & ſingulas præter bonorum confiſcationem procedatur. verùm cum ſit expediēs, quòd ad hæc tā nefanda omnis via, omniſque occaſio præcludatur, de prædictorum noſtrorum fratrum conſilio vniuerſis præcipimus, & mandamus, quod nullus eorum ſi bellos, ſcripturas quaſcunque de præfatis damnatis erroribus continentes habere, & tenere, in ipſis ſtudere

præ-

præſumat. quin potius volumus, & in virtute ſanctæ obedientiæ cunctis præcipimus, quòd quicũque de ſcripturis præfatis, vel libellis quicquam habuerit, intra octo dierũ ſpatium ab huiuſmodi edicti noſtri publicatione computandum totum, & in toto, & qualibet ſui parte abolere & comburere teneatur. alioquin volumus, quòd incurrant ſentẽtiam excommunicationis ipſo facto proceſſuri contra contemptores huiuſmodi, cum cõſtiterit, ad pęnas alias grauiores. Datum Auinioni.

Sed circa prædictas xorguinas ꝙ dictę mulieres dicunt, vel credunt ſe nocte cum Diana dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierũ æquitare ſup quaſdam beſtias, & innumera ſpatia tranſire, & huiuſmodi, & quòd ab eis aliquæ creaturæ poſſint in melius mutari, & transformari, ſecundùm Ray. maligno ſpiritu mentibus fidelium talia phantaſmata irrogantur. nam diabolus transformans ſe in diuerſarum ſpecies perſonarum, mentẽ quã captiuam tenet, multipliciter deludit. Nec debet aliquis in tantam veni re ſtultitiam, vt credat quòd hæc quæ in ſomnis, & ſpiritu tantùm fiunt, in corpore fiant. aliàs infidelior eſt, & paganis deterior, & tanquam contra hæreticum poſſet procedi. & de hac materia alia multa nota dicta. xxvi. q.v. epiſcopi. vbi clarius hæc omnia ſupradicta habentur.

ADDITIONES.

a *Iſtæ ſunt Lamiæ, ſeu ſtrigæ, magę, ſeu maleficę, de quibus in allegato hic c. epiſcopi 26.q.5. quę profitentur ſe cum Diana, & Herodiade, ac cum innumera multitudine mulierum æquitare. vt hic, & illuſionibus dæmonum decipiuntur. de his quò ad rem noſtram tractat Paul. Ghirlan de ſortileg. quę.7.nu. 1. & ſequent. & nu.36. & ſeq. & Ioan. Fran. ponz in tracta. de Lamijs. num 49. Quintillia. Mandoſius.*

Adde Albertin. de aſſert. catholi. q. 24. P. V.

IMagines [a] ſanctorum repreſentãt eos, & venerandæ ſunt propter illos, non adorandę. de conſe. diſtin. iii. perlatum. glo. in c. cum canonici, §. fin. de offi. ordin. lib. vi. & Ouidius de ponto. Fęlices illos, qui non ſimulacra, ſecundùm ipſos quoque deum corpora vera vident &c. Sic homines nouere deos, quos arduus æther occulit, & colitur ꝓ Ioue forma Iouis.

Qua pœna puniatur proijciens lapidem, vel immunditiam in imaginẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, vel beatæ virginis Mariæ, vide Io. de Ana. in c. fin. de maledi. in. xvii. col. & vide glo. & doc. in c. ſi canonici, de offici. ordi. libro vi. & Angel. in. q. incipiente, In refulgenti delitiarum palatio, in. ix. col. & facit tex. in l. ſacrilegi pœna, in princ. ff. ad l. Iuliam pecu. & text. in l. nemini licere. C. vt nemini liceat, & ibi Sali. & vide Pe. de Anchar. in rubr. de iudi. aliàs de Iudę. Io. Calderin. in c. poſtulaſti, de Iudę. vide ſupra blaſphemia. & per quem iudicẽ debeant iſti tales puniri, an per iudicem eccleſiaſticum, [b] vel ſœcularem, vide Pe. de Anchara. in repe. cap. ea quæ in xxxv. col. de regulis iuris, lib. vi. & per eundem in cõſilio. xv. aliàs xiiii. incipit, Spiritualis iudex, in prouincia Romandiolæ,

mandiolę,&c.vide ſupra blaſphemia §.blaſphemans facto.

Imagines ſunt factæ propter memoriam, & ſunt recordatio præteritorum, vt de conſecra.diſtin.iii. venerabiles Imagines,& ibi etiam in glo. vide de hoc pulchrè in rationali diuinorum officiorum, in rub.de imagi. & pictura.adde.xxii.q.iiii.actione,& quòd ibi no.

An Imaginibus ſanctorum debeatur reuerentia,gloſ. eſt de conſecrat. diſt.iii.venerabiles.

Imago Chriſti,& ſanctorũ ſi proijciatur in terra, pœna eſt arbitraria, vt in c.cum canonici, in fin.de offic. ordina.& ibi vide de illis qui imagines vituperant.

Imagines, & picturæ ſanctorum non ſunt frangendæ,nec violandę,vt non adorentur.de conſe.diſtintio.iii. perlatum.

Imagines, & picturæ ſunt laicis loco ſcripturę,vt præallegato.c. perlatum.adde glo.viii.q.i.c. vlt.

An mulier dicatur Imago dei, vide ſupra mulier.

ADDITIONES.

a *Imago dicitur alicuius rei ſimilitudo exemplar,& repreſentatio,vnde & hominum imagines,vel pictura , vel alio modo repreſentantur obuia ſunt exempla penes latinos inde petas, aliqua ſuppetit Noni. & in iure de imaginibus humanis legitur,in l.cum quidam. §.vlti. de vſu.l.ſi legatum.ff.de ope.publi.& in alijs iuribus hic ab autore præcitatis,& in annotatio ſupra Adorare Hinc imaginaria dicuntur in iure, quæ non verè ſed ſimulatè fiunt.l.4 §.1 ff. de manumiſ.l. contract.ff.de obligat. & actio. l.1.ff.de quæſtio.l.imaginaria.16.ff.de regu. iu.l. nuda.ff.de contrahen. emption.l. qui per colluſionem.ff.de actio.emptio. Inſt.qui. mo.tolli.patr.pote.§.præterea. Imagines Chriſti Deiparę, & ſanctorum in templis habendæ, & earum cultus qualis vide Conc.Tridentin.ſeſſ.25.c.de inuoca.reliq.& vene.ſancto.& ſacr. imagi. item Catechiſm.in præcep.decalo. non habeb. c.verùm illud. P. V.*

b *Non tamẽ per inquiſitorem quia non ſapiunt hęreſim manifeſtè, ſed grauiter puniendi ſunt, vt voluerunt Paul.Ghirlan.de ſortile.in x.qu.poſt nu.12.verſic. deinde quęro quid ſi clerici,vel laici.Vmbertin.in Iudi.Inqui. hoc ipſo verb. imagines,in prin. Et quòd imaginem Chriſti, aut ſanctorum percutiens frangens, aut vulnerans puniatur pœna mortis,voluerunt Ange.in l.ex.ſenatuscon.ff.ad l.Cornel.de ſica. & ita obſeruatum fuiſſe per Curiam Burdegal refert.Boer.dec.301. poſt nume.118.Id.voluerunt.Mar. dec. 509.in fin.& Iul.Clar.ſent.lib.5. quæſt. 68.verſic.Imaginem Chriſti. Quintil. Mandoſius.*

Hypotheca [a] A quo tempore contrahatur in dote,vide ſupra dos.

Hypotheca tacita fiſci an præferatur alijs creditoribus,vide ſupra confiſcatio.Et an pro delicto bona delinquentis ſint tacitè hypothecata , & obligata fiſco? de quo vide gloſſ.in l. reſcriptum.ff de pactis, & in l. auffertur.§.fiſcus.ff.de iure fiſci,& per Bar. vtrobique,& etiam per eum in l. poſt contractum ff. de donati. & per text. c.accuſatus §.ſi verò.per quæ iura videtur fundari, quòd non inducatur illa tacita hypotheca, ſecundùm Pet. de Ancha.ibi.ſed ego dicerem quod

illė

ille text. non facit ad propoſitum, quia loquitur de pęnitentia iniuncta ſuſpectis de hæreſi, non autem de bonorum confiſcatione, quæ fit ipſo iure contra conuictos de hęreſi. hoc tamen indubiè probat ille text. quòd pœnitētia cuilibet iniūcta, non ſunt bona illius tacitè hypothecata, cum ibi expreſsè fuerit facta bonorum hypotheca. quo ad quæſtionem autem principalem Bar. in d. l. reſcriptum, tenet quòd ſint tacitè hypothecata fiſco, ſed non tali hypotheca quæ faciat pręferri creditoribus ipſum fiſcum. ſed in d. l. aufertur. §. fiſcus, & in d. l. poſt contractum, indiſtinctè tenuit tacitam hypothecam illo caſu ceſſare. ſed quia de hoc hic principaliter non tangitur, remitto ad notata per Bal. in d. l. reſcriptū, vbi videbis longam diſtinctionem quæ euacuat iſtam materiam ſatis ad longum.

Quę autem præferatur hypothecæ fiſci, nota ff. de iure fiſ. l. ſi is qui mihi, in glo. mag. & ibi Bar.

A quo tempore contrahatur hypotheca in dote, nota C. qui po. in pig. ha. l. aſſiduis, in glo. & ibi Cyn. in prima. q. Spe. tit. de obli. & ſolu. §. i. ver. penultim.

Hypotheca generalis omnium bonorum non comprehendit ea quę q̃s ſpecialiter non obligaret. l. obligatione, & l. ſe. ff. de pigno.

Hypotheca generalis an & quādo præferatur ſpeciali, & econtra, in l. quamuis. C. de pigno. & in l. ſi generaliter. & in l. licèt. C. qui po. in pig. ha. & in l. ii. in ptin. ff. eodem titulo. Spe. ti. de do. inter vi. & vx. §. iii. verſi. an mulier, & ſe. quòd ſpecialis poſterior non præfertur generali anteriori, niſi in caſu dictæ. l. licèt.

Hypotheca ſpecialis iure operatur, vt ſecundus creditor, cui conſtituta ſit, præferatur in re ipſa empta de ſua pecunia alijs etiam anterioribus. l. licèt. C. qui po. in pig. ha. & ibi docto. vide l. quamuis. C. de pigno.

Hypotheca tranſit cum re, & eam afficit, & eius poſſeſſorem. l. ſi prædiū & ibi Bal. C. de euicti.

Hypotheca pro dote an incipiat a die promiſſæ, an a die datæ, Bal. in l. aſſiduis. iiii. colum. C. qui po. in pig. habean.

Hypotheca generalis cōpetēs vxori in bonis viri pro dote tollitur per ſpecialem ſibi conſtitutam in vna re. l. fi. C. de pac. conuen. vbi vide per gl. & docto.

Hypotheca ſpecialis in re certa facit, vt creditor habens etiam hypothecam generalem non poſſit venire cōtra tertios poſſeſſores aliorum bonorum, niſi prius conſtet ſibi non eſſe conſultum ex ſpeciali hypotheca, id eſt quòd illa res ſibi non ſufficiat. l. ii. & ibi Bal. C. de pigno. & ibi Bart. & Spe. de ſolu. §. i. quia hypotheca generalis cenſetur conditionalis, & ſubſidiaria, vt ibi.

Hypotheca in bonis non extinguitur per alienationem bonorum, ſed tranſit cum illis. l. i. C. rem alie. gerē. vide ſupra alienatio.

Hypotheca in bonis conſtituta impedit alienationem bonorum, niſi remaneant alia tot quòd ſaluetur hypotheca. Bal. in l. executorem. i. col. C. de execu. rei iud. & adde. l. i. C. rem ali. geren.

Hypotheca competēs vxori in bonis viri pro dote non datur creditoribus mulieris, vide creditor.

Hypotheca in re vendita ſpecialiter

ter conſtitutá venditori pro precio impedit rei alienationem. Bar.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.obli.

Hypotheca in bonis ſoceri furioſi an remaneat nurui pro dote nõ ſoluta ſuo filio,qui poſtea viuo patre deceſſit.Pau. de Caſ. conſi. clxxiii.

Excuſans peccatum ſuum,videtur hypocrita.vide ſupra excuſari.

ADDITIONES.

a *Hypothecæ nomen Græcum eſt quaſi dicas ſuppoſitio,ſubiectio obligationi.Latinè pignus,nam interpignus & hypothecam tantũ nominis ſonus differt,ait Martianus.in l.5.in fin.ff. de pigno. iuriſconſulti verò diſtinguendi gratia, pignoris appellationem ad res mobiles, hypotecæ verò ad res imobiles referunt.l.ſi rem.9. §.1.ff de pigno actio.l 4.ff.de pigno. vbi legitur hypothecã propriè eius rei, quę nuda conuentione obligatur, item differunt quòd pignus,& pro rebus obligatis, & pro ipſo obligationis contractu ſæpe vſurpari dicitur,hypothecaverò tantùm pro ſuppoſitis rebus.Cic.Epiſto.libr. 13. ad Thermum.Cures velim, vt de hypoteca decedant.Hinc hypothecaria actio,eadem quę quaſi Seruiana dicitur qua cuiuis creditori ſui pignoris perſequendi cauſa conceditur.l. 3.ff.ad exhi. Inſtitu. de actio. §. Item Seruiana. Item hypothecaria formula.l.3.4 & alibi ff.de pigno. Itẽ hypothecarius creditor, qui ſub hypotheca pecuniam credidit l.1. §.ſciẽdum ff.de ſepara.l.1.C.de his qui in prio. Petrus Vend.*

Zelus[a] zelare.zelus qđ ſit ꝓpriè,vide ſanctum Thomam ſecunda ſecũdæ,quęſtione xxxvi. vbi dicit quòd zelus eſt propriè,quãdo quis contriſtatur de bono,vel felicitate alterius.[b] ſed non ſic in deo, vt infra dicetur.

Item quid ſit zelus,& quid zelare, vide in c.fi.de officio cuſtodis,in glo. fin.de regula.non ſolùm, libro.vj.de re iudica.ad apoſtolicæ,eo.libro.

Verbũ zelare ſumitur duobus modis,vt notatur.xxiii.q.iiii.peccat, in. v.gloſſ.

Item zelus,& amor inuenitur maris ad fœminam maior,quàm econuerſo,tam in hominibus,quàm in animalibus.Thomas in quarto, diſtinctione.xxxiii. ar. i. Et ibi dicit,quòd zelus eſt amor non patiens conſortiũ in amato, & propriè zelus ſignificat amorem viri ad vxorem, in qua non patitur alium communicare. Et hoc modo dicitur deus zelotes,quia non vult quòd homo fornicetur cũ dijs alienis per idololatriã, per hæreſim, per apoſtaſiam,vt tenet Nicolaus de Lyra ſuper Exodi.xx.cap.

Item deus appellatur zelotes propter multùm amorem, quem habet ad ex ſtentia,vt dicit Dionyſius. iiii. c.de diuinis nominibus, & poſt eum Tho.i.ſecundę.q.xxviii. ar.iiii.

Quare deus appelletur iſto nomine ſcilicet zelotes,patet. Exo.xx.vbi ſic dicit ad literã, Ego ſum dominus deus tuus, & zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me.Et faciens miſericordiã in millia his qui diligunt me,& cuſtodiunt pcepta mea.hoc habetur Exo. xx.vbi ſupra.

An bonus zelus in delictis excuſet,vide s. bona,& ſupra excuſari.

Zel' domus tuæ comedit me, pſal mo.lxviii.

Nota

Nota quòd zelo vindictæ, & non Iuſtitiæ apoſtoli petebant a Chriſto punitionem malorũ. & ideo aliquando non ſunt exauditi. xxiii. q. iiii. poteſt in hoc.

Item zelus dicitur, & capitur pro feruore, ſeu commotione diuinæ caritatis, vt pſal. lxviji. zelus dom⁹ tuæ comedit me.

ADDITIONES.

a *Zelus eſt Vocabulum Græcum, quod amorem ſignificat, ex amore verò ſuí quis alteri ſolet inuidere, propterea pro inuidia quandoque ſumitur, ei maximè, qui eandem rem amat, item quoniã amator, ſuſpitioſus eſſe conſueuit, hinc fit, vt pro ſuſpitione ſumatur, pro ſtudiõ quoq; nonnunquam, propterea quòd is qui amore quid proſequitur ſtudium pro eo ponit, itaque amoris conſequentias indicat. P. V.*

b *Et hoc duobus modis cõtingere poteſt, vel quòd quis triſtetur nõ ex eo quòd qs aliquod bonum habeat, ſed quod ipſe non habeat, & iſte Zelus circa bona & honeſta laudabilis eſt, ad Corin. 14. Emulamini ſpiritualia. Alber. de Roſ. in dictio. in verb. Zelus. ſecundùm Tho. quòd ſi ſit Zelus de bonis temporalibus, & homo triſtetur, quòd ſibi temporalia deſint hoc eſſe poteſt ſine peccato, idem Alberi. vbi ſupra. De Zelo bono contra peccatores. Exo. 32. Audiens Moyſes voces cantantium, & videns vitulos & choros iratus eſt valde, & proijciens tabulas confregit eas, Placuit Deo Zelus Phinæes Eleazari quando perfodit virum cum muliere, nume. 35. Congregati ſunt omnes filij Iſrael quaſi vir vnus ad vindicandum grauiſſimum ſcelus quod commiſerant viri de Gabaa, Beniamin pro vxore Leuitæ. Iudi. 19. & ſequen. reprehenſus eſt Acab eo quòd Bedubab regem Syriæ virum morte dignum indiſcretè viuum permiſit abire. 3. reg. 19. Mathathias Zelo feruentiſſimo trucidauit hominem ſuper aram idolis imolantem. 1. Maca. 2. Miro feruebat Zelo Io. Bap. quando dicebat. Progenies viperarum quis demonſtrauit vobis fugere venturam iram. item qñ Herodem increpabat. Matth. 3. & 14. Quint. Mand.*

Zizania. De hac dictione nota de electione, licèt. in glo. & in clementi. dudum, de ſepultu.

Item de zizanijs, & ſeminatoribus zizaniarum. vide Angel. in conſilio ſuo. clxxxi. quod incipit, Viſis inſtrumentis.[a]

ADDITIONES.

a *Diuus Ieroni. Super Ioſue. Matth. 13. Sinite vtraque creſcere, nè fortè volentes eradicare Zizania, eradicetis ſimul cum ipſis, & triticũ. c. nolite. xi. q. 3. Albertin. dẽ Roſa. hoc ipſo verb. Zizania. Quintil. Mand.*

FINIS.

SERIES CARTARVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd.

Omnes ſunt Quaterniones.

VENETIIS.

Excudebat Aegidius Regazola, ſumptibus Damiani Zenari Bibliopolæ Veneti. 1575.

238



fine

793

R. SALVAREZZA
RESTAURO